Source : BIU Cujas





275

36

SCD BIU Cujas

476

ANNOTATIONES Priores & Posteriores Gulielmi Budæi Parisiensis, Consiliarij Regij, ac libellorum supplicum in Regia Magistri, in Pandectas.

NVNC postremùm ad exemplar ipsius auctoris nõ paucis in locis emendatiores & locupletiores factæ: atque etiam à doctiss. uiris ab initio usque ad finem summa cura recognitæ & collatæ.

QVIBVS *accesserunt duo amplissimi indices: quorum prior capita Iurisconsultorum quæ in hisce Commentariis explicantur, continet: Posterior uerò uerba ipsa & sententias ordine alphabetico digestas, complectitur.*



LVTETIAE.

Ex officina typographica Michaelis Vascosani, uia Iacobæa, ad insigne Fontis.

M. D. LVI.

Ex priuilegio Regis ad sexẽnium.

Source : BIU Cujas

Digitized by Google

Gulielmi Budæi Parisiensis Re-

GIS SECRETARII, IN ANNOTATIONES

Ad libros Pandectarum præfatio, ad illustrissimum uirum Ioannem Deganaium Cancellarium Franciæ.



QVAE res mihi in primis exoptanda fuit, uir illustrissime Ioannes Deganai, ea mihi hoc tempore forte (ut spero) fortuna euenit. nam cùm abhinc septem plus minus menses, paulò pòst quàm tu ad principem istum magistratum assumptus es, Annotationes quasdam in Pandectas scribere cœpissem, iam inde in mentem mihi uenit faciendum omnino mihi esse, ut hi nostri commentarioli parum ab auctore me futuri plausibiles, amplũ aliquod nomen augustumque præferrent exeuntes in publicum: cuius uelut auspiciis freti, ancipitem iudiciorum aleam securè experirẽtur. Hoc autem me animo agitantem, fama recentis tui honoris, qua omnia hîc loca publica priuatáque personare cœperant, diutius quærere quo mihi erat opus, non siuit. Ea uerò ut tum me admonuit quid mihi agendum esset, ita nunc libro iamiam proditurο aduentanti tu Principi præcurrens, sic in hanc urbem in ipso (ut aiunt) articulo uenisti, ut non modò oblatum te mihi, sed etiam (nisi longè fallor) appositum existimare debeam, cui librum meum dicatum, in manum etiam porrigerem primo omnium uidendum. Etenim nisi casus me aliquis necopinantem deiecit, uideor mihi non spernendo amoris loco apud te pridem, dudum, modò fuisse, ac nunc etiam esse. Cuius rei documẽta haud obscura dedisti, cum res ita nostræ tulerunt, tametsi nulla mea in te officia, nulla unquam obsequia constitissent. Literarum nonnulla commendatione tantùm tibi notus eram, cætera prorsus omnia nihil ad te attinens. Verùm id extra causam est. Hoc uerò causæ proprium, quòd ea ratio est libri nostri, ut nisi magno aliquo patrocinio defendatur, uix eum ab incendio uindicaturum me sperem. Magna enim simul inuidia, simul infamia flagraturum opinor, nisi tuo paucorúmque testimonio excitanda mox à multis inuidia restinguatur. Quippe eiusmodi res dicere aggressus sum, ut si doctorum hominum statera expendantur, nec à leuitate, nec ab inscitia proficiscì, nec procul à uero abesse uideri possint: sin uulgi trutina examinentur, nihil æqui boníque laturum ex hominum iudicio sperare me debeam. In quo tamen illud est iniquitatis, quòd inter eos quos de causa nostra in consilium huius libri editione mittimus, sessuros complures uidemus, qui ad summam ignorantiam, inustum etiam inexpiabiléque odium literarũ meliorum allaturi domo sunt. In quarum literarum auctoritate cardo diiudi-

Source : BIU Cujas

candæ rei haud dubiè uertitur. Quòd ſi ex more forenſium iudiciorum iniquos nobis homines, atque adeò ex profeſſo inimicos, ex iudicum albo reiicere poſſemus, ingenti ſanè fiducia ad iudicium doctorum bonorúmque accederemus. Nunc id non licet, ac nihilo ſecius tamen ſubeundam ſic quoque aleam putauimus, una maximè re freti, quòd à qua parte ſtetiſſe doctos bonóſque conſtiterit, ibi calculorum uictoriam eſſe homines utique interpretabuntur. In huiuſmodi enim ferè iudiciis appendi ſentẽtiæ, non numerari ſolent. Atqui unde tu ſteteris, inde quoque pleroſque bonorum ſtaturos eſſe confido. Nam quæ eſt auctoritas non modò magiſtratuum antiſtitis, ſed etiam tua (tecum enim nunc, non cum Cancellario loqui uideor) quotus quiſque doctiorum in ſententiam tuam tranſire dubitabit? Tuam ego auctoritatem appello: eius hominis auctoritatẽ, qui per omnes ætatis progreſſus, totidem honorum ciuilium gradus ſuopte nixu, nullo manum porrigente ſcandens, non antè, quàm ad culmen honorum euaſit, ſcandendi finem fecit: ut non fortunæ beneficio, ſed ſuo merito perueniſſe eò credi poſſit. Cuius ea uis fuiſſe ingenij atque animi cernitur, ut quocunque loco natus eſſet, in quodcunque tempus incidiſſet, fortunam ipſe ſibi facturus uideretur. Qui cum in reliquis uitæ partibus honoratiſſimos gerendo magiſtratus, tanquam poëta doctus in primis fabulæ partibus populo perplacuerit, in extremo eodémque ſummo actu omnibus animi uiribus effuſis ingẽtem theatro toto plauſum excitaturus exiſtimetur. Proinde in te uno permultis ſuffragiis periclitari mihi uideor. Quare te alloquens, bonos omneis tecum exorandos habeo, ut ſiqua temere aduerſus receptę atque adeò ſacroſanctæ hactenus auctoritatis ſcriptores dixiſſe primo ſtatim occurſu uidebor, quaſiſque iuriſperitorum maieſtatem ſuggillare uoluiſſe: ea non ex mea fiducia, nimia dicam, an incauta? ſed ex rebus ipſis potius nullo receptarum opinionum præiudicio utentes, etiã etiámque æſtimare in animũ inducãt: iudiciúmque ad finẽ perlecti libri ſuſtinere, nec magnis auctorum nominibus opponendis ueritati præſcribere, quodam nunc poſtliminio longo interuallo redeunti. Neque enim me latet quàm ſit arduum, uetuſtis nouitatem, nouis auctoritatem, dubiis fidem, obſcuris lucem dare. Atenim in Catonis reprehenſionem incidi, qui culpam deprecari, quàm culpa uacare malui, ut ille quondam Albinus, qui homo Latinus cum res Romanas oratione Græca ſcriptitaſſet, uenia ſe dignum eſſe cenſebat, ſi quid in hiſtoriis ſuis aut parum compoſitè, aut minus eleganter ſcriptum eſſet, ob hoc à Catone deriſus. Sic prouidẽtioris fuiſſe dicent (ut opinor) æquitatis iniquitatíſue iudiciorum tanto reatu periculum non facere, quàm nunc ſerò errorem facinoris ancipitis deprecari. Hoc in loco cum hærerem, ſubiit illud de Diogene memoriæ proditum à Græcis auctoribus. Philippus Alexandri magni pater cum expeditionem aliquando apparare in Corinthum diceretur, Corinthij prætrepidi, rerúmque ſuarum ſatagitantes, ad opera certatim incumbere cœperunt: hic arma ſibi comparans, ille lapides congerens, alius muros in

altitudinem

Source : BIU Cujas

altitudinem ſubſtruens, nonnulli propugnacula firmantes, alij aliud agentes, quod ad munitiones pertineret. Quod eorum ſtudium Diogenes cum cerneret, nihil habens aliud commodius quod ageret (nullus enim ad rempub. adminiſtrandam opera eius hominis utendum exiſtimabat) extemplo philoſophico pallio præcinctus, dolium illud ſuum fictile, quod gurguſtij uicem præbuiſſe ei dicitur, ſubuoluere, deuoluere, ultro citróque uerſare per uicinum urbi collem cœpit. Admirante autem quodam eius amico, ac percunctante, Quidnam id agis ô Diogenes? Voluo (inquit ille) ego quoque dolium, ne unus inter tot operi intentiſſimos ceſſator eſſe uidear. Sic & ego cum ocij rationem reddendam eſſe cẽſerem homini quidem aliqua facultate prædito, aut certè literis his initiato, dolium uoluere inſtitui, ne deſidia aut inertia emarcuiſſe crederer, aliis ad rem attentiſſimis, atque in umbraculis domeſticis animum deſpondiſſe, quod mihi à uiris haud ſpernendis non ſemel obiectum eſt. Id modò periculum eſt, ne cùm ocij mei rationem conſtare tibi paucíſque præterea uolui, dolium fortè fictile ac fragile per loca interim petroſa pérque aſpera imprudens obuoluerim: id eſt necubi ſtylo indulgens, in offenſionem quoque bonorum, eorúmque quibus approbare hoc meum opus uolebam, incautius impegerim, atque ita confractum dolium, librúmque conuiciis laceratum referam: ſpémque meam irritam & inanem euaſiſſe ſentiam: ille ego, qui aliquod operæprecium iugi eodémque ſemeſtri labore feciſſe mihi uidebar. Quod ſi mihi contigerit, Attilianum illud in me illico paratum eſſe ſcio. Satius ſiquidem eſſe dictitabat Attilius, ocioſum eſſe, quàm nihil agere, id eſt quàm inaniter uexari, ut Siſyphus ille in fabulis, uoluens & ipſe ſaxum, ſudans nitendo, nec proficiens hilum. Sed fortuna, quæ famam rebus preciúmque conſtituit (ut inquit Curtius) iſtud quoque uiderit. operam enim tantùm præſtare ac propoſitũ candidum, non etiam euentum iudicij potui. Itaque ſi mihi fortuna defuerit, non tamen ipſe mihi deero. Nec ſi ſecus noſtra interpretẽtur homines, mœrori propterea me daturus ſum, quaſi oleum operámque perdiderim. Sunt enim, ſunt quædam quæ non modò alienis, ſed meis etiam amicorúmque ponderibus examinanda ducam, diémque tandem confido tanquam æquũ iudicem, unde ius ſteterit, inde uictoriam daturã. Antimachus Clarius poëta, ut auctor eſt Cicero in libro de claris oratoribus, conuocatis auditoribus cum legeret quoddam ſuum uolumen, omnéſque eum legentẽ præter Platonem reliquiſſent, Legam (inquit) nihilominus. Plato enim unus mihi inſtar eſt omnium. Et rectè, inquit Cicero. Poëma enim reconditum, paucorum approbationem aſſenſumque poſtulat. Similiter ego ut tecum quamplurimos ſcriptis noſtris calculum candidum adiicere optauerim, ſic ſi id fieri nequit, te certè cum uno & altero primæ ſententiæ uiris adeſſe mihi ſperem, omniúmque inſtar uos eſſe exiſtimem, ut ueluti ſuffragium Mineruæ (ut aiunt) emeritus eſſe uidear. Nihil autem habet nec fortuna tua maius, quàm ut poſſis, nec mens tua melius, quàm ut uelis ad ueritatem indagan-

dam (præsertim quod ad res Gallicas attinet) excitare studiosos. Quod uerò ad eos pertinet, qui ueritati obstrepere, ac quo iure quáque iniuria tueri malè parta animis obstinauere, nec dedoceri uelle quæ perperam didicerunt, nullus est mihi locus ueniæ. Proinde ab huiusmodi nec ius nec iniuriam deprecor: accipiendas enim mihi plagas pro re nata uideo. Verùm hoc unũ saltem exorari se sinant, πάτταξον οὖν καὶ ἄκουσον, inquit Alcibiades ad Eurybiadem sublato scipione loqui eum uetantem, Feri sanè, inquit, & audi. Sic isti sanè feriant, dum audiant. Vulnus etiam recipiam (ut dicitur) si modò Marte suo plumbeo impugnare me institerint, nec in flammam coniicere inuidiæ concitatæ. Annotationes nunc in quatuor & uiginti libros Pandectarum edidi, in reliquos editurus, cum aliquantisper interquieuero, si modò per ocium ac ualetudinem licebit, quæ me hoc inceptum non modò intermittere diu, sed etiam abrumpere abiiceréque coëgit. Parisiis, Pridie Nonas Nouembris, Millesimo quingentesimo octauo.

Source : BIU Cujas

AEGIDIO MAGISTRO, VIRO CLARISSIMO,
Senatúſque Pariſienſis Præſidi longè digniſſimo, Ioan.
Theodoricus Bellouacus. S. P. D.

SI pulchrum eſt, ampliſſime Præſes, id quod Criſpus ait, benefacere Reipublicæ, multò pulcherrimum fuit Budæo, incomparabili certè uiro, tãtum beneficiorum in Remp. ſuis ſcriptis planè diuinis contuliſſe, ut eorum memoria nullis annorũ myriadibus ſit intermoritura. Is de Rep. bene merendi tantiſper dum eſſet in uiuis, nullum finem facturus, ſub extremum diem ſuum nobiliſſimas illas in iuris Pandectas Annotationes, ſi nõ in totum, certè multis in locis & emendauit ſua ipſe manu, & acceſſione non pœnitenda locupletauit. Qui poſtremus hominis ad Remp. iuuandam nati labor, quum in manus incidiſſet meas, faciendum mihi putaui, animum ut adiicerem ad uolumen totum à capite (quod aiunt) ad calcem maxima cum cura recognoſcendum, periclitaturus num & ego ſubeũdis his partibus, uſui quadantenus eſſe poſſem Reipublicæ: quod penſum ſi ſtrenuè & cum fide conficerem, magnam me gratiam apud omnes bonarum literarum candidatos initurum exiſtimabam. Perluſtratis igitur aliquot paginis, deprehendi non uacaſſe homini & ſeni, & ualetudinario, & aliis nunquã non diſtricto negotiis, præclaras illas Annotationes de integro relegere. Proinde quod aut typographorum, ut ferè fit, incuria, aut locorum è uariis auctoribus à Budæo citatorum deprauatione peccatũ erat, id uerò melioribus codicibus in cõſilium adhibitis, magno ſtudio, nec minore iudicio correximus: mendas, quæ plurimæ irrepſerant, expunximus: pro adulterina notháque lectione germanam ac legitimam repoſuimus: uarias quoque lectiones fixo ad marginem aſteriſco indicauimus. Adde quòd ſolenne fuit Budæo, ut & aliis pleriſque, ueterum teſtimonio ſua hunc in modum confirmare, Cicero, Tradit Quintilianus, Sic loquitur Curtius. At quo in libro? qua libri parte? Méne par eſt, excutiendi iſtius tui teſtimonij cauſa, totum perlegere Ciceronem? tantóne lectorem putas otio abundare? Cenſeris, fateor, doctiſſimi cuiuſque iudicio, in prima benè peritorum claſſe: quinetiam per me licet, ipſam claſſem ducas: ſic meritum eſt tuum: non continuò tamen fiducia tui, in aurem utranque ſic dormio, ut quæ tradis, ea nolim ipſe expendere, meíſque ponderibus examinare. Qui ſecus fecerit, hunc frequenter magno in errore uerſari neceſſe eſt. Tu quidem (ut iterum dicam) in doctorum conſeſſu citra controuerſiam primas tenes: quis negat? at homo tamen es. Iam olim obliteratum eſt Pythagoreum illud, IPSE DIXIT. Lectorem igitur hac diu quærendi moleſtia leuaturus, locos ipſos ita notaui, ut ad manum habeat qua quemque libri parte mox inueniat. Qui ſanè labor ſi ipſi Lectori tam gratus erit, quàm mihi fuit parum leuis, operæ in hæc impẽſæ nequa-

Source : BIU Cujas

quam me pœnitebit. Quid autem hac editione per omnia quàm ſuperiores omnes meliore præſtiterimus, nemo rectè iudicauerit, niſi qui hãc cum illis non oſcitanter nec in tranſcurſu compoſuerit. Porrò cur has quâ Budæi, quâ noſtras caſtigationes, tuo potiſſimùm auſpicio, Præſes æquiſſime, in publicum prodire uoluerim, fecit ipſa rei qua de re agitur, conditio. Vt enim iuris monumenta Budæus ad ſempiternam ſui nominis memoriam feliciter ſcriptis illuſtrauit ſuis, ita tu è ſublimiore tribunali in hoc totius orbis celeberrimo Senatu ius uiua uoce cum immortali tua gloria feliciſſimè reddis. Quo nomine quantum tibi in præſens debeat Reſpublica, quantúmque in poſterum ſit debitura, quis eſt tam bardus, ut non intelligat? aut tam impudens, ut ingenuè fateri detrectet? Iſta certè doctrina, iſta uirtute, iſta denique uitæ integritate & ſanctimonia eò euaſiſti, quò perpaucis datur adſpirare. Nimirum quid non aſſequatur ſumma eruditio cum ſumma uirtute coniuncta? Gratulor itaque mihi, nec priuatim magis quàm publicè, quòd noſtro omnium bono uel maximo, ad hoc tam eximij magiſtratus faſtigium ab optimo iuxtà ac prudentiſſimo Principe ſis euectus. Neque uerò emerendi fauoris tui gratia, in has tuæ tum iuriſprudentiæ, tum probitatis laudes mihi fuit excurrendum, qui domeſtico præconio per te clariſſimus, nihil egeas alieno: recta inſuper conſcientia fretus, hominum laudationes nihil morêris. Sed quid agas? Ea uis eſt ueritatis, ut uolentibus nolentibus nobis erumpat: quam ſi quis uel tegere, uel obliuione penitus obruere adlaboret, is profectò meras nugas egerit, tandem enim emerget aliquà, cunctíſque ſeſe conſpiciendam propinabit. Itaque mihi non potui temperare, æquiſſime Præſes, quin publico hoc elogio exteris quoque nationibus teſtificarer, in quanta hîc ſis apud omneis ordines admiratione. Ego uerò priuatim quid tuæ amplitudini pro ſingulari tua in me beneuolentia debeam, hæret mihi pertinaciter in animo. neque enim adeò fluxa memoria, neque adeò illiberali ſum ingenio præditus, ut quàm bene ſemper fueris in me animatus, obliuiſci poſſim aliquando. Hoc igitur munuſculum, ceu certiſſimum meæ in tuam auctoritatem atque amplitudinem obſeruantiæ teſtimonium, eo uultu precor excipias, quo ſoles ea quæ ab iis proficiſcuntur, quos tibi bene cupere intelligis: méque tibi, ſiquis alius, addictum ac planè deuotum, de tuorum clientum albo nunquam expungi ſinas. Vale.

Source : BIU Cujas

CAPITA IVRISCONSVLTORVM QVAE in hiſce Gulielmi Budæi Commentariis explicantur.

EX PRIORIBVS ANNOTATIONIBVS GVLIELMI BVDAEI.

EX PRIMA PARTE PANDECTARVM.

¶LIBRO PRIMO.

Ex TIT. I. De iuſtitia & iure.

LEX prima. Fol.1.C
θ. Iuris prudentia, in l. iuſtitia. 10. fol.4.C
θ. Huius ſtudij, in ead. l. prima. fol.11.K
L. Manumiſsiones. 4. fol.14.B
L. Omnes populi. 9. fol.14.B
L. Ius Ciuile. 6. fol.14.D
θ. Hoc igitur, in ead. l. fol.17.A
L. Iuſtitia. 10. fol.17.H

Ex TIT. II. De origine iuris.

L. prima. Fol.18.K
L. poſterior in princ. fol.19.G
θ. Poſtea cum Appius, in ead. l. fol.20.B
θ. Augeſcente ciuitate, in ead. l. fol.20.G
θ. Nouiſsime ſicut, in ead. l. fol.20.H
θ. Itémque ut eſſent, in ead. l. fol.21.F
θ. Et quia ut diximus, in eadem l. fol.21.G
θ. Et cum placuiſſet, in eadem l. fol.21.H
In uerbo Vindicias filiæ ſuæ, in eod. θ. fol. 22. I.
θ. Deinde cum poſt aliquot annos, in eadem l. fol.39.H
In uerbo Ita populi conſenſu, in eodē θ. Et cum placuiſſet. fol.40.A
θ Deinde cum placuiſſet, in ead. l. fo.40.B
θ. Deinde cum eſſet neceſſarius, in eadē l. fol.40.F.
θ. Ita decem & octo, in eadem l. fol.42.F
θ. Quoties autem, in eadem l. fol.42.F
θ. Fuit poſt eos maximæ ſciētiæ, in eadē l. fol.42.F.
θ. Eiuſdem eſſe tres alij, in ead. l. fol.43.A
θ. Fuit eodem tempore, in eadē l. ibidem.
θ. Mutij auditores, in eadem l. fol.43.C
θ. Seruius autem, in eadem l. ibidem.
θ. Poſt hos quoque Tubero, in eadē l. fol. 43.F.
θ. Is eſt Quintus Ligarius, in ead. l. f.43.H
θ. Ex iis Athenis, in eadem l. fol.44.C
θ. Primus diuus Auguſtus, in ea. l. f.44.D

Ex TIT. III. De legibus Senatuſcōſultis & longa conſuetudine.

L. Nam & Demoſthenes. 2. fol.44.I
L. Iura conſtitui. 3. fol.47.K
L. Legis uirtus. 7. fol.48.B
L. Non poſſunt. 12. fol.48.F
L. Fraus enim. 30. fol.48.G
L. Princeps. 31. fol.48.I

Ex TIT. V. De ſtatu hominum.

L. Cum igitur. 2. fol.50.E
L. Vulgo concepti. 23. fol.50.G

Ex TIT. VII. De adoptionibus & emancipationibus.

L. Magiſtrum. 4. fol.51.D
L. Arrogato patrefam. 40. fol.51.I

Ex TIT. VIII. De rerum diuiſione & qualitate.

L. In tantum. 6. fol.51.I
L. Sanctum eſt. 8. fol.52.A
θ. Illud notandū, in l. ſacra loca. 9. fo.52.C

Ex TIT. IX. De ſenatoribus.

L. ultima. fo.52.E

Ex TIT. X. De officio Cōſulis.

L. unica. fol.74.B

Ex TIT. XI. De officio præfecti prætorio.

L. unica in princ. fol.74.E

Ex TIT. XII. De officio præfecti Vrbi.

θ. Cura carnis, in l. prima. fol.79.K

Source : BIU Cujas

Ex tit. xiii. De officio quęstoris.
θ. Ex quæstoribus, in l. Vnica. fol. 80. A

Ex tit. xvi. De officio proconsulis & legati.
θ. Ingressum etiã, in l. obseruare. 4. fo. 83. E
θ. Quædam prouinciæ, in ead. l. fol. 83. F
θ. Recte autem, in ead. l. fol. 83. F. fol. 218. K
θ. Quantũ ad xenia pertinet, in l. solet. 6. fol. 84. A
θ. ult. in l. si in aliquam. 7. fol. 84. K
θ. Vbi decretum, in l. nequicquam est. 9. fol. 87. C
L. Legatus. 12. fol. 89. D
L. Proconsules. 14. fo. 89. E

Ex tit. xviii. De officio præsidis.
L. Diuus Marcus. 14. fol. 90. A
θ. Prases prouincię, in l. illicitas. 6. f. 90. H

Ex tit. xxii. De officio adsessorũ.
L. Diem functo. 4. fo. 90. H

¶LIBRO II. PANDECT.

Ex tit. iiii. De in ius uocando.
L. In ius uocare. 2. in princ. fol. 90. I
In uerbo, iusta mortuo, in ead. l. in fine. fo. 91. A
θ. At si uenditor, in l. sed si hac lege. 10. fol. 91. C
θ. Prætor ait in eadem l. fol. 91. D

Ex tit. vi. In ius uocati ut eant, aut satis uel cautum dent.
L. ultima. fol. 91. K

Ex tit. ix. si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauerit.
θ. Et ideo etiam lex, in l. non exigimus. 2. fol. 92. B

Ex tit. xiii. De edendo.
θ. Edere est in l. prima. fol. 92. G
θ. Hæc uox, in l. ueluti. 7. fol. 92. H

Ex tit. xv. De transactionibus.
θ. Sed & personarum in l. cum hi quibus. fol. 92. I

¶LIBRO III. PANDECT.

Ex tit. ii. De iis qui notantur infamia.
L. Prima. fol. 92. I
θ. Sed si ita, in l. quod ait prætor. 2. fo. 93. C
L. Athletas. 4. in princ. fol. 93. K

¶LIBRO IIII. PANDECT.

Ex tit. iii. De dolo malo.
L. Non debet. 11. fol. 99. D

Ex tit. iiii. De minoribus xxv annis.
θ. ult. in l. prima. fol. 99. F
θ. Minore, in l. denique. 3. fol. 99. H
θ. Si autem, in l. minor autẽ. 18. fol. 100. A

Ex tit. vi. Ex quibus causis maiores.
θ. ult. in l. succurritur. 9. fol. 104. A
L. abesse. 32. in fine. fol. 104. E
θ. Eos qui notis, in l. inter eos. 33. fol. 105. B
θ. ult. in l. miles. 34. fol. 105. E

Ex tit. viii. De receptis qui arbitrium receperunt ut sententiam dicant.
θ. ult. in l. Labeo. 3. fol. 105. H

Ex tit. ix. Nautæ, caupones, stabularij ut recepta restituant.
θ. Nautam accipere, in l. prima. fol. 105. I

EX PARTE II. PAND.

¶LIBRO V. PANDECT.

Ex tit. i. De iudiciis, & ubi quis agere uel conueniri debeat.
L. Prima. fol. 106. F
θ. ult. in l. 2. fol. 107. A
θ. Si quis tutelam, in l. hæres absens. 19. fol. 108. D
θ. Si libertis, in l. sed & si suscepit. 52. folio. 108. D

Ex tit. iiii. si pars hæreditatis petatur.
θ. Sed & tergeminos in l. antiqui. 3. fol. 108. H

¶LIBRO VI. PANDECT.

Ex tit. i. De rei uindicatione.
θ. ult. in l. utique autem. 16. fol. 110. F

LIBRO

Source : BIU Cujas

¶LIBRO VII. PANDECT.

EX TIT. I. De usufructu, & quéadmodum quis utatur fruatur.

θ. Hac ratione Labeo, in l. usufructu legato. 7. fol. 110. G
θ. Seminarij, in l. si fundi ususfructus. 9. fol. 111. E
L. Ex sylua cædua. 10. fol. 112. G
θ. Inde Nerua, in l. si cuius rei. 13. fo. 113. D
θ. Item si domus, in eadem l. fol. 113. G
L. Vsufructuarius nouum tectorium. 44. fol. 114. A
θ. Interim tamen, in l. ergo. 70. fol. 114. H

¶LIBRO VIII. PANDECT.

EX TIT. II. De seruitutibus urbanorum prædiorum.

L. Quidam Iberius nomine. 14. fo. 114. K
L. Si arborem. 17. fol. 115. C

EX TIT. III. De seruitutibus prædiorum rusticorum.

L. Qui sella aut in lectica. 7. fol. 115. D
L. Lucius Titius. 37. fol. 115. G

EX TIT. IIII. communia prædiorum tam urbanorum quàm rusticorum.

L. Proprium solum. 5. fol. 115. I
L. Venditor fundi. 13. fol. 116. B

EX TIT. V. si seruitus uindicetur, uel ad alium pertinere negetur.

θ. Competit, in l. sicuti autem. 8. fol. 116. D

¶LIBRO IX. PANDECT.

EX TIT. II. Ad legem Aquiliam.

θ. Si in colluctatione, in l. qua actione. 7. fol. 117. B
θ. Hoc autem in seruo, in ead. 2. fol. 117. H
θ. Si quis insulam, in l. si seruus seruũ. 27. fol. 117. K
θ. Cum eo plane, in eadem l. fol. 118. C
θ. Si mulier pugno, in ead. l. fol. 118. F
θ. Si calicem dietratum, in ead. l. fol. 118. I
θ. ult. in ead. l. fol. 119. C
L. si quis testamentũ in princ. 41. fol. 119. E
θ. Tabernarius, in l. si ex plagis. 52. f. 119. F

EX TIT. III. De iis qui deiecerint, uel effuderint.

L. Si uero plures. 5. in princ. & θ. interdũ. fol. 119. G
θ. Prætor ait, in ead. l. fol. 120. B

¶LIBRO X. PANDECT.

EX TIT. IIII. Ad exhibendum.

θ. Sed & si rotam, l. tigni appellatione. 7. fol. 120. H
θ. Quantum ad hanc actionem, in l. Iulianus. 9. fol. 121. B

¶LIBRO XI. PANDECT.

EX TIT. III. De seruo corrupto.

θ. Quod autem prætor, in l. 1. fol. 121. F
θ. Sed utrum ita demum, in eadem l. fol. 124. F.

EX TIT. IIII. De *fugitiuis*.

L. Limenarchæ. 4. fol. 124. I

EX TIT. VI. si mensor falsum modum dixerit.

L. ultima. fol. 125. A

EX PARTE III. PAND.

¶LIBRO XII. PANDECT.

EX TIT. I. si certum petetur & de condictione.

θ. Res pignoris data, in l. si quis nec causam. 4. fol. 128. H
θ. ult. in l. ult. fol. 128. K

EX TIT. II. De iureiurando siue uoluntario, siue necessario, siue iudiciali.

θ. Si de qualitate, in l. iusiurandum, & ad pecunias. 34. fol. 129. A

EX TIT. VI. De cõdictione indebiti.

L. seruus cuiusdam. 36. fol. 130. A

¶LIBRO XIII. PANDECT.

EX TIT. VI. cõmodati uel contra.

θ. Interdum, in l. si ut certo. 5. fol. 130. D

EX TIT. VII. De pignoratitia actione uel contra.

θ. Si annua, in l. si necessarius. 8. fol. 131. F
θ. Vnde si domum, in l. solutum non uidetur. 11. fol. 132. C
θ. ult. in l. ult. fol. 132. F

Source : BIU Cujas

¶LIBRO XIIII. PANDEC.

Ex TIT. I. De exercitoria actione.

θ. Nauem, in l. prima. fol.134.H
θ. Sed si ut certis, in ead.l. fol.134.K

Ex TIT. II. De lege Rhodia de iactu.

θ. Si conseruatis, in l. si laborãte. 2. fo.135.B
L. ἀξίωσις. 9. fol.135.F
L. Si laborante. 2. in princ. fol.135.I
L. ultima. fol.136.B

Ex TIT. III. De institoria actione.

θ. Idem ait, in l. cuicunque. 5. fol.136.E
θ. Idem Labeo, in eadem l. fol.137.D

Ex TIT. IIII. De tributoria actione.

θ. Si cuius dolo, in l. illud. 7. fol.137.G

Ex TIT. VI. De senatusconsulto Macedoniano.

L. Prima in princ. fo.137.H

¶LIBRO XV. PANDECT.

Ex TIT. III. De in rem uerso.

θ. Sed si mutua, in l. quod si seruus. 3. fol. 138.A.

¶LIBRO XVI. PANDECT.

Ex TIT. II. De cõpensationibus.

L. Ideo condemnatus. 17. fol.138.H

Ex TIT. III. Depositi uel contra.

θ. Eum tamen, in l. prima. fol.138.K
θ. Quoties, in l. si hominem. 7. fol.140.C
θ. Lucius Titius, in l. publia. 26. fol.141.F

¶LIBRO XVII. PANDEC.

Ex TIT. I. Mandati uel contra.

L. Si quis mandauerit. 16. fol.143.B

Ex TIT. II. Pro socio.

θ. De illo, in l. ea uero. 3. fol.143.E
θ. Qui in coeũda, l. cũ duobus. 52. f.147.D
θ. Item Mela scripsit, in ead.l. fol.148.A
θ. Morte unius, in l. actione. 65. fol.149.H

¶LIBRO XVIII. PANDEC.

Ex TIT. I. De contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem & uenditorem compositis.

L. prima. fol.149.I
θ. ult. in l. in uenditionibus. 9. fol.156.F
L. Qui fundum. 40. fol.157.A

Ex TIT. II. De in diẽ adiectione.

Tituli ipsius siue Rubricæ explicatio. fol. 157.K.

Ex TIT. VI. De periculo, & commodo rei uenditæ.

θ. Si doliare, in l. prima. fol.159.A

¶LIBRO XIX. PANDEC.

Ex TIT. I. De actionibus empti.

θ. Idem ait, in l. ex empto. 11. fol.159.C
θ. Idem libro secũdo, in ead.l. alias l. emptorem. fol.159.E.G
θ. ult. in ead.l. fol.161.B
θ. Quod autem diximus, in l. Iulianus. 13. fol.163.B
L. Funes & labra. 15. fol.163.G
θ. Si ruta & cæsa, in l. fundi. 17. fol.163.I
θ. Castella, in ead.l. fol.164.I
θ. Firmius à proculo, in l. si uenditor. 38. fol.165.C.
θ. Ante domum, in l. creditor. 52. fol.165.D
L. Si seruus tuus. 54. fol.165.H

Ex TIT. II. Locati & conducti.

θ. ult. in l. uideamus. 11. fol.166.A
L. Item quæritur. 13. fol.166.I
θ. Si uis, in l. ex conducto. 25. fol.166.K
θ. Sed & si labes, in ead.l. fol.168.K
θ. Illud nobis, in l. sed addes. 19. fo.172.D
In uerbo, quod si regulis, in eod. θ. f.172.F
θ. Si inquilinus, in ead.l. fol.173.I
L. In naue, in princ. 31. fol.174.F
θ. Quod si separatim, in ead.l. fol.175.B
L. Opus quod auersione. 36. fol.175.E
L. Qui fideiussor. 53. fol.175.F
L. Qui domum habebat. 57. fol.176.D
θ. Mandaui tibi, in l. cum in plures. 60. fol. 176.F.

Ex TIT. V. De præscriptis uerbis, & in factum actione.

L. Si uir uxori. 12. fol.177.A
L. Si apud te. 18. fol.177.E
L. Apud Labeonem. 20. fol.177.G

EX PARTE IIII. PAND.

LIBRO XX. PANDECT.

Ex TIT. I. De pignoribus, & qualiter ea contrahantur.

θ. Idem quæsiit, in l. tabernã. 34. fol.177.K

Ex

Source : BIU Cujas

Ex TIT. IIII. Qui potiores in pignore habeantur, & de iis qui in priorum creditorum locum ſuccedunt.

θ. Papinianus, in l. creditor. 12. fol. 178. F

Ex TIT. V. De diſtractione pignorum, & hypothecarum.

θ. Si aliena, in l. reſcriptum. 12. fol. 179. E

¶LIBRO XXI. PANDECT.

Ex TIT. I. De ædilitio edicto, & redhibitione, & quanto minoris.

θ. Ego puto, in l. prima. fol. 179. G
θ. Apud Viuianum, in ead. l. fol. 179. K
θ. ult. in ead. l. fol. 181. G
L. Vel melancholici. 2. fol. 181. I
θ. Item aleatorem, in l. ob quæ. 4. fo. 182. D
θ. Idem Pomponius, in ead. l. fol. 183. A
θ. idem de hydropico, in l. Item ô filius. 10. fol. 183. E
θ. ult. in ead. l. fol. 183. K
θ. ult. in l. qui clauum. 12. fol 184. G
θ. Item de eo, in l. quæritur de ea. 14. folio. 184. K
θ. Si quis ἀντιπάθας, in ead. l. fol. 185. A
L. Quæ bis in menſe. 15. fol. 185. F
θ. Item apud Viuianum, in l. quis ſit fugitiuus. 17. fol. 185. H
θ. Idem ait interrogatus, in ead. l. fol. 185. I
θ. Apud Labeonem, in ead. l. fol. 186. E
L. Si quid uenditor. 18. fol. 186. H
θ. ult. in ead. l. fol. 187. D
L. Si uerò ante. 20. fol. 187. F
θ. Idem Pomponius, in l. redhibere. 21. fol. 187. H
θ. ult. in l. cum autem. 23. fol. 187. I
θ. ult. in l. Aedilis. 25. fol. 187. K
θ. Item emptori, in l. illud ſciendum. 29. fol. 188. C
L. Qua uulgò. 42. fol. 188. C
θ. ult. in l. ſi tamen. 48. fol. 188. G
θ. Seruus, in l. ult. fol. 188. I
L. præcipiunt. 37. fol. 188. K

Ex TIT. II. De euictione, & duplæ ſtipulatione.

L. Si ita quis ſtipulanti. 31. fol. 191. E
θ. Caia Seia, in l. Herennius. 63. fol. 191. F
L. ultima. fol. 192. D

¶LIBRO XXII. PANDECT.

Ex TIT. I. De uſuris & fructibus, & cauſis & omnibus acceſſionibus & mora.

θ. Fiſcus, in l. cum quidam. 17. fol. 194. F
L. Seia mutuam. 12. fol. 194. G
L. Si bene collocatæ. 33. fol. 194. H
L. Et in contraria. 37. fol. 196. A

Ex TIT. II. De nautico fœnore.

θ. Pro operis, in l. nihil intereſt. 4. fo. 196. E

Ex TIT. III. De probationibus, & præſumptionibus.

L. Quinquaginta. 12. fol. 196. I
L. Cum de ætate. 13. fol. 196. I
L. Circa eũ q ſe ex libertinitate. 14. f. 197. C
L. Qui teſtamentum. 27. fol. 197. E
L. Si arbiter. 28. fol. 197. H

Ex TIT. V. De teſtibus.

L. Teſtium fides, in princ. 3. fol. 198. A
θ. Tu magis ſcire potes, in ead l. fol. 198. D
θ. Item diuus Adrianus, in ead. l. fo. 200. G
L. Inuiti. 19. fol. 200. G
L. Produci. 23. fol. 200. H

Ex TIT. VI. De iuris & facti ignorantia.

L. Plurimum intereſt. 3. fol. 200. H
L. Nec ſupina. 6. fol. 201. A

¶LIBRO XXIII. PANDEC.

Ex TIT. I. De ſponſalibus.

L. Quæſitum eſt. 9. fol. 201. F

Ex TIT. II. De ritu nuptiarum.

θ. Si ab hoſtibus, in l. in eo iure. 45. f. 201. G
θ. Nũquid nec fratri, ĩ l. nõ ſolũ. 68. f. 201. G
θ. Etſi curator, in l. non ſolũ. 68. fol. 201. K

Ex TIT. III. De iure dotium.

θ. Sed quid ſi, in l. ſi extraneus. 33. f. 202. H
θ. Traditione, in l. quẽadmodũ. 46. f. 202. I
θ. Socer genere, in l. tali ſtipulatione. 48. fol. 202. K
θ. Cæterũ, in l. cum in fundo. 78. f. 204. A

¶LIBRO XXIIII. PANDEC.

Ex TIT. I. De donationibus inter uirum & uxorem.

θ. Qui in eiuſdẽ, in l. hæc ratio. 3. f. 204. B
θ. Ab uxoris, in ead. l. fol. 204. B

Source : BIU Cujas

θ. Marcellus, in l. si sponsus. 5. alias. l. si mulier. 6. fol. 204. C
θ. Si uir uxori, in l. sed si uir. 31. fol. 204. K
θ. Non uidetur, in ead. l. fol. 205. C
θ. ult. in l. Seia Sempronio. 66. fol. 205. C

EX POSTERIORIBVS Annotationibus Gulielmi Budæi.

EX PARTE VII. PAND.

¶LIBRO XLVII. PANDECT.

Ex TIT. I. De priuatis delictis.

θ. Itẽ si quis ancillã, in l. nunquã. 2. f. 209. A

Ex TIT. II. De furtis.

L. Fur manifestus. 3. fol. 209. I
L. Quanuis enim. 6. fol. 209. K
L. Nec manifestum. 8. fol. 210. B
θ. Plerique etiam, in l. falsus. 43. fol. 210. C
θ. Si quis asinũ meũ, in l. si quis uxori. 52. fol. 210. E

Ex TIT. VII. Arborũ furtim cæsarũ.

L. Cædere. 5. fol. 211. A

Ex TIT. VIII. Vi bonorũ raptorũ.

θ. Hoc edictum, in l. prætor ait. 4. fol. 211. B

Ex TIT. IX. De incendio, ruina, & naufragio.

θ. Qui eiecta naue, in l. quo naufragium. fol. 211. C
L. Si fortuito, in ead. l. fol. 211. C

Ex TIT. X. De iniuriis & famosis libellis.

θ. Si quis me prohibeat, in l. iniuriarũ. 13. fol. 211. D
θ. Quæstionis uerbo, in l. Item apud Labeonem. 15. fol. 211. H
L. Quod reipublicæ. 33. fol. 211. K
L. Vestem. 39. fol. 212. A
θ. Hæc autẽ fere, in d. l. item apud Labeonem. 15. fol. 213. A

Ex TIT. XI. De extraordinariis criminibus.

θ. In Aegypto, in l. saccularij. 7. fol. 213. C
L. Saccularij, in princ. fol. 213. F

Ex TIT. XII. De sepulchro uiolato.

L. Sepulchri. 7. fol. 213. G

Ex TIT. XIII. De concussione.

L. ult. fol. 213. G

Ex TIT. XIIII. De abigeis.

L. prima, in princ. fol. 214. F

Ex TIT. XVIII. De effractoribus & compilatoribus.

θ. Expilatores, in l. prima. fol. 214. F

Ex TIT. XX. De crimine stellionatus.

θ. Idem si quis, in l. stellionatus. 3. fol. 214. I

Ex TIT. XXII. De collegiis & corporibus.

L. ultima. fol. 214. K

¶LIBRO XLVIII. PANDEC.

Ex TIT. I. De publicis iudiciis.

L. Accusatore. 13. fol. 215. H

Ex TIT. II. De accusationibus & inscriptionibus.

L. Capitis reus. 21. fol. 215. K

Ex TIT. III. De custodia & exhibitione reorum.

L. Si seruus. 2. fol. 216. C
L. Diuus Adrianus. 6. fol. 217. A
L. Ne quis receptam. 10. fol. 217. F

Ex TIT. IIII. Ad legem Iuliam maiestatis.

L. prima, in princ. fol. 218. C
L. Qui ue de prouincia. 2. fol. 218. K
L. Lex duodecim. 3. fol. 219. D
L. Non contrahit. 5. fol. 219. G
L. In quæstionibus. 8. fol. 222. D

Ex TIT. V. Ad legem Iuliam de adulteriis coërcendis & stupro.

θ. Marito, in l. ex lege. 2. fol. 222. G
θ. Lex stuprũ, in l. inter liberas. 5. fol. 223. A
θ. Plane siue iusta, in l. si uxor. 13. fo. 223. D
θ. Sed & in ea, in ead. l. fol. 223. G
θ. Legis Iuliæ, in l. si maritus. 15. fol. 223. I
θ. Cæterum, in ead. l. fol. 224. A
L. Quod ait, lex. 23. fol. 224. B
L. Si postulauerit. 27. fol. 224. H
θ. Quæstioni, in ead. l. fol. 224. K
θ. Imperatores, in l. si adulterium cum incestu. 38. fol. 225. B

Ex TIT. VI. Ad legem Iuliam de ui publica.

L. Qui

Source : BIU Cujas

L. Qui cœtu.5. fol.225.F
L. Lege Iulia. fol.225.G

Ex TIT. VIII. Ad legem Corneliã de ſicariis & ueneficis.

L. prima, in princ. fol.225.I
θ. Præterea, in ead.l. fol.226.B
θ. Diuus Adrianus, in ead.l. fol.227.I
L. Inauditum.2. fol.227.K
θ. Alio ſenatuſconſulto, in l. eiuſdem, 3. fol.228.F
θ. Item qui auctor, in ead.l. fol.229.C
θ. Cum quidam, in l. lege Cornelia.4. fo. 229.F
L. Furem nocturnum.9. fol.229.H

Ex TIT. IX. Ad legem Pompeiam de parricidiis.

L. Si ſciente.7. fol.229.K

Ex TIT. X. Ad legem Corneliam de falſis, & de ſenatuſconſulto Liboniano.

L. prima. fol.230.G
θ. Sed etſi ſeruo, in l. impuberẽ.22. f.230.I
L. Quid ſit falſum.23. fol.231.B
θ. ult. in l. eos. 27. fol.231.C
L. Si quis obrepſerit.29. fol.232.A

Ex TIT. XI. Ad legem Iuliam repetundarum.

L. In comites.5. fol.232.F
θ. Lege Iulia, in l. eadem lege. fol.233.D
L. Lex Iulia.7. fol.233.G
θ. Illud quoque, in ead.l. fol.234.D

Ex TIT. XII. Ad legem Iuliam de annona.

L. prima. fol.234.K

Ex TIT. XIII. Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegiis & de reſiduis.

L. Qui tabulam.8. fol.235.A
L. Sacrilegi.9. fol.235.D

Ex TIT. XIIII. Ad legem Iuliam de ambitu.

Titulus ſiue rubrica. fol.235.D

Ex TIT. XVI. Ad Senatuſconſultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.

θ. Nunciatores, in l. ab accuſatione.6. fol. 238.A

Ex TIT. XVIII. De quæſtionibus.

L. prima, in princ. fol.238.D

Ex TIT. XIX. De pœnis.

θ. Conſtat, in l. rei capitalis.2. fol.238.F
θ. Quicũq; in ludũ, ĩ l. aut dãnũ.8. f.240.F
L. Qui ultimo.29. fol.240.I
L. Ad beſtias.31. fol.240.I
θ. Nonnunquã, in l. moris eſt.9. fol.241.F
θ. Solet & ſic, in ead.l. fol.245.A
L. Aut facta.16. in princ. fol.245.C
θ. Qualitate, in ead.l. fol.245.D
θ. ult. in ead.l. fol.245.F
L. ſi pœna.20. fol.249.B
L. Si diutino tempore.25. fol.249.C
θ. in exulibus, in l. capitaliũ.28. fol.249.G
L. Cicero. fol.249.I

Ex TIT. XX. De bonis damnatorũ.

L. Diuus Adrianus.6. in princ. fol.249.I
θ. ult. in ead.l. fol.250.A

¶LIBRO XLIX. PANDEC.

Ex TIT. I. De appellationibus & relationibus.

L. Si qui ſeparatim.10. fol.250.C
L. ſi proluſorio.14. fol.250.D

Ex TIT. XIIII. De iure fiſci.

L. Sed ſi accepto.32. fol.250.G

Ex TIT. XV. De captiuis, & poſtliminio reuerſis.

θ. In pace, in l. poſtliminij.5. fol.253.G
θ. ult. in ead.l. fol.254.F
L. Non dubito.7. in princ. fol.255.A
θ. ult. in ead.l. fol.255.F
L. Quod ſi filius.11. fol.255.K
θ. Filius quoque, in l. poſtliminium.19. fol.256.A

Ex TIT. XVI. De re militari.

θ. Is qui exploratione, in l. deſertorem.3. fol.256.E
θ. Qui ſeditionem, in ead.l. fol.256.G
θ. Non omnis, in l. qui cum uno.4. f.256.I
L. milites.99. fol.258.E
L. Ex cauſa.15. fol.258.F
L. Qui excubias.10. fol.258.F

Ex TIT. XVII. De caſtrẽſi peculio.

Source : BIU Cujas

L. De hæreditate. 19. fol. 258. K

¶LIBRO L. PANDECT.

Ex TIT. I. Ad municipalem & de incolis.

θ. ult. in l. municeps. 23. fol. 258. K
θ. ult. in l. conſtitutionibus. 24. fol. 259. B
θ. Si quis negotia, in l. eius qui. 27. f. 259. D

Ex TIT. II. De decurionibus, & filijs eorum.

L. Generaliter. 3. fol. 260. A
L. Honores. 7. fol. 260. C
L. Herennius Modeſtinus. 10. fol. 260. E
L. Imperatores. 13. fol. 260. H

Ex TIT. IIII. De muneribus, & honoribus.

θ. Sciant igitur, in l. reſcripto. 6. fol. 261. A
θ. Quod pater, in l. & qui originem. 3. fol. 261. B
L. Ad rempublicam. 8. fol. 261. C
θ. Perſonalia, in l. ult. fol. 261. D
θ. Item epiſcopi, in ead. l. fol. 261. G
θ. Hi quoque, in ead. l. fol. 262. A
θ. Camelaſia, in ead. l. fol. 263. A
θ. Defenſores quoque, in ead. l. fol. 263. B
θ. Iudicandi quoque, in ead. l. fol. 263. C. D
θ. Si quis etiam, in ead. l. fol. 269. K
θ. Elæmporia, in ead. l. fol. 270. A

Ex TIT. VI. De iure immunitatis.

θ. Conductores etiam, in l. ſemper. 5. fol. 271. B
L. ultima. fol. 271. E

Ex TIT. VII. De legationibus.

L. Qui libera. 14. fol. 272. F
L. eundem. 16. fol. 273. B

Ex TIT. XI. De nundinis.

L. ultima. fol. 273. G

Ex TIT. XII. De pollicitationibus.

θ. ult. in l. ſi quis rem. 2. fol. 275. A
L. Charidemo. 5. fol. 275. C
L. Ex pollicitatione. 9. fol. 275. G
L. Septitia. 10. fol. 275. H
L. Si quis ob honorem. 11. fol. 276. A

Ex TIT. XIII. De extraordinariis cognitionibus, etſi iudex litem ſuam feciſſe dicetur.

L. prima, in princ. fol. 277. C

Ex TIT. XIIII. De proxenetis.

L. Si proxeneta. 2. fol. 277. E
θ. Facilius, in l. ultima. fol. 277. F

Ex TIT. XVI. De uerborum ſignificatione.

L. Munus. 18. fol. 277. G
θ. ult. in l. Labeo. fol. 277. H
θ. Noualis, in l. ſylua. 30. fol. 277. I
L. Oſtentum. 38. fol. 278. D
L. Inſtrato. 45. fol. 278. D
L. Sæpe ita comparatum. 53. fol. 278. G
θ. ult. in l. impenſæ. 79. fol. 279. H
L. Cum biſextum. 98. fol. 279. D
L. Spadonum. 128. fol 281. E
L. Anniculus. 132. fol. 281. F
L. Maſurius. 134. fol. 282. D
L. Carbonum. 167. fol. 282. D
L. In lege Cenſoria. 203. fol. 282. E
L. Qui ſundum. 205. fol. 282. H
θ. Toties enim, in l. liberorum. 220. folio. 282 I.
L. Si caluitur: alias, l. ſi cauilletur. 233. fol. 282. K
L. Qui uenenum. 236. fol. 283. A
θ. ult. in ead. l. fol. 283. K
θ. Incola eſt, l. pupillus. 239. fol. 284. C
θ. Plumbum, in l. malum. 242. fol. 284. F
L. Statuæ. 245. fol. 284. G

Ex TIT. XVII. De regulis iuris.

L. Omnis diffinitio. 202. fol. 285. A

Source : BIU Cujas

HVC ACCEDVNT EA IVRIS CAPITA QVAE παρεβιῶς in superiorum capitum explicatione enodata reperiuntur, in quorum omnium collocatione Titulorum iuris seriem obseruauimus.

EX PARTE I. PAND.

¶LIBRO I. PANDECT.

Ex TIT. III. De legibus.

L. Iura constitui.3. fol.110.E

Ex TIT. VII. De adoptionibus.

L. Generalis.2. fol.143.E
L. Non aliter.18. fol.101.G

Ex TIT. XVI. De officio procõsulis.

θ. Recte autem, in l. obseruare.4. fo.218.K

¶LIBRO III. PANDECT.

Ex TIT. I. De postulando.

θ. Pueritiam, in l. prima. fol.251.D

Ex TIT. II. De his qui notantur infamia.

θ. Ignominię causa, in l. quod ait.2. f.233.D
θ. Ait prætor, in ead. l. fo.241.A

Ex TIT. V. Negotiorũ gestorum.

θ. ult. in l. debitor meus.12. fo.193.K

¶LIBRO IIII. PANDECT.

Ex TIT. III. De dolo malo.

θ. Verba autem, in l. prima. fol.211.F

Ex TIT. VIII. De receptis, qui arbitriũ receperunt, ut sententiã dicãt.

θ. ult. in l. Pomponius.13. alias. l. si de meis. fol.92.F
θ. Illud in prima specie, in l. non distinguemus.32. fol.30.A

EX PARTE II. PAND.

¶LIBRO V. PANDECT.

Ex TIT. I. De iudiciis, & ubi quis agere uel conueniri debeat.

θ. Iudex tũc, in l. si filiusfamilias.15. f.189.F

¶LIBRO VI. PANDECT.

Ex TIT. I. De rei uindicatione.

L. Quod si possessor.71. fol.197.C

¶LIBRO VII. PANDECT.

Ex TIT. I. De usufructu, & quemadmodum quis utatur.

θ. Etsi forte uoluptuarium, l. si cuius rei. 13. alias l. æquissimum. fol.115.F

Ex TIT. VII. De operis seruorũ.

L. ultima. fol.105.K

Ex TIT. VIII. De usu, & habitatione.

L. Plenum in princ.12. fol.166.C
θ. Denique si tibi, in l. per seruũ.14. f.189.B
θ. Dominus proprietatis, in l. si ita legatus.16. fol.174.E

Ex TIT. IX. Vsufructuarius quemadmodum caueat.

θ. Ergo etsi fructus, in l. hac stipulatione. 5. fol.189.B

¶LIBRO IX. PANDECT.

Ex TIT. II. Ad legem Aquiliam.

L. Itaque si seruum.4. fol.229.H

Ex TIT. III. De his qui deiecerunt, uel effuderunt.

θ. Sed & si quis hospitalia, in l. si uero.5. fol.84.D
θ. Sed si quis cœnaculariã, in ead. l. fol.113.I

Ex TIT. IIII. De noxalibus actionibus.

θ. ult. in l. si seruus depositus.22. fol.30.A

¶LIBRO X. PANDECT.

Ex TIT. IIII. Ad exhibendum.

L. Ad exhibendum.19. fol.6.C

¶LIBRO XI. PANDECT.

Ex TIT. VI. si mensor falsum modum dixerit.

L. prima. fol.157.D

Ex TIT. VIII. De mortuo inferendo.

L. ultima. fol.7.B

Source : BIU Cujas

EX PARTE III. PAND.

LIBRO XII. PANDECT.

Ex TIT. I. si certum petetur,& de condictione.

θ. Omnes enim,in l.prima. fol.133.D
θ. Sed etsi ex Senatusconsulto, in l. certi condictio.9. fol.25.I

Ex TIT. V. De condictione ob turpem,uel iniustam causam.

θ. Si tibi indicium, in l. idem si ob stuprum.4. fol.210.C

Ex TIT. VI. De condictione indebiti.

θ. Quanuis,in l.si pœnæ.19. fol.189.B
L. Repetitio.44. ibidem.

¶LIBRO XIII. PANDEC.

Ex TIT. VII. De pignoratitia actione uel contra.

θ. Vnde si domũ,in l.solutum.11.fol.113.H
L. Qui ratiario.30. fol.134.I

¶LIBRO XIIII. PANDEC.

Ex TIT. I. De exercitoria actione.

θ. Exercitorem autem,in l.prima.fo.175.F

Ex TIT. II. De lege Rhodia de iactu.

L. ultima. fol.136.B

Ex TIT. VI. De Senatusconsulto Macedoniano.

θ. Si filiusfamilias,in l.item si filiusfam.7. alias l.sed Iulianus. fol.196.B

¶LIBRO XV. PANDECT.

Ex TIT. III. De in rem uerso.

L. Quidam fundum.16. fol.137.E

¶LIBRO XVI. PANDECT.

Ex TIT. III. Depositi uel contra.

L. Si hominem.7. fol.211.I

¶LIBRO XVII. PANDECT.

Ex TIT. I. Mandati.

θ. Sed etsi reum,in l.si uero non remunerandi.12. fol.133.C

Ex TIT. II. Pro socio.

L. Actione distrahitur,ĩ princ.65.f.209.C

¶LIBRO XVIII. PANDEC.

Ex TIT. I. De contrahenda emptione.

L. Quid tamen.14. fol.189.C
L. Qui tabernas argentarias.37.fo.140.G
θ. ult.in l.cum ab eo.41. fol.189.C

Ex TIT. II. De in diẽ addictione.

θ. Si fundus,in l.si prædio.15. fol.159.F

Ex TIT. VI. De periculo & commodo rei uenditæ.

L. Si post inspectum.9. fol.261.I
θ. ult.in l.si in uenditione.10. fol.168.K

¶LIBRO XIX. PANDECT.

Ex TIT. I. De actionibus empti.

θ. Si tibi iter,in l.tenetur. 6. 191.I

Ex TIT. II. Locati & conducti.

θ. Celsus etiã, in l.si quis domũ.9. alias l. si quis fundum. fol.135.K
θ. Si quis seruum, in l.item quæritur.13. fol.136.A
L. Si in lege.24. fol.234.I
θ. Vis maior,in l.si merces.25. fol.170.G
L. Opus quod auersione.36. fol.175.E
L. Quæro.54. fol.259.E
L. Dominus horreorum.55. fol.174.E

Ex TIT. V. De præscriptis uerbis & in factum actione.

L. Apud Labeonem in princ. 20. fo.97.I

EX PARTE IIII. PAND.

¶LIBRO XX. PANDECT.

Ex TIT. I. De pignoribus & hypothecis.

L. Si debitor res suas.10. fol.222.G
θ. Vsusfructus,in l.si is qui bona.11.f.222.G

Ex TIT. IIII. Qui potiores in pignore.

L. Creditor qui prior.12. fol.222.H

Ex TIT. V. De distractione pignorũ.

L. Rescriptum est.12. fol.87.E

¶LIBRO XXI. PANDECT.

Ex TIT. I. De Aedilitio edicto.

L. Qui clauum,in princ.12. fol.94.A
L. Præcipiunt,in princ.37. fol.188.C

Ex

Source : BIU Cujas

Ex TIT. II. De euictione & duplæ ſtipulatione.

θ. Si ſimplam, in l. emptori. 37. fol. 188. H

¶LIBRO XXII. PANDEC.

Ex TIT. III. De probationibus, & præſumptionibus.

L. ultima. fol. 197. C

Ex TIT. IIII. De fide inſtrumẽtorũ.

L. Repetita quidem die. 3. fol. 121. F

Ex TIT. V. De teſtibus.

θ. Tu magis ſcire potes, ĩ l. teſtiũ. 3. f. 197. E

L. Lege Iulia. 4. fol. 214. D

Ex TIT. VI. De iuris & facti ignorantia.

L. In omni parte. 2. fol. 8. E

¶LIBRO XXIII. PANDEC.

Ex TIT. III. De iure dotium.

θ. Si res alicui, in l. ſi ego. 9. fol. 201. K

Ex TIT. IIII. De pactis dotalibus.

L. Quæris ſi pacta ſit. 28. fol. 196. C

¶LIBRO XXVII. PANDEC.

Ex TIT. I. De excuſationibus.

L. Adminiſtrantes. 41. in princ. fol. 231. D

EX PARTE V. PAND.

¶LIBRO XXIX. PANDEC.

Ex TIT. II. De adquirenda, uel omittenda hæreditate.

In uerbo Iuſta ei fecit, in l. pro hærede. 20. fol. 91. B

¶LIBRO XXXI. PANDEC.

De legatis. Et fideicõmiſſis libro II.

θ. Eadémque ratio, in l. Mæuius fundũ. 66. fol. 273. D

¶LIBRO XXXII. PANDEC.

De legatis, & fideicõmiſſis lib. tertio.

θ. ult. in l. nutu etiam. 21. fol. 54. G

In uerb. Calendario, in l. qui filium. 64. fol. 203. F

¶LIBRO XXXIII. PANDEC.

Ex TIT. VII. De inſtructo, uel inſtrumento legato.

L. Quæſitum, in princ. 12. fol. 111. F

¶LIBRO XXXV. PANDEC.

Ex TIT. I. De conditionibus, & demonſtrationibus.

L. Publius Mæuius. 36. fol. 277. B

¶LIBRO XXXVII. PANDEC.

Ex TIT. I. Ad ſenatuſconſultum Trebellianum.

L. Seius Saturninus. 46. fol. 24. D

EX PARTE VI. PAND.

¶LIBRO XXXVII. PANDEC.

Ex TIT. X. De carboniano edicto.

θ. Puberi, quanuis, in l. Carbonianum. 3. fol. 232. C

¶LIBRO XXXVIII. PAND

Ex TIT. XVII. Ad Senatuſconſultum Tertyllianum & Orphitianũ.

θ. Non ſolum autem, in l. ſiue ingenua. 2. fol. 160. D

¶LIBRO XXXIX. PANDEC.

Ex TIT. II. De damno infecto.

θ. Seruius quoq;, ĩ l. Fluminũ. 24. f. 170. D

Ex TIT. II. De publicanis uectigalibus & commiſſis.

Titulus ſiue rubrica. De publicanis uectigalibus & cõmiſsis. fo. 106. A. 193. K

θ. Ad conducendum, in l. Locatio. 9. alias 8. licitatio. fol. 259. C

θ. Quoties quis, in l. interdũ. 16. fo. 190. C

¶LIBRO XL. PANDECT.

Ex TIT. VII. De ſtatuliberis.

θ. Si qs nõ dare, ĩ l. ſi ſtatulibera. 6. f. 179 C

¶LIBRO XLII. PANDECT.

Ex TIT. V. De rebus iudicis authoritate poſſidendis uel uendundis.

θ. Si qua idonea, in l. Cũ plures. 15. f. 179. D

¶LIBRO XLIII. PANDECT.

Ex TIT. XII. De fluminibus ne quid in flumine ripáue eius fiat, quó ue peius nauigetur.

θ. Labeo ſcribit, in l. prima. fol. 222. I

Ex TIT. XVII. Vti poſſidetis.

θ. De cloacis, in l. prima. fol. 269. D

Source : BIU Cujas

EX TIT. XXIIII. Quod ui aut clam.

θ. Si quis se denunciauerit, in l. aut qui aliter. 5. fol. 160. D

¶ LIBRO XLIIII. PANDEC.

EX TIT. III. De diuersis temporalibus præscriptionibus, & accessionibus possessionum.

θ. Reipublicæ, in l. in omnibus. 13. folio. 179. D

EX TIT. VII. De obligationibus & actionibus.

θ. ult. in l. consensu. 2. fol. 1. D
L. Qui seruum. 33. in princ. ibidem.

EX PARTE VII. PAND.

¶ LIBRO XLV. PANDEC.

EX TIT. I. De uerborum obligationibus.

L. Hoc iure. 10. fol. 189. D
θ. Plane si insulam, in l. stipulationes non diuiduntur. 72. fol. 189. D
L. Vbi autem. 75. fol. 133. D
L. Insulam. 124. fol. 189. D
θ. Cum ita stipulatus sim, in l. continuus. 137. fol. 231. C

¶ LIBRO XLVI. PANDEC.

EX TIT. VI. De solutionibus, & liberationibus.

θ. Qui hominem debebat, in l. qui decem debet. 72. fol. 191. E
L. Filiæ intestato. 88. in princ. fol. 141. C

EX TIT. VIII. Ratam rem haberi.

θ. Si procuratori, in l. si sine iudice. 22. fol. 209. C

¶ LIBRO XLVII. PANDEC.

EX TIT. II. De furtis.

θ. Qui alienum quid iacens, in l. falsus creditor. 43. fol. 188. B
L. Sempronia. 73. in princ. fol. 250. B

EX TIT. X. De iniuriis, & famosis libellis.

θ. Itaque prætor, in l. Item apud Labeonem. 15. fol. 105. K

EX TIT. XII. De sepulchro uiolato.

L. Quæsitum est. 10. fol. 1. D

¶ LIBRO XLVIII. PANDEC.

EX TIT. I. De publicis iudiciis.

L. Ordo. 8. fo. 227. B

EX TIT. II. De accusationibus, & inscriptionibus.

L. Hos accusare. 12. fol. 277. A

EX TIT. IIII. Ad legem Iuliam maiestatis.

L. ultima. fol. 212. A

EX TIT. V. Ad legem Iuliam de adulteriis.

L. Ex lege. 2. in princ. fol. 215. I
θ. Legis Iuliæ, in l. si maritus. 15. fol. 105. B

EX TIT. VIII. Ad legem Corneliam de sicariis.

θ. Legis Cornelię, in l. eiusdem. 3. f. 240. I

EX TIT. IX. Ad legem Pompeiam de parricidiis.

L. Pœna parricidij. 9. fol. 240. I

EX TIT. X. Ad legem Corneliam de falsis.

L. prima in princ. fol. 242. B
θ. Itē qui ob instruendā, in l. prima. f. 213. I
θ. Pœna legis, ī l. lege Cornelia. 9. f. 230. H
L. Falsi pœna. 20. fol. 242. B

EX TIT. XI. Ad legem Iuliam repetundarum.

L. Eadem lege. 6. fol. 214. C

EX TIT. XVI. Ad Senatusconsultum Turpillianum.

θ. Destitisse, in l. ab accusatione. 6. fo. 215. I
L. Aut priuatim. 10. ibidem.
L. Si intercueniente. 12. fol. 130. A

EX TIT. XIX. De pœnis.

θ. Aduersus contumaces, in l. absentem. 5. fol. 214. B
θ. Quicunque, in l. aut damnum. 8. f. 94. A
θ. Grassatores, in l. capitalium 28. fo. 245. E
L. Qui ultimo. 29. fo. 240. I. fol. 241. B
L. Ad bestias dānatos. 31. fo. 240. I. 241. B

EX TIT. XX. De bonis damnatorū.

θ. Pannicularia,

Source : BIU Cujas

θ. Pannicularia,in l.diuus Adrianus. 6. fo.271.F
θ. Fraudis autẽ,in l.cum ratio.7. fo.249.F

Ex TIT. XXI. De bonis eorum qui antè ſententiam,uel mortem ſibi conſciuerunt, uel accuſatorẽ corruperunt.

θ. Qui rei criminis,in l.ult. fol.249.F

¶LIBRO XLIX. PANDEC.

Ex TIT. XIIII. De iure fiſci.

L. Cum quidam.26. fo.189.C.268.G
L. In fraudem.45. fol.189.F

Ex TIT. XV. De captiuis & de poſtliminio.

L. non dubito.7. fol.220.E

Ex TIT. XVI. De re militari.

θ. Qui poſt deſertionẽ, in l.qui eum uno teſticulo.4. fol.74.C.233.E
L. Officium. fol.270.I

¶LIBRO L. PANDECT.

Ex TIT. II. De decurionibus & filiis eorum.

θ. Spurios,in l.generaliter.3. fol.245.A
L. Spurij.6. fol.204.6

Ex TIT. IIII. De muneribus & honoribus.

θ. Calendarij quoque,in l.ult. fol.203.F

Ex TIT. V. De uacatione & excuſatione munerum.

L. Sextumdecimum.2.in princ. fol.261.E

Ex TIT. VI. De iure immunitatis.

θ. Demonſtratur,in l.ſemper.5. fol.257.D

Ex TIT. VIII. De adminiſtratione rerum ad ciuitatẽ pertinentiũ.

θ. Itẽ reſcripſerũt,ſitonas,in l.ult. fo.261.F

Ex TIT. IX. De decretis ab ordine faciendis.

L. Ambitioſa.4. fol.196.D

Ex TIT. XII. De pollicitationibus.

L. Pactum.3. fol.147.E

Ex TIT. XIII. De extraordinariis cognitionibus.

θ. An & philoſophi,in l.prima. fol.4.A
θ. Aduocatos,in ead.l. fo.242.E
L. ultima. fol.189.F

Ex TIT. XVI. De uerborum ſignificatione.

L. Cognoſcere.56. fol.179.C
θ. Aduena,in l.pupillus.239. fol.284.D
θ. ult.in l.malum.242. fol.113.A

EX CODICE.

¶LIBRO I. CODIC.

Ex TIT. XVII. De uetere iure enucleando.

θ. Nulla itaque in omnibus,in l.prima.fo. 189.A

Ex TIT.XXIII.De diuerſis reſcriptis.

L. ultima. fol.242.K

¶LIBRO II. CODIC.

Ex TIT. XI. Ex quibus cauſis infamia irrogatur.

L. Si te expilaſſe.12. fol.214.F

Ex TIT.XX. De dolo malo.

L. Si ſuperſtite patre.5. fo.221.I

Ex TIT.XLI. Qui & aduerſus quos in integrum reſtitui non poſſint.

L. ultima. fol.221.I

Ex TIT. XLII. si minor ſe maiorem dixerit.

L. prima. fol.197.C

¶LIBRO IIII. CODIC.

Ex TIT.XVIII. De conſtituta pecunia.

L. ultima. fol.166.B

Ex TIT.XX. De teſtibus.

L. Si quando.15. fol.225.B

Ex TIT. XXXI. De cõpẽſationibus.

L. In ea quæ.3. fol.261.F

Ex TIT.XXXII. De uſuris.

L. Vſuræ.10. fol.222.H

Ex TIT.LV. si ſeruus exportandus ueneat.

L. prima & ſecunda. fol.91.D

Source : BIU Cujas

¶LIBRO V. CODIC.

Ex TIT. XXXIIII. Qui dare tutores, uel curatores possunt.

L. In uniuersis litibus. 11. fol. 143. E

Ex TIT. XLIIII. De in litem dando tutore uel curatore.

L. An tibi. 2. fol. 191. K

Ex TIT. LXXI. De prædiis & aliis rebus minorum.

L. Non est uobis. 2. fol. 221. G

Ex TIT. LXXIIII.

L. ultima. fol. 221. G

¶LIBRO VI. CODIC.

Ex TIT. I. De furtis & seruo corrupto.

L. aduersus. 4. fol. 221. H
L. si quis seruo. 20. ibidem.

Ex TIT. XXX. De iure deliberādi.

L. Cretionum. 17. fol. 38. A
L. Cum antiquioribus. 19. fol. 221. I

Ex TIT. LX. De bonis quæ liberis.

L. ultima. fol. 221. I

¶LIBRO VII. CODIC.

Ex TIT. XL. De annali exceptione.

L. Vt perfectius. 2. fol. 243. K

Ex TIT. LXVI. si pendente appellatione mors interuenerit.

L. ultima. fol. 221. I

Ex TIT. LXXII. De bonis auctoritate iudicis possidendis.

L. Est iurisdictionis. 2. fol. 133. D
6. Sin autem ij, in l. ultima. fol. 243. F

¶LIBRO VIII. CODIC.

Ex TIT. XV. In quibus causis pignus tacitè contrahitur.

L. Satis notum est. 4. fol. 272. E

Ex TIT. XLVII. De patria potestate.

L. ultima. fol. 228. C

¶LIBRO IX. CODIC.

Ex TIT. II. De accusationibus & inscriptionibus.

L. Ea quidem. 7. fol. 238. A

Ex TIT. VIII. Ad legem Iuliam maiestatis.

L. Quisquis. 5. fol. 221. E. F
L. Meminisse. 6. fol. 221. A

Ex TIT. IX. Ad legem Iuliam de adulteriis.

L. Quæ adulterium. 29. fol. 223. H

Ex TIT. XLVII. De pœnis.

L. Sancimus. 22. fol. 221. F

¶LIBRO X. CODIC.

Ex TIT. I. De iure fisci.

L. Certa forma. 4. fol. 243. A

Ex TIT. XIX. De exactoribus tributorum.

L. ultima. fol. 243. B

Ex TIT. XXIII. De Canone largitionalium titulorum.

L. præcepit. 3. fol. 87. H

Ex TIT. XXVI. De conditis in publicis horreis.

L. ultima. fol. 283. K

Ex TIT. XXVIII. De collatione donatorum.

L. unica. fol. 244. A

Ex TIT. XXXI. De decurionibus.

L. Quidam ignauiæ. 26. fol. 243. B
L. Si quos spontaneos. 59. ibidem.

Ex TIT. XXXIII. De prædiis decurionum.

L. ultima. fol. 244. H

Ex TIT. XXXIX. De incolis.

L. Ciues quidem. 7. fol. 245. A

Ex TIT. XL. De honoribus & muneribus non continuandis.

L. ultima. fol. 245. A

Ex TIT. XLVII. De excusationibus munerum.

L. Hydraulæ. 4. fol. 243. C

Ex TIT. LXXI. De ponderatoribus.

L. ultima. fol. 243. C

Ex

Source : BIU Cujas

Ex TIT. LXXII. De auri publici perſecutoribus.

L. unica. fol.243.I

¶LIBRO XI. CODIC.

Ex TIT. II. De prædiis & omnibus rebus nauicullariorum.

L. In iis.2. fol.277.G
Titulus ſiue rubrica. VIII. De ueſtibus holobaris. fol.243.D

Ex TIT. IX. De fabricenſibus.

L. Iure prouiſum.5. fol.243.H

Ex TIT. X. De ueteris nomiſmatis poteſtate.

L. ultima. fol.174.I.243.D
Titulus XVII. De collegatis & chartopratis. fol.243.E

Ex TIT. XXVII. De frumento Alexandrino.

L. ultima. fol.243.F

Ex TIT. XLVII. De agricolis & cenſitis.

L. Litibus.19. fol.243.F

Ex TIT. LVIII. De omni agro deſerto.

L. Quicunque.7. fol 243.I

¶LIBRO XII. CODIC.

Ex TIT. III. De conſulibus.

L. ultima. fol.52.K

Ex TIT. XVII. De domeſticis & protectoribus.

L. Primiuernis.2. fol.270.C

Ex TIT. XIX. De proximis ſacrorum ſcriniorum.

L. Peculiari.5. fol.243.G
L. In ſacris.2. fol.243.H

Ex TIT. XXIX. De priuilegiis eorum qui in ſacro palatio militant.

L. De cubiculis.2. fol.270.G

Ex TIT. XXXVIII. De erogatione militaris annonæ.

L. Septem diebus.12. fol.244.H
L. Excellentia.9. fol.82.H
L. Annonas.15. fol.244.A
L. Iubemus.16. fol.188.F.208 E
Titulus ſiue Rubrica XLI. De metatis. fol.271.I

Ex TIT. XLIX. De oblatione uotorum.

L. unica. fo.174.I

Ex TIT. LI. De curſu publico angariis & parangariis.

Titulus ſiue Rubrica. fol.231.F.262.F
L. Euectiones.3. fol.231.I
L. Parhippum.4. fol.231.H
L. Quoniam ueredorum.12. fol.231.K
L. Non patimur.13. fol.232.A
L. Si quis, uel pro una.15. ibidem.

Ex TIT. LVIII. De cohortalibus & principibus cornicullariis ac primipilariis.

Titulus ſiue Rubrica. De cohortalibus. fol.244.E
L. Officia.4. ibidem.
L. Ordinariorum.7. ibidem.
L. Speciebus.8. ibidem.
L. Si cohortalis.12. ibidem.

Ex TIT. LXIII. De primipilo.

L. unica. fol.272.F

Ex conſuetudinibus feudorum.

Tractatus De uſibus feudorum. fol.193.F

Ex Inſtitutionibus.

¶LIBRO I. INSTITVT.

Ex TIT. IX. De patria poteſtate.

θ. Ius autem poteſtatis. fol.228.C

Ex TIT. XXIII. De curatoribus.

θ. Item inuiti adoleſcentes. fol.99.F

¶LIBRO II. INSTITVT.

Ex TIT. VI. De uſucapionibus.

θ. Furtiuæ quoque res. fol.192.F

Ex TIT. XXIII. De fideicommiſſariis hæreditatibus.

θ. Sed quia ſtipulationes. fol.6.F

Ex iure pontificio.

C. Cleros & clericos diſtinet. XXI. f.83.H
C. Si perfodiens de homicidio. fol.229.I.

FINIS.

Source : BIU Cujas

EXTRAICT DV PRIVILEGE DV ROY.

PAR grace ſpeciale, pleine puiſſance & auctorité Royalle, a eſté donné & octroyé à Michel de Vaſcoſan Imprimeur & Libraire iuré en l'Vniuerſité de Paris, priuilege pour le tẽps & terme de dix ans, pour tous les liures que ledict de Vaſcoſan imprimera cy apres, leſquelz n'auront eſté au parauant imprimez en ce Royaume: & ſix ans pour ceulx, leſquelz auront eſté par luy reſtituez & illuſtrez de notables corrections, emẽdations & additions, comme les preſentes Annotations ſur les Pandectes, compoſees par feu Monſieur Budé, à commencer du iour & datte de la premiere impreſsion de chacun deſdicts liures: que nul en ce Royaume, pais, terres & ſeigneuries, puiſſe pendant & durant ledict temps, imprimer, faire imprimer, uendre & debiter les liures par luy ainſi corrigez, emendez & imprimez, iuſques apres ledict temps finy & accõply: auec inhibitions & defenſes à tous, de quelque condition ou eſtat qu'ilz ſoient, de aucune choſe attenter contre le contenu dudict priuilege, ſur peine de confiſcation des liures qui auront eſté ainſi imprimez, contrefaictz, & mis en uente: & de telle amende que les iuges uerront y deuoir eſchoir & appartenir, applicable, cõme leſdicts liures confiſquez, moitié au Roy & moitié audict de Vaſcoſan, nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques. Et oultre ce, eſt octroyé audict de Vaſcoſan, que mettant par luy en brief au commencemẽt ou en la fin des liures qu'il imprimera, le contenu des lettres dudict priuilege, elles ſerõt tenues pour ſuffiſamment ſignifiees, & uenuës à la cognoiſſance de tous les Libraires & Imprimeurs, comme plus à plein eſt contenu & declairé par leſdictes lettres de priuilege ſur ce dõnees à Paris, l'unzieme iour de Feurier, l'an de grace mil cinq cens cinquãte trois: & du Regne dudict Seigneur le ſeptieme.

Par le Roy, le Seigneur de Seaux, Maiſtre René Baillet, Maiſtre des requeſtes de l'hoſtel preſent.

Signé Mahieu.

Et ſeellé du grand ſeau en cire iaune à double queuë.

Acheué d'imprimer le XXX iour de Mars. 1556.

Source : BIU Cujas

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, REGII SECRETARII, ANNOTATIONES IN LIBROS PANDECTARVM.

Ex lege prima, De iustitia & iure.

IVS est ars boni & æqui.) Accursius hunc locum enarrans, aliud bonum esse censet, aliud æquũ: nec satis hoc explicat. Nos uerò rem animaduersione dignã esse iudicãtes, explicandam latius censuimus.
C Ius est (inquit Donatus Grammaticus) quod omnia recta & inflexibilia exigit: æquitas est, quæ de iure multum remittit. Terent. in Adel. *Ius. Aequitas. Aequum. Act. 1. Sce. 1.*

Ille ut item contrà me habeat, facio sedulò.
Do, prætermitto: non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere.

Non est (inquit Donatus) necesse, etiamsi liceat, sæuum esse patrem. hoc est, suo iure agere. Et mirè, inquit idem, ostendit Terentius, ius suum non nisi necessitate esse seruandum. Inde meo iure, tuo iure, suo iure: de quibus ali-
D bi dicendũ. * Iulianus de contractibus bonæ fidei loquens, In his contractibus, inquit, alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet, id est, non de eo solo quod cautum est. Quod etiam ex bona fide dicitur alibi ab eodem. Paulus, Desiit enim bonum & æquum esse, iniuriarum condemnari eum, qui æstimationem præstitit. Papinianus, Quæsitum est, an ad hæredem necessarium, cum se bonis nõ immiscuisset, sepulchri uiolati actio pertineret? Dixi, rectè eum hac actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta est. id est, ut inquit Accursius, non seruato iuris rigore, scilicet quanti æquum esse uidebitur. Aristoteles libro quinto
E Ethicorum de iustitia & iure copiosè disputans, duo hæc tanquam differentia, ponit, non tanquam genere diuersa, ius, & æquum bonúmque: id est ut ipse appellat, τὸ κατὰ τὸν νόμον δίκαιον, καὶ τὸ ὠθεικές. Bonum & æquũ, inquit, cum sit cuiusdam iuris, ius est præstantius uel melius: non autem ut genus aliud æquum & bonum, iure præstantius est. Porrò æquum & bonum ius est, non illud quidem lege comprehensum, id est legitimũ: sed legitimi iuris emendatio, hoc est ὠθανόρθωμα τοῦ νομίμου. Siquidem cum lex posita sit in uniuer-

** Vlpianus. L. secũda. De actionibus & obligationibus. L. Qui seruũ eodem titulo. Ex bona fide. Bonũ & æquum. L. penult. De sepulchro uiolato. Cap. 10. ad finem.*

ſum,ſint autem quædam de quibus uniuerſim caueri non poteſt:lex tamē F
nihilo ſecius in uniuerſum loquitur neceſſitate coacta,tametſi id rectè fie-
ri nequit.uidelicet lex id quod plerunque accidit, amplectitur, errati ipſa
ſui conſcia:quanquam id non legis aut legiſlatoris,ſed rei ipſius peccatum
eſt.Sic enim natura comparatum eſt, ut omnia quæ aguntur, eodem legis
Cap.7 ſub finem. præſcripto conſtitui non poſſint.Idem in iij.Polit. Oportet,inquit,leges re-
ctè latas ſummam poteſtatem habere:magiſtratū uero,ſiue unus, ſiue plu-
res ſint,eorum poteſtatem habere,de quibus lege caueri ſatis exactè non po
Τὸ ἐπιεικές. teſt.Hac igitur ratione τὸ ἐπιεικὲς,ut Ariſtoteles uocat,id eſt æquum & bonū,
Τὸ δίκαιον. emendatio eſt iuris ſcripti,quod ipſe τὸ δίκαιον appellat,quatenus ſcilicet ali- G
Ethic. lib.5. cap.10.ad finem. ter de nonnullis ſtatuit, de quibus lex ferri non potuit in uniuerſum: quod
ipſum ut fiat,decreto opus eſt,uel plebiſcito.Quippe indefinitarum rerum
Lesbia ſtructura. indefinita & norma eſſe debet:ut quemadmodū in Lesbia ſtructura, plum-
bea norma adhiberi ſolet, quæ ad lapidis formā transformari poſſit,& ſub-
inde immutari:ſic ad huiuſmodi ſpecies rerum, cum uſus uenerit, decreta
accommodari oportet legi derogantia. τοῦ γὰρ ἀορίστου ἀόριστος καὶ ὁ κανὼν ἐστιν, ὥσπερ
καὶ τῆς λεσβίας οἰκιδομῆς ὁ μολιβδίνος κανών. πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται, καὶ οὐ μένει ὁ
κανὼν, καὶ τὸ ψήφισμα πρὸς τὰ πράγματα. Quibus uerbis(ſi quidem rectè uertimus)
Ariſtoteles ſignificat eos iudices,quibus ex bono & æquo iudicare aut legi- H
bus aut moribus licet(cuiuſmodi ſunt ſuprema tribunalia, quæ præſcripto
iuris uſquequaque non adſtricta ſunt,id eſt quæ interdum pro re nata libe-
ram cauſarum diſceptationem habent) æquo & bono ita uti debere,ut cæ-
mentarij fabri & ſtructores Leſbia norma utuntur. Cum enim cæteri fabri
Lesbij fabri. ſoleant ſtructuras ſuas ad normam exigere:Leſbij ſoli plumbeam normam
habentes,pro arbitratu ſuo flexibilem & ſubinde mutabilem, ita ad normā
ſtructuram ſuam exigunt,ut interdum ſi lapidis natura non facilè ad ſtru-
cturam æquabilis peruicerit,normam ad ſtructuram inflectant: & ſtructu-
ræ normam,non normę ſtructuram accommodent:quò ſcilicet opus ſuum I
conſummari poſſit. Sic & ſuprema tribunalia interdum nō modò *iuris* præ-
ſcriptum, ſed ne ſuarum quidem ſententiarum præiudicia ſequuntur,præ-
grauante æqui bonique lance in perpendendis temporum, perſonarum,lo-
Epiices. corum,& aliis qualitatibus.Proinde Ariſtoteles uno uerbo Epiices appellat,
quod noſtri æquum & bonum dicunt,& interdum æquitatem, ut Ariſtò-
Epiicia. teles Epiician.Malè igitur & inſcitè Accurſius æquum & bonum diſtinxit.
Epicaia. Hanc Ariſtotelis Epiician non iam uulgus,ſed etiam literati Epicaian uo-
cant,indéque uerbum Epicaizare faciunt,ut proculcatiſſimum ac maximè
protritum (quis enim non hoc uerbum identidem in ore habet?)ita à pau- K
cis ſatis,ut arbitror,intellectum.Quod autem epicaizare dicunt, latinè dici
Ex bono & æquo arbitrari, &c. debet ex æquo & bono ſtatuere, ex bono & æquo arbitrari,cenſere, æſtima-
re,conſtituere.quod ſi nobis permittamus uno uerbo dicere, epiicizare di-
ἐπιεικίζειν. ci debet,non epicaizare.ἐπιεικίζειν dicitur,& ex fide bona ſtatuere apud anti-
quos.hinc contractus bonæ fidei dicti,à ſtricti iuris contractibus diſtincti.
ἀκριβοδίκαιον Ius autem quod ſtrictum Iuriſconſulti dicunt, Ariſtoteles ἀκριβοδίκαιον uo-

 cat,

A cat,quaſi ius exactius duriúſque: & qui illud æquitati præferunt, Acribodicæi ab eodem dicuntur,quaſi præduri interpretes iuris, quaſíque deterioris iuris ſtudioſi,uſurpatoréſque.Iudicem enim æquum & bonum deſcribens, qui Epiices ab ipſo dicitur,ita inquit, ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς, καὶ πρακτικὸς, καὶ μὴ ἀκριβοδίκαιος ὠθὶ τὸ χεῖρον, ἀλλὰ ἐλαττωτικὸς καὶ πρὸς ἔχων νόμον βοηθὸν, ὠθιεικής ἐστιν. Vtrunque autem horum Cicero in oratióne pro Cecinna eleganter deſcripſiſſe paucis uerbis uidetur:Iſtum locum,inquit,fugis & reformidas:& me ex hoc(ut ita dicam)campo æquitatis, ad iſtas uerborum anguſtias, & ad omnes literarum angulos reuocas. in iis ipſis intercludêre inſidiis, quas mihi B conaris opponere. Non deieci,inquis,ſed eieci.peracutum hoc tibi uidetur. Hic eſt mucro defenſionis tuæ:in eum ipſum cauſa tua incurrat neceſſe eſt. Verba ſunt Ciceronis refellentis eum,qui in cauſa interdicti non ſe ui de fundo deieciſſe Cecinnam, qui ad fundum uſque metu non acceſſiſſet: ſed eieciſſe dicebat,quia accedere auſus non eſſet.Ego enim,inquit Cicero,tibi refero: ſi non ſum ex eo loco deiectus, quò prohibitus ſum accedere: at ex eo ſum deiectus,quò acceſſi,unde fugi. Quibus uerbis appoſitiſſimè refelli poſſunt iuriſconſultorum recentiorum cauillamenta, qui huiuſmodi uerborum aucupiis argumenta ualidiſſima elicere ſe credũt ad noua quædam C iuris dogmata conſtituẽda,quaſi unaquæque ſyllaba iuris & ciuilis & pontificij uim ſuam quandam certámq; obtineat. Idem Ariſtot.lib.primo Rhetoricorum,ἔστι δὲ,inquit,τὸ ὠθιεικὲς τὸ παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον δίκαιον. συμβαίνει δὲ τοῦτο τὰ μὲν ἀκόντων, τὰ δὲ ἑκόντων τῶν νομοθετῶν. ἀκόντων μὲν, ὅταν λάθῃ· ἑκόντων δὲ, ὅταν μὴ δυνῶνται διορίσαι, ἀλλ' ἀναγκαῖον μὲν ᾖ καθόλου εἰπεῖν, μὴ ᾖ δὲ, ἀλλ' ὡς ὠθὶ τὸ πολύ. ex quo loco Iulianus iuriſconſultus ſumpſiſſe uidetur ea quę ſcripta ſunt in tractatu De legibus,in cap.Neque leges,& quæ ſequuntur.Stricti autem iuris uocabulum peculiare eſt iuriſconſultorum, ut & alia pauca reliqui ſcriptores id ſummum ius appellant.Cicero in primo Offic.Exiſtunt etiam ſæpe iniu- D riæ calumnia quadam,& nimis callida & malitioſa iuris interpretatione: ex quo illud, Summum ius, ſumma iniuria, factum eſt iam tritum ſermone prouerbium.Terent.in Heauton.

Strictum ius.

Summũ ius.

Act.4. Scen. 5.

- neque tu ſcilicet
Eò nunc confugies,Quid mea? num mihi datum eſt?
Num iuſſi?num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? uerum illud Chreme
Dicunt,Ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt.

Columel.libro primo de officio patrisfamiliâs erga colonum loquẽs, Sum- E mum ius, inquit, antiqui ſummam putabant crucem. Inde ſummo iure agere dicebant, pro eo quod eſt non ex æquo & bono, ſed iniquiore quodam iure & præfracto. Cicero pro Cecinna, Non enim minus laborat Cecinna,ne ſummo iure egiſſe, quàm ne certum ius non obtinuiſſe uideatur. Vult,inquit Cicero,Cecinna hanc me cauſam uerboſius explicare,nõ quòd euentum litis timeat,quippe qui certiſſimo iure nitatur, ſi uti uelit iure ſibi legibus moribúſque conceſſo:ſed cauſam ſuam iudices uult uobis æquam

Cap.7. Summo iure agere.

probari,non modò certam,& æquitate quoque, non modò iure niti. Idem, F
Nam cæteri tum ad iſtam hortationem decurrunt, cum ſe in cauſa putant
habere æquum & bonum quod defendant: ſi contrà uerbis & literis,& (ut
dici ſolet) ſummo iure contenditur, ſolent eiuſmodi iniquitati, boni & æ-
Pro Quintio. qui nomen dignitatémque opponere. Hoc ipſe alibi ad extrema & inimi-
ciſſima iura decurrere dicit: de eo loquens,qui bona ex edicto poſſidenda
poſtulabat,cum tamẽ alia uia ſuum ſeruare poſſet. Et pro Quintio, Si quid
Intra parietes experiri & diſceptare. in controuerſiam ueniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur. id
eſt,aut inter amicos diſceptandam rem permitteret citra iudicium, & extra
cancellos forenſes,aut apud iudicem conceſſo ſibi legibus aut moribus iu- G
Epiſtolæ initium eſt,Noli putare. re uteretur,id eſt rigore iuris ad extremum non decederet. Et ad Atticum li-
bro decimoſexto. Ego,ſi me non improbiſſimè Dolabella tractaſſet, dubi-
taſſem fortaſſe utrum remiſſior eſſem,an ſummo iure agerem. Atqui Cice-
ronianæ illi ſententiæ in primo Officiorum congruit illa Pauli Iuriſconſul.
ſententia,qui de bono & æquo loquens in tract. de uerborum oblig. lege,Si
ſeruum,ita inquit: In hoc genere plerunque ſub auctoritate iuris ſcientiæ
pernicioſè erratur. Hinc illud eſt etiam Solomonis Eccleſiaſtæ ſeptimo,No-
li eſſe iuſtus multum,neque plus ſapias quàm neceſſe eſt. Μὴ γίνου δίκαιος πολύ,
καὶ μὴ σοφίζου περισσά. id eſt,noli eſſe ἐπιεικοδίκαιος, ut Ariſtoteles uocat. Secundũ H
ἐπιείκεια. hoc uidetur non cuiuſuis hominis eſſe ἐπιείκειαν tractare, quam Cicero nũc
æquum bonum,nunc æquitatem uocat: ut in Bruto,Hoc inquit, cùm ſæpe
aliàs,tum apud Centumuiros in cauſa M. Curij cognitũ eſt. ita enim multa
Craſſus tum contra ſcriptum pro æquo & bono dixit,ut hominem acutiſſi-
** uertebatur.* mum Quintum Scæuolam,& in iure(in quo illa cauſa * uerſabatur)peritiſ-
Cap. 14. ſimum,obrueret argumentorum exemplorúmque copia. Tranq. in Claud.
Nec ſemper præſcripta legum ſecutus,duritiam lenitatémue mulctarum ex
bono & æquo,perinde ut afficeretur,moderatus eſt. Nam & iis qui apud pri-
uatos iudices plus petendo formula excidiſſent,reſtituit actiones: & in ma- I
iore fraude conuictos legitimam pœnam ſupergreſſus, ad beſtias condem-
Cap. 3. De egreſſione. nauit. Quintil. libro quarto, Quo loco tamen iudicis natura noſcenda eſt,
Cap. 6. De iudicio & cõſilio. iuri magis,an æquo ſit appoſitus. id eſt φιλιπποκλείτερος. Idem in ſexto, Narran-
dúmne, & quomodo: iure pugnandum,an æquo. Interdum æquum bonũ
Æquũ bonũ. ſine copula dicitur. Cicero in Bruto, Deinde æquum bonum, teſtamentorũ
Æqui boni facio. ſententias uoluntatéſque tutatus eſt. Inde illa locutio, æqui boni facio,
Epiſtol. 7. apud eundem ad Atticum libro ſeptimo, Tranquilliſſimus autem animus
Heautõ. Act. 4. Scen. 5. meus,qui totum iſtuc æqui boni facit. Terentius, Cæterùm equidem iſtuc
Deca. 4 li. 4. Chreme æqui boníque facio. Liuius, Cæterùm ſi uos nec cura ciuitatis, nec K
exemplum,nec periculum mouet,nos æqui boníque facimus. id eſt non in-
Æquum bonum impetrare. dignamur,æquo animo ferimus, & bene interpretamur. Et æquum bonũ
impetrare,pro eo quod lingua uernacula dicimus,habere rationem ab ali-
quo,id eſt,ius ſuum obtinere,rem ſuam recipere. Cicero in Philip. ſecunda,
Is igitur,à quo uiuo nec præſens nec abſens quicquam æqui boni impetra-
Act. 4. Sce. 3. uit,apud mortuum factus eſt gratioſus. Terentius in Phor.

Source : BIU Cujas

A - dic quid uelis dari
Tibi in manum, ut herus his desistat litibus. paulo pòst,
- nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui boníque dixeris,
Vt est ille bonus uir, tria non commutabitis
Verba hodie inter uos.

id est (ut uulgus loquitur) si ad rationem uenire uolueris. Huius æqui boni utinam tam studiosos non modò causidicos, sed etiam iurisconsultos haberemus, quàm fuisse ille putatur Seruius Sulpitius, cuius meminit Pom- *Ser. Sulpitij laus.*
B ponius in titulo proximo: de quo in Philip. nona Cicero ita inquit, Nec uerò silebitur admirabilis quædam & incredibilis & penè diuina eius in legibus interpretandis, æquitate explicandis scientia. Omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiâ iuris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris consultus, quàm iustitiæ fuit. Itaque quæ proficiscebantur à legibus, & à iure ciuili, semper ad facilitatem æquitatémque referebat. Neque constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. Hactenus ille. Huic si similes neoterici iurisconsulti extitissent, id est, si tam æqui boníq; studio-
C si quàm iuris summi fuissent, nec magis se iuris quàm iustitiæ cõsultos ui- *In iuris non iustitiæ consultos.*
deri & esse exoptassent: immẽsa illa & numerosa commentariorũ iuris uolumina haudquaquam reliquissent, materiem & fomitem accendendarum litium: quibus nunc uita passim flagrat, incẽdio quidẽ uix unquam deflagraturo: quippe causidicorũ calumniatorúmque commẽtis, quasi facibus in dies inualescentibus, iudicúmque indulgentia litigiosis non satis infensorum, ueluti aura quadam aspirante. Eorum uoluminum auctores, si enumerare ipsi eorũ studiosi uelint, qui bibliothecas in speciem iustæ doctrinæ cõfertissimas habent, nomenculatore plerisque eorum opus sit. Huiusmodi
D librorum bona ex parte superuacaneorum congerie, prisca illa germanáque maiestas iuris prudẽtiæ obruta est: primúmq; circa tempora Alexãdri Principis, & subinde Iustiniani auspiciis, & Tribuniani ductu atque opera restitui instauraríq; cœpta est, uerius quàm instaurata: nunc uerò insana scripturientium, eorúmque sequacium contentione etiam deleta: utpote cum scribentes sua scripta enarrationum uicem obtinere non contenti, citari se iam, & (ut uerbo iuris utar) laudari pro legislatoribus uelint, ex uotóq; obtinuerint: eorum uerò sectatores labori suo cõsulentes, per illa interpretationum uelut latifundia fructum se iuris studij percipere gaudeãt, in quibus spino-
E sa salebrosaq; iuris loca, runcata (ut ita loquar) complanatáque ab ipsis iuris magistris, minore negocio percurrere se credãt: inconsultos eos fortasse putantes, qui per cõfragosa Pandectarũ senticosaq; loca nullo præsertim quæstu miserè conflictentur. id uerò uitæ tranquillioris incommodum quò minus accideret, ne Iustinianus quidẽ ipse uno & altero edicto quamlibet imperioso præstare posteritati potuit. Adde cõsilia, atque etiam (si diis placet) cautelas, ut ipsi uocãt, id est uafritias meras, & cõmentitia uerborũ aucupia, *In cautelas iuris.*

Source : BIU Cujas

simplicitati uulgari & probitati ciuili sæpenumero imponentia, aduocatis F
ansam calumniandi præbentia, iudicibus interdum inextricabilia, optimo
iuri persæpe captiosa. quæ tamen nonnulli palmaria esse putant. Nec eos fe-
fellit opinio. nulla enim scripta iandiu apud eos, qui rempublicam gerunt,
plausibiliora extiterunt, maiúsque studium sibi uendicantia. Proinde Cice-
ronianum illud ex tertio Officiorũ exclamare libet, Sed nos ueri iuris ger-
manæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, umbra
& imaginibus utimur: eásque ipsas utinam sequeremur. feruntur enim ex
optimis naturæ principiis, & ueritatis exemplis. Quantum igitur inter
C. Aquilij laus. istos, & Caium illum Aquilium interesse putamus? cuius prudentiam Po- G
Pro Cæcina. pulus Romanus in cauendo, non in decipiendo perspexit, si Ciceroni cre-
dimus: ut qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate seiunxerit: qui
tot annos ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam ex-
*præbuerit. positámque *habuerit: qui ita iustus & bonus uir fuerit, ut natura non di-
sciplina consultus fuisse uideatur: ita peritus & prudens, ut ex iure ciuili nõ
scientia solum quædam, uerum etiam bonitas nata esse uideatur: cuius tan-
tum ingenium erat, tam prompta fides, ut quicquid inde haurires, purum
liquidúmq; te haurire sentires. Sed uereor ne è portu statim egrediens im-
pingam, ut dicitur, qui receptæ auctoritatis scriptoribus in principio opu- H
In Mostellaria Act. 3. Scen. 1. sculi mei bellum indicere mediter: continuóque adueniens (ut Plauti ue-
rbis utar) pilum reprehensionis iniiciam. Proinde (ut eò reuertamur unde
Aequum & bonum. digressi sumus) cùm æquum & bonum dicimus, absolutam bonitatem æ-
quitatémque significamus, & iuris (ut ita dicam) medullam, germanámque
iustitiam, quam censendo assequi non cuiusuis est iurisperiti. Augustinus
Cap. 17. libro secundo de Ciuitate, An fortè populo Romano propterea leges non
In Catilin. sunt à numinibus constitutæ, quia (sicut Sallustius ait) ius bonúmque apud
eos, non legibus magis quàm natura ualebat? Bonũ pro æquitate dixit. In-
Aequitas animi. de æquitatem animi dicimus, rectam animi constitutionem, tranquillám- I
que affectionem omni indignatione uacantem: ἀνωμοσυνίαν Græci uocant.
Cicero pro Marcello: Sæpe enim uenit ad aures meas, te idem istud nimis
crebrò dicere, Satis te tibi uixisse. Hîc tu modum tuæ uitæ non salute reip.
sed æquitate animi definies? Id est, putásne te propterea satis uixisse, quòd æ-
quo animo & citra indignationem mori potes, & annos præteritos non re-
quiris? Idem de Senectute, Quid quòd sapientissimus quisq; animo æquis-
Act 1. Scen. 4. simo moritur, stultissimus iniquissimo? Plautus in Aulul.

Pol si animus est æquus tibi, satis habes qui bene uitam colas.

Animus æquus. Animus æquus est in hoc loco, moderatus & tolerans, & minimè querulus K
in aduersis. Cicero in Pisonem æquitatem absolutè dixit, Quo quidem in
spectaculo mira reip. æquitas erat. uter eorum periisset, tanquam lanista, in
ciusmodi pari lucrum fieri putabat. Ex iis quæ diximus (ut arbitror) satis illa
uerba Vlpiani explicata sunt, Ius est ars boni & æqui, & quæ sequũtur. Cir-
Philosophari. ca hoc enim philosophari (ut uerbo eius utar) hoc est, omni animi intentio-
ne incumbere, proprium est iurisconsultorum institutum. Ex quo colligere

 possumus,

Source : BIU Cujas

A possumus,id quod antè dicebamus,studium nunc iuris prorsus ab antiquo illo ueróque degenerasse. Nisi uerò arbitrabimur philosophiam, id est studium sapientiæ,quæstuariam olim fuisse:nummariúmque præmium,unicum laboris sui finem Philosophos antiquos(quales se iurisconsulti esse uolunt)sibi proposuisse. id quod nostri temporis ferè iurisperiti faciunt, qui etiam ut plaudendum id & laudandum profiteri ac gloriari solent. quod utrum ita agendum nécne Vlpianus censuerit, cùm ex hoc loco, tum ex illo libri quinquagesimi Digestorum facilè intelligi potest: cuius hæc uerba sunt,An & Philosophi professorũ numero sint habendi? & non putem.non

Iuris prudentia olim non fuit quæstuaria.

Titulo. 13. Lege. 1.

B quia non religiosa res est,sed quia hoc primum profiteri eos oportet,mercenariam operam se spernere.Proinde nec iuris quidẽ ciuilis professoribus ius dicent.est enim res quidem sanctissima,ciuilis sapientia,sed quæ precio nummario non sit æstimanda,nec dehonestanda. Aut nisi Philosophos eos esse censebimus,qui nullas Philosophiæ partes attigerint,immò qui liberalibus omnibus disciplinis,id est non quæstuosis,sibi suísque interdicere soliti sint.denique qui suæ professionis auctores minimè omnium intelligere possint.De quibusdam loquor,non de elegantioribus, qui iam multi extiterunt.Philosophi ipsius,inquit Cicero libro primo de Oratore,qui unus

Philosophi professio.

C omnia penè profitetur, est tamen quædam descriptio: ut is qui studeat omnium rerum diuinarum atque humanarum uim,naturam,causasq; nosse,& omnem bene uiuẽdi rationem tenere & persequi,nomine hoc appelletur.Propterea inquit Vlpianus,Iuris prudẽtia est diuinarum atque humanarum rerum notitia,iusti atque iniusti sciẽtia. Quæ uerba Accursius simpliciter,& crassa,ut dicitur,Minerua intellexit.Hæc illa est encyclopædia,de qua Fabius libro primo,Vt efficiatur,inquit,orbis ille doctrinæ,quem Græci encyclopædiam uocãt.Inde illud Vitruuij libro primo,Cum autem animaduerterint, omnes disciplinas inter se cõiunctionem rerum & * cõmu-

Iuris prudentia.

Encyclopædia.

Cap. 1.

** communicationem.*

D nionem habere, fieri posse facilè credent. Encyclios enim disciplina, uti corpus unum,ex his membris est composita. Itaque qui à teneris ætatibus eruditionibus uariis instruuntur,omnibus literis agnoscunt easdem notas, communicationémque omnium disciplinarum,& ea re facilius omnia cognoscunt.Hanc Marcus Tullius libro tertio de Oratore, cõcentum doctrinarum omnium consensumque uocat. Ecquid igitur Philosophos huiusmodi esse censebimus, disciplinarum præter unam omnium non modò ignaros,sed etiam contemptores?Ego uerò φιλοδίκους potius uocitandos censuerim, καὶ φιλοκερδεῖς. Quod ne quis putet de iurisperitis in uniuersum me

Philodici.

E dixisse,de illis intelligi uolo sinistra Minerua natis, quos Græci μισοκάλους uocant,omnem literarum elegantiam nitorémque dicendi perosos, ab omnibus doctrinis humanioribus abhorrẽtes,rusticos,inuenustos,illepidos, hircosos.Qui,nisi ut uillicus allium,ita ipsi barbariem ubique ac semper oboluerint,decorum illud Accursianæ sectæ seruare se nõ credunt: homines affectatæ rusticitatis,qui ne sic quidẽ satis sua tueri sibi uidentur, nisi elegantiæ studiosos lacessant maledictis.Sunt enim,ut dixi,sunt alij iam non pau-

Misocali.

Source : BIU Cujas

ciſſimi, qui iuriſperitiam feſtiuioribus literis & elegantioribus uelut con- F
diendam putarint: ſunt etiam qui aliarum diſciplinarũ cognitione admi-
niculatiorem eam reddant: quibus hæc noſtra, qualiacunque ſunt, legenda
edidimus. qui ſi quædam ſcitè dicta ſunt, percipere ac probare poterunt: ſi-
cubi in præcipitato opere hallucinati ſumus, ſi ignorantia lapſi (ut non uno
aut altero in loco facilè potuimus) benignè condonare, in ancipitibus boni
conſulere, ac candidè omnia interpretari didicerunt. Verũenimuero quid
de iuris ſtudio cenſeam (quandoquidem id etiam ad hoc noſtrum inſtitu-
tum pertinet) malo Ciceronis uerbis quàm meis reſpondere: qui in dialo-
Lib. I. gis de Oratore, in perſona Lucij Craſſi, magni illius oratoris ac iuriſperitiſ- G
Iuris perdiſcendi facilitas. ſimi, de facilitate perdiſcẽdi iuris ciuilis in hunc modum loquitur: Omnia
enim ſunt poſita, inquit, ante oculos, collocata in uſu quotidiano, in con-
greſſione hominum, atque in foro: neque ita multis literis aut uoluminibus magnis continentur. Eadem enim ſunt elata primùm à pluribus: deinde paucis commutatis uerbis, etiam ab iiſdem ſcriptoribus ſcripta ſunt ſæpius. Accedit uerò, quò facilius percipi cognoſcíque ius ciuile poſſit, (quod minimè plerique arbitrantur) mira quædam in cognoſcẽdo ſuauitas & delectatio. Nam ſi quem aliena ſtudia delectant, plurima eſt & in omni iure
Effigies antiquitatis in xij. tabulis. ciuili, & in Pontificum libris, & in duodecim tabulis antiquitatis effigies: H
quòd & uerborum priſca uetuſtas cognoſcitur, & actionum genera quædã maiorum cõſuetudinem uitámque declarant. Siue quis ciuilem ſcientiam contempletur, quam Scæuola non putat oratoris eſſe propriam, ſed cuiuſdam ex alio genere prudentiæ, totam hanc bene deſcriptis omnibus ciuitatis
**uidebitis.* utilitatibus ac partibus, duodecim tabulis contineri * uidebit: ſiue quem iſta præpotens & glorioſa Philoſophia delectat (dicam audacius) hoſce habet fontes omnium diſputationum ſuarum, qui iure ciuili & legibus con-
Alij aliter legunt. tinentur. Ex iis enim cum dignitatem maximè expetendam eſſe uidemus,
tum uerò & iuſtus ac honeſtus labor honoribus, præmiis, ſplendore deco- I
ratur: uitia autem hominum atque fraudes, damnis, ignominiis, uinculis, uerberibus, exiliis, morte mulctantur: & docemur non infinitis cõcertationúmque plenis diſputationibus, ſed auctoritate nutúq; legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio: bibliothecas me Hercule omnium Philoſophorum unus mihi uidetur duodecim ta-
Laus xij. tabularum. bularum libellus, ſi quis legum fontes & capita uiderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperare. Hactenus ille. Cuius auctoritati nemo
niſi improbus derogare fidem auſit, qui modò librum eius de Claris Orato- K
ribus legerit: in quo libro ſic inquit, Ego autem iuris ciuilis ſtudio multum
Cicero iuris peritiſsimus. operæ dabam Q. Scæuolæ Publij filio: qui quanquam nemini ad docẽdum
ſe dabat, tamen conſulentibus reſpondendo, ſtudioſos audiendi docebat.
Idem pro Muræna de ſcientia iuris loquens. Difficilis autem res ideo non putatur, quòd & perpaucis & minimè obſcuris literis continetur. Itaque ſi mihi homini uehementer occupato ſtomachum mouerint, triduo me

Source : BIU Cujas

A iurisconsultum profitebor. Quo in loco multa de iuris scientia disserit, sed causæ inseruiens: quapropter ille locus pondus fortasse non habet tantæ auctoritatis. Macrob. libro tertio Saturn. de lege Licinia loquēs, Lex uerò hæc, *Cap. 17.*
inquit, paucis mutatis in plerisque cum Fannia congruit. in ea enim ferenda, quæsita est nouæ legis auctoritas, exolescente metu legis antiquioris: ita Hercules, ut de ipsis duodecim tabulis factum est: quarum ubi contemni antiquitas cœpit, eadem illa quæ illis legibus cauebātur, in alia latorum nomina transierunt. Vtinam uerò Cicero ipse fecisset, id quod in persona eiusdem Crassi loquens cogitasse se aliquando dixit, ut iuris ciuilis disciplinam *De Oratore lib. 1.*
B in artis rationem formámque redigeret. Si enim, inquit, aut mihi facere licuerit quod iamdiu cogito, aut alius quispiam aut me impedito occuparit, *Ciceronis prò positiũ de iure ciuili in artem redigendo.*
aut mortuo effecerit, ut primùm omne ius ciuile in genera digerat, quę perpauca sunt: deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat: tum propriam cuiusque uim definitione declaret: perfectam artem iuris ciuilis
* habebit, magis magnam atque uberem, quàm difficilem & obscuram. ** habebitis.*
Atque interea tamen dum hæc quæ dispersa sunt coguntur, uel passim licet carpentem, & colligentem undique, repleri ista iuris ciuilis scientia. Nemo autem qui Ciceronis libros legerit oratorios & philosophicos, difficile
C hoc factu fuisse Ciceroni contenderit. Quid enim non explicare potuisset *Ciceronis laus.*
illa uis ingenij? quid non illustrare ille orationis splēdor? quid denique nō enarrare exuberans illa rerum omnium præsertim politicarum copia? Nisi uerò impar huic oneri ingenium illius fuisse credi potest, qui uniuersa Philosophiæ dogmata sinuosis disputationū mæandris implicita, primus unúsque à Græcis accepta, miro compendio explicata nobis tradidit: homo à foro & Senatu nunquam ferè nisi peregre aut in dissensionibus ciuilibus feriatus. Quanam autem ratione fieri id potuerit, ipse his uerbis docet in primo de Orat. quæ quin huc transcriberem, temperare ipse mihi nequiui,
D usqueadeò & uerbis & re ipsa oblectatus sum: Omnia ferè, inquit, quæ sunt *De artibus.* oblectauj
concluſa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt: ut in musicis, numeri, & uoces, & modi: in geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: in astrologia, cæli conuersio, ortus, obitus, motúsque siderū: in grammaticis, poëtarum pertractatio, historiarum cognitio, uerborum interpretatio, pronunciandi quidam sonus: in hac denique ipsa ratione dicendi, excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere, ignota quondā omnibus & diffusa latè uidebantur. Adhibita est igitur extrinsecus ars quædam ex alio genere, quod sibi totum Philosophi assumunt, quæ rem diuulsam
E dissolutámque conglutinaret, & ratione quadam constringeret. Sit ergo in iure ciuili finis hic, legitimæ atque usitatæ in rēbus causisque ciuium æ- *Finis iuris ciuilis.*
qualitatis conseruatio: tum sunt genera notanda, & ad certum numerum paucitatémque reuocanda. Genus autem id est, quod sui simileis commu *Genus.*
nione quadam, specie autem differenteis, duas aut plures complectitur partes. Partes autem sunt, quæ generibus iis ex quibus emanant, subiiciuntur. Omnia quæ sunt uel generum uel partium nomina, diffinitionibus, quam *Diffinitio.*

Source : BIU Cujas

uim habeant,eſt exprimendum.Eſt enim diffinitio,earum rerum quæ ſunt F
eius rei propriæ quam diffinire uolumus, breuis & circunſcripta quædam
explicatio.Hiſce ego rebus exempla adiungerem,niſi apud quos hæc habe-
retur oratio,cernerem.Hactenus ille. Nos uerò exempla ab eodem ſuma-
mus ex libro Topicorum:quem librum ad Trebatium hominem iuriſcõ-
ſultum ſcribens,exemplis ex iure ſumptis illuſtrauit: quo uel uno libro do-
cumentum ingens dedit,ſe ſtudio iuris operam plenam dediſſe. Diffinitio-
Partes iuris ciuilis. nes igitur(ut inquit ipſe) aliæ ſunt partitionum,aliæ diuiſionum. Partitio-
num,cum res ea quæ propoſita eſt, quaſi in membra diſcerpitur: ut ſi quis
ius ciuile dicat id eſſe,quod in legibus,ſenatuſconſultis, rebus iudicatis, iu- G
riſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtat.
Diuiſionum autem diffinitio formas omnes complectitur quæ ſub eo ge-
nere ſunt quod diffinitur: hoc modo, Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi
eſt, aut traditio alteri nexu,aut in iure ceſſio,inter quos ea iure ciuili fieri
poſſunt.Dicẽdum quis ſit diffinitionis modus. Sic igitur ueteres præcipiũt:
Diffinire. cum ſumpſeris ea quæ ſunt ei rei,quam diffinire uelis, cum aliis cõmunia,
eouſque perſequi, dum proprium efficiatur, quod nullam in aliam rem
transferri poſſit: ut hoc,Hæreditas eſt pecunia quæ morte alicuius ad quẽ-
piam peruenit iure,nec ea aut legata teſtamẽto,aut poſſeſſione retẽta. Gen- H
Gentiles. tiles ſunt,qui inter ſe eodem nomine ſunt: qui ab ingenuis oriundi ſunt:
quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit: qui capite non ſunt diminu-
ti.Reliqua de genere & forma,id eſt ſpecie, de differentia partitionis & di-
uiſionis,& alia eodem pertinentia, Cicero ab Ariſtotele accepta, Trebatio
amico ſuo tradidit, compendioſa paraphraſi in latinum ſermonem uenu-
ſtiſſimè traducta. Quin & Ciceronem librum edidiſſe de iure ciuili in ar-
Cap. 22. tem redigendo,auctor eſt Gellius lib.1.Noctium Attic.qui etiam locum ex
L.2. §. Poſt hos. eo libro citat. Hoc illud eſt autem, quod Pomponius infrà de origine iuris
de Quinto Scæuola dixit,qui ius ciuile generatim primus conſtituit in li- I
bros decem & octo redigendo. Proinde ſi quis olim feliciore aliquo ſeculo
exiſtat,Bartholo aut alio quopiam primi nominis uiro iuriſperitia non in-
ferior, dialectica atque inſtrumento omni philoſophico mediocriter in-
ſtructus,orationis facultate Vlpiani aut Iuliani,Paulíue æmulus, qui Prin-
cipem noſtro non inferiorem nactus ſit: cuius exemplum atque auctorita-
tem ſequi,& in cuius leges iurare(ut antiquũ uerbum uſurpem) bona pars
Europæ non dubitet:is igitur unus,aut plures,ſi præſcriptum illud Cicero-
nianum,aut aliud non abſimile imitati, ex quinquaginta Pandectarum li-
bris,& duodecim Codicis,eorúmque appẽdicibus, adde etiam ſi placet, ex K
Bartholi, Baldi, reliquorúmque paucorum ampliſſimi nominis & prima-
De conſtituẽda ratione iuris ciuilis. riæ auctoritatis commentariis,non iam centones,ut olim Tribunianus (uir
alioqui doctiſſimus ſui ſeculi,ſi Sudæ credimus) ſed iuris artem componãt,
ſanctionéſque legum, conſulta Senatus, edictorum interpretamenta, iuriſ-
conſultorum placita, interpretum decreta, in mores recepta, æquitate præ-
grauãtia,omnia nunc uaga & ſparſa,ac nulla certæ artis ratione circũſcripta,

Source : BIU Cujas

A ratis fixísque iustæ artis præceptis,quatenus rei natura tulerit, quasi quibusdam cancellis circundatis concludant:nimirum res humanæ longè melius constitutæ uidebuntur:nec(ut nunc) ciuilia iura,quibus homines libertatis retinentissimi,æquissimo animo seruiunt, cuiusuis scripturientis libidini obuia expositáque erunt, duntaxat si Princeps ille hoc præstare edicto potuerit, quod Iustinianus Augustus nequiuit:id est, ut nihil iis qui se iuris professores dicũt,in eam compositionem ultra scholasticam prælectionem liceat.Alioquin quis erit finis litium,si nulla certa fuerint,semélque recepta iurisconsultorum decreta? Ecquid autem usqueadeo fixum ratúmque esse
B potest,ut non hæc siue intemperantia,siue impudentia, siue etiam scribendi quædã libido,intemperiis(ut dicitur) acta,& labefactare facilè, & ad extremum conuellere euerteréque possit? Id quod si quis iure fieri defenderit, anniuersarios utique nobis Imperatores ingeniosos homines atque ambitiosos suboriri uidebimus,qui alia atque alia indies orbi terrarum iura cõdant,qui præteritorum seculorum constanti persuasione recepta, abrogare audeant,qui leges denique figere refigere pro animi sui libidine non dubitent:sicque res exitum haud dubiè non inueniet, cum scribentes aucupandæ famæ cupidi(ut est humani ingenij natura)dicta maiorũ refellere, Pan-
C dectarum ac constitutionum scripta inuertere, distorquere, contorquere, corrumpere,uim antiquorum scriptis afferre, uerborum aucupia, syllabarum tendiculas,literarum decipulas comminisci,nihil denique non inceptare in animum induxerint illustrandi nominis sui gratia.Nam quod adhuc fecerunt faciúntque permulti recentiorum,quid est aliud quàm ius ciuile calumniari,uerbáque legum captare?id quod Paulus faciendũ esse negat in titulo ad exhibendum.Sed hoc illud est profectò:homines ingeniosi,iidémque ambitiosissimi,ut diximus,indignantur argumentum sibi prę-
D reptum à maioribus ostentandi ingeniorum suorum, omnémque scribendi materiam consumptam esse summissim fremunt ab iis qui anteuerterunt. Itaque res eò tandem redigetur, ut censentes in iudiciis prout his aut illis auctoribus addicti fuerint,&(ut ita dicam)in huius aut illius factionis uerba iurauerint:quo iure, quáque iniuria, &, ut Græci dicunt, κατὰ δικαίως κὰδίκως, res iudicãdas distrahant: id quod semel tuendum susceperint,mordicus retinentes.Adde speciosos prætextus ambitiosorum,sordidorum,iniquorum,id est infensorum iudicum:qui corruptissimas sententias cuiuslibet enarratoris auctoritate obiecta,quo magis uulgo inauditi,eo plausibilioris(sic enim assolet)pertinacissimè tuebũtur. Hoc autem quàm sit perni-
E ciosum,ex uerbis Ciceronis intelligi poterit:O rem præclarã,inquit,uobísque ob hoc retinendã,iudices:quod enim est ius ciuile,quod neque inflecti gratia,neque perfringi potẽtia,neq; adulterari pecunia possit? Quod si non modò oppressum,sed etiam desertum,aut negligentius asseruatum erit, nihil est quod quisquam se habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur.Idem alibi, Nihil est enim in ciuitate tam diligenter,quàm ius ciuile,retinendum.Etenim hoc sublato, nihil est quare explo-

L. penult. calumniari

Pro Cecinna. Ius ciuile.

Ibidem.

Source : BIU Cujas

ratum cuiquam possit esse quid suũ, quid alienum sit: nihil est quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit. Hactenus Cicero. Hunc statum esse hodie litium disceptandarum, nihil ut satis certum esse possit, quis est paulò pudentior qui inficiari ausit? utpote cum prudentum responsa per secula alia atque alia inter se acerrimè pugnent. Id uerò utrum auctore Iustiniano faciant, ipsi uiderint, cum eius uerba in Institutionibus legerint sub rubrica de fideicom. hæreditatibus, ex sentẽtia, ut uidetur, Papiniani sumpta: Nobis, inquit, in legibus magis simplicitas quàm difficultas placet. Proinde, Ius est ars boni & æqui, inquit Vlpianus: cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. Nos, inquit, meritò iuris sacerdotes à quodam dicti sumus: siquidem sanctissima res est ciuilis sapiẽtia. Quemadmodum autem apud antiquos, sacerdotes sui singulis diis consecrati erant, qui de futuris atque agendis consulentibus responsa dabant: sic uenerandi illi iurisconsulti omni genere literarum instructissimi, gratuitam non quæstuariam iuris prudentiam habentes, in publicũ quotidie prodeuntes, unicuique ciui consulendos se antiquo instituto præbebant: & tanquam oracula iustitiæ Themidísque promebant: hoc est responsa boni & æqui plena. Vnde Seruius Sulpitius iuris antistes appellatus est, auctore Quintiliano: ut sacrorum antistites antistitæque dicebantur: quomodo & Plinius libro vii. Platoni, inquit, sapientiæ antistiti Dionysius tyrãnus uittatam nauem misit obuiam. Enimuero Themis apud Græcos, id est ius fásque, dea esse credita est, auctore Festo, quæ suaderet hominibus id petere quod fas esset: eandémque esse ipsam atque fas existimabant: unde Themistes oracula & consilia, consultáque & lege sancita dicuntur, Eustathio teste Homeri enarratore, id est, ut ipse inquit, τὰ μαντεῖα, αἱ βουλαὶ, καὶ τὰ βουλεύματα, καὶ τὰ νομοθετούμενα. Alij themin uel themista (utroque enim modo dicitur) ius & iustitiam esse putant: eandémque consiliorum oraculorúmque præsidem esse. propterea Homerum θεμιστεύειν uerbum, quod uaticinari & oracula dare significat, pro leges ferre, iura reddere, accepisse Odysseæ decimo, θεμιστεύει δὲ ἕκαστος Γαίδων ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι. Sed & Δίκη dea iudiciorũ præses dicitur: quæ dictio etiam ius significat: ob id Græcè dicta, quia lites & contentiones dirimat: eiúsque deæ diaconi & ministri, δικασταὶ, id est iudices dicuntur, quasi litium diremptores. Eustathius enarrans illud Homericũ in pri. Iliados, Νῦν αὖ τέμιν υἷες Ἀχαιῶν ἐν παλάμῃς φορέουσι, δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας Γρὸς Διὸς εἰρύαται, dicen & themin idem esse autumat. propterea, inquit, δικασπόλους, id est eos qui circa reddenda iura uersantur, Thesmophylacas esse significat, id est legum & institutorum custodes diuinitus præfectos. Quod munus, inquit, regium esse Homerus significat. Regibus enim sceptrũ nota est iustitiæ, hasta uerò symbolon fortitudinis. Accursius peracutè sanè (ut solet plerũque) sacerdotes hoc in loco absolutè intelligit, non iuris sacerdotes, atque etiam (si diis placet) sacerdotes mœrentem ad pœnitentiam adhiberi solitos, aut, ut ipse inquit, pœnitentiã dantes: quasi uerò Vlpianus huiusmodi sacerdotes nouerit, qui magister scrinij Alexãdri Principis fuit, & in eius cõsilio princeps: cũ quo etiã Pomponius,

Sacerdotes iuris.

Seruius Sulpitius.

Lib 11. cap. 1.

Antistites.

Cap 30.

Themis.

Fas.

Themistes.

θεμιστεύω.

Δίκη, Dice.

Dicastæ.

Δικασπόλοι.

Thesmophylaces.

Sceptrum.

Hasta.

Alexãder imperator Romanus.

F G H I K

Ex lege prima, De iustitia & iure.

A ponius, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Celsus, Proculus, Metianus, Triphonius, Modestinus, omnes iuris professores, si Lampridio credimus, discipuli omnes Papiniani, qui iuris asylum dictus est, & doctrinæ legalis thesaurus, ut auctor est Spartian. in Seuero, ab Antonino Caracallo ob id occisus, quòd parricidiũ eius excusare noluisset. Antoninus uerò Pius iurisperitis usus est Saluio Valente, Volusio Metiano, Vlpio Marcello, & Iaboleno, ut auctor est Capitolinus. & Scæuola Marco Philosopho in consilio affuit, & sanciendis legibus. Adriano autem affuerũt antiquiores, Iulius Celsus, Saluius Iulianus, Neratius Pri-

B scus. Hi autem omnes principes Romani, ut eorum maiores, Christianã religionem non agnouerunt: licet eorum postremus Alexander Christum & Abrahamum inter animas sanctiores in lararió coluerit. Similis est ignorantia Accursij, uel seculi potius Accursiani, (quæ hac ætate ridicula est) in lege ultima infrà de mortuo inferẽdo, ubi Pontificũ Vlpianus meminit, de collegio Pontificũ loquens, à quo ius pontificiũ apud antiquos dictũ, quod Accursius ad nostros Pontifices retulit. Age uideamus (quãdoquidẽ hucusq; prouecti sumus) quid id sit quòd ciuilem scientiam rem esse sanctissimam Vlpianus dixerit. Sanctum, inquit Macrobius lib. iij. Saturn. est interdũ quod

C nec sacrum nec religiosum est, ut Trebatius libro Religionum refert.

Sancta ad uos anima, atque istius inscia culpæ
Descendam, inquit Turnus lib. xij. Aeneid. Sanctam, inquit, animam, incorruptam uoluit ostendere. Et illud eiusdem,
Túque ô sanctissima coniunx
Fœlix morte tua.

In quo castitatis honorem incorruptæ uxoris amplexus est. Vnde & sanctæ leges, quæ pœnæ sanctione corrumpi uetantur. ὅσιον dici potest. Hæc ille. Eo-

D dem modo sanctius ærarium ab antiquis dictum est, quod prorsus intactũ erat, ex quo nihil promi licebat ob annuas necessitates. Liuius lib. vij. secundi belli Punici, Cætera expedientibus quæ ad bellum opus erant Coss. aurũ uicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus seruabatur, promi placuit. Cicero in Verrem acti. 5. Primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt. de Syracusanis loquens. Et ad Atticum lib. 7. Attulit mandata ad Consules ut Romam uenirẽt, pecuniam de sanctiore ærario * proferrent. Sic sanctius sacrarium Quintil. libro decimo. Illic fundamenta sunt, illic opes uelut sanctiore quodam sacrario recõditæ. Itáne uerò res sanctas sacerdotibus solis attingere nullo reclamante li-

E cebit: rem uerò sanctissimam ciuilem sapientiam, nulla pecunia (ut inquit Tullius) adulterabilem, magno uoluminum numero, sed certo tamen circunscriptam, edicto imperatorio munitam, scripturientis cuiuslibet libidini contrectandam contemerandámque publicus cõsensus permittet? Ego uerò non modò sanctas leges, sed etiam sacrosanctas habendas esse censuerim, ut sacrosancti magistratus olim dicti sunt, qui non sine capitali piaculo attingi uiolenter poterant, ut Tribuni plebis apud Romanos auctore Pli-

Vlpianus & cæteri legisperiti. Papiniani laus. Sanctum. Cap. 3. Aeneid. 11. ὅσιον. Aerariũ sanctius. Verr. 6. Epistola. 19. * auferrent, statim exirẽt Vrbe relicta. Sanctius sacrarium. Cap. 3. non procul ab initio. Leges sanctæ. Sacrosancti.

Source : BIU Cujas

nio lib.7.Liuius libro 9.ab Vrbe condita,Tum Posthumius,Interea dedite, F
inquit, prophanos nos,quos salua religione potestis: dedetis deinde & istos
sacrosanctos,cum primùm magistratu abierint.Idem,Paulisper intercessum
est à Tribunisplebis, pro eo quòd spondendo pacem seruassent exercitũ po-
puli Romani,pœnam nullam meritos esse:neque ad extremum,cum sacro-
sancti essent,dedi hostibus uiolarive posse.Cicero pro Cornelio. Primùm e-
nim sacrosanctum esse nihil potest, nisi quod populus plebsue sanxisset.
Deinde sanctiones sacrandæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione & con-
secratione legis aut pœnæ,cum caput eius qui contrà fecit, consecratur. Idẽ
in Catil.Quid enim expectas?bellum? quid? ergo in uastitate omnium tuas G
possessiones sacrosanctas futuras putas? Sacrosanctas,intactas dixit, & ab o-
Sacrosancta potestas. Decad. 3. lib. 9. mni iniuria tutas. Hinc sacrosancta potestas Liuio lib.19.pro Tribunitia:&
sacrosanctæ ecclesiæ à Iustiniano dictæ, in quibus est ius asyli. Ideo Princi-
pes Romanos legimus tribunitiam potestatem assumere sibi solitos, ut au-
gustiores se & sacrosanctos facerent:id quod in numismatis quoque eorum
Cap.27. extat.Tranquil.in Aug.Tribunitiam potestatem perpetuam recepit,in qua
semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptauit. Tacitus li-
bro 12. Accurrunt patres,decernitur Othoni Tribunitia potestas,& nomen
Augusti,& omnes Principũ honores. De hac potestate multa Cicero lib.3. H
de Legibus. Maximè igitur oportuit post edictum illud Iustiniani quod
extat titulo de ueteri iure enucleando (uulgo nunc ut uideo neglecto, sed
tamen non spernendo, si emẽdatè legatur) uolumina iuris nostri Tribuni-
tiam potestatem accipere: ut omnibus prorsus scribentibus nihil in ea li-
cuisset,nisi hactenus,ut indices rerum tantummodo,& titulorum argumẽ-
Paratitla. ta quædam ascriberẽt,quæ Paratitla,ut ipse inquit,dicuntur,quasi titulis ap-
posita.sin ad uiuum resecare uideor, post Bartholũ certè & Baldum attin-
gere ea nulli oportuit licere, ut certa fixáque aliquando iurisconsultorum
dogmata essent,nostratibúsque cum Transalpinis de iuris tandem apicibus I
Demosthe-nes. conueniret.Demosthenes ille oratorum præstantissimus, Romanæ eloquẽ-
tiæ,id est Ciceronianæ exemplar,ut iudicare possunt qui orationes utriusque
non oscitanter legerunt,in ea oratione quæ πρὸς Λεπτίνην inscribitur, So-
lonem cõmemorat inter alia cùm legibus suis hoc quoque instituisse, cùm
lex aliqua rogatióue ad populum ferretur, ut à legislatore primum recita-
retur:deinde ut in loco maximè celebri cõspicuóque proscriberetur ad ter-
tiam concionẽ usque(non aliter atque Romæ leges trinũdino die promul-
Saturnal.lib. 1.cap.16. gari solitas esse, Macrobio referente legimus) inde Scribæ ut daretur palàm
pro concione legenda,ut si quid cuiquam non placeret,id in medium pro- K
**perferretur. Nomothetæ.* ferret.& si ea tum quoque populo placuisset, ita demum nomothetis dare-
tur postremùm exploranda:qui uti eã probassent improbassentue,ita * pro-
ferretur antiquaretúrue.Hi autem nomothetæ ex iudicum numero deligebantur,ut eam operam populo iurati ipsi nauarent. Sed operæprecium mihi uisum est, locum ex oratione eius latinè ut potero uertere, quo res tota melius intelligi possit. Cum igitur Demosthenes in illo iudicio legẽ Solo-

Source : BIU Cujas

A nis, Scribæ legendam dedisset (ut tum moris erat in iudiciis factitari, & fuit postea in Romanis) & ille recitasset, ita tũ ipse subiecit: Intellexistísne igitur uiri Athenienses, quàm rectè atque ordine leges promulgandas Solon instituerit? Iam primùm apud uos, & quidem iuratos, utpote apud quos alia quoque & constitui & rata haberi solent: deinde qui legem tulisset antiquæ legi contrariam, hunc abrogãdæ antiquæ legis causas expromere prius uoluit, tum demum suam nouámque rogationem proferre in medium, hanc cum illa componentem. Hoc ideo, ut una tantùm unoquoque de negocio lex esset, nequando uulgus indoctum legum contrariarum dissidentia con B turbaretur. Ita enim demum legum peritissimis spem pręcidi posse ratus est negocium facessendi populari simplicitati, cum æquabilis facultas omnibus esset & legendi & perdiscendi plana & dilucida iura. ἵν' εἷς ᾖ περὶ τῶν ἑκάστων νόμος, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο ταράττῃ, καὶ ποιῇ τῶν ἅπαντας εἰδότων νόμους ἔλαττον ἔχειν, ἀλλὰ πᾶσιν ᾖ ταῦτ' ἀναγνῶναι, καὶ μαθεῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ δίκαια. His Demosthenis uerbis satis illa Ciceronis congruunt de facilitate perdiscẽdi iuris. Nunc eò res redacta est, ut nulla ætas huic studio sufficiat. ceu uerò scita plebis indoctæ, edicta Prætoris plerunque semidocti, Principum sanctiones & imperia interdum præcipitata, consulta Senatus nonnunquam ambitiosa, aut C per metum Principum extorta, aut per assentationem effusa, aut necessitate aliqua expressa, denique ambigua sæpe iuris prudẽtum responsa, id est eorum qui suffragatorum precibus aut summi beneficij loco à Principe impetrauerant ut iuris prudentes essent, & de iure publicè responsitarent: hæc inquam, omnia quasi Sibyllinorum carminũ instar sint, aut oraculorũ propheticorum, ac nunquam satis enarrata, fœcunda hominum ingenia, & ad omnes disciplinas (si per priscam iuris facilitatem licuisset) uersatilia, æternùm exercere debeãt: ut ille quondam scriptus, & * à tergo, necdum finitus Orestes. Inde illæ cantatissimæ cõtrouersiæ de diuiduo & indiuiduo, de sui- D tate, de pacto nudo, necdum tot uoluminum textura uestito, & aliæ huiuscemodi sinuosissimæ quæstiones, in quibus tanquam apud Sirenios scopulos consenescere claris atque grandibus ingeniis necesse est. unde nobis illa malorum Ilias orta, ut est in prouerbio: dum res iudicatæ nunquam præiudicatæ sunt: dum res sæpe ac diu disceptatæ ac decretæ, nunquam semel decretæ sunt, anniuersaria utique fœtura suboriẽtium aliorum super alios doctorum dogmatúmque, & prisca obsoletáque maiorum scripta posteris relinquentium: denique dum singuli iuris apices nõ modò pugnam, sed etiã bellum intestinum inter hos illósque factiosos ciere possunt. Quanam igi- E tur fronte huiusmodi non modò commentaria, sed etiam commentitia tuebuntur, qui Neratij dictum illud legerint? In omni parte error, in iure non eodem loco, quo facti ignorãtia, haberi debet, cum ius finitum & possit esse & debeat. An huius temporis finita esse iura dicere perfricta frõte audebunt, cum iuris professorum interpretamenta citra criticorum censuram ius ab auctore sumãt? quasi uerò Pythagoricorum institutum in mores orbis terrarũ receptũ sit: de quo Marcus Tullius libro primo de natura Deorũ

Vna uno de negocio lex esse debet.

** in Iuuenalis Saty. 1. in ipso penè initio.*

Malorum Ilias.

L. 2. ff. de iuris & facti ignorantia.

Auctoritas Pythagorica.

ſic inquit, Nec uerò probare ſoleo id quod de Pythagoricis accepimus: quos F
ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex iis quæreretur quare ita eſſet, reſpondere ſolitos, Ipſe dixit. Ipſe autem erat Pythagoras. tantum opinio præiudicata poterat, ut etiam ſine ratione ualeret auctoritas. Quemadmodum igitur Pythagorici αὐτὸς ἔφα dicebant, id eſt ipſe dixit: ſic Alexander, ſic Paulus Caſtrenſis, ſic Felinus dixit, inquiunt: ſic denique unus quiuis ex illa turba ſcriptorum, qui luculentis priſcorum conſultorũ ſcriptis Cimmerias (ut dicitur) tenebras multis in locis offuderunt. Proinde cauſa, ut uidetur, non ſatis idonea eſt, cur tantopere ſeſe admirentur iſti, ſuaéq; ſorti gratulentur, qui unicam hanc iuris ſcientiam, quaſi filiolam exoſculantur ſuam G
Pro Muræna. (id quod Cicero quondam ad Sulpitium loquẽs dixit) id eſt, qui præ iſto ſtudio iuris omneis alias diſciplinas deſpectui habere ſolẽt, tametſi liberas ipſas nomine & ingenuas, attamen inopes (ut ipſi dictitant) nec ut hanc unam iuris ſcientiam, ex ſuorum ſpoliis quæſtuoſas, quæ ex ciuilibus tantum ipſa manubiis ornare ſeſe poteſt. Iuriſconſultorum olim ſuperbiam cum ferre
Tranquillus in Caligula cap. 34. non poſſet Caius princeps, quaſi ſcientiæ eorum omnem uſum aboliturus, ſæpe iactauit ſe Hercle effecturum, ne quid reſpondere poſſent præter æquũ
De æquo & bono reſpondere. & bonum. quanto minus quorundam noſtri temporis ferenda eſt? qui certè ſi moleſti eſſe pergant, arcem ſe literatorum tenere cenſentes ac dictitan- H
tes, ad Fabium eos iudicem, haud iniquum certè iuriſcõſultis, protinus uocabimus: qui de huiuſmodi loquens hominibus, ita inquit in primo, Difficultatis patrocinia prætexímus ſegnitiæ. neque enim nobis operis amor
** eloquentia, ſic habet Quintil.* eſt: nec quia ſit honeſta & rerum pulcherrima ciuilis * ſapientia, petitur ipſa: ſed ad uilem uſum & ſordidum lucrum accingimur. Dicant ſine humanioribus diſciplinis in foro multi, & acquirant, dum ſit locupletior aliquis ſordidæ mercis negociator, & plus uoci ſuæ debeat præco. Hæc ille. Deſinant igitur eorum improbiſſimi alios habere deſpectui, & quaſi, ut
Mataeotechni Græci uocant, Ματαιοτέχνας, id eſt inanium artium ſtudioſos inceſſere iuue- I
nes ingenuos, liberalioribus diſciplinis deditos: qui fructum ſtudiorum ſuorum non ſtipe aduocationum, aut capturis rerum iudicandarum, ſed ex animo ſuo ac contemplatione & ſciẽtia petunt, perpetuum quidem illum, nec fortunæ ſubiectum. Ne igitur nimium ſibi placeant in hoc forẽſi plau-
Cap 3. in fine ſu, aut etiam per palatium ultro citro uolitantes, idem Fabius lib. 12. multos ſe cognouiſſe ait, qui tædio laboris, quem ad eloquentiam tendentibus, id eſt rerum omnium politicarum cognitionem, perferre neceſſe eſt, confugerint ad hæc diuerticula deſidiæ: quorum alij ad album ſe ac rubricas trãſ-
Ad rubricas ſe transferre. tulerunt, & formularij, uel (ut ait Cicero) legulei quidam eſſe maluerunt, K
tanquam utiliora eligentes ea, quorum ſolam facilitatem ſequebantur. Cicero pro Murena ad Seruium Sulpitium loquens, Quapropter (inquit) non ſolùm illa gloria militaris ueſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt, uerùm etiam dicendi conſuetudo longè & multùm iſti ueſtræ exercitationi ad honorem antecellet. Itaque mihi uidentur plerique initio, multo hoc maluiſſe, id eſt dicendi facultatẽ: pòſt, cum id aſſequi nõ potuiſſent,

Source : BIU Cujas

A istuc potissimùm sunt delapsi, id est legulei sunt facti: ut aiunt in Græcis artificibus eos * aulœdos, id est tibicines, esse, qui citharœdi fieri non possunt. Agedum (quandoquidem hucusque præter institutum nostrum prouecti sumus) uideamus, quæ sit ista tantæ operæ scientia, quæ propemodum sola literatos ac doctos uiros in Gallia existimari ac uocitari facit. Marcus Antonius orator ille nobilis apud Ciceronem lib. 1. de Oratore, In oratore autem, inquit, acumen dialecticorum, sententiæ philosophorum, uerba propè poëtarum, memoria iurisconsultorum, uox tragœdorum, gestus penè summorum actorum est requirendus. Hic ultimas propè partes,

B id est memoriæ fiduciam, iurisconsultis tribuit. Fabius, Omne ius, inquit, quod est certum, aut scripto, aut moribus constat, dubium, æquitatis regula examinandum est. quæ scripta sunt, aut posita in more ciuitatis, nullam habent difficultatem: cognitionis sunt enim, non inuentionis. at quæ consultorum responsis explicantur, aut in uerborum interpretatione sunt posita, aut in recti prauíque discrimine. Vim cuiusque uocis intelligere, aut commune prudentium est, aut proprium oratoris: Aequitas optimo cuique notissima est. Verùm hoc istis persuaderi non potest, qui leges non ab homine scriptas ac conceptas, sed de cælo delapsas esse credunt, ut Tertul-

C liani uerbis utar. in quibus etiam sensus altissimos, & qui anagogici, id est abstrusi dicuntur, reconditos esse putant, nec unquam satis enarratos. Eorum uerò gloriationis præcipuum literarum meliorum studiosis solatium fuerit, istam legum scientiam non modò singulis seculis, sed etiam lustris interpolabilem esse: de qua profectò Plinianum illud ex libro uigesimonono, parodia haud inconcinna usurpare possumus: Mutatur ars (inquit de medicina loquens) quotidie, toties interpolis, & ingeniorum Græciæ flatu impellimur, palámque est ut quisque inter istos noua comminiscendo polleat, imperatorẽ illico uitæ nostræ necísque fieri. ceu uero non millia gentiũ

D sine huiusmodi leguleis degant, nec tamen sine legibus. Audiant igitur homines sortis suæ admiratores, audiant Tertullianum in Apologetico Christianorum ad proceres Romani imperij (quos ipse legum tutores appellat) ita dicentem, Miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda, aut * resipuisse in reprobanda? Nónne & ipsius Lycurgi leges à Lacedæmoniis emendatæ, tantum auctori suo doloris * inusserunt, ut in secessu inedia de semetipso iudicarit? Nónne & uos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam ueterem & squallentem syluam legum, nouis principalium rescriptorum & edictorũ securibus trun-

E catis & cæditis? Eant igitur nunc isti, qui omnia studio iuris tribuunt: & sese hominum solos hac una peritia iuris beatos & sapientes, & rerum humanarum arbitros, atque adeò diuinarum esse prædicent: dum tamen hoc constet, omnium gentium moribus, ut nomismatum, sic nomorũ, id est legum usum uarium & identidem mutabilẽ omni æuo fuisse. & has enim & illa, temporario principũ populorúmue consensu, non suapte ui potestatéque ualere. Intolerandus certè est ineptiorũ quorundam fastus, qui è studio

* *auletas.* Aulœdi. *Prouerbium.*

Quid in oratore requirendum.

Lib. 12. cap. 3. Iuris diuisio.

De iuris perdiscendi facilitate.

In leguleos.

Cap. 1. Sententia Plinij in leguleos.

Tertullianus de legisperitis.

* *recepisse se*

* *incusserunt.*

Source : BIU Cujas

iuris cum carris librorum redeuntes, uelut Aegyptiorum opibus ſuffarci- F
nati, reliquos omneis literarum ſtudioſos ſic ut inanes inopéſque aſpernantur, uelut ex paleis multis modicam frugem, aut etiam nullam colligentes. qui ſi aliquando cogitarẽt diuitias illas ſuas χθαμαίως πλοῦτον, ut dicitur, id eſt figulinas opes eſſe, unico Principis edicto fragiles (quod futurũ eſt aliquando ingenti generis humani felicitate) nimirum altiores illos ac ſeſquipedales ſpiritus deponerent. de ineptis loquimur, diſciplinarúmque expertibus. De Pandectis uerò quid ſentiã, malo alienis uerbis quàm meis dicere. Prodeat igitur aliquis Latinorum operum æſtimator idoneus. Is erit Laurentius Vallenſis, uir certè cum latinè doctiſſimus, tum uerò alienorum ſcriptorum iudex ut optimus, ſic minimè ambitioſus, & ueritatis amãtiſſimus: id quod inuidioſum nomen eius uulgo reddidit, ut iam publico conſenſu latinè ignorantium tanquam iniquus iudex ferè reiiciatur. Is igitur Laurentius cenſor ac criticus quãlibet etiam moroſus, ut illis quidem uidetur, Elegantiarum ſuarum libro tertio ſic inquit: *Relegi proximè quinquaginta Digeſtorum libros ex pleriſque uoluminibus iuriſconſultorum excerptos: & relegi cum libẽter, tum uerò quadam cum admiratione: Primum, quòd neſcias utrum diligentiáne an grauitas, prudẽtia an æquitas, ſcientia rerum an orationis dignitas præſtet, & maiori laude digna eſſe uideatur: deinde, H quòd hæc ipſa ita in unoquoque illorum omnia ſunt egregia & perfecta, ut uehementer dubites quem cui prę ferendum putes. Et paulò pòſt, Quod eo magis, inquit, in iuriſconſultis eſt admirandum, quòd ij inter ſe etiam ſeculis diſtant, licet omnes poſt Ciceronem: ideóque quibuſdam in uerbis ab eo differentes, quales omnes * uſque à Vergilio atque à Liuio fuerunt. Nam Ser. Sulpitij atque Mutij Scæuolæ nihil extat: ſed alterius Mutij recentioris. Et priſci quidem iuriſconſulti quales quantíque in eloquendo fuerint, iudicare non poſſumus: quippe quorum nihil legimus. his autem qui inter manus uerſantur, nihil eſt (mea ſentẽtia) quod addi adimíue poſſit, non tam I eloquentiæ (quam quidem materia illa non magnopere patitur) quàm latinitatis atque elegantiæ: ſine qua cæca omnis doctrina eſt & illiberalis, præſertim in iure ciuili. Hæc ille atque alia eodem pertinentia ſatis liberaliter, nec pro ſolita eius ſeueritate. Hui, inquiunt iſti legulei: quid nobis cum elegantia? nobis tam placent guerra, aut treuga, & laudum, & bannum, & banniti, & retorquitio: quàm illis bellum, & induciæ, & arbitrium, & proſcriptio, & proſcripti aut præconio citati, & repercuſſio uel relatio ac etiam retortio. Antiqui iuriſconſulti exſcribere ac deſcribere dicunt, & exemplum ſumere, nos exemplare dicimus. illi exemplum recognitum, nos exemplatum, collationatum. Antiqui, & qui latinè locuti ſunt, cõditiones quaſdam arbitrarias & in poteſtate noſtra, uel in nobis ſitas dixerunt: nos poteſtatiuas dicimus. Illi neceſſitatem quandam præciſam & abſolutam, & quandã conditionalem, id eſt hypotheticam: nos cauſatiuam. quemadmodum & ſtipulationes alternatiuas dicimus pro diſiunctiuis: & putatiuum pro opinabili: & diſpenſare, pro legibus ſoluere: & caſum legis, pro ſpecie: quo etiam

*Perlegi. Pandectarũ laus.

*à Vergilio uſque ad Liuium fuerũt.

Barbara uocabula à leguleis recepta.

Proſcriptio. Proſcripti. Præconio citati. Repercuſſio. Relatio. Retortio. Deſcribere. Exemplũ recognitum. Opinabile. Legibus ſoluere. Species legis.

Source : BIU Cujas

A Iuſtinianus ſæpe uſus eſt: quod & thema & propoſitum dicitur à Cicerone & Quintiliano. Inſinuare donationem, pro profiteri: militem, pro equite: recuſare iudicem, pro reiicere: quod & eiurare nonnunquam dicitur. æquum & iniquum iudicem antiqui dicere ſolent: nos ſuſpectum & fauorabilem, & non ſuſpectum dicere maluimus: permultáque huiuſmodi quæ propriũ deſtinatúmque uolumen deſiderãt, ut infra triduum pro intra. Sic eſt diſciplina iuris, ut ueutam facere melius & cõgruentius ſit dicere, quàm in rem præſentem uenire. Denique multa gallicè, nec minus uendibiliter inter noſtros dicimus, quæ latinè ignoramus. Apageſis iſtas ſermonis lautitias. ſor-

Profiteri donationem. *Eques.*

B dida nos delectant uerba & triuialia, atque etiam in tonſtrinis ſutriníſque proculcata. Verum illud Laurentij elogium me impulit ut diligentius Digeſtorum libros legerẽ. qua in lectione cum multis in locis uolumina ipſa partim mutilata, partim mendoſa inueni: tum uerò (quod flagitioſius eſſe multo arbitratus ſum) uerba multa non triuialis, ſed antiquæ ac probæ monetæ, in alienum uſum ignorantia temporum tranſlata eſſe animaduerti. Ea indignitate permotus, auſus ſum pridem inconſultius temeréque iactare inter amicos, me aliquando facturum ut Pandectę emendatius atque intelligentius legerentur. uidelicet uiribus noſtris necdum nobis exploratis: nec

Scribẽdi occaſio.

C præſtandæ rei difficultate ſatis excuſſa penſitatáque. Cuius me incepti cum poſtea perpigeret, triennio partim multa cauſatus, partim peregre agens, liberatum me iri tandem hac moleſtia libenter mihi perſuadebam, ueluti huius incepti temeritate ſitu quodam obliuionis contecta atque ſepulta. Ecce autem huius negocij ſecurum appellantibus amicis, & tanquam procraſtinati debiti arceſſentibus, ſpontaneáque pollicitationis admonitu idẽtidem cunctationem meam uellicantibus, eò tum me ſenſi feroculè eiectũ, unde pedem proferre pudor uetet, ut inquit ille: continuóque aut rem ſuſci-

Horat. in arte.

D piendam mihi, cui par omnino non eſſem, aut temeritatis manifeſtum ac confeſſum ludibrio mox omnibus me futurum. Ibi uerò æſtuantem me, & ſententiis alternantem impulit amicus quidam meus, uir ampliſſimę curiæ: qui mihi huius incepti non modò auctor, ſed etiam efflagitator fuit. Is mihi induſtriæ meæ ſpõſor (ut ita dixerim) apud me fuit. Perpulit enim hoc ſibi me credere, ſi operam enixè nauarem, nihil non eiuſmodi euaſurum, quod ipſe facere inſtituiſſem: cauſantéque me inuidioſum hunc laborem non gratioſum fore, qui tam ancipitis euentus facinus deſignare nunc auſus eſſem, homo propè nullius in re literaria nominis, ad extremum ſuſceptæ rei euẽtum fide ſua eſſe iuſſit. Eiuſmodi autem ſponſore nihil non cre-

E dere uel nominum factitator circunſpectus potuiſſet. iam primum præter ſingularem iuris peritiam, doctrina eſt etiã illa miſcellanea ac politico homini aut neceſſaria aut utili perpolitus, iudicio non mediocri ac ſæpe nobis probato præditus: cui etiam de me plus quàm meo propemodum tribuo. unus eſt denique ex paucorum numero, qui nõ illotis pedibus ad ſtudium iuris ciuilis contuliſſe ſe uidentur. Accedunt neceſſitudinis iura, quæ mihi multiplicia cum eo iampridem intercedunt, ne ab eo eludi me uereri

Source : BIU Cujas

ullo modo deberem. Huic iſtud à me cõtendenti niſi morem gererem, exiſtimaui (qua eſt ille in ordine ſuo auctoritate) nõ tam id uerecundię ac modeſtiæ, quàm ruſticæ ac pertinaci diffidentiæ datum iri. Itaque huius fide periclitandum mihi eſſe ſtatui. Hæc fiducia operis, hæc eſt indicatura, ut Plinij uerbis utar. Proinde perfunctoriam iſtam operam magis quàm iuſtam plenámque profitemur. Sed ne ſic quidem, ut intelligo, eorum cachinnos euadam, quibus cum Muſis, id eſt cum humanitate & doctrinę lepôre, nullum eſt commercium, ut Marcus Tullius inquit. Hi ſanguinem legũ quęrendum, non cutem (ut eorum uerbis utar) arbitrantur: non florem, ſed frugem ſcientiæ conſectandam autumant: denique uerborum rationem nullam habendam eſſe, dum ſenſus aſſequamur. Atque hæc ita dicunt, quaſi aut uerba rerum imagines eſſe neſciant, & ſenſuum inuolucra, quæ quàm maximè congruenter effingi & accommodatè rebus ipſis debent: aut quaſi Bartholus & Baldus & reliqui eiuſce ordinis auctores quidem illi alioquin ingenioſiſſimi, ſed quos iſti uerborum contemptores pro numinibus colunt, & quorum ſcripta inter ſacrorum uatum oracula in lararíis (ut ita dicam) habent, uerba non ipſi appéndere quaſi ad Critolai libram ſoleant. Vt enim ille quadam animi ſolertia in altera libræ ſuæ lance animi bona imponens, in altera corporis & externa, multum admodum propendêre illam animi lancem deprehendebat: ſic iſti iuriſperiti unumquodque uerbum, atque adeò ſyllabam, in quibus commodum ſit locis ad cõſtituenda ſua dogmata, ponderanda ſolerter admonentes, uerborũ uires excutere ſe, & ſcrupulari etiam differentia æſtimare credi uolunt. qui tamen præclara illa ſua libra, quid in diem addictio diei adiectæ præponderet, perſentiſcere nõ potuerunt, antequam Laurentius Vallenſis examẽ libræ ſuæ multo certè exactioris ad lectionem Pandectarum adhibuit. Nec ille autem in his quæ in huiuſmodi aduerſus iſtorum opinionem quantũuis approbata dixit, æquã unquam ſententiam retulit, duntaxat in eorum foro: Nec nos in iis quæ adhuc diximus, aut poſthac dicturi ſumus aduerſus receptos eorum aliorúmque errores, quippiam æqui boníque laturos nos ſperamus: non inter eos modò ad quos ea res pertinet, ſed ubicunque & apud quoſcunque res non * artificis ſtatera (ut inquit Cicero) ſed populari trutina examinantur. Videamus tamen refellendis iſtis uerborum contemptoribus magni aliquos nominis auctores opponere nécne poſſimus. Fabius libro 12. Quid? (inquit) nõ quæſtio iuris omnis, aut uerborum proprietate, aut æqui diſputatione, aut uoluntatis coniectura continetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem * philoſophiam redundat. Gellius lib. 13. Labeo (inquit) Antiſtius iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publicè reſponſitauit: cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in grammaticam ſeſe atque dialecticam literáſque antiquiores altioréſque penetrauerat, latinarúmque uocum origines rationéſque percalluerat: eáque præcipuè ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos utebatur. Sic quodam loco * Cicero proprietatem ſermonis iuriſconſultorum peculiarem

In præfatione.

Tuſcul. 5.

Critolai libra.

* *aurificis. Lib. 2. De Orat. Cap. 2.*

* *tractatum. Cap. 10.*

* *Quintil. lib. 5. in fine.*

Source : BIU Cujas

A liarem esse affirmat. Quod igitur isti dicunt prudentiam in rerum esse cognitione,orationis facultatē nihil ad rem pertinere,uideamus qualiter constitui possit.Marcus Tul.lib.3.de Oratore,de eloquentia loquens,Neque uerò,inquit,hoc fugit sapientissimum Regem Philippum,qui hunc Alexandro filio doctorem accierit(de Aristotele loquens)à quo eodem ille & agendi acciperet præcepta,& loquendi. Nunc siue quis uolet,eum philosophum qui copiam nobis rerum orationísque tradat, per me appellet oratorem licet:siue hunc oratorem,quem ego dicam sapientiam iunctam habere eloquentiæ,philosophum appellare malit,non impediam:dummodo hoc cō-
B stet,neque infantiam eius qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat:neque inscitiam illius cui res non suppetat,uerba nō desint, esse laudandam.quorum si alterum sit optandum,malim equidem indisertam prudentiam,quàm stultitiam loquacem.Idem in Oratore perfecto, Res autem, inquit,sic se habet,compositè & ornatè sine sententiis dicere,insania est:sententiosè autem sine uerborum & ordine & modo, infantia. Et rursus alibi, Illud uerius,inquit,neque quenquā in eo disertum esse posse, quod nesciat: neque si id optimè sciat,ignarúsque sit faciundæ ac poliendæ orationis, disertè id ipsum quod sciat,dicere posse. Phœnix apud Homerū lib.9. Iliados
C ad Achillem loquēs,ita inquit,Pater tuus Peleus cùm te primum ex Phthia patria ad Agamemnonem misit paruulum adhuc, & bellicarū rerum ignarum,me tibi ideo adiunxit,ut utroque in genere instituendum te susciperē. censuit enim te & dicendi præcepta accipere debere, & agendi: μύθων τε ῥητῆρε ἐμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων,Doctum uerba loqui, facilémque in rebus agēdis. Ecquid autem turpius dici potest,quàm infantes eos esse, qui se consultos, prudentes,peritos denique iuris dici uideríque postulent, dignos etiā solos omnium literatorū hominum,qui rerum humanarum ac diuinarum arbitrium disceptationémque habeant quique uiros principes, & supra humaD num fastigium euectos, soluere & illigare legibus, interpretationibus suis possint?Infantes autē esse orationis facultate destitutos,latinè loquentiū cōsensus præiudicauit.Cicero in Topicis,Causa autē efficiens sic,ut cum quæritur quibus rebus eloquētia efficiatur. De commutatione sic, Posítne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiā. Et pro Cluentio,Tum uerò ita sum perturbatus,ut omnia timerem:si nihil dixissem, ne infantissimus:si multa in eiusmodi causa dixissem,ne impudentissimus existimarer. Et ad Quintum fratrem, Gabinius absolutus est. omnino nihil accusatore Lentulo,subscriptoribúsque eius infantius,nihil illo consilio sordidius.Nō
E me fugit quid Lactantius libro quinto sextóque de eloquentia disputarit, uir ipse loquendo lautissimus:sed nos de latinitate & elegantia & sermonis puritate loquimur,non de illa diserta & oratoria eloquentia, quæ iuris studiosis nostro seculo necessaria non est, tametsi olim Marcus Cato cùm in dicendo præstantissimus,tum iuris fuit idem peritissimus : & Scæuolæ Sulpitióque concessa est etiam facundiæ uirtus: & Marcus Tullius non modò inter agendum nunquam est destitutus scientia iuris, sed etiam compone-

Infantia & Inscitia.

Non procul à fine.

De Orato. lib.1.

In infantes iurisperitos.

Lib.3. ep.4.

Quintil. lib. 12.cap.3.

Source : BIU Cujas

re aliqua de eo cœperat,ut auctor est Fabius,& Crassus apud Ciceronem in F
primo dialogo de Oratore,Quintus(inquit)Scęuola homo omnium & di-
sciplina iuris ciuilis eruditissimus,& ingenio prudentiáque acutissimus, &
oratione maximè limatus ac subtilis,atque(ut ego soleo dicere) iurisperito-
rum eloquentissimus, eloquentium iurisperitissimus. Quæ (malùm) est
igitur ista tanta in hominibus peruersitas,ut cum lautam atque elegantem
utendi fruendíque iuris supellectilem habeant, latinam illam ab Vlpiano,
Paulo,Iuliano,reliquísque eiusdem notæ iurisconsultis relictam, librariorũ
legentiúmq; insciti a ærugine infestatam, eam ut æruginem abstergeri no-
lint?sordida etiam supellectili hac Gotthica & barbara uti malint? perinde G
atque primis illis seculis, frugibus iam inuentis,nonnulli tamẽ tam aduer-
so genio nati fuisse dicuntur,ut glande uesci mallent, id quod inquit Cice-
In Oratore. ro. Nostro enim seculo instaurata propemodum lingua latina, barbarica
permulti nihilo secius delectantur.Romanum sermonẽ respuunt homines
palati corruptissimi, quãquã plerique palatini. Videlicet hoc illud est quod
idem Cicero libro tertio de Oratore inquit,de antiquis iurisperitis loquẽs,
hominibus undique consummatissimis, Quid enim Marco Catoni præter
hanc politissimam doctrinam transmarinam atque aduentitiã defuit? Num
quia ius ciuile didicerat, causas non dicebat? aut quia poterat dicere, iuris H
scientiam negligebat? aut quia utroque in genere & laborauit & præstitit,
num propter hãc ex priuatorum negociis collectam gratiam tardior in rep.
capessenda fuit? Nemo apud populum fortior, nemo melior Senator,idem
facilè optimus Imperator. denique nihil in hac ciuitate temporibus illis
sciri discíue potuit,quod ille non tum & inuestigarit & scierit,tum etiam
conscripserit.Nunc contrà plerique ad honores adipiscendos,& ad rempub.
gerendam nudi ueniunt atque inermes:nulla cognitione rerum,nulla scię-
tia ornati.Sin aliquis excellit unus è multis,effert se,si unum aliquid affert.

Postremò locus hic poscit,ut de Pandectarũ uocabulo aliquid dicamus. I
Cap 9. Gellius igitur libro 12.Tullius,inquit,Tyro Ciceronis libertus libros de ua-
Pandectæ. riis ac promiscuis quæstionibus composuit, græco uocabulo Pandectas, id
est promiscua & multifaria continentes libros inscripsit, tanquam omne
Cap.ult. rerum ac doctrinarum genus continentes.Idem libro ultimo:Sunt,inquit,
qui libros suos Pandectas,id est omnium receptacula inscripserunt. Hanc
inscriptionem Plinius in præfatione inter illecebrosas & magna promit-
tentes numerauit: propter quas (ut ipse inquit) uadimonium deseri possit.
A quot & quibus com- His Pandectis coagmentandis, septem & triginta iurisconsulti symbolas
posita. contulerunt:ex quorum uerbis Digestorum leges uelut centones consarci- K
natæ sunt.Harum autem archetypos Florentiæ esse putant,quæ Litera Pisa-
na uulgo dicitur: & nos cum Florentia iter Romam faceremus in nume-
ro Legationis Regiæ, funalibus eas accensis, non sine ambitu, honoris lo-
co numeróque uidimus. Quoniam uerò hîc Vlpianus subiecit hæc uer-
ba, Huius studij duæ sunt positiones: addam quid sit thesis, id est positio.
Thesis. Thesis(inquit Ioannes Grammaticus, Aristotelis interpres)differt ab axio-

Source : BIU Cujas

A mate: quatenus axioma omnino eſt ἀναπόδεικτον, id eſt non demonſtrabile: *Axioma.*
ut ſunt propoſitiones immediatæ,& communes animi conceptiones, quarum mox meminero, quas naturæ ſponte uel naturali dictamento tene-
✱ mus,domóque in ſcholam afferimus:theſeis uerò,id eſt poſitiones ex præ- *Theſeis.*
ceptoribus diſcimus in ſingulis diſciplinis. Conuenit autem inter axioma, id eſt proloquium, uel pronunciatum,uel, ut Cicero uertit, enunciatum,& theſim:quòd nec hæc,nec illud demonſtratur: ſed tamen theſeis aliqua exhortatiuncula indigent, ut fidem diſcipulo faciant: ut illa propoſitio, Omnes à centro ad circuncurrentem lineam æquales eſſe lineas: cum axio-
B ma omnino ſit indemonſttatum: ut illud, Bis bina eſſe quaterna. Poſitionum igitur huiuſmodi exempla ſunt. Ponit arithmeticus monadem eſſe impartibilem uel inſectilem: Geometres uerò id quod diximus de lineis à centro ad ambitum circuli pertendentibus. Medicus ponit corpora ex elementis quatuor eſſe concreta. Phyſicus omnia naturalia corpora conſtare materia & forma: tum naturam eſſe principium motus atque quietis. Diuiditur autem theſis in hypotheſim & definitionem. Et rurſus hypotheſis,in eam quæ æquiuocè hypotheſis,id eſt ſuppoſitio dicitur, & in petitionem. Siquidem quæ poſitiones notæ ſunt, quæque ſimul ac à præcepto-
C re ponuntur, admittuntur ab auditore, hypotheſeis uocantur: quæ uerò *Hypotheſes.*
non uſque adeò notæ ſunt, ſed argumento quodam aſtruuntur antequam fidem faciant, & tamen citra demonſtrationem ſumuntur à præceptore, αἰτήματα dicuntur,id eſt petitiones uel poſtulata. Quæ rurſus & ipſæ duo- *αἰτήματα. Petitiones.*
rum ſunt generum. nam quædam mediocriter notæ ſunt, quædam econtrariò: ut uerbi gratia, geometra ponente, Omneis rectos æquales eſſe: auditor ἀγεωμέτρητος, id eſt ignarus geometriæ, neutrum opinatur,id eſt nec æquos nec inæquales eſſe. Eodem uerò dicente, Punctum carere magnitudine,& eſſe indiuiduum: auditor ipſe opinatur. Eſt autem definitio theſis: po-
D nit enim arithmeticus inſectile ſecundum quantitatem eſſe monadem: & nos ponimus hominem animal rationale mortale. Sic igitur iuriſconſulti ponunt huius ſtudij duas poſitiones. Poſitio interdum naturam cuiuſ- *Poſitio.*
que rei ſignificat. Quintilianus, Simplices,inquit,uoces poſitione,id eſt na- *Lib.1.cap De uirtutibus & uitiis orationis.*
tura ſua conſtant: compoſitæ autem, præpoſitionibus ſubiunguntur, ut innocens. Idem, Quid uerò quæ poſitionis eiuſdem in diuerſos flexus exeunt, cùm Alba faciat Albanos & Albenſes? Sunt alia huius uocis ſignificata: ut *Lib 1. cap. De uerbis propriis & tranſlatis.*
arſis & theſis apud Diomedem, & apud eundem Quintilianum: theſis & aphæreſis Areopagitæ: theſis & hypotheſis Ciceroni in Topicis: ſed ad rem
E non pertinent.

Ex eadem lege.

(Legem nunc appello caput legis,quoniam ita fert uſus.)

Videmus enim cætera quoque animalia, feras etiam beſtias iſtius iuris pe- *Iuris naturalis uis. Cenſeri.*
ritia cẽſeri.) Cenſeri hîc qualiter accipiatur,nõ facilè dixerim, ne ipſe quidẽ Accurſius, qui hoc in loco modeſtiſſimè tacuit. Cicero pro Archia poëta, Atque hoc ideo mihi concedendũ eſt magis,quòd ex his ſtudiis hæc quo-

Source : BIU Cujas

creſcit. que cenſetur oratio & facultas, quæ quantacũq; in me eſt, nunquã amico- F
rum periculis defuit. Dicendi, inquit, facultas ex poëtarũ lectione cenſetur,
Δοκῶν. id eſt precium & æſtimationẽ meretur, & in primis laudatur: à Græcis δοκεῖν
dicitur, quorum imitatione ita loqui ſolemus. Euripides in Hecuba, λόγος δ'
ἔκτ' ἀδοξούντων ἰὼν κἀκ τῶν δοκούντων, ἀνὴρ ὁ ταῦτα θείνα. Animalia igitur quædã bru-
ta naturali quadam intelligentia prædita, propterea cenſentur, id eſt admira-
Cap. 1. tioni nobis ſunt præ cæteris, ut elephas: de quo Plinius libro octauo, Maxi-
mum animal eſt elephas, proximúmque humanis ſenſibus. id quod ipſe latè
Lib. 8. cap. 4. proſequendo docet. Idem de tigride, Quæ cæteris feris truculẽta, atque ipſa
etiã elephanti ueſtigia ſpernẽs, homine uiſo, uel hominis etiã ueſtigio, trãſ- G
ferre catulos dicitur. Nimirum hæc natura eſt rerum, hæc potentia eius, ſæ-
uiſſimas ferarum, maximáſq;, quæ nunquam uidiſſent quod debeant time-
re, ſtatim intelligere cur ſit timendum. Ex his Plinij uerbis dicere poſſumus
reuerentiam iure naturali animalia omnia homini debere, & quãdam ue-
luti religionem, ut ſaltem ei decedant uia: ut ſit illud Geneſeos primo, Do-
minamini piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & uniuerſis animantibus quę
Plin. lib. 8. cap. 7. mouentur ſuper terram. Quid illud eiuſdem de elephantis? Ipſius, inquit,
animalis tanta narratur clementia contra minus ualida, ut in grege pecu-
dum occurrentia manu dimoueat, ne quid obterat imprudens: nec niſi la- H
ceſſiti noceant. Nónne ex iure quodam gentium eſſe uidetur & illud de ci-
Ciconiæ pietas. conia prouerbio Græco teſtatum, ab Ariſtotele etiam cõfirmatum, quæ pa-
rentes ſenio confectas alere exiſtimatur, infantiæ ſuæ uices rependens? unde
ἀντιπελαργεῖν ἀντιπελαργεῖν uerbum, pro eo quod eſt promerentibus gratiam in tempore re-
ferre: & Antipelargia huiuſmodi gratiarũ relatio, à ciconia dicta, quæ Græ-
Nomi Pelargici. ce πέλαργος dicitur. inde Pelargici nomi ab Ariſtophane dicti, quaſi Ciconia-
riæ leges, quibus liberi parentes alere iubentur. id quod in iure quoque no-
ſtro cautum eſt. Ideo in ſceptris regiis antiqui ciconiam ſculpere ſolebant in
Hippopotamus. ſummo: in infimo autem hippopotamum, animal improbiſſimum, ſigni- I
ficare uolentes iuſtitiæ obnoxiam eſſe uiolentiam, cuius iuſtitiæ ſymbolon
eſt ciconia, quæ parentes ſenio confectas alere, humeríſque geſtare in uo-
Valla fallitur. latu creditur. Laurentius tamen hunc locum reprehendit libro quarto Ele-
gantiarum: Ius naturale eſt quod natura omnia animalia docuit. ius eſſe ne-
gans appetitum coëundi, & procreationem educationémque liberorum. in
quo, ſentẽtia mea, fallitur. Cæterùm quod hîc Florentinus iuri gentium tri-
buit, Cicero in 3. Offic. iuris naturalis eſſe tradit, id eſt ut ne lædamus inui-
cem. ſic enim inquit, Atque ſi etiam hoc natura præſcribit, ut homo homi-
ni, quicunque ſit, ob eam cauſam quòd is homo ſit, conſultum uelit, neceſſe K
eſt ſecundũ eandem naturã utilitatem omniũ eſſe cõmunẽ. Quod ſi ita eſt,
una cõtinemur omnes & eadem lege naturæ. Idq; ipſum ſi ita eſt, certè uio-
Ius gentium. lare alterum, naturæ lege prohibemur. Iuris autem cõſulti ius gentiũ appel-
lant non tantum id quod naturale ſecutum eſt, quod argenteo ſeculo natũ
exiſtimatur, cum commercia rerum eſſe cœperũt: ſed illud etiam primariũ,
quod inter homines ſolos intercedit, de quo Caius in lege omnes, intellexit:

Source : BIU Cujas

A quod naturale dicitur: ut idem libro primo Tuſcul. Nulla gens, inquit, tam fera, nemo omnium tam immanis, cuius mentem non imbuerit deorũ opinio. Multi de diis praua ſentiunt (id enim uitioſo more effici ſolet) omnes tamen eſſe uim & naturam diuinã arbitrantur. Nec uerò id collocutio hominum aut conſenſus efficit: non inſtitutis opinio eſt confirmata, nõ legibus: omni autem in re conſenſio omnium gentium, lex naturæ putanda eſt. Secundum hæc uerba Ciceronis, notiones in animis noſtris anticipatæ ſunt de iure naturali, quale eſt quod idem in primo de Natura Deorum inquit, in perſona Velleij Epicurei loquens, Solus enim (inquit) uidit Epicurus pri-
B mum eſſe deos, quòd in omnium animis eorum notionem impreſſiſſet ipſa natura. Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat prolepſim Epicurus, id eſt anteceptam animo rei quandam informationem, ſine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec diſputari poſſit? Et paulò pòſt, Cum enim non inſtituto aliquo, aut lege, aut more ſit opinio conſtituta, maneátque ad unum omnium firma conſenſio, intelligi neceſſe eſt eſſe deos, quoniam inſitas eorum uel potius innatas cognitiones habemus. Hæ & primæ notiones ab eodem dicuntur: alij præſumptiones & prænotiones uocant, id
C eſt ennœas, quas diuus Auguſtinus lib. 7. & 12. de Ciuitate, notiones interpretatur, quaſi communes intelligentias. αὐτόπιστοι dicuntur, quaſi per ſe fidem facientes ſine argumentis: ut ſuprà dictum eſt de axiomatis: de quibus idem Cicero in primo de legibus, Quæque in animis, inquit, imprimuntur inchoatæ intelligentiæ, ſimiliter in omnibus hominibus imprimuntur. Informationes etiam dicuntur, ut idem in ſecundo de Natura Deorũ, Omnibus enim innatum eſt, & in animo quaſi inſculptum, eſſe deos: quales ſint, uarium eſt: eſſe nemo negat. Cleanthes quidem noſter quatuor de cauſis dixit in animis hominum informatas deorum eſſe notiones. Appellantur e-
D tiam ἐπιβολαὶ, unde Galenus κατὰ πρώτην ἐπιβολὴν prima animi notione, id eſt animi adiectione. Iſta igitur ferè quæ iuri naturali aſſcribuntur, id eſt quæ natura docuiſſe nos creditur, uerſantur in ſenſu communi, non illo quidem arbitro & diſceptatore omnium ſenſuum, & cui ſenſus omnes ancillantur (qui principatus animæ dicitur à Cicerone, & à Galeno τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς in decimotertio Therapeutices, & à Plutarcho in quarto de Placitis philoſophorum. cuius meminit memorabiliter Cicero in ſecundo de Natura Deorum, & in V. de Finibus, & Themiſtius in tertio de Anima) ſed in illo altero, cuius meminit Quintilianus in primo his uerbis, Senſum ipſum qui
E communis dicitur, ubi diſcet puer, cum ſe à congreſſu, qui non hominibus ſolum, ſed mutis quoque animalibus naturalis eſt, ſegregarit? Et Iuuen. Rarus enim fermè ſenſus communis in illa Fortuna. Seneca, Sic in beneficio ſenſus communis locum, tempus, perſonas obſeruet. A Græcis κοινὸς λογισμὸς dicitur. Gregorius, τίς οὕτως κοινῶν ἔξω λογισμῶν. Similis eſt communis prudẽtia apud Ciceronem lib. 4. de Finibus, Et ſi in ipſa, inquit, gubernatione negligentia eſt nauis euerſa, maius eſt peccatum in auro quàm in palea. omni-

Ius naturale.

Anticipatio & Prolepſis.

Notiones.

Prænotiones.

Præſuptiones Ennœæ.

αὐτόπιστοι.

Inchoatæ intelligentiæ.

Informationes.

ἐπιβολαί.

Principatus animæ.

De nat. deo. lib. 2.

Cap. Vtrum utilius, &c.

Senſus communis.

Saty. 8.

De benefic. lib. 1. cap. 12.

Communis prudentia.

Source : BIU Cujas

bus enim artibus uolumus attributam esse eam,quæ communis appellatur F
De iustitia & iure l.3. prudentia,quam omnes,qui cuiq; artificio præsunt, debent habere. Verùm
Quam inter nos cognationem quandam natura constituerit. enimuero ad cognationem illam ueniendum, quam Florentinus iurisconsultus inter humanum genus intercedere dicit,quam Accursius homo minimè malus ad primum parentem ex historia Geneseos refert. Marcus igitur Tullius libro quinto & ultimo Finium,Pisonem Academicum his uerbis hac de re differentem inducit, In omni autem honesto quod per se expetendum dicimus,nihil est tam illustre,nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum,& quasi quædam societas & communi-
Societas humana. catio utilitatũ,& ipsa charitas generis humani: quæ nata à primo satu, quo G
Charitas humana. à procreatoribus nati diliguntur,& tota domus coniugio & stirpe coniungitur,serpit sensim foras cognationibus primum, tum affinitatibus,deinde amicitiis,pòst uicinitatibus cum ciuibus, & iis qui publicè socij atq; amici sunt,deinde totius cõplexu gẽtis humanæ.quæ animi affectio suum cuique tribuens,atq; hanc quam dico societatẽ coniunctionis humanę munificè & æquè tuens,iustitia dicitur. cui sunt adiunctæ pietas,bonitas, liberalitas,benignitas,comitas,quæq; sunt generis eiusdem. Atque hæc ita iustitiæ propria sunt,ut sint uirtutũ reliquarũ communia.nam cum sic hominis natura generata sit,ut habeat quiddã innatũ quasi ciuile atq; populare, quod Græci H
politicon appellãt:quicquid aget quæque uirtus,id à cõmunitate,& ea quã expositi charitate atque societate humana non abhorrebit. Quo in loco primo statu pro satu corruptè uulgò legitur. Idẽ in primo de Leg. altissimè (ut ipse inquit) iuris principia repetens, ita quodã in loco ait, Omnium autem quæ in hominũ doctorũ disputatione uersantur,nihil est profectò prętabilius,quàm planè intelligi nos ad iustitiã esse natos, neque opinione sed natura esse constitutũ ius.Id iam patebit, si hominũ inter ipsos societatẽ con-
* iunctionémq; perspexeris. Nihil est enim unũ uni tam simile,tam par,quàm
omnes inter nosmetipsos sumus. Quòd si deprauatio cõsuetudinum,si I
opinionum uanitas non imbecillitatẽ animorũ torqueret, & flecteret quocũq; cœpisset,sui nemo ipse tam similis esset,quàm omnes sunt omniũ. Ita quæcunque est hominis diffinitio,una in omnes ualet. Quod argumẽti satis est, nullã dissimilitudinẽ esse in genere:quæ si esset,nõ una omnes diffinitio con
Ratio. tineret. Etenim ratio,qua una præstamus beluis, per quam coniectura ualemus,argumentamur,refellimus,differimus, conficimus aliquid ac concludimus,certè est cõmunis,doctrina differens,discendi quidem facultate par. Idem alibi, Quid est autem,non dicam in homine,sed in omni cœlo atque terra,ratione diuinius?quæ cum adoleuit atque perfecta est,nominatur rite K
sapientia. Est igitur(quoniam nihil est ratione melius, eáque & in deo & in homine) prima homini cum deo rationis societas. Inter quos autem ratio, inter eosdem etiam recta ratio communis est. quæ cum sit lex, lege quoque
* *consociati.* * conciliati homines cũ diis putãdi sumus. Inter quos porrò est cõmunio legis,inter eos cõmunio iuris est. Quibus autẽ hæc sunt inter eos communia, & ciuitatis eiusdem habẽdi sunt. Si uerò iisdem imperiis & potestatibus pa-

Source : BIU Cujas

A rent,multò etiam magis parent huic cœlesti * discretioni,mentíque diuinæ, & præpotenti deo:unde etiam uniuersus hic mundus,una ciuitas communis deorum atque hominũ existimanda est. Idem de igniculis loquens nobis à natura ad iustitiam consectandam datis,corruptela autem malæ cõsuetudinis extinctis:Quòd si quomodo,inquit,est natura, sic iudicio homines humani (ut ait poëta) nihil à se alienum putarent, coleretur ius æquè ab omnibus.Quibus enim ratio à natura data est,iisdem etiã recta ratio data est, ergo & lex, quæ est recta ratio in iubendo & uetando. si lex, ius quoque. at omnibus ratio,ius igitur datum est omnibus.Rectéque Socrates execrari eũ

B solebat,qui primus utilitatem à natura seiũxisset. id enim querebatur caput esse exitiorum omnium. unde illa Pythagorica uox, τὰ τῶν φίλων κοινά, id est omnia inter amicos cõmunia. sed locus ille vulgo mutilatè legitur.Ex prædictis apparet id quod Vlpianus inquit,Seruitutem iure gentium secundario constitutam esse,non illo primario,quod naturale dicitur,ab eo(ut Caius inquit)quòd naturali ratione inter homines constitutum sit. Propterea Au-

C gustinus libro 19. de Ciuitate,seruitutem primùm culpæ non naturæ impositam esse dicit: cùm Noë animaduertens in filium, seruire eũ fratribus suis iussit. id quod Genes.nono memoriæ etiam proditum est.quam seruitutem iustam interdum atque etiam utilem esse ipse eodem libro demonstrare cõtendit. Ius autem gentium Liuius libro 5. ab urbe condita ius humanum appellat, de Gallis loquens: quomodo & Vergilius: Si genus humanum & mortalia temnitis arma. Sunt & iura bellica. unde illa Camilli uerba apud Liuium ad proditorem puerorum magistrum, Non ad similem tui nec populum nec imperatorem scelestus ipse cũ scelesto munere ueneisti. nobis cũ

D Falisci,quę pacto fit humano,societas nõ est:quã ingenerauit natura utrisque,est,eritq;.Sunt & belli,sicut & pacis iura,iustéq; ea nõ minus quàm fortiter didicimus gerere. Arma habemus non aduersus eam ætatem, cui etiã captis urbibus parcitur,sed aduersus armatos. Inde illa nobilis controuersia apud Fabium Quintilianum in quinto,capite de argumentis,de iure beli,apud Amphictyonas commune Græciæ consilium agitata. Atque hæc in uniuersum dicta sint usque ad legem, Ex hoc iure gentium.

* descriptioni.

De legibus lib. 1.

Ius.

Seruitus.

L. 4. ff. De iustitia et iure.

L. Omnes populi. ff. De iustitia et iure.

Cap. 15.

Ius gentium & humanũ.

Aeneid. 1.

lib. 5. ab urbe condita.

Non ita procul à fine capitis.

Amphictyones.

Ex .l. Ius ciuile.

Ius ciuile est quod neque in totum à naturali uel gentiũ iure recedit, neq; per omnia ei seruit.) Hoc dictum quomodo intelligi debeat,nos Ciceronis uerbis demonstrare possumus.Is enim lib. 3.de Finibus sic inquit,Quemadmodũ igitur membris utimur,priusquam didicimus cuius ea utilitatis causa habeamus:sic inter nos natura ad ciuilẽ cõmunitatẽ cõiuncti & cõsociati

E sumus.Quod ni ita se haberet,nec iustitiæ ullus esset nec* humanitati locus. Et quo modo hominum inter homines iuris esse uincula putant,sic homini nihil iuris esse cũ bestiis. Præclarè enim Chrysippus,cętera nata esse hominũ causa,& deorũ,eos autẽ cõmunitatis & societatis suæ,ut bestiis homines uti ad utilitatẽ suam possint sine iniuria. quoniámq; ea natura esset hominis,ut cum genere humano quasi ciuile ius intercederet: qui id conseruaret, eum

Ius ciuile.

* bonitati.

Source : BIU Cujas

iuſtum:qui ui ageret,eum iniuſtum fore. Sed quemadmodum theatrũ cum F
commune ſit, rectè tamen dici poteſt eius eſſe eum locum, quem quiſq;
occuparit: ſic in urbe mundóue communi non aduerſatur ius, quo minus
ſuum quidque cuiuſque ſit. Ariſtoteles libro quinto Ethicorum, Ciuilis
Cap.7. Diuiſio iuris. autem iuris, inquit, partim naturale eſt, partim legitimum ſiue legale. Na-
turale ubiuis gentium eandem uim habet, nec hominum opinione conſti-
tutum eſt. Legitimum ab initio quidem nihil refert hoc modo uel ſecus:
poſt poſitionem uerò tum demum refert. quo iure nituntur omnia rationẽ
ſciti decretíque habentia. τὸ δὲ πολιτικὸν δικαίου, τὸ μὲν φυσικόν ἐστι, τὸ δὲ νομικόν. φυσι- G
κὸν μὲν, ὃ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, καὶ ὃ δοκεῖν ἢ μὴ. νομικὸν δὲ, ἐξ ἀρχῆς μὲν
οὐδὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως· ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει. Ipſe uerò iuris originem o-
mnifariámque rationem ſubtiliſſimè ſcrutatus, ac cõpendioſè omnia expli-
cans, in hanc propemodum ſententiam inquit. Iuſtitiæ particularis, & iuris
quod ab ea proficiſcitur, genus unum eſt, quod in diſtributionibus uerſa-
tur aut honoris, aut pecuniarum, aut cæterarum rerum quæ diſtribui inter
eos poſſunt qui eiuſdem ciuitatis conſortes ſunt. in iis enim & æquam & in-
æquabilem partem inuicem ferre poſſumus. Aliud autem genus eſt com-
Commercia. merciis emendandis corrigendíſque comparatum. Commercia porrò duo-
rum generum ſunt: quædam enim uoluntaria, quædã non uoluntaria ſunt. H
Voluntaria ut emptio, uenditio, mutuum. ob id uoluntaria dicta, quòd eo-
rum principium in arbitrio noſtro ſitum eſt. At eorum quæ non uoluntaria
Ius diſtribu-tiuum. ſunt, partim clandeſtina ſunt, ut furtum, adulterium: partim uiolenta, ut uer-
τὸ κατ' ἀξίαν δίκαιον. bera, uincula, raptus. Enimuero diſtributiuũ ius confeſſum eſt apud omnes
pro dignitate cuiuſque ſtatui oportere: quod ius ab eo τὸ κατ' ἀξίαν appellatur,
de quo in tertio etiam Politicôn mirè diſputat de æqualitate ciuili loquẽs:
Democratici uerùm in eo pugna eſt, quod Democritici, id eſt populari inſtituto uiuen-
tes, dignitatem in libertate conſtituunt: Oligarchici, id eſt paucorum ſta-
Oligarchici. tu gaudentes, dignitatem partim in cenſu & facultatibus ponunt, partim in I
Ariſtocratici generis nobilitate: Ariſtocratici uerò, id eſt optimatium ſtatum fouentes,
uirtute dignitatem metiuntur. Proinde ius in proportione conſtitutum eſt.
Proportio enim, quam ipſe analogiam uocat, æqualitas eſt rationis, quæ cõ-
ſiſtit minimum in quatuor. Diuiduntur enim & quæ diſtribuuntur, & qui-
bus diſtribuuntur. Itaque ius huiuſmodi inter quatuor minimùm interce-
Analogia geometrica. dit, quæ analogia geometrica uocatur, in qua contingit totũ ad totũ ita ſeſe
habere ut utrunq; ad utrũque, hoc eſt utrunque ad alterum. Eſt autem hæc
proportio hiulca & interrupta, id eſt nõ cõtinua, hoc modo. ut A ad B, ſe ha-
bet, ſic C ad D. Sit igitur exẽpli gratia ſuper A, Lucius Craſſus orator, uel Scę- K
uola Iuriſconſultus æqualis eius: quorum alter diſertorũ conſultiſſimus, al-
ter conſultorũ diſertiſſimus fuit, ſi Ciceroni credimus. ſit autẽ ſuper B, Pau-
lus Caſtrẽſis, aut quiuis alius ex illa Gottica gente, quorũ nemo nõ infantiſ-
ſimus in uerbis etiã iuris fuit: aut cõtrà logodędalus aliquis (ut Plato ſophi-
Logodædali uerborũ fun-ditatores. ſtas appellabat) uerborũ funditator inanis, qui uenuſtatẽ uerborũ nõ ſenſuũ
acumen cõſectetur, aut qui orationis concinnitatem potius quàm pondera

Source : BIU Cujas

A ſententiarum præſtare poſſit: ut uno uerbo dicam, loquendi peritus, ciuiliũ rerum ignarus. ſit rurſus ſuper C, magiſtratus aliquis ampliſſimus, ut apud nos cancellariatus, aut etiam ſtipendium primarium, & (ut ita dicam) talẽtarium. D, uerò honor aliquis infimi ſubſellij, aut ſtipendium ſeſquilibre, atque etiam (ſi dicere liceat) triobolare. Dico igitur, quam rationem habet A ad B, id eſt culmen illud doctrinæ & eruditio numeris omnibus ſcientiæ humanioris abſoluta, ad illam aut prudentis infantiam, aut loquacitatem inſcij: eãdem habere C ad D, hoc eſt honorum ſummum faſtigium & primarium ſtipendium, ad populare munus & gregarium ſtipendium. & per-
B mutatim, ut ſe habet A ad C, id eſt uir primi nominis ac meriti ad primariũ honorem: ſic B ad D, id eſt homo inferioris aut etiam poſtremæ notæ ad plebeium præmium, duntaxat ſi iure diſtributiuo uti uolumus: quod Ariſtoteles analogum eſſe affirmat, id eſt proportione conſtitutum. quo iure in diſtributione malorum omnia uice uerſa ſpectanda ſunt. Quod autem præter hanc analogiam, inquit Ariſtoteles, diſtributum fuerit, non ius ſed iniuria erit, cùm ſæpe poſteriores honorum partes ferant, quibus priores iure debentur: contráque malorum priores, quibus conueniunt poſteriores. Quòd ſi ita eſt (ut omnino certè eſt) hoc genus iuris rariſſimè moribus uſur-
C patur. Nulla enim iſonomia, id eſt æquabilis bonorum honorúmque diſtributio, in qua omnia omnibus paria ac demenſa reſpondent (ut inquit Marcus Tullius) in regno quærenda eſt: in quo & honores, & opes, & omnino præmia uirtutis, arbitrio non dico unius, id eſt Principis (æquiſſimo enim animo ferendum illud eſſet) ſed unius aut alterius, qui maioribus fatis ſupprincipes aut etiam Seiani (ut ita dicam) Principis euaſerũt: aut qui quouis aulico artificio principibus obrepſerunt, non tam diſtribuuntur quàm dilapidantur, atque etiam interdũ turpi dinundinatione indignis deferuntur. Vt enim ambitioſiſſimus quiſque partis cuiuſdam reipublicæ guberna-
D cula arripuit, ita cohortem ſibi protinus amicorum clientiúmque cooptat: quos ad Principem redempta commendatione inſinuatos, ſícque ad uaria munia diſtributos, tanquam uicarios habet, tuendarúmque partium ſuarũ inſtitores, ſemel ipſi obſtrictos inſinuationis auctoramento. Quare eximios ſæpe uiros in ordinem (ut dicitur) coactos conſeneſcere uidemus, niſi tædio inuiſæ in aula uirtutis, atque aliorũ exemplis edocti, beatis illis aulicis ſeſe mancipio dederint (ut ita dicam) quaſíque grauitatis ac conſtantiæ maieſtatem in eorum aſſentationem proſtituerint: denique (ut planè dicam) niſi uir-
E tutis faſces inaneis, fortis fortunæ ſummiſerint impotentiæ: contráque nebulones quoſdam & leuiſſimos homines, aut ignaros, & (ut uocabulo Græco dicitur) analphabetos, nec literarum nec nandi peritos: ſed qui uendita-re ſeſe belliſſimè cuique in aula præpollenti didicerint, uirtutis præmia obtinere, inſoléti confidentia, ueluti magnis ſuis meritis è numero (ut dicitur) exemptos. Genius hic eſt ferè æternus regni, ne fortè ſeculi noſtri infelicitati detur: & alioquin, ut inquit Lucanus,

Ius analogũ.

Iſonomia.

De nat. Deorum lib. 1.

Analphabeti.

Lib. 8.

Sceptrorum uis tota perit, ſi pendere iuſta

Source : BIU Cujas

Incipit,euertítque arces reſpectus honeſti. F

Fortaſſe tamen hoc Principe meliora iamiam omnia apud nos futura ſpondere nobis debemus:ſiquidem nõ paucos iam paucis annis uidimus primarios uiros, ac de literis literatíſq; optimè meritos, ſola nominis ac famæ meritorúmq; commendatione, recta(ut cõſtanter creditur)citráque ullam ſuffragatorum redemptionem,in Regis gratiam inſinuatos,Principis útiq; uoluntati in deferendis primis honoribus, aulicorum quoq; uotis certatim aſtipulantibus. Præterita igitur,& quę plerunque fiunt,hîc excutimus,futura uerò meliora mox ſperamus.Verùm ad id quod inſtat reuertamur.Alterum

Diorthoticõ. eſt genus iuris quod Diorthoticon ab Ariſtotele dicitur, quaſi emendatiuum:quod in cõmerciis uerſatur,& à diſtributiuo differt. Illud enim diſtribuendis cõmunibus bonis comparatum eſt ſecũdum analogiam prædictã, quæ geometrica dicitur à Mathematicis. Hoc autem ius quod in cõmerciis ſpectatur,æqualitate quidẽ ius eſt,& in æqualitate iniurium:ſed alia proportione conſtituitur,quæ arithmetica dicitur. Etenim nihil refert,ſiue uir bonus uirum prauũ circunſcripſerit, ſiue bonũ prauus:aut ſiue uir bonus adulterium admiſerit,ſiue improbus: ſed damnũ tantum aut noxa in hac ſpecie refert,in qua iudicis partes ſunt inæqualitatem ad æqualitatẽ reducere: cùm ſcilicet ab eo qui plus æquo per circunſcriptionẽ tulit, mulcta inflicta lucrũ aufert.tunc enim,dimenſa noxa,una pars damnum,altera lucrũ uocatur: ut lucrum(licet nomine non admodum proprio) dicatur eius eſſe qui noxam aut damnum dedit:damnũ autem eius qui accepit.ſic damnum & lucrũ minoris ac pluris uicem obtinent:medium autem æqualitatis. Plus igitur boni & minus mali,lucrũ eſt:& uice uerſa damnũ.In hac proportione tria cõſiderantur,duo extrema,maius & minus:mediũ,ius emẽdatiuũ correctiuúmq;: quod medium eſt damni & lucri,quæ ſunt extrema.Cùm igitur de hoc iure

Iudex ius animatũ eſt. ambigitur,ad iudicẽ itur.ad iudicem autẽ ire,ad ius eſt ire.Iudex enim quaſi animatũ ius eſt,ut Græcè δίκαιον ius,& dicaſtes iudex dicitur.Propterea qui-

Mediiurij, Μεσόδικοι. dam,inquit Ariſtoteles, Meſodicos iudices uocant, quaſi mediiurios,à medio ac iure compoſito uocabulo: quoniam qui medium conſequi potuerunt,ij ius ſuum obtinere uidẽtur.Ideo,inquit, dicæon dicitur quaſi dichęõ, hoc eſt bipertitum:& iudex Dicaſtes quaſi dichaſtes,hoc eſt bipertiẽs. Porrò quemadmodũ in geometrica proportione & iure diſtributiuo quatuor eſſe cùm minimũ neceſſe eſt,ſic & in hoc iure commerciario & in hac pro-

Arithmetica proportio. portione arithmetica & continua:ſed ita, ut in hac medium bis aſſumatur, hoc modo,ut A ad B,ſic B ad C. bis enim aſſumitur B. & ideo continua hęc proportio dicitur,non ut illa interrupta,ut unum bis ſumptum duorum loco eſt. Quomodo igitur ſe habet A ad B, id eſt æquo maius ad æquum: ſic ſe habet æquum id eſt iuſtum,ad id quod iuſto æquóque minus eſt.Eſt itaque medium iuſtum iúſque,quo plus boni minúſque mali,quæ lucri nomi

Ius diſtributiuum. ne uocantur: & plus mali minúſque boni,quæ damni, ad æqualitatem re-

Cõmerciariũ διανεμητικὸν ἀλλακτικόν. ducuntur. Quomodo autem id fiat, Ariſtoteles lineari figura demonſtrat, qui iuſtum diſtributiuum, διανεμητικὸν appellat, ἀλλακτικὸν uerò id quod nos

Source : BIU Cujas

A commerciarium. Plutarchus in octauo Sympoſiacôn, Lycurgus autem, inquit, arithmeticam proportionem Lacedæmone eiecit, ut democraticam, & turbæ accommodatam: pro eáque geometricam introduxit, ut optimatum uitæ & regno iuſto congruentem atque decentem. quippe illa numero æqualitatem, hæc proportione quod dignitas poſcit, tribuit: nec omnia ſimul miſcet: ut inſignis ſit diſcretio bonorum & malorum. Deinde ſubdit, τοῦτῳ ὁ θεὸς ἐπάγει τὴν ἀναλογίαν τοῖς πράγμασι δίκην καὶ νέμεσιν προσαγορεύοντες, καὶ διδάσκοντες ἡμᾶς ἃ δίκαιον ἴσον, ἀλλὰ μὴ τὸ ἴσον ποιεῖν δίκαιον. Hanc, inquit, analogiam & proportionem deus rebus admouit, iuſtitiam & nemeſim appellatam, cuius
B magiſterio ius æquum docemur, non etiam æquũ ius facere oportere. Hoc ex Platone ſumptum lib. ſexto de legibus τοῦ ἴσου τινος loquente. Eſt & aliud ius ab eodẽ Ariſtotele cõmemoratũ, quod ἀντιπεπονθὸς dicitur, & latinè talio. cuius iuris aſſertores fuiſſe Pythagoreos, iúſque Rhadamanthi uocitare ſolitos eſſe ait, uerſu Græco dictitantes, *Ethic. lib. 5. cap. 5.* *ἀντιπεπονθότες.* *Talio.*

Εἴ κε πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη τ' ἰθεῖα γένοιτο.

Ius rectum fuerit, ſi factis perferat æqua.

Hoc genus iuris Ariſtoteles ipſe improbat. Ait enim nec legitimo iuri, nec ei quod in ciuilitate uerſatur, id eſt in communione, conuenire, nec diſtri-
C butiuo nec emendatiuo, de quibus ſuprà diximus. quod ipſe rationibus demonſtrat. In communionibus tamen commercialibus ius talionem continere perhibuit, duntaxat per analogiam, non per æqualitatem, κατ' ἀναλογίαν, καὶ μὴ κατ' ἰσότητα. ut cum ſutor & ſtructor inuicem aliquid faciunt artificij ſui, ut ſutor calceum, ſtructor domum, & itidem de cæteris artificiis, in quibus omnibus talio illa per analogiã, inquit, interuenit. Sed uno aliquo opus eſt quo omnia dimetiamur, ut ad æqualitatem reducantur. Hoc autem reuera eſt indigentia, qua ipſa commercia uniuerſa continentur. Quippe ſi nullius rei indigerent homines, aut non ſimiliter indigerent: aut commer-
D cium non eſſet, aut certè non idem eſſet. Itaque nomiſma ueluti pro indigentia hominum inſtituto ſucceſſit, quod hominibus inter ſe intercederet, inde nomen ſortitum, quòd lege, id eſt nomo græcè, nõ autem natura originem habeat. unde numus latinè uidetur quaſi nomus dictus. Hoc etiam dictum Ariſtoteles forma quadam mathematica demonſtrat, ut ferè ſolet ea quæ tractat, quantum per naturam rerum licet, ſcietificè & mira arte explicata tradere. Talionis pœna xij. tabulis conſtituta erat: ſed poſtea Prætorij iuris clementia reuocata eſt, ut docet Gellius lib. 20. Noctium Attic. Cauſas autem reuocandæ duas præcipuè aſſignat, legis incommoditatem, & repen-
E dendæ pœnæ, id eſt retaliandæ difficultatem, ut latius ipſe docet. Nec mirũ tamen talionem iure xij. tabularum conſtitutam eſſe, cùm diuina etiam lege inductam legamus. Exodi uigeſimoprimo, & Deuteronomij decimonono, de pœna ſycophantiæ & calumniæ, Non miſereberis eius: ſed animã pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges. Quintilianus in octauo, Eſt & quod appellatur à * nobis νόημα, qua uoce omnis intellectus accipi poteſt: ſed hoc nomine donarunt ea quæ non dicunt, uerùm intelligi *Nomiſma.* *Numus.* *Talio.* *Cap. 1.* *Cap. 5. nouis.* *Νόημα.*

Source : BIU Cujas

uolunt: ut in eum quem ſæpius à ludo redemerat ſoror, agentem cum ea talionis, quòd ei pollicem præcidiſſet, Eras dignus ut haberes integram manum. ſic enim auditur, ut depugnares. Vbi ludum pro gladiatura Quintilianus intelligi uoluit. Sunt & alia genera iuris ab Ariſtotele poſita: ut ius paternũ, quod patricon: ut herile, quod deſpoticõ ab eo dicitur: quod ciuile nõ eſt, ſed ciuilis iuris ſimile. cuius dicti hãc rationẽ aſſignat, Mancipiũ enim & liberi quandiu à patre per ætatem non recedunt, tanquam pars eius ſunt. Atqui nemo inferre iniuriam conſultò ſibi ipſi creditur: nemo igitur in ſeſe iniurius: ita nec iniuria nec ius eſt duntaxat ciuile. Inter uirum uerò & uxorem ius magis intercedere ait, quàm inter patrem & liberos, aut dominum & mancipium. hoc autem œconomicon à domeſtica diſpenſatione & conſtitutione familiari dicitur, alterum & ipſum à ciuili iure. In tertio uerò Politicôn, œconomicon magiſtratum appellat, id eſt οἰκονομικὴν ἀρχὴν, poteſtatem illam qua uir uxori, liberis, & omni familiæ præeſt: pudendo eorũ more, qui uſqueadeo uxorij ſunt (ne dicam ignaui) ut domi ſuæ priuati ſint, & uxoriæ poteſtati pareant, cùm foris magiſtratus gerant, & uiris imperare ſe dignos eſſe cẽſeant. quos Ariſtoteles in ſecundo Politicôn, γυναικοκρατουμένους appellat, id eſt in uxorio imperio uiuentes: quorũ ſtatus γυναικοκρατία dicitur, ea forma qua ariſtocratia: qui etiã ſententia noſtra ochlocratia propriè dici poteſt: hoc eſt turbulẽtus ſtatus, cùm legibus illis gynęcocraticis parendũ eſt.

Patricon. Deſpoticon.

Oeconomicõ

In gynæcocratumenos. Gynæcocratia, & eius leges.

Iuuenal. Saty. 6.

Hoc uolo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. &,
- clames licet, & mare cœlo
Confundas, homo ſum. &,
Nil unquam inuita donabis coniuge: uendes
Hac obſtante nihil: nihil hæc ſi * nolet, emetur.
Hæc dabit affectus: ille excludetur amicus
Iam ſenior.

** nolit.*

Propterea idem Ariſtoteles in eodem ſecundo de his loquens ita inquit, καί τοι τί διαφέρει γυναῖκας ἄρχειν, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι; ταὐτὸ γὰρ συμβαίνει. id eſt, quanquam quid referre putamus, mulieréſne magiſtratus gerãt, an magiſtratus gerentes mulieribus pareant? idem enim utrobique accidit. Ideóque Lacedæmoniorum politiã improbandam eſſe tradidit, quòd magna ex parte muliebri imperio regeretur. Idem etiam multas gentes bellatrices & militariter uitam traducentes ultra Celtas, in γυναικοκρατίᾳ uiuere tradit: uel præter Celtas. Itaque inquit, ſcitum illud fabulamentum uidetur eius qui Martem cum Venere illaqueaſſe primus dicitur. huiuſmodi enim uiri in Venerem maximè proni, muliebri imperio regi ferè nati ſunt. ἄλλωστε κἂν τυγχάνωσι γυναικοκρατούμενοι καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν στρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν ἔξω κελτῶν. Plinius libro ſexto, Gynæcocratumenos appellat populos quoſdam Amazonũ uicinos, bello ab Amazonibus uictos: ex eo ſic dictos, quòd uictricibus obſequantur ad procreandam eis ſobolem. Hæc eſt ſumma, ut arbitror, Ariſtotelicæ ſententiæ de iuris multifarij explicatione, cũ eo quod antea diximus de æquo & bono, & iure duriori. Quæ quoniã nobis ad hunc

Gynæcocratumeni. Cap. 7.

Ex lege, Ius ciuile.

titulum

A titulum maximè pertinere uiſa ſunt, quàm potuimus breuiſſimè ac explanatiſsimè ex auctoris eius copia in latinum ſermonem tranſtulimus.

Ex eadem lege in fine.

Vt apud Græcos,&c.) Locus hic mutilatus eſt: aſſcribenda enim ſunt hæc uerba, ἃ μὲν ἄγραφον, τὸ δὲ νομικόν. Ariſtoteles in octauo Ethicorũ, καθάπερ ἃ δίκαιόν ἐστι διττόν, τὸ μὲν ἄγραφον, ἃ δὲ ἐγγράφον νόμον. Et in tertio meminit τῶν νόμων τῶν ἐγγράφων τε καὶ ἀγράφων, καὶ τῶν ἐγγράφων καὶ ἠθῶν. Plato libro ſeptimo de legibus. ἄγραφα νόμιμα appellari à quibuſdam dicit ius non ſcriptum ἃς πατρίους, φησὶ, νόμους ὠνομάζεσθαι, quas patrias,inquit, leges cognomento uocitant. idem paulò pòſt tria B genera ponens, νόμους, ἔθη, ἐπιτηδεύματα, id eſt leges, mores, inſtituta, πᾶσι γὰρ τούτοις, φησὶν, ἡ πόλις ἐνδεῖται· ἄνευ δὲ ἀλλήλων ἑκάτερα τούτων οὐκ ὀρθῶς μόνιμα. Omnibus his, inquit,pariter ciuitas indiget:utraq; autẽ ſine alteris ſtabilia eſſe nequeũt.Mores & inſtituta quaſi pro uno poſuit:propterea utraq; dixit de duobus loquẽs. Inſtituti autem exemplum eſt apud eundem alibi in eodem libro, Totam enim noctem,inquit,ſopiri ciuem unum in Republica,nec familię ſuæ primum experrectum uideri,& ex lecto ſurgere,turpe eſt:ſiue id lex,ſiue inſtitutum potius uocandum eſt.Quemadmodum & matremfamiliàs ab ancillis excitari,nec ipſam potius ancillis anteuertere ex ſomno expergiſcentem. C Quintilianus libro tertio, Afferunt (inquit) laudem liberi parentibus, urbes conditoribus,leges latoribus,artes inuentoribus,necnon inſtituta quoq; auctoribus: ut à Numa traditũ deos colere,à Publicola faſces populo ſummittere. Inſtitutum igitur eſt ius non ſcriptum, quod tamen certum auctorem habet,id eſt magnum aliquem auctorem,quem reliqui imitari non erubeſcant: quale eſt Publicolæ illud factum,cuius meminit Liuius in primo: qui faſces primus populo ſummiſit.Inſtituere etiam aliquid,eſt auctorem quaſiq́ue conditorem alicuius rei fieri,exemplúmque poſteritati relinquere: ut idem Quintilianus, Et ſi quod eſt (inquit) exemplum deforme D poſteris traditum, quale libidinoſus uir Perſes in muliere Samia inſtituiſſe auſus dicitur primus.Sunt & exempla crebra apud Ciceronem,de moris ſignificatione, Macrobius libro tertio Saturn. Varro (inquit) morem eſſe dicit in iudicio animi, quem ſequi debeat conſuetudo. Sed Iulius Feſtus de uerborum ſignificationibus, Mos eſt(inquit)inſtitutum patrium,pertinens ad religiones ceremoniáſque maiorum. Quod dictum idem Macrobius latius exequitur.Ex cuius uerbis apparet morem obſeruationem quandã eſſe non lege,ſed iudicio & opinione confirmatam. Inde illa locutio,more maiorum,nata. Cicero libro ſecundo de Oratore, Me pro meo ſodali,qui mi- E hi liberûm loco more maiorum eſſe deberet, & pro mea omni fama propè fortuníſque decernere.Cicero hoc in loco morem pro obſeruatione poſuit, quodámque hominum grauiorum placito,non lege,non neceſſitate confirmato: ſcilicet ut Quæſtor Prætori liberûm loco eſſet. De qua re in Diuinatione loquens ita inquit, Sic enim à maioribus noſtris accepimus,Prętorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nullam neque iuſtiorem, neque grauiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm coniunctionẽ

Græca ſic reponit Haloãder, Τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.

Cap. 9.

Inſtitutum.

Inſtituere aliquid. Lib. 3. cap. 9.

Cap. 8.

Mos.

More maiorũ

Source : BIU Cujas

ſortis,quàm prouinciæ,quàm officij, quàm publicam muneris ſocietatem. F
Quamobrem ſi iure poſſis eum accuſare, tamen cum is tibi parentis numero fuiſſet,id piè facere non poſſes. Verba ſunt Ciceronis ad Quintum Cæcilium, utentis præſcriptione illa, quòd eum,qui parentis ei loco,more id eſt obſeruatione maiorum eſſet,citra impietatem accuſare non poſſet. Idem in
Verr.3. Verrem Act.ſecunda,hoc idem morem & inſtitutũ uocat,quod vulgo nũc dicimus laudabilem conſuetudinẽ.Etenim ſi hęc perturbare,inquit,omnia, & permiſcere uolumus: totam uitam periculoſam infeſtamq́; reddemus, ſi nullam religionem ſors habebit, nullam ſocietatẽ coniunctio ſecundæ dubiæq́; fortunę,nullam auctoritatem mores atque inſtituta maiorum.Paulus G
Saluo more maiorum. in hoc titulo,Vbicunque Prætor ſalua maieſtate imperij ſui,ſaluoq́ue more
In Heauton. Act.4.ſce.7. maiorum ius dicere conſtituit,rectè ius appellatur.Terentius,Quàm multa iniuſta ac praua fiunt moribus? id eſt, quàm multa iniuſtè fieri hominum
Non ita procul ab initio. obſeruatione comparatum eſt? Liuius libro ſexto ſecundi belli Punici,Tribuni pl.appellati:cum collegæ negarent ſe in mora eſſe,quo minus quod ei more maiorum permiſſum eſſet,ſeu legibus ſeu moribus mallet,anquireret.
Lib.5.ca.10. Quintilianus de argumentis loquens,Præterea quæ legibus cauta ſunt,quæ perſuaſione,etiam ſi non omnium hominum,eius tamen ciuitatis aut gentis in qua res agitur,in mores recepta ſunt: ut pleraque in iure non legibus, H
Moribus & in mores recepta. ſed moribus conſtant. Inde moribus agere.Cicero pro Cecinna,Ibi tum Cecinnam poſtulaſſe ut moribus deductio fieret. Id eſt,ut de poſſeſſione deduceretur eo modo,qui à maioribus obſeruatus eſſet.Vlpianus,Moribus apud
Moribus agere. nos receptum eſt,ne inter uirum & uxorem donatio ualeret.Et Pomponius
Leg.1.ff.de donatione inter uirũ et uxorem. Hoc ius (inquit) moribus non legibus introductum eſt. Inde in iure, ius moribus receptum,& ius moribus conſtitutum legimus.

Ex lege,Iuſtitia.

Ius moribus conſtitutum. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua uoluntas ius ſuum * unicuiq; tribuens.)
Iuſtitia. Hoc à Cicerone ſumptum uidetur in quinto de Finibus:quo in loco de or- I
** Cuique tribuendi.* tu humanæ charitatis loquens,ita ſcribit, Quæ animi affectio ſuum cuique tribuens,atque hanc quam dico ſocietatem coniunctionis humanæ munificè & æquè tuens,iuſtitia dicitur. Plato in 3 reip. τὸ δίκαιον ἂν εἴη, inquit, ὃ προσῆκον ἑκάστῳ ἀποδιδόναι, τοῦτο δὲ ὁ σιμωνίδης ὠνόμασεν ὀφειλόμενον. In Politico autem iuſtitiam eſſe inquit, τὰ δίκαια καὶ ὅσια διανέμειν ὀρθῶς πᾶσι. Ariſtoteles duplicem iu-
Cap.1. ſtitiam ponit in quinto Ethicorum:unam,quæ uirtutes omneis complectitur: alteram, quæ una uirtutum eſt,de qua hîc loquitur Iuriſconſultus.Iuſtitia enim,inquit, uirtus eſt perfecta, duntaxat relata ad alium: ideóque optima omnium eſt uirtutum,heſpero etiam luciferóque admirabilior,nu- K
meros omnes uirtutis complexa. Quippe multi in propriis uirtute uti potuerunt, nihil quod uitio uerti poſſit admittentes: at uerò in iis quæ cum aliis tranſigenda ſunt,non item. Itaque ſcitum illud Biantis eſt dictum, ἀρχὰ τὸν ἄνδρα δείξει. Id eſt, Principatus uirum demonſtrabit. ad alterum enim, & iam in communione magiſtratus. Proinde una omnium uirtutum iuſtitia alienum bonum eſſe uidetur, quoniam ad alium pertinet: nec ipſa

uirtutis

Source : BIU Cujas

A uirtutis tantum pars eſt, ſed tota ipſa uirtus eſt: ut uiceuerſa iniuſtitia non uitij pars, ſed tota uitio conſtans. Lactantius libro ſexto diuinarum Inſtitut. Cap. 9.

✶ Quantum autem à iuſtitia recedat utilitas, populus ipſe Romanus docet: qui per fœciales bella indicendo, & legitimè iniurias * faciendo, ſempérque aliena * capiendo rapiendóque, poſſeſſionem ſibi totius orbis comparauit. Verùm hi ſe iuſtos putant, ſi nihil contra leges ſuas faciant: quod etiam timori aſcribi poteſt, ſi præſentium pœnarum metu ſceleribus abſtineant. Sed concedamus ſanè ut id natura, uel (ut ait Philoſophus) ſua ſponte faciant, quod legibus facere coguntur: num idcirco iuſti erunt, qui parent

B inſtitutis hominũ, qui & ipſi aut errare, aut iniuſti eſſe potuerunt? Sicut illi xij. tabularum conditores, qui publicæ utilitati pro conditione temporum ſeruierunt. Aliud eſt igitur ciuile ius, quod ubique pro moribus uariatur: aliud uera iuſtitia, quam uniformem ac ſimplicem propoſuit omnibus deus. Idem libro quinto figmentum illud poëticum enarrans de iuſtitia de terris excedente, quæ aureum ſeculum commutauit, memorabilia quædam de iuſtitia dixit. Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate, hæc uerba enarrans, Ius ſuum unicuique tribuere: Iuſtitiæ, inquit, munus eſt, ius ſuum unicuique tribuere. unde fit in homine iuſtus quidam ordo naturæ, ut ani-

C ma ſubdatur deo, animæ caro, ac per hoc deo anima ipſa & caro. Iuſtitiæ imaginem Gellius libro decimoquarto ex Chryſippi Stoici libro quodam tranſcripſit, his uerbis, Facit Chryſippus imaginem iuſtitiæ, fieríque ſolitam eſſe dicit à pictoribus rhetoribúſque antiquioribus ad hunc fermè modum: Forma atque filo uirginali, aſpectu uehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Ex imaginis autem iſtius ſignificatione intelligi uoluit, iudicem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt, oportere eſſe grauem,

D ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contráque improbos nocentéſque immiſericordem atque inexorabilem, erectúmque & arduum ac potentem, ui & maieſtate æquitatis ueritatíſque terrificum. Hæc à Græcis Dice dicitur, præſertim poëtis, unde Dicaſtæ iudices dicti, ut antè diximus: & δικαιοσύνη. De hac Heſiodus in Ergis cum multos uerſus, tum uerò hos ſcripſit,

Iuſtitiæ imago. Cap. 4.

Iudicis perſona.

Dice.

Ἡ δ' ἅπ παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα.
Κυδνή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.
Καὶ ῥ' ὁπότ' ἄν τις μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀροτάζων
Αὐτίκα παὶρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι
E Γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοέωντες
Ἄλλη παρκλίνωσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες.

Hæc, inquit, Dice uiſenda Iouis filia eſt, uirgo diis etiam ipſis cœleſtibus ueneranda. quam ſi quis obliquo iudicio læſerit, ſpreta ſtatim apud Iouem patrem queribunda aſſidens, humanarum mentium iniquitatem incuſat; ídque ideo, ut principum iniquitates populares pœnis expient, qui ſubdo-

Source : BIU Cujas

la ipsi mente transuersa iudicia rapientes, iura perperam reddere soliti sunt. F
Hos uersus sic latinos fecimus:

Nata Iouis summi est ueneranda deis quoque uirgo
Cœlicolis augusta Dice: quam si quis iniquo
Iudicio incessit temerarius, illicet acris
Assidet ante Iouem, queribundo protinus ore
Humanæ mentis fraudes expostulat, ipse
Vindicet in populos regum ut facta improba, qui fas
Atque nefas miscent reddentes turbida iura.

Homerus Iliados 16. huius deæ uim ingentem esse ait: cuius etiam indignationem in iudiciis spretæ, magnis terrarum cladibus expiari solere. Sudas de hac loquens, Hesiodus (inquit) uirginem & incorruptam esse hanc deam dicit cùm alio omni modo, tum uerò cubili uenereo: uidelicet significans ius nullo pacto adulterandum esse, non gratia, non stupro, non alia quauis causa. Hanc autem colentibus deam, tellurem quidem fruges multiplici fœnore reddere, mare uerò omnia quæ parere solet, suppeditare. Demosthenes uerò in Aristogitonem duas iudiciorum præsides facit, hanc, & Eunomiam. sic enim inquit ad iudices loquens, Γάντα οὖν τὰ τοιαῦτα ἔθη παριδύντας τήμερον, ὀρθῶς δεῖ δικάσαι, τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν περὶ πλεῖστου ποιησαμένους, ἣ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει. καὶ τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας ὀρφεύς, παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾷν. ἣν εἰς ἑαυτὸν ἕκαστον νομίσαντα βλέπειν, οὕτω ψηφίζεσθαι δεῖ, φυλαττόμενον καὶ προορώμενον μὴ καταισχύναι ταύτην, ἧς ἐπώνυμός ἐστι ὑμῶν ἕκαστος ὁ ἀεὶ δικάζειν λαχὼν, τὰ πάντα τῶν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει καλὰ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα φυλάττων. Vos igitur huiusmodi instituta transmittentes rectè atque ordine iudicare par est, Eunomiam illam iuris amantissimam urbium regionúmque columen in primis colentes: simul inexorabilem illam augustámq; Dicen, quam Orpheus ipse qui sacratissimarum nobis ceremoniarum auctor fuit, assessitãtem Iouis solio, humanos omneis actus perlustrare oculis ait. Hanc quasi uos omnes (sese quisque) intueri putãtes sic oportet censere in iudiciis, ídque etiã etiámque uidere, ne quid eidẽ pudendũ admittatis: cuius gentilis est unusquisque uestrum iudicandi locum quocunque tempore sortitus, si modò iusti & honesti, utilitatísque politicæ rationem usquequaque habuerit. Hactenus ille. Qui iudices iuris & iustitię gẽtiles, id est cognomines propterea appellat, quòd à Dice dicastæ, ut à iure iudices dicuntur.

Iudiciorum præsides duæ. Eunomia.

G

H

I

Ex lege priore, De origine iuris.

K

Illotis manibus. Illotis pedibus. Cap. 9.

Illotis (ut ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractare.) Illotis manibus hoc in loco significat abruptè & nulla præfatione rem ipsam protinus aggredi, imparatis adhuc audientium animis. Simile est illotis pedibus apud Gellium libro pri. Nunc autem isti qui repentè pedibus illotis ad philosophos diuertunt, non est hoc satis quòd sunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι, sed legem etiam dant, qua philosophari discant.

Hic

Source : BIU Cujas

A Hic à Symposio Platonis incipere gestit, propter Alcibiadæ comessationem: ille à Phædro, propter Lysiæ orationem. Macrobius libro primo Satur. Copiam (inquit) rerum in Vergilio pedibus illotis prætereunt. id est, immaturi Vergilianæ lectioni, rerum copiam percipere non possunt. Lucianus, οὐ μὴν ἀνίπτοις γε ποσὶν, ἐς τοῦ λόγου, πρὸς ταῦτα ἥξεν. Nec tamē illotis pedibus (ut est in prouerbio) ad hoc studium uenit, id est præproperus & imparatus. Caius autem illotis manibus dixit, cum de contrectatione loqueretur, quæ manuum est. Gellius pedibus dixit, quia diuertēdi uerbo uti uolebat: ut Macrobius prætereundi, & Lucianus ueniendi. Hîc hîc, amabo, hîc dicant nobis legulei iu- *Cap. 24.*

B uenes, nonnullíque homines iurisperiti, humanitatis (ut ipsi dictitant) contemptores: ut uerò nemo non intelligit, eius rei quam sibi mala iam doctrina imbutis desperandam prorsus sentiunt, nō ab re inimici atque obtrectatores: utrum se illotis pedibus ad studium iuris uenisse negare ipsi audebūt? ferè enim hodie qui & foro & iuris scholæ destinati sunt: ut triennio aut summùm quadriennio quolibet sub præceptore rudimenta grammaticæ posuerunt, continuò ad studium iuris non tam transeunt quàm prosiliunt, ἐν πίθῳ κοραμείαν μανθάνειν ἀξιοῦντες, ut est in Græco prouerbio, id est à dolio fingēdo figulinam auspicandam esse censentes. disciplinarum illi quidem, &, ut *Prouerbium.*

C ita dicam, seueriorum grauiorúmque studiorum incunabula lucrifacere maxima quæque protinus aggrediendo existimantes: sed toto (ut dicitur) cælo errantes: qui tot tantarúmque rerum copiam sine mediocri antiquitatis cognitione capere se posse tradentibus Accursianis sperent: quíque sanctissimam iuris ciuilis scientiam illotissimis sese manibus contaminare nō sentiant. Tute uerò literarum studiosus & intelligens, quid cum hisce hominibus agas, qui rerum diuinarum humanarúmque scientiam, atque omnem omnino prudentiam cancellis illis forensibus (ut inquit Cicero) circunscriptam esse putant? Alij indolem multarum rerum capacem nacti, & *De Oratore lib. 1.*

D naturali impetu literas meliores appetentes, ubi primoribus labris gustare eas cœperunt, non dico medio è curriculo, sed à carceribus etiam ipsis protinus reuocantur, reclamantibus parentibus atque amicis, & ohe ac satis supérque uix re bene cœpta dictitantibus. quæstuosa enim iam studia capessenda: & quod est apud Satyricum, rubras leges maiorum perlegendas. Ita quintum post annum non iam Papinianistas sed Papiniastros uidemus, atque etiam uelut somno beatos ac Papinianos effectos. Quanquam si uerè existimare uelimus, quotus iam quisque eorum iurisperitus fieri cupit? plerique enim formularij fieri contenti, non etiam iurisconsulti, iuris ciuilis fi- *Iuuenal. Satyr. 14.*

E nem non legitimæ atque usitatæ in causis rebúsque ciuium æqualitatis conseruationem esse putāt, sed aut sordidam meritoriæ & ueluti prostantis uocis altercationem, aut styli mercenarij sacculariam illam operam. Neque id ideo dicimus, quasi omnes huius instituti homines una pertica (ut dicitur) metiri nos uelimus. quosdam enim nouimus & grauiter & ingenuè aduocationum officia præstantes. quorum partim eo nomine magnam gloriam adepti, ad primarios ordines euaserunt: partim in eodem uitæ instituto per- *Prouerbialiter.*

Source : BIU Cujas

manentes,eò nominis peruenerunt, ut è limine egredientes consultorum F
litigatorúmque frequentiam ueluti salutatorum habeant, magnásque necessitudines officiosis patrociniis aduocationibúsque conquisiuerint. nunc etiam uidemus clariorum hîc aduocatorum ordinem seminarium esse, ut ita dicam,amplissimæ curiæ. Verum honestatis horum splendor, sordibus eorum obruitur,qui se capturis ex professo etiam mancipauerũt, quæ multo maxima pars est huius generis, non iam honorarium aduocationis comiter accipientes,sed operarum mercedem chartulatim æstimantes, efflagitantésque parum liberaliter.Horum illud inuentum haud sanè ingenuum, literis trientalibus δικαιολογίας,id est iudiciales causificationes scribendi, ses- G
quipedalibus uersuum interstitiis,credo ut clarius iudices possent iustitiam eorum iuráque litigatorum cernere. In uniuersum autem qui hunc finem professionis suæ non modò non negant, sed etiam gloriabundi prædicant, quonam modo iuris se ciuilis studiosos esse defendẽt,cum omnia sua causa faciant, non ciuium? ut in quadam epistola Cicero iocabundus ad Trebatium scripsit iurisconsultum.

Epistolarum famil. lib. 7. epist. 12.

Ex lege posteriore, De origine iuris.

Superbus nõ est in Haloãdro.

Demarati filius.

Qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthij filius.) Hoc in loco hallucinatus est Pomponius, aut error est audaculi cuiuspiam H
emendatoris.Non enim Tarquinius Superbus Demarati filius fuit,sed Tarquinius Priscus,ut ex Liuio constat libro primo ab urbe condita. Cicero libro quinto Tusculanarum, Demaratus, inquit, Tarquinij Regis nostri pater,tyrannum Cypselum quòd ferre non poterat,fugit Tarquinios Corintho,& ibi fortunas suas constituit.Plinius libro trigesimoquinto,Demaratũ, inquit,Tarquinij Prisci Romani regis patrem.Quod uerò hîc dicitur de legibus Curiatis,ita intelligendum,ut lex Curiata dicatur à Curiatis comitiis, ut Centuriata lex à Centuriatis. De quibus Gellius libro decimoquintò, & Cicero libro tertio de Legibus,& in Orationibus non semel. Sequitur pau- I
lò pòst,Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia. Hic ille est Hermodorus qui propter leges latas,Epheso exulare iussus est. ad quem scribens Heraclitus Ephesius cognomento Scotinus, ita inquit, ἴσασί με ἑρμόδωρε συντεχνιτεύοντά σοι τοὺς νόμους, κἀμὲ ἐλάσαι βούλονται. Quibus uerbis innuit se ob id in exilium actum,quòd consilium communicasset cum Hermodoro in ferendis legibus.cum tamen Laërtius scribat rogatum fuisse ab Ephesiis ut leges ipsis ferret,ídque facere recusauisse propterea quòd assueti iam essent prauis moribus & institutis.dicit tamẽ ipse se inuisum esse suis ciuibus ob id quòd ἀγέλαστος esset,nempe quasi ob misanthropiam id faceret. ἐγνώκασι τὸν μὴ γελῶντα, K
καὶ πάντας μισανθρωποῦντα ἐξιέναι τῆς πόλεως. Cicero autem lib.5. Tuscul. ob aliam causam in exilium eum actum esse scripsit.Est,inquit,apud Heraclitũ physicum de principe Ephesiorum Hermodoro, uniuersos ait Ephesios esse morte mulctandos,quòd cum ciuitate expellerẽt Hermodorum,ita locuti sunt, Nemo de nobis unus excellat: sed si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit.Ipse autem Heraclitus ita scribit, ἑρμόδωρος ἐλαύνεται νόμους γράφων, ἡράκλειτος

Cap. 3. 6. & lib. eodem cap. 12.

Lex curiata & cẽturiata. Cap. 27.

ἐλαύνεται

A ἐλαύνεται ἀσεβείας. Sed Cicero cum Laërtio itidem fermè retulit, qui de hoc ita scribit, καθάπτεται δὲ τῶν ἐφεσίων, ὡς ἐν τῷ ἑταῖρον ἐκβαλεῖν ἑρμόδωρον, ἐν οἷς, φησὶν, ἄξιον ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀχρθανεῖν πᾶσιν, καὶ τοῖς ἀνήβοις τὴν πόλιν καταλιπεῖν, οἵτινες ἑρμόδωρον ἑωυτῶν ὀνηιστὸν ἐξέβαλον, λέγοντες, ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνηιστὸς ἔστω. εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλῃτε καὶ μετ' ἄλλων. Itidē etiā Strabo lib. 14. ἄξιον ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωυτῶν ὀνηιστὸν ἐξέβαλον, φάντες ἡμέων μηδεὶς ὀνηιστὸς ἔστω. εἰ δὲ μὴ ἄλλῃτε καὶ μετ' ἄλλων. Vnde autē, inquit, Romanis leges quasdam conscripsisse. Plinius libro 34. Fuit & Hermodori Ephesij statua in comitio, legum quas Decemuiri scribebant, interpretis, publicè dicata. Ex eadem lege. *Cap. 5.*

B Cneus Flauius Scriba surreptum librū populo tradidit.) Meminit huius historiæ Liuius libro nono ab Vrbe condita circa finem. De hoc Flauio Cicero pro Muræna, Posset agi lege nécne, inquit, pauci quondam sciebant. fastos enim uulgo non habebant. Erant in magna potētia qui consulebantur: à quibus etiam dies tanquā à Chaldæis petebantur. Inuentus est Scriba quidam, Cneus Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorū sciētiam compilarit. Valerius libro secundo, cap pri. Ius ciuile per multa secula inter sacra cæremoniásque deorum immortalium abditum, solísque ponti- *Cn. Flauius Scriba.* *Fastorum diuulgatio.*

C ficibus notum, Cneus Flauius libertino patre genitus, & Scriba, cum ingēti nobilitatis indignatione factus Aedilis Curulis, vulgauit, & fastos penè toto foro exposuit. Cornicum oculos configere (ut id obiter dicamus) Cicero in exemplo superiori pro eo posuit, quod est callidos & uersutos homines uersutia & calliditate supplantare & eluctari. Vt enim clauus clauo truditur, sic uafritia uafer, & ars eluditur arte. Vnde Aristoteles in politicis, καὶ χρήσιμοι οἱ πόνηροι εἰς τὰ πόνηρα. ἥλῳ γὰρ ὁ ἧλος, ὥσπερ ἡ παροιμία. Vtiles, inquit, improbi ad improba transigenda. clauus enim clauo, ut est in prouerbio. Cicero pro Flacco, Hic Hercule cornici oculum, ut dicitur. nam hunc Hermippum *Cornicum oculos configere.*

D hominem eruditum ciuem suū, cui debebat esse notissimus percussit. eius enim fide pecuniam sumpsit à Fusiis. Ac si diceret, ueteratorem & perastutum hominem ueteratoria fraude subuertit. Huic non absimile est quod Plautus sublinere os appellare solet, ut in Aulul. *Sublinere os. Act. 4 Sce. 6.*

Fidei censebam maxumam multo fidem
Esse, ea subleuit os mihi penissumè.

Tracta locutio à genere ludi, quo dormientibus ora fuligine inficiuntur. Hanc Ciceronis locutionem Hieronymus in præfatione Paralipomenôn imitatus est his uerbis, Nunc uerò cum pro uarietate regionum diuersa fe-

E rantur exemplaria, & germana illa antiquáque translatio corrupta sit atque uiolata, nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid uerum sit, aut nouum opus in ueteri opere condere, illudentibúsque Iudæis, cornicū (ut dicitur) oculos configere. id est materiam eludendi nostri Iudæis præripere, qui cum se credant solos habere literarum sacrarū ueritatem, ludibrio nos habent propter uulgatas translationes. Vtinam uerò prodeat nobis superstitibus Tribonianus alter, qui cornicum oculos iurisconsultis nostri tempo-

ris cõfigat,id eſt qui tot uoluminũ aceruos,quot ne Ptolemæi quidẽ biblio- F
theca caperet,certo quodã numero circunſcribat:ſed ita, ut ad uiuũ reſecet,
ne æternum hoc tædium perferamus hominũ ineptorum,qui citandis Bar-
tholo,Baldo,Alexandro,Panormitano,Barbatio,collectímque cæteris iuris
interpretibus,cum dominij etiam(ſi diis placet)præfatione, arcẽ ſe doctrinæ
tenere indoctis ſtupentíque turbæ perſuaſerunt: ſolóſque ſe dignos eſſe qui
Principi maria ac terras populóſque regenti,in conſilio adeſſe, aut regendæ
reip.præfici debeãt:tametſi nulla alia diſciplina,nulla rerum cognitione in-
ſtructi.Quibus ubi Bartholũ & Baldum ademeris, ad infantiã redactos ne
hiſcere quidem uidebis. De inſolentibus nunc loquor & ineptis, non de iis G
qui ſolidioris doctrinæ conſcientia,huiuſmodi ineptias oſtentationũ pero-
ſi,nihil non opportunè ac grauiter plenis è pectoribus promunt.

Ex eadem lege.

*leges. Et ita factũ eſt,ut inter plebiſcita & *legẽ ſpecies conſtituendi intereſſet,
poteſtas eſſet eadẽ.)Quo modo locus hic intelligi debeat, Gellius libro de-
Cap.27. cimoquinto docet his uerbis, Tribuni autẽ neque aduocant Patricios, neq;
Plebiſcitum. ad eos referre de ulla re poſſunt.Ita ne leges quidẽ propriè,ſed plebiſcita ap-
pellantur,quæ Tribunis ferentibus accepta ſunt.quibus rogationibus antea
Patricij nõ tenebantur,donec Quintus Hortenſius Dictator eam legẽ tulit, H
ut eo iure quod plebs ſciuiſſet, omnes Quirites tenerentur.Liuius lib.3. O-
mniũ primum,cum uelut in controuerſo iure eſſet,tenerentúrne Patres ple-
*tributim ple bes iuſſiſſet, populum teneret. biſcitis,legẽ Centuriatis comitiis tulere,ut quod *Tribuniplebis iuſſiſſent,
populus teneret.qua lege Tribunitiis rogationibus telum acerrimũ datum
eſt.Eſt igitur plebiſcitum,quod nulla auctoritate Patrum conſtitutum eſt.

Ex eadem lege.

Viros non habet Haloander. Nouiſſimè ſicut ad pauciores uiros iuris conſtituẽdi uia tranſiſſe, rebus
*dictantibus ipſis *dictitantibus,uidebatur.) Via interdum docendarũ rerum rationem
Via. ſignificat. Cicero in Partitionibus, Quid? definitionis quæ ratio eſt, & quæ I
Methodus. uia?Et de Claris oratoribus, Nam antea neminem ſolitum uia nec arte,ſed
accuratè tamen & de ſcripto pleroſque dicere.A Græcis methodus dicitur,
quod uerbum Theodorus uiam rationémque docendi tranſtulit. Quinti-
lianus duas grammaticæ partes facit, methodon, & hiſtoriam: Methodon
appellans quam Cicero uiam,artem, & rationem uocat. ſic enim inquit li-
Cap.De offi cio grámatici. bro primo Inſtit.Et finitæ quidem ſunt partes duæ, quas hæc profeſſio pol-
licetur,id eſt ratio loquendi,& enarratio auctorum:quarum illam,metho-
dicen:hanc,hiſtoricen uocant.Idem alibi methodon,breue dicẽdi compen
dium uertit, quaſi breuem uiam qua quamcelerrimè ad peritiã euadimus. K
Lib.3. Cicero de Finibus,Artes etiã ipſas propter ſe aſſumẽdas putamus, tum quia
ſit in iis aliquid dignũ aſſumptione, tum quòd conſtent ex cognitionibus,
& contineãt quiddã in ſe ratione conſtitutũ & uia. De hac uia Quintilia-
Cap.14 ſub finem. nus in ſecundo de libris Technicorũ loquẽs, Sed adiuuatur his quoque ars
dicendi,ſi tamen rectã uiam,nõ unam orbitã monſtrẽt: à qua declinare qui
crediderit nefas, patiatur neceſſe eſt illam per funes ingredientiũ tarditatẽ.

Ex lege poſteriore,De origine iuris. Quo

Source : BIU Cujas

A Quo in loco elegãti metaphora Quintilianus uſus eſt. A methodo Metho- *Methodici.*
dici dicti ſunt, qui rationẽ artis & diſcendi compendia ſequuntur. Quo no-
mine uocauerunt ſe quidam medici illius Theſſali diſcipuli, ut auctor eſt
Galenus libro quinto Therapeuticæ, qui nec uſum experimentáque ſecu-
ti, ut empirici: nec indicationes & naturæ cognitionem, hoc eſt euidentium
abditarúmque cauſarum notitiam, ut inquit Celſus: ut qui rationales dicũ- *In proœmio lib. 1.*
tur, cum nullum tertium ſit aut reliquum inſtrumẽtum quo medicina tra-
ctari exerceríque poſſit: dignos tamen ſe cenſuerunt qui methodici uocarẽ-
tur, quaſi uiam & rationem artíſque compendia cõmenti & ſectantes: quos
B ipſe Galenus ἀμεθοδωτάτους appellat, id eſt maximè omnium amethodos, hoc
eſt à uia & ratione docendi diſcendíque abhorrentes, quaſíque auios. μεθοδι- *Amethodi.*
κὴ enim αἵρεσις, ut inquit Galenus, omnia dogmata medicinæ corrupit. De
hoc Theſſalo methodicorum principe Plinius libro undetriceſ. ita inquit, *Cap. 1.*
Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſiliuit, delentem cuncta *Theſſalus.*
maiorum placita, & rabie quadam in omnis æui medicos perorantem. Hic
tanta arrogantia fuit, ut Iatronicen ſeſe inſcripſerit, quaſi medicorum uicto- *Iatronices.*
rem. Galenus libro nono eiuſdem Therapeu. primum ſe dicit medicinam
uia & ratione tractaſſe, quod ipſe μεθόλῳ θεραπεύειν appellat. quam tamẽ uiam
C Hippocratem primum ſecuiſſe dicit: ſed uiam ab eo ſectam, à ſe ueluti ſtra-
tam eſſe. Vnde librum ſuum methodon therapeuticam nominauit. Duas e-
nim partes omnis artis & ſcientiæ facit, methodon & aſceſin, id eſt uiam &
exercitationem. Neque enim poſſumus, inquit, alicuius nobis artis ſcientiã
comparare, niſi & commentationum in uniuerſum uiam quandam perno-
uerimus, & artis meditationem per ſingulorum exempla exercuerimus, ἓν
εἰδότες ὡς ἐχ' ὅτι τ' ὄντ' ὄντι τέχνης ἐστὶ μᾶς ἐπιστήμην κτήσασθαι, χωρὶς τῆς μεθόδου μήτινα ἀφ' ἑκάστης
καθόλου λεγομένων θεωρημάτων, ἄσκητον δὲ ἀφ' ἑκάστης οὐ μέρει λαμβάνειν παραδειγμάτων. Idem
in libro περὶ ὅρων, id eſt de finitionibns, treis ſectas medicinæ ponens, μεθοδι-
D κὴ, inquit, ἔστι λόγος ἀπὸ φαινομένων ὁρμώμενος, καὶ ἀδήλων καταλήψιν ποιούμενος. hoc eſt,
Methodice eſt ratio quæ ab apparentibus deprehendit occulta: ut ſi ſudores
ſunt, etiam pori ſunt. ſudor enim res eſt euidens: meatus autẽ eſſe ſudoris, res
eſt abdita. Celſus libro primo, in proœmio, Medicinã ita finiunt, quaſi uiam
quandam, quam μέθοδον Græci uocant: eorúmque quæ in morbis commu-
nia ſunt, contemplatricem eſſe contendunt. ac neque rationalibus ſe, neque
experimenta rerum * ſectantibus annumerari uolunt: cum ab illis eo no- **ſpectãtibus.*
mine diſſentiant, quòd in coniectura rerum latentium uolunt eſſe medici-
nam: ab his, quòd parum artis eſſe in obſeruatione experimentorũ credunt.
E Ad ſummam μέθοδος à Græcis dicitur, quaſi perſecutio & ueſtigatio diſcipli-
næ quam diſcere uolumus. Plato lib. 4. τῆς πολιτείας, καὶ δύγε ἴσθι ὦ γλαύκων, ὡς ἡ ἐμὴ
δόξα, ἀκεραίως μὲν οὔπω ἐκ τοιούτων μεθόδων οἵαις νῦν ἐν τοῖς λόγοις χρώμεθα, ἐσ μή ποτε λάθωμεν.
ἀλλὰ μακροτέρα καὶ πλείων ὁδὸς ἡ ἐπὶ τοῦτο ἄγουσα. μέθοδον Ariſtoteles ſæpe pro tracta-
tu & libro dicit, ut in ſexto Politicon, καθάπερ (inquit) εἴρηται ἐν τῇ μεθόδῳ τῇ περὶ
ταύτης. & μεθόλῳ inter alia hoc quoque ſignificat, uia & methodica ratione
curo. Gal. in ulti. therapeu. κολοβώματα ὀνομάζεσι τὰ ἐπὶ χεῖλος ἢ πῶρύγιον ἢ ὄσ ἐλλέβορ-

Source : BIU Cujas

τα μεθολδιε γαρ πως ηι τιυ τα. Ex eadem paulò pòst. F

Aediliũ cura. Itémque ut essent qui ædibus præessent, in quas omnia scita sua plebs deferebat,& reliqua.) Liuius libro tertio ab Vrbe cond.Institutum est etiã ab iisdem Consulibus,ut senatusconsulta in ædem Cereris ad Aediles plebis deferrentur,quæ antè arbitrio Cõsulum supprimebantur uitiabantúrq; Leges igitur & plebiscita & senatusconsulta ad curam Aedilium pertinebant.postea tamen hæc cura ad ærarium translata est,ut alibi uidebimus.

Ex eadem lege.

Parricidij Quæstores, Parricida. Hi appellabantur Quæstores parricidij.) Parricidiũ quo modo hîc intelligendum sit,docet Festus his uerbis, * Parricidij Quæstores appellaban- G
** Parici Quæstores.* tur,qui solebant creari causa rerum capitaliũ quærendarum. Nam parricida
** qualencũq; hominem indemnatum.* non utique is qui parentem occidisset,dicebatur,sed qui * qualencunq; hominem.hoc est,non tantum παρροκτόνος καὶ παρροφόνος, sed etiam μιαιφόνος. Sic
Cap.42. autem fuisse indicat lex Numæ his composita uerbis, Si quis hominem liberum morti sciens duit,parricida esto. Tranquillus in Cæsare, Pœnas facinorum auxit:& cum locupletes eo facilius scelere se obligarent,quòd integris patrimoniis exulabant,parricidas(ut Cicero dixit) bonis omnibus,reliquos dimidia parte mulctauit.Vbi parricidas pro homicidis accipiendum.
Lib.1.cap.3. Parricida,inquit Priscianus,tam à pari quàm à patre deduci potest. H

Ex eadem lege.

Et cum placuisset leges quoque ferri,ut omnes magistratus se abdicarẽt, quòd Decemuiri constituti uno anno,& reliqua.) In hoc paragrapho multa uerba deprauata sunt.pro cuius intelligentia, repetenda à Liuio historia. Is igitur libro tertio sic inquit,Anno trecentesimo altero quàm Roma con-
Decemuiri. dita erat,iterum mutatur forma ciuitatis, ab Consulibus ad Decemuiros,
** ad Cõsules uenerat, trãslato imperio.* quemadmodũ à Regibus antè * ad Consules uenerat.Trãslatio imperij mi-
Minus insignis, quia nõ diuturna mutatio fuit. nus insignis,quia non diuturna mutatio fuit.læta enim principia magistra- tus eius nimis luxuriauere:eo citius lapsa res est, repetitúmque duobus uti I mandaretur Consulum nomen imperiúmque.Idem alibi, Opinio etiam sine auctore exierat, non in præsentis modò temporis eos iniuriã conspirasse, sed fœdus clandestinum inter ipsos iureiurando ictum,ne comitia haberẽt, perpetuóque Decemuiratu possessum semel obtinerẽt imperium.Idem alibi,Iam redierant Legati cum Atticis legibus. eo intentius instabant Tribuni,ut tandem scribendarum legum initium fieret.Placet creari Decemuiros sine prouocatione,& ne quis eo anno alius magistratus esset. Legendũ igitur magistratu,nõ magistratus:ut paulo infrà,Sufficere magistratus,nõ magistratibus,hoc est substituere. Et, quoad Decẽuiri. non q; aut quia, ut Ac- K
Abdicare se magistratu. cursius credidit. hoc sensu,latũ est ad populũ à Tribunis, ut populus sciscereт iuberétque omnes qui cum imperio essent, magistratu sese abdicare : ut Decẽuiri legibus ferendis crearẽtur, & ne quis illo anno magistratus præter
Lib.2.ab Vrbe. Decẽuiros esset. Dicimus enim abdicare se magistratu, ut abire magistratu.
Lib.3.ab Vrbe. Liuius, Valerius curia egressus Dictatura se abdicauit.Idem, Factum senatusconsul.ut Decemuiri primo quoque tempore magistratu se abdicarent.

Ex lege posteriore,De origine iuris. Hoc

Source : BIU Cujas

A Hoc in loco perquam ſcitè Accurſius, Latum eſt, inquit, ad populum, hoc eſt dictum inter prudentes. Si tam lotis manibus Accurſius tractanda iuris interpretum ſcripta, quàm Caius (ut ſuprà uidimus) cẽſuiſſet, profectò haud huiuſcemodi compluribus nugis pulcherrimam hanc legem inquinatam nobis reliquiſſet. Ferre ad populũ legiſlator tum dicitur, cum legem in medium profert, unde legiſlator dicitur. Ferre ad populum Græci εἰσφέρειν dicũt, quaſi afferre in medium. unde ἀντεισφέρειν, legem legi contrariam ferre: quod tum fiebat, cum legem aliquam abrogari uolebant, quod & παρεισφέρειν dicitur. Demoſthenes πρὸς Λεπτίνην, Ἀναγνώσεται δὲ νόμον ὑμῖν, ὃν παρεισφέρουσιν γράψαν-

B τες ἀντὶ τούτου. Quo in loco multa de ferendis legibus dicit. Rogare etiam legiſlator dicebatur, unde rogatio dicta. Plebs uerò ſciſcere dicebatur, hoc eſt ſtatuere decerneréque. unde plebiſcitum, quod Græcè ψήφισμα dicitur, ut ſæpe apud Ciceronem legimus. Legis, rogationis, plebiſciti, & aliorum uerborũ ſi quis differentiam noſſe cupit, uideat Gellium lib. 10. Referre de re aliqua ad Senatum Conſules, & ij quibus Senatũ cogere licebat, dicebantur, cum rem in Senatu agitandam decernendámque proponebant, rogantes Senatorum ſententias: cuius exempla apud Liuium ſcatẽt. hoc Græci χρηματίσαι τοῦ τόδε dicunt, cuius exempla apud Ariſtotelem in Politicis. Vulgo dicimus pone-

C re rem in deliberationem curiæ. De more ferendarum olim legum Cicero pro Flacco, O morem, inquit, præclarum, diſciplinámque quam à maioribus accepimus, ſi quidem teneremus: ſed neſcio quo pacto iam de manibus elabitur. Nullam enim illi noſtri ſapientiſſimi & ſanctiſſimi uiri uim concionis eſſe uoluerũt. Quæ ſciſceret plebs, aut quæ populus iuberet, ſummota cõcione, diſtributis partibus tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, auditis auctoribus, re per multos dies promulgata & cognita, iuberi uetaríque uoluerunt. Erant autem leges quædam Curiatę, à curiatis comitiis dictæ, id eſt tributim coactis: quædam Centuriatæ, à cen-

D turiatis comitiis, id eſt centuriatim ex cenſu & ætate diſtributis: de quibus multa Cicero de lege Agraria contra Rullum, & libro 3. de Legibus. Centuriatæ autem leges maioris auctoritatis erant, quaſi plenis iuſtíſque comitiis perlatæ. Ideóque gloriatur Cicero centuriata ſe lege ab exilio reuocatũ eſſe. Vnde in oratione quam de reditu ſuo inſcripſit, Quid denique, inquit, illo die, quem P. Lentulus mihi fratríque meo liberíſque noſtris natalem conſtituit: non modò ad noſtram, uerùm etiam ad ſempiterni memoriam temporis? quo die nos comitiis centuriatis (quæ maxime maiores iuſta dici haberíque uoluerunt) accerſiuit in patriam: ut eædem centuriæ quæ me Con-

E ſulem fecerant, Conſulatum meum comprobarent. Quo die quis ciuis fuit, qui fas eſſe putaret, quacunque aut ætate aut ualetudine eſſet, non ſe de ſalute mea ſententiam ferre? Idem pro Publio Sextio, Cur cum de capite ciuis, & de bonis * proſcripti ferretur: cum & ſacratis legibus & xij. tab. ſancitum eſſet, ut neque priuilegium irrogari liceret, neq; de capite niſi comitiis centuriatis rogari, nulla uox eſt audita Conſulum? Et paulò pòſt, Tum princeps rogatus ſententiã Cotta, dixit nihil de me actũ eſſe iure, nihil more maiorũ,

Ferre ad populum. *Εἰσφέρειν.* *Ἀντεισφέρειν.* *Παρεισφέρειν.* *Rogare.* *Scire, ſciſcere.* *Plebiſcitum.* *Cap. 20.* *Referre ad Senatum.* *Χρηματίζειν.* *De more ferendarum legum.* *Curiatæ leges.* *Centuriatæ leges.* *Comitia centuriata.* * *proſcriptio.* *Irrogare*

Source : BIU Cujas

nihil legibus:non posse quenquam de ciuitate tolli sine iudicio: de capite F
non modò ferri, sed ne iudicari quidem posse, nisi centuriatis comitiis. His
uerbis significatur non censeri iudicium esse populi, nisi tum demum cum
Centuriatis comitiis coactus est: ideóq; se indemnatum à P.Clodio Tribu-
no plebis pulsum esse in exilium colligit,priuilegio de se lato comitiis non
Priuilegium. Cēturiatis. Priuilegiū enim appellat legem de proscriptione sua latam, qua-
Cap.20. si legem de priuo homine latam,ut Gellius docet in decimo Noctium At-
Non procul à fine. tic.& ipse Cicero lib.3. de Legibus.Leges quædam Consulares erant, quædā
Leges. Tribunitiæ:ut idem de lege Agraria,Leges enim sunt ueteres,neque eæ cō-
sulares(si quid interesse hoc arbitramini)sed Tribunitiæ, uobis maioribúsq; G
uestris uehementer gratæ atque iucundæ. Tribunitiæ leges plebiscita pro-
Tribunus sacrosanctus magistratus. prio uocabulo dicūtur.Consulares uerò absolutè leges uocantur. Tribunus
sacrosanctus magistratus erat, ut alibi diximus: plebeius tamen, custos &
præses libertatis,ut inquit Cicero in eadem oratione.Quanta autem popu-
li potestas fuerit in legibus & rogandis & abrogandis, docet Appianus in
eo libro qui Libycus inscribitur,ubi de Scipionis Consulatu loquitur: & Li
uius libro primo de interregno loquens, Cum sensissent, inquit, ea moueri
Patres,offerendum ultro rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, sum-
ma potestate populo permissa,ut non plus darent iuris quàm detinerēt.De- H
creuerunt enim,ut cum populus Regem iussisset, id sic ratum esset,si Patres
auctores fierent. Hodiéque in legibus magistratibúsque rogandis usurpa-
tur idem ius,ui ademptum: priusquam populus suffragium ineat, in incer-
tum comitiorum euentum Patres auctores fiunt. Meminit huius rei & Ci-
cero in Bruto. Vnde Fabius apud eundem Liuium lib.8.ita inquit ad Papy-
rium Dictatorē,Tribunosplebis appello,& prouoco ad populū, eúmq; tibi
fugienti exercitus tui,fugienti Senatus iudiciū,iudicē fero: qui certè unus
plus quàm Dictatura tua potest,pollétque:uidero cessurús ne prouocationi ✱
sis,cui Rex Romanus Tullus Hostilius cessit.Hactenus ille.Summa autē illa I
populi potestas ad principes Romanos monarchiæ temporibus delata est,
ut inquit Iustinianus in primo Institutionum. Vnde Iuuenalis Satyra 10.

Iampridem,ex quo suffragia nulli
V endimus,effugit curas:nam qui dabat olim
I mperium,fasces,legiones,omnia,nunc se Continet.

Ex eadem paulò pòst.

Vindicias filiæ suæ à se abdicasse,uel,ut in quibusdam legitur,abdixisse)
Abiudicare. Censeo legendum abiudicasse. Est enim abiudicare,iudicio auferre: ea for-
ma dictum,qua abiurare. Liuius lib.4.in principio, Læti ergo audiuere Pa- K
tres,Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati defeciſſe. Cicero de
lege Agraria,Iudicabit Alexandriam regis esse, à populo Romano abiudi-
cabit.Et pro Cecinna,Hoc iudicat,cum is qui in seruitute iusta fuerit, censu
liberetur:eum qui cum liber esset,censeri noluerit,ipsum sibi libertatem ab-
iudicasse.Quod autem de secessione hîc dicitur,historia nota est apud Li-
Secessio populi. uium duas secessiones fuisse.Prioris meminit libro secūdo, quam in Auen-

Ex lege posteriore,De origine iuris. tinum

Source : BIU Cujas

A tinum factam esse dicit: per quam populus à Patribus extorsit, ut duo Tribuni plebeij createntur sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus Consules esset. Posterioris meminit in iij. quam in Sacrum montem factam esse dicit: per quam Tribunitiam potestatem repetiit populus, prouocationémq; per Decemuiratum ademptam: & alia quædam. unde Cicero in tertio de Legibus, Concessa, inquit, plebi à Patribus Tribunitia potestate, arma ceciderũt, restincta seditio est: inuentum est temperamẽtum quo tenuiores cum Principibus æquari se putarunt. de Tribunitia potestate loquẽs. Hanc posteriorem sexagesimo anno post reges exactos factam fuisse testis est idem libro

B secundo de Finibus. Verumenimuero quod hîc de uindiciis dicitur, latius enarrandum est, tametsi Accursius mirè id interpretetur, ut alia permulta in hac lege: sed ita, ut nusquam hæsitantiam hominis reprehendere possis. ita certus usquequaque securúsque enarrationum suarum fuit, sic explorata omnia nobis compertáque tradidit, ut etiam illud fabulamentum circulatorium de Græco exploratore, qui Romam à Græcis missus erat, quíque trinitatis mysterium fortuita gesticulatione significasse dicitur, pro uerissima historia commemorare sustinuerit, aut etiam crediderit. Ex quibus atque huiuscemodi nugis eius, intelligere facilè possumus, nec historiarum noti-

C tiam ipsum, nec annalium habuisse, nec qui, quóque tempore aut iurisconsulti, aut legislatores, aut Imperatores, aut qui, quibúsque æquales fuerint, quicquam pensi habuisse. Quod si ita est (ut certè est) quonam modo ipse in tanta iuris per alia atque alia secula uarietate, certus esse sententiæ potuit? multæ enim antinomiæ dissolui & explicari sine eius rei cognitione nequeunt, quam Accursius ignorauit. quod eo certè pernicioſius esse iudicandum est, quòd sequaces ferè suos (quæ bona pars est interpretum iuris) in eosdem errores iurare (ut ita dicam) haud dubitanter impulit. id quod semel

D atque in uniuersum dicendum habuimus, ne aut singula commẽta hominis, aut ariolamenta reprehendere nobis necesse sit: aut incuriæ præuaricationísue opinionem subire, si tædio plerunque posthac in huiusmodi conniuebimus. id quod dictum oportuit, non ob hominis reprehẽdendã ignorantiam, alioquin laude ingenij, ut ea ætate, non fraudãdi: sed ob eorũ stultitiam, qui ipsum ut magnum auctorem laudant earum rerum quarum inscius planè fuit. Vt autem ad Vindicias ueniamus, Liuius libro tertio de filia Virginij loquens, ita inquit, Hanc uirginem adultam, forma excellẽtem,

Appius amore amẽs, precio ac spe pellicere adortus, posteaquam omnia pudore sepia animaduerterat, ad crudelem superbámque uim animum con-

E uertit. Marco Claudio clienti negocium dedit, ut uirginem in seruitutem assereret, neque cederet secũdum libertatem postulantibus uindicias: quòd pater puellæ abesset, locũ iniuriæ esse ratus. Item paulò pòst, Aduocati puellę cum Virginium reip. causa abesse dixissent, biduo adfuturũ si nunciatum ei sit: iniquum esse, absentem de liberis dimicare: postulãt ut rem integram in patris aduentum differat: lege ab ipso lata uindicias det secundum libertatem. Vindicias secundum libertatem dare & Liuius & Pomponius intel-

Vbi de L. Virginio loquitur. Accursiana ignorantia.

Vindiciæ.

Vindiciæ secundũ libertatẽ postulatæ datæque.

Source : BIU Cujas

lexerũt,decernere ut interim dum pater puellæ accerſitur, dúmque ipſa ſta- F
tus ſui quæſtionem patitur, in poſſeſſione ipſa ſui ac libertatis eſſet. Vt uin-
dicias poſtulare ſecundum libertatem,pro eo quod eſt,poſtulare ut interim
libertate potiretur. Quod autem ſequitur de Bruto,qui uindicias ſecũdum
libertatem dixiſſet in perſona Vindicis Vitelliorum ſerui, Vindicij nõ uin-
dicis legendum eſt,ex eodem Liuio libro ſecundo. Præmium,inquit,indi-
ci pecunia ex ærario,libertas,& ciuitas data. Ille primum dicitur uindicta li-
beratus. quidam uindictæ quoque nomen ab illo tractum putant. Vindicio
illi nomen fuiſſe. poſt illum obſeruatum,ut qui ita liberati eſſent,in ciuita-
tem accepti uiderẽtur. Itidem Plutarchus in Publicola. Reſtat ut uideamus G
quo modo uindicias Brutus ſecundum libertatem in perſona ſerui dediſſe
dicitur Vindicij. Hoc igitur ex Plutarcho requirẽdum: nam Liuius tacuit,
qui tamen nõ Vitelliorum ſeruum ſed Aquiliorũ fuiſſe dicit, niſi ſit erratũ
apud Plutarchum,ut facilè reor. Sic igitur idem auctor in Publicola inquit,
Aquilij mollitie Collatini Conſulis confirmati,petierunt ad reſpondẽdum
tempus, Vindicium ſeruum ſibi reddi iubentes, nec apud accuſatores aſſer-
uari. Inclinante ad hæc Conſule,dimittẽtéque hac conditione concionem,
Valerius turbæ permixtum hominem non poterat dimittere,neque populũ
dimiſſis proditoribus abire ſinebat. Ad poſtremum cum iniecisſet in hos H
manus,Brutum implorabat,Collatinum clamitans rem indignam facere,ſi
impoſita collegæ neceſſitate occidendi liberos, æquum ipſe duceret fœmi-
nis per gratiam proditores patriæ & hoſtes concedere. His permoto uehe-
menter Conſule,& comprehendi Vindicium iubente, lictores repulſa tur-
ba ceperunt hominem: conantibúſque eripere incuſſerunt uerbera. At ami-
ci Valerij repugnantes aderant, populúſque Brutum adeſſe iubebat. Ex his
uerbis apparet Brutum quodammodo uindicias ſecundum libertatem di-
xiſſe,ex eo quòd Vindicium bene de rep. meritum,interea dum Vitellij cau
ſam maieſtatis dicerent,in manum ac poteſtatem infenſiſſimorum domi- I
norum ob accuſationem,excarnificandum tradi non ſiuit,quod Collatinus
Vindiciæ unde. collega permiſerat. Vindiciarum nomen non à Vindicio, ut Accurſius pu-
tauit, ſed à uindicando tractum eſt: id quod ex Liuio intelligi ſatis poteſt.
Appius,inquit,cum uirginem non defendi ab Icilio,ſed inquietum homi-
nem locum ſeditionis quærere diceret,non præbiturum ſe illi eo die mate-
riam: ius eo die ſe non dicturum,neque decretum interpoſiturum: à Marco
Claudio petiturum ut decederet iure ſuo, uindicaríque puellam in poſterũ
Vindicari in poſterũ diẽ. diem pateretur. Vindicari puellam Liuius pro uindicias puellæ ſecundum
libertatem dari dixit,hoc eſt aſſeri interim in libertatem,& in poſſeſſione li- K
bertatis eſſe uſque in poſterum diem. Idem paulò pòſt,Ita uindicatur Virgi-
Vindiciæ, Recredentia. nia ſpondentibus propinquis. Vindicias hodie recredentiã uocamus,quod
ex uerbis Aſconij Pediani in Verrinas Ciceronis intelligere poſſumus. Lis
uindiciarum eſt,inquit,cum litigatur de ea re apud Prætorem,cuius incer-
tum eſt quis debeat eſſe poſſeſſor. & ideo qui eam tenet, ſatiſdat pro prædè
litis uindiciarium aduerſario ſuo, quò illi ſatisfaciat is, nihil ſe deterius in

Source : BIU Cujas

A possessione facturum de qua iurgium esset: rursus sponsione ipse prouocatus ab aduersario certæ pecuniæ aut æstimationis, quam amittat ni sua sit hæreditas de qua contendit. Prædes ergo dicuntur satisdatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis est, ne interea qui tenet, diffidēs causæ, possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores, & culta deserat. *Prædes.*

Hæc uerba apud Asconium uulgo adeò deprauata leguntur, uix ut intelligantur. Cicero in Prętura urbana, Si habuisset, inquit, iste edictum quod ante istum & postea omnes habuerunt Prętores, possessio Minutiæ genti esset data. Si qui testamento se hæredem esse arbitraretur, quod tum non extaret, *Verr. 3.*

B lege ageret in hæreditatem: aut * prædes litis uindiciarum cum satis accepisset, sponsionem faceret: ita de hæreditate certaret. Hoc opinor iure & maiores nostri & nos semper usi sumus. Quæ uerba Pedianus exponens ita inquit, Aut peteret ut possessor esset, aut acciperet ab aduersario satis pro præde litis uindiciarum, & ipse sponsionem faceret, & ita de hæreditate certaret. Fortasse autem non prædes apud Ciceronem, sed præde legendum est, hoc modo, Aut præde litis uindiciarum cum satis accepisset. sic erit sensus con- **pro prædē.* *Vindiciarum lis.*

gruentior. Ex supradictis satis (ut opinor) apparet uindiciarū litem eam esse qua controuersæ rei possessionem fiduciariam petimus interea dum lis de re

C ipsa, aut de possessione disceptatur, quam recredentiā dicimus. Huiusmodi enim possessio, quam Pedianus intelligi ex Cicerone uoluit, non iusta & absoluta est possessio, sed fiduciaria, & ueluti depositaria, ut hæc nostra recredentia rationibus reddēdis & fructibus est obnoxia. Fiduciariam autem appello, quam sub manu regia possidere uocant, quasi fide data acceptam, à fiducia tamen dictam, ut statim uidebimus. Liuius libro secūdo de bel. Maced. Nabidi eam tyranno uelut fiduciariam dare optimum uisum, ut uictori sibi restitueret: siquid aduersi accidisset, ipse haberet. de Corintho loquēs, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, ut si uictor ex bello rediisset, Nabis *Fiduciaria possessio.*

D ei restitueret. Sic Cęsar libro secundo de bello ciuili, Neque se ignorare quid sit officium Legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum pro Vicario, id est locum tenente (ut uulgi uerbo utar) intelligendū: quem propterea fiduciariam operam obtinere dixit, quia redeunte Imperatore aut Consule cedere eum oportet. Curtius etiam eodem modo usus est. Inde fiduciarius hæres ab Iaboleno uocatus est fideicommissarius, in. l. Seius. ad Trebel. Verumenimuero fiducia & sponsio in superioribus exemplis posita, haud dubiè uerba iuris, in Pandectis tamen nostris nusquam in significatione propria sumpta, quod equidē meminerim, admonuerunt nos ut nonnulla uer- *Legatus. Fiduciaria opera. Fiduciarius hæres.*

E ba iuris quæ apud auctores quidem Latinos reperirentur, in Pandectis autē nostris nusquam comparerent, nec in xij. libris Codicis, nec in quatuor Institutionum Iustiniani, nominatim citata ad hunc locum accersēremus, & ueluti ad iudicium iuris studiosorum sisteremus. Tribonianus enim, & qui cum eo operam consarcinandis his libris nauauerunt, immensam illam librorum multitudinem, inclementiorum medicorum more, ad uiuum resecantes, accisas nobis Pandectas uerius quàm compendiosas dederūt. Nimia

Source : BIU Cujas

enim religione uerentes ne de fæce(ut dicitur)xij.tab. hausisse uiderentur,id F
est de prisca nimis & obsoleta antiquitate, dum de liquido tantùm & niti-
do promere uerba iuris interpretationésque institerũt, aridiora fortasse uo-
Cap.9. lumina,nec sitim quorundam explentia reliquerunt.De uindicia iam dictũ
Sponsio. est.meminit & Gellius lib.20. Sponsio genus erat actionis apud antiquos,
Paracatabo-le. cui similis erat apud Athenienses παρακαταβολή.Cicero in Verrem Actione
Verr.5. quinta, Quid cum palàm Syracusis maximo conuentu te audiente P. Ru-
brius Q.Apronium sponsione lacessiuit,ni Apronius dictitaret te sibi in de-
cumis esse socium? Hæc te uox non perculit? non perturbauit? Tacuisti,se-
dasti etiam lites illorum, & sponsio illa ne fieret laborasti. Idem, Sponsio est G
ni te Apronius in decumis socium esse dicat. Prouincia tua est, abs te iudi-
cium postulatur.Fiebat autem sponsio interposita stipulatione certæ pecu-
niæ,quam perderet is qui sponsione uinceretur: & coram recuperatoribus
aut alio iudice disceptabatur.Erat autem decima pars rei cõtrouersæ in cau
sis priuatis:in publicis autem quinta apud Græcos, auctore Polluce,& aliis
scribentibus:hoc est ἐν ὠθιδίκατον τοῦ τιμήματος τῆς δίκης, pœna scilicet temerè liti-
Cap.3. gantium.Valerius libro secundo,Pertinacius, inquit, progressa contẽtione,
Valerius sponsione Luctatium prouocauit,non se petiturum triumphum,
ni suo ductu Punica classis esset oppressa. nec dubitauit restipulari Lucta- H
tius. Itaque iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Hactenus ille. Pro-
uocans igitur sponsione ita dicebat,Spondeo me tantam pecuniam daturũ,
ni,& reliqua. Prouocatus autem contrà restipulabatur. Simile est illud Ci-
ceronis in iij.Officiorum, Fimbriam Consularem audiebam de patre no-
stro puer,iudicẽ Marco Luctatio fuisse,equiti Romano sanè honesto, cum
Verr.5. is sponsionem fecisset,ni uir bonus esset.Idem in Verrem, Cum eodem A-
pronio postea Scandilius eques Romanus eandem sponsionem de societa-
te fecit,quam Rubrius facere uoluerat.institit,oppressit:facta est sponsio se-
ster.quinque millibus.cœpit Scandilius recuperatores aut iudicem postula- I
Spõsio in in-terdictis. re.Sed ubique apud Ciceronem in pro ni legitur. Fiebat autem sponsio ple-
Cap 6. runque in interdictis: id quod ostendit Quintilianus in vij. Quoties autẽ,
inquit,poterimus,efficiendum est,ut de re quoque bene sentiat iudex: sic e-
nim iuri nostro libentius indulgebit: ut in sponsionibus quæ ex interdictis
fiunt,etiam si non proprietatis est quæstio,sed tantùm possessionis, tamẽ nõ
tantum possedisse nos,sed etiam nostrũ possedisse dicere oportebit. Exem-
plum sponsionis est apud Ciceronem in oratione pro Cecinna. Erat enim
Cecinna de fundo ui armata deiectus,propterea Prætor interdixerat de ui:
id est,interdicto unde ui concesso iusserat Ebutium, qui uim fecerat, resti- K
tuere Cecinnam in possessionem.Cum autem Ebutius Prętoris se edicto sa-
tisfecisse diceret, Cecinna autem se planè restitutum esse negaret, facta est
sponsio ni Cecinna restitutus ex edicto Prætoris esset. Verba autem Cice-
ronis apposuimus,quò res tota melius percipi possit. Cũ igitur Cicero uim
illatam Cecinnæ,iudicibus sponsionis exposuisset,ita demum subdidit, His
rebus ita gestis,P.Dolabella Prętor interdixit,ut est consuetudo,de ui homi-

Ex lege posteriore,De origine iuris. nibus

Source : BIU Cujas

A nibus armatis, ſine ulla exceptione: tantum, ut unde deiecisſet, reſtitueret. Reſtituiſſe ſe dixit. Sponſio facta eſt. Hac de ſponſione uobis iudicandũ eſt. Idem circa finem, Negas deiici, niſi qui poſſideat. Oſtẽdo ſi ſine armatis coactíſue hominibus deiectus quiſquam ſit, eum qui fateatur ſe deiecisſe, uincere ſponſionem, ſi oſtendat eum non poſſediſſe. Negas deiici, niſi qui poſſideat. Oſtendo ex hoc interdicto de armatis hominibus, qui poſſit oſtendere non poſſediſſe eum qui deiectus ſit, condemnari tamen ſponſionis neceſſe eſſe, ſi fateatur eſſe deiectum. Qui autem totam illam orationem legerit & intellexerit, ſatis ut arbitror intelliget quid ſit ſponſio. Intẽdebatur au-
B tem hæc actio interdum contra improbè aliquid negantes: ſicque aut ſuſcipere ſponſionem, aut fateri cogebantur. Liuius de Appio Claudio loquẽs, qui Virginij filiam in ſeruitutem ex libertate addixerat, Proinde ut ille ſæpius atq; iterum prouocet, ſic ſe iterum ac ſæpius iudicem illi ferre, ni uindicias in ſeruitutem ab libertate dederit. Si ad iudicem non eat, pro damnato in uincula duci iubere. Verba ſunt Trib. plebis. Erant enim uerba ſponſionis, Iudicem tibi fero, ni, & reliqua. Plautus,

Vindicias in ſeruitutem ab libertate dare.

- cedo qui cum habeam iudicem,
N i dolo malo inſtipulatus ſis, ní ue etiam dum ſiem
C Quinque & uiginti natus annos.

In Rudente, non ita procul à fine.

Verba ſunt loquentis ad ſeruum. Sunt & alia exempla apud Liuium & Ciceronem. Hæc autẽ actio ex ſponſo uocabatur: ut apud eũdem pro P. Quintio, quam orationem habuit ipſe apud Caium Aquilium nobilem iuriſcõſultum ſponſionis iudicem. Sponſionem, inquit, Quintius facere maluit: fecit. te iudicem Cai Aquili ſumpſit: ex ſponſo egit. in hoc ſumma iudicij cauſaque tota conſiſtit. Sponſio autem erat, Ni bona ſua ex edicto P. Burrieni dies xxx. poſſeſſa nõ eſſent. Proinde ſponſio acceſſio interdum erat & appendicula interdicti. Vt uerbi gratia, hodie ſi iudex edixerit de poſſeſſione
D deiectum in primis reſtituendum: & reus quidem dicat ſe omnia impleſſe: actor uerò neget planè ſe reſtitutum: liticula quædam ſuboritur. Quod uerò Vlpianus *lib. 19. Digeſt. tit. 5. l.* Si rem, dicit: Si quis ſponſionis cauſa annulum accepit, nec reddidit uictori, præſcriptis uerbis in eum actio competit. Alterius generis ſponſio eſt, id eſt quæ pignoribus depoſitis ludicra plerunque eſſe ſolet, quam nemo non nouit: quo modo etiam accipitur in l. Rebus. de aleæ luſu. Huius exemplum eſt memorabile apud Plinium lib. 9. ubi de unionibus loquitur, quos Cleopatra una cœna abſumere uoluit, ut ſponſionem cum Antonio factam ipſa uinceret. Vſus eſt etiam metaphoricis lib. 7. de Aſclepiade medico loquens: Sponſione, inquit, facta cum fortuna, ne medicus crederetur, ſi unquam inualidus fuiſſet. Vulgo dicimus, deponam in pœnam tantam aut tantam: uel ſic, deponam in pœnam, uel pignoris loco paciſcar, ut ne unquam medicus exiſtimer, ſi unquam inualidus fuero, id eſt ut indignus medici appellatione iudicer. Fiduciæ exemplũ eſt apud Ciceronem in Topicis, Si tutor fidẽ præſtare debet, ſi ſocius, ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Fiduciam hîc

Iudicẽ ferre. *Cedo iudicẽ.* *Actio ex ſpõſo.* *Sponſio.* *Cap. 35.* *Cap. 37.* *Sponſionem facere.* *Deponere in pœnam.* *Fiducia.* *Fiduciã accipere.*

Source : BIU Cujas

Epist.12. Cicero inter bonæ fidei contractus nominauit. Idem lib.7.epistolarum ad F
Trebatium iurisconsultum.Sed quonam modo ius ciuile defendes,cum o-
mnia causa tua facias,nõ ciuium?ubi porro illa erit formula fiduciæ, Vt in-
ter bonos,bene agier oportet?Quis enim est bonus, qui facit nihil, nisi sua
causa?Verba sunt iocantis cum Trebatio Ciceronis. Boëthius in iiij.com-
mentario Top.Fiduciam,inquit,accepisse dicitur, cuicunque res aliqua ea
Mancipare. lege mancipatur,ut mancipanti aliquando remancipet. Veluti si quis tem-
pus dubium timens,amico potentiori fundum mancipet, reddituro cum
Fiduciaria mancipatio. tempus illud dubium præterierit.Hæc mãcipatio fiduciaria nominatur, id-
circo quòd restituendi fides interponitur. Conferantur hæc uerba Boëthij G
cum exemplis præcedentibus,& facilè intelligetur fiduciam bonæ fidei cõ-
tractum,atque etiam optimæ fidei fuisse. Sic intelligendus locus Ciceronis
pro Flacco,Pecuniam adolescentulo grandi fœnore,fiducia tamen accepta,
Fiduciã com-mittere. occupasti.Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. eum tu
testem spe recuperandi fundi paterni uenire ad testimonium dicendũ coë-
gisti.Pecuniam,inquit,fœneratitiam à te sumpsit adolescẽs,ob eámque fun-
dum tibi fiduciarium dedit,id est fiduciaria mancipatione. Hoc contractu
hodie quidam utuntur, qui uectigalia certæ summæ in fundis & possessio-
nibus comparant, quas rentas uocant, quasi redditus. Quod ut conditione H
meliore faciant,fundos mancipari sibi iubent,tam diu fruendos,quoad ue-
Fiduciaria uenditio. ctigalia & pensiones redimantur.Omnino fiduciariam mancipationem uel
uenditionem,uenditionem hodie uocamus sub redimendi redhibendíque
lege factam.Ex hoc contractu nascebatur actio fiduciæ, ut est apud Cicero-
nem in iij.de natura Deorum, Inde tot iudicia (inquit) de fide mala, tutelę,
mandati,pro socio,fiduciæ,reliqua. Huius fiduciæ quædam in iure uestigia
adhuc extãt,sed obscura,& parum impressa:ut cum fiduciariæ tutelæ in in-
stitutionibus iuris, & contractæ fiduciæ fit mentio. Ex quibus nihil datur,
quod in medium adducere possimus:nisi intelligamus patrem ita emanci- I
pare filiũ,ut retineat manus iniectionem cum libuerit: & propterea ad eum
legitima emancipati filij deferatur hæreditas: ut non planè manumissi, sed
quasi adhuc sui,propter naturam contractus fiduciæ.Expressius est illud Ia-
boleni supradictum,& aliud Vlpiani in.l.Certi,de rebus creditis.Quibus in
Fiduciaria hæreditas. locis fiduciaria hæreditas pro fideicommissaria ponitur. Mancipatio porrò
Mancipatio. quid sit,idem Boëthius commentario iij.docet:Mancipatio, inquit, imagi-
naria quædam uenditio est, quod ipsum ius proprium est Romanorum ci-
uium.Ea res ita agitur, Adhibitis non minus quàm quinque testibus ciui-
bus Romanis puberibus,& præterea alio eiusdem conditionis qui libram K
æneam teneat,qui appellatur libripens:is qui mancipium accipit,æs tenens
Libripens. ita dicit,Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum esse aio,isque mi-
hi emptus est hoc ære æneáque libra. Deinde ære percutit libram, ídque æs
dat ei à quo mancipium accipit, quasi precij loco.Inde mancipare pro uen-
Mancipare. dere.Cic.Phil.ij.Tum iste uenditum atque mancipatum Tribunatum,con-
siliis uestris opposuit.Mancipatum emphaticãs dixit plus quàm uenditum.

Ex lege posteriore,De origine iuris. Quintilianus

Source : BIU Cujas

A Quintilianus in ſexto,Requirebat Craſſus ubi eſſent eę poſſeſſiones.omneis autem illas Brutus uendiderat:& cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur. Dicitur & hoc emancipare. unde illa emancipatio cuius meminit Iuſtinianus in ij.Inſtit. in titu. De teſtamẽtis.Tranquillus in Othone,Cuidã etiam de parte finium cum uicino litiganti adhibitus arbiter,totum agrum redemit,emancipauítque.Id eſt,ſuum iam factum, mancipio tradidit illi. Plinius in epiſtolis lib.7.Nam pro quingentis millibus numûm, quæ in alimenta ingenuorũ ingenuarúmque promiſeram,agrum ex meis longè pluris *actori publico mancipaui, eundémque uectigali impoſito recepi. Plinius mancipare non pro uendere poſuit, ſed pro alienare. Cum enim uellet uectigal publicè donare in alimenta puerorum: id eſt rentam conſtituere, ut uerbis uulgi loquar:fundum ſuum imaginaria uenditione reip.donauit, & ſubinde eundem factum uectigalem recepit.Idem ad Traianum epiſt.4. quæ uulgo non extat, Nam fundos, inquit, emancipauit, & cætera quæ in mancipatione implenda ſolent exigi,cõſummauit. Inde mancupi emptio. Plinius lib.33.Populus Romanus ne argento quidem ſignato ante Pyrrhum Regem deuictum uſus eſt.Libralis & dipondius appẽdebatur aſſis.unde adhuc expenſa in rationibus dicuntur. Quin & militum ſtipendiorum, hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores, libripendes dicuntur.Qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancupi ſunt,etiam nunc libra interponitur. Inde etiam in mancipatum dare.Plinius lib.9.de unione loquens, Et hoc tamen æternæ propè poſſeſſionis eſt: ſequitur hæredem, in mancipatum uenit, ut prædium aliquod.Abalienationis autem duo genera Cicero ponit,hoc modo,Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu,aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Quæ uerba enarrans Boëthius ita inquit, Omnes res quæ abalienari poſſunt,id eſt quæ à noſtro dominio ad alterius tranſire poſſunt,mancipi dictæ ſunt.Et ea abalienatio per quandam nexus fiebat ſolennitatem. Nexus autem, quod & nexum genere neutro dicitur,eſt quædam iuris ſolennitas,quæ fiebat eo modo quo in Inſtitutionibus Caius exponit. Deinde ſubdit ea quæ de mancipatione diximus.Huius nexus meminit Iuſtinianus in.l.unica, Codice de uſucap. trãſformanda,nec alibi in iure legiſſe memini. Idem paulò pòſt, Ceſſio uerò in iure tali fiebat modo,ut idem Caius ſecundo commentario expoſuit: Apud magiſtratum populi Romani,uel apud Prætorem,uel Præſidem prouinciæ, is cui res in iure ceditur,rem tenẽs ita uendicat,Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum eſſe aio.Deinde poſtquam hic uendicauerit, Prętor interrogat eum qui cedit,an contrà uindicet.quo negante,aut tacẽte, tunc ei qui uendicauerit,eam rem adicit,idq; legis actio uocabatur. Res igitur quæ mancipi ſunt,aut nexu ut dictum eſt,abalienabantur, aut in iure ceſſione. At ſi ea res quæ mancipi eſt,nulla ſolennitate interueniente tradatur,abalienari non poteſt,niſi ab eo cui traditur,uſucapiatur. Sui iuris autem cæteræ res,nec mancipi uocabantur.Iure autem ciuili fieri aliquid niſi inter ciues Romanos non poteſt:propterea Cicero inquit,Inter quos ea iure ciuili fieri

Cap.4. *Emancipare.* *Cap.4.* *Ad Caniniũ. epiſtola 18.* **exactori.* *Mãcupi emptio. Cap.3.* *Expenſa. Libripendes.* *In mancipatum dare & uenire.* *Cap.35. ad finem.* *Abalienationis genera.* *In Topicis.* *Res mancipi.* *Nexus.* *Ceſsio.* *Actio legis.* *Res nec mancipi.*

Source : BIU Cujas

poſſunt.Item de aruſpicum reſponſis, Multæ ſunt domus P. C. in hac urbe, F
atque haud ſcio an penè cunctæ, iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure
hæreditario,iure auctoritatis,iure mãcipij,iure nexi.Item pro Cecinna, Syl-
la ipſe ita tulit de ciuitate,ut non ſuſtulerit horum nexa atque hæreditates.
Et pro Muræna,Quòd ſi in iis rebus repetẽdis quæ mancipi ſunt,is periculũ
iudicij præſtare debet,qui ſe nexu obligauit:profectò etiã rectius in iudicio
Conſulis deſignati,is potiſſimũ Conſul,qui Cõſulem declarauit, auctor be-
Cap.10. neficij populi Rom. defenſorq; periculi eſſe debebit. Var.lib.2.de re ruſt. de
paſtoribus loquẽs,In emptionibus,inquit, dominiũ legitimum ſex ferè res
perficiunt:ſi hæreditatẽ iuſtã adiit:ſi ut debuit,mãcipio ab eo accepit à quo G
iure ciuili potuit:aut ſi ei in iure ceſſit cui potuit cedere, & id ubi oportuit:
aut ſi uſucepit:aut ſi è præda ſub corona emit, túmue cum in bonis ſectio-
néue cuius publicè uænit.In horũ emptione ſolet accedere peculium: aut ſi
excipiet ſtipulatio, intercedere fanũ eum eſſe furtis noxíſque ſolutũ: aut ſi
Mancipio da re. mancipio nõ detur,dupla promitti:aut ſi ita pacti,ſimpla.Mancipio dare,eſt
nexus ſolennitate abalienare, ita ut rem omnino accipiẽtis faciamus. Ea ue-
rò mancipia quæ ſub corona aut in ſectionibus,id eſt proſcriptorũ hominũ
auctionibus uænibant, mancipio non dabãtur, ſed periculo ac fortunis (ut
uulgo loquimur)ementis accipiebãtur. quod cùm ex loco Varronis ſupra- H
dicto intelligimus,tum uerò Gellius ſcriptũ reliquit libro ſeptimo his uer-
Cap 4. Pileati ſerui. bis,Pileatos ſeruos uænum ſolitos ire,quorum nomine uenditor nihil præ-
ſtaret,Cælius Sabinus iuriſperitus ſcriptũ reliquit. Cuius rei cauſam eſſe ait,
quòd eiuſmodi conditionis mancipia inſignia eſſe in uendendo deberent,
ut emptores errare & capi non poſſent:neque lex uendẽdi opperiunda eſſet,
ſed oculis iam perciperent quodnam eſſet mancipiorum genus: ſicut anti-
quitus mancipia iure belli capta coronis induta uænibant, & iccirco dice-
Sub corona uænire. bantur ſub coronis uænire.Nam ut ea corona ſignum erat captiuorum uæ-
nalium,ita pileus impoſitus demonſtrabat eiuſmodi ſeruos uænũdari,quo- I
Act.4.Sce.3. rum nomine emptori uenditor nihil præſtaret.Plautus in Perſa.

I ſte qui tabellas affert,adduxit ſimul
F orma expetenda liberalem mulierem
F urtiuam, * abductam ex Arabia penitiſſuma.
* aduectam. E am te uolo accurare,ut iſtic uæneat:
A c ſuo periculo is emat,qui eam mercabitur.
Mãcipio promittere. M ancipio neque promittet,neque quiſquam dabit.

Verba ſunt epiſtolæ adulterinæ, & circunueniendo Lenoni à Toxilo uete-
ratore ſeruo confictæ.Et paulò pòſt reſpondet Leno, K

- nihil mihi opus eſt
* trichis. L itibus,neque * trochis:quamobrem ego argentum numerem foras.
N iſi mancipio accipio,quid eo mihi opus mercimonio?

Et paulò pòſt mercator ſubditicius à ſeruo ueteratore fraude alligatus in
Scen.4. tradenda Lenoni puella, ita inquit,Prius dico,hanc mãcupio nemo tibi da-
bit. Ex quibus ſatis apparet mancipio dare,eſſe rem ita dare,ut euictionem

 præſtaturos

A præſtaturos nos ſpondeamus. Et mancipio accipere, ea lege emere. Mancipium enim dominium & poſſeſſionem ſignificat, uel dominij traditionem. Cicero in primo de Oratore, Cum enim Marius Cratidianus ædes Auratæ uendidiſſet, neque ſeruire quandam earum ædium partem in mancipij lege dixiſſet, defendebamus, quicquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi uenditor ſciſſet neque declaraſſet, præſtare debere. Quo quidem in genere Bucculeius homo neque meo iudicio ſtultus, & ſuo ualde ſapiens, & à iuris ſtudio non abhorrens, ſimili in re quodam modo nuper errauit. Nam cum ædes Lucio Fuſio uenderet, in mancipio lumina uti tum eſſent, ita recepit. In
B mancipio, id eſt ædium dominio transferendo cedendóque. Vnde Marcus Curius Ciceroni libro ſeptimo epiſtolarum, Si uales, bene eſt: ſum enim κτήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri. Ergo fructus eſt tuus, mãcipium illius. Vſu quidem (inquit) tuus ſum, poſſeſſione uerò Attici. Mancipium autem pro iure dominij poſuit, quod ab uſu diſtinguitur. Vnde Brutus ad Ciceronem, Quærenda eſſe arma putaſti, quibus dominari prohiberetur Antonius, ſcilicet ut illo prohibito rogaremus alterum, qui ſe in eius locum reponi pateretur? an ut eſſet ſui iuris ac mancipij reſpublica? niſi fortè non de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiendi recuſatum eſt à nobis. Sui mancipij rempu-
C blicam dixit Brutus, quæ nullius dominio ſubiecta eſſet, antequam ſcilicet Auguſtus imperium occupaſſet. Mancipium igitur & κτῆμα ſignificat, id eſt ἀιδραπόδον, & αἰχμαλώτον, hoc eſt hominem in bello captum, & ſeruituti mancipatum: & κτῆσιν, id eſt dominij comparationem, poſſidendíque ius: atque etiam δεσποτείαν, id eſt dominium: & χείρωσιν, id eſt mancipationem. Propterea uaria ac multa exempla collegimus. Lucretius lib. 3.

Sic aliud ex alio nunquam deſiſtet oriri:
Vitáque mancipio nulli datur, omnibus uſu.

Id eſt, nulli ita datur, ut propriam ac perpetuam habeat. Mancipium Latinè
D dici debet propriè id quod ſæſinam lingua uernacula dicimus, & mancipare ſæſire, cum ſcilicet aliquem rei ſibi titulo iuſto quæſitæ poſſeſſorem efficere uolumus: ut in illo Pliniano, Fundos emãcipauit, & cætera quę in emãcipatione exigi ſolent, conſummauit. Id eſt, ut nunc loquimur, dominio & poſſeſſione ſe deueſtiuit deſæſiuítque. Huiuſmodi moris antiqui ueſtigia adhuc uiſuntur, cum notarij publici hodie quoque in ſyngraphis uenditionum oppignerationúmque aſcribunt, uenditorem oppigneratorémue fundo ſe diſpoliaſſe. & huiuſmodi uerba eodem pertinentia. Mancipare igitur fundum, eſt mancipio alicui dare. Emãcipare autem, è mancipio ſuo emit-
E tere, & alteri poſſidendum permittere. Ex ſupradictis (ut arbitror) ſatis intelligitur quid ſibi uelint illa uerba mancipi & nec mancipi in codice Iuſtiniani de uſucapione transfor. Age uideamus quid ſit quod Gellius libro quarto Noctium Atticarum ait, Pellicem autem appellatam Seruius Sulpitius ait in libro de dotibus, probroſamque habitam eſſe, quæ iuncta cõſuetáque eſſet cum eo, in cuius manu mancipióque alia matrimonij cauſa foret. Boëthius igitur in ſecundo Topicorum comment. Tribus, inquit, mo-

Mancipio accipere. *Mancipium.*

Epiſtola 30. Epiſtolæ Curij ad Ciceronem locus.

In epiſtolis ad Brutum.

Sui mancipij eſſe. *Significata mancipij.*

κτῆμα.

κτῆσις. δεσποτεία. χείρωσις.

Ad Traianũ epiſtola 4.

Emancipare.

Cap. 3.

In mancipio mariti eſſe.

Source : BIU Cujas

dis uxor habebatur,usu,farre, emptione. Sed confarreatio solis Pontificibus F
In manum conuenire. conueniebat. Quę autē in manū per coëmptionē cōuenerāt,hæ matresfamiliâs uocabātur. Quæ uerò usu uel farre,minimè. Coëmptio uerò certis solēnitatibus peragebatur,& sese coëmendo inuicē interrogabāt. Vir ita,An sibi
Vxor mater familiâs. mulier materfamiliâs esse uellet? Illa respōdebat,uelle. Mulier, An sibi uir pa
Vxor nō materfamiliâs. terfamiliâs esse uellet? Ille uelle respondebat. Itaq; mulier uiri cōueniebat in manū,& erat materfamiliâs uiro loco filiæ. Quā solennitatē in suis institutionibus Vlpianus posuit. Hæc ille. Cicero in Topicis, Si ita Fabiæ pecunia legata est à uiro, si ei uiro materfamiliâs esset: si ea in manū uiri nō cōuenerat,nihil debetur. Genus est enim uxor. eius duæ formæ: una matrūfamiliâs, G
earū quæ in manū conuenerūt: altera earū quæ tantūmodo uxores habētur: qua in parte cū fuerit Fabia, legatū ei non uidetur. Apuleius in sexto Asini aurei, Psyche cōuenit in manū Cupidinis: & nascitur illis maturo partu filia,quam Voluptatē nominamus. Sulpitius igitur eam quæ in manū cōuenerat, in manu mācipióq; mariti esse dixit,id est iustā esse matremfamiliâs: eámq; concubinā quæ cū uiro huiusmodi uxoris consuesset, iustā pellicem
Iusta pellex. esse. Est enim pellex propriè quæ cum eo consueta est qui uxorē habet. Quę
Pallaca. cum cœlibe consuescunt, non pellices sed pallacæ dicuntur uerbo Græco Plinio & reliquis. quanquam pellices apud Curtium errore librariorum aut H
Cap. 6. etiam emendatorum legatur. Gellius lib. 12. Idonei,inquit,uocum antiqua-
Matrona. rum enarratores tradiderunt matronam dictam esse propriè, quæ in matri-
**quoad in eo matrimonio maneret.* monium cum uiro conuenisset, * quòd in matrimonio maneret, etiam si sibi liberi nondum nati forent: dictámq; esse ita à matris nomine, non adepto iam,sed cum spe & omine mox adipiscendo: unde ipsum quoque matrimonium dicitur. Matrem autem familiâs esse appellatam eam solam,quę esset in mariti manu mancipióque,aut in eius in cuius maritus manu mancipióque esset: quoniam non in matrimonium tantum,sed in familiā quoque mariti & in sui hæredis locum uenisset. Secundum hoc moribus no- I
Vxor matrona & materfamiliâs. stris uxores & matronę & matresfamiliâs sunt,quæ consortes non modò lecti genialis,sed etiam bonorum fortunarúmque sunt: quod non est in iis locis quæ iure scripto reguntur. Hactenus de mancipio, mancipandóque, & nexu,& reliquis. Transeundum ad alia, quorum in primis occurrit, Ex iure
Ex iure manu consertū. manu consertum, quod uerbum est antiqui iuris. Varro libro secundo de lingua latina, Conferere manum dicimus cum hoste, inde ex iure manu cōsertum uocant. Quid sit autem manu consertum, Gellius libro uigesimo
Cap. 9. docet, cuius uerba huc pauca transcripsimus. de uindicatione enim loquēs, id est rei uendicatione, quæ olim in re præsenti ex 12. tab. iure fiebat, ita in- K
** datis. alij mandatis.* quit, Sed postquam Prætores propagatis Italiæ finibus, * latis iurisdictionibus, negociis occupati, proficisci uindiciarum dicēdarum causa in longinquas res grauabantur, institutum est contra xij. tabulas tacito consensu, ut litigantes non ex iure apud Prætorem manum consererent, sed ex iure manu consertum uocarent, id est, alter alterum ex iure ad conserēdam manum in rem de qua ageretur, uocaret. Atque profecti simul in agrum de quo litiga-

 batur,

Source : BIU Cujas

batur,terræ aliquid ex eo,uti unam glebam, in ius in urbem ad Prętorẽ deferrent,& in ea gleba tanquam in toto agro uindicarent.Cicero pro Muræna formulæ uerba huiuſmodi fuiſſe ait,Fundus qui eſt in agro qui Sabinus uocatur,meus eſt.eum ego ex iure meum eſſe aio.* Ibi ego te ex iure manu conſertum uoco.Hæc erant uerba eius qui uindicabat.A quo uerò uindicabatur,eius hæc erant uerba, Vnde tu me ex iure manu conſertum uocaſti, inde ibi ego te reuoco.Idem de Oratore libro primo metaphoricôs hac locutione uſus eſt in perſona Scæuolæ, Quod uerò,inquit, in extrema oratione tua Craſſe quaſi tuo iure ſumpſiſti,oratorem in omnis ſermonis diſputatione copioſiſſimè uerſari poſſe,id,niſi hîc in tuo regno eſſemus,non tuliſſem:multíſque præeſſem qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex iure manu conſertum uocarent,quòd in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes.Agerent enim tecum lege primùm Pythagorei omnes atque Democritici,cæteríque in ſuo genere phyſici:uindicaréntque ornati homines in dicendo,& graues,quibuſcum iuſto tibi ſacramento contendere non liceret.Aut interdicto(inquit Scæuola) tecum philoſophi illi contenderent,utpote à poſſeſſione diſciplinarum, quæ propriæ ſunt eorum, deiecti: quippe quas tu uniuerſas oratoriæ facultati tribuis.(Dixerat enim Craſſus oratoris eſſe proprium,de re quacũque propoſita copioſiſſimè dicere.) Aut ex iure te manu conſertum uocarent,id eſt uindiciarum litem tibi intenderent, illarum diſciplinarum facultatem poſſeſſionémque ſibi ſcilicet uindicãtes aſſerentéſque.Inde illa uerba Scipionis ad Annibalem apud Liuium lib. 10. de ij.bel.Punico,Quod ad me,inquit,attinet,& humanę infirmitatis memini,& uim fortunæ reputo:& omnia quæcunque agimus, ſubiecta eſſe mille caſibus ſcio.Cæterum quemadmodum ſuperbè & uiolenter me facere fatererſi priuſquam in Africam traieciſſem,te tua uoluntate cedentem Italia,& impoſito in naues exercitu,ipſum uenientem ad pacem petendam aſpernarer:ſic nunc,cum propè manu conſertum reſtitantem ac tergiuerſantem in Africam *attraxerim,nulla ſum tibi uerecundia obſtrictus. Sic,ut opinor, melius legitur, quàm manu conſerta. Quorum uerborum huiuſmodi eſt ſenſus, non antè tu Annibal ad pacem, quam nunc petis, adduci potuiſti, quàm ego te ex Italia reuocatum,de patria tua in Africa dimicare coëgi, & quaſi te in Africa manu conſertũ uocaui: quam ſcilicet ita nunc mihi Romaníſque uindico,ut tu dudum Italiam tibi & populo Carthaginenſi uindicabas. Annibal enim ad tuendum patriam frendens fremẽsque (ut idem Liuius inquit)aliis ſuper alios nunciis reuocatus erat. Sed quod in illo Scæuolæ exemplo dicitur, iuſto ſacramẽto contendere,uerbum eſt & ipſum iuris.Cicero pro Milone,Eum denique cui iam nulla lex erat , nullum ciuile ius,nulli poſſeſſionum termini:qui non calumnia litium, non iniuſtis uindiciis ac ſacramentis alienos fundos,ſed caſtris,exercitu,ſignis inferendis petebat. Clodius,inquit,non iam aliquo iuris colore quæſito alienas inuadebat poſſeſſiones,ut calumniatores & litigioſi ſolẽt: ſed ui armata apertáque, & tanquam hoſtili prælio.Ex quibus uerbis apparet uindicias & ſacramen-

In gleba uindicare.

** Inde.*

** traduxerim*

Sacramento iuſto contendere.

Vindiciæ. Sacramentũ.

Source : BIU Cujas

tum,& uindicationis formulam,qua in iure manu conſertum uocabant,ſi- F
miles quodammodo inter ſe ac cognatas actiones formuláſq; fuiſſe. Quanquam in aliis quoque litibus ſacramenti formula,locum etiam haberet: ut idem pro domo ſua ad Pontifices, Maiores, inquit, noſtri etiam ſi Decemuiri ſacramentum in libertatem iniuſtum iudicaſſent, tamen quotieſcunque uellet quis, hoc in genere ſe rem iudicatam referre poſſe uo-
* Popilius. luerunt. Valer. libro ſeptimo cap. 7. Nam L. Sextilius & P. * Pompilius quos Marcus Ancus ſanguine ſibi coniunctos, eadem ex parte qua Tullianum hæredes fecerat, ſacramento cum adoleſcentulo contendere au-
ſi non ſunt: tametſi præcipuis eo tempore Pompeij uiribus ad defenden- G
das tabulas teſtamenti inuitari poterant. Et rurſus cap. 8. Aphronia tamen
Sacramentũ. cum ſorore ſacramento contendere noluit. Sacramentum autem non abſimile fuiſſe ſponſionis, ex Varronis uerbis intelligi poteſt libro ſecundo de lingua Latina: Et qui enim petebat, inquit, & qui inficiabatur, de aliis rebus utrique quingentos æris ad pontem deponebant, de aliis item rebus certum numerum aſſium. Qui iudicio autem uicerat, ſuum ſacramentum à ſacro auferebat: uicti, ad ærarium redibat. id eſt, uictus ea pecunia quam depoſuerat, mulctabatur in pœnam iniuſtæ litigationis, quæ ærario cedebat. Sacramentum igitur à ſacro dictum, quod de ponte (ut arbitror) intelligendũ. H
Valerij enarrator hoc apud Valerium non intellexit, quemadmodum nec apud Ciceronem. Pœnales igitur lites erant ſacramentum & ſponſio. Iuſto
Iuſto ſacramento contendere. autem ſacramento cum Pythagoreis & Democriticis de phyſiologia & reliquis philoſophiæ inuentis contendere oratori nõ licere dixit Scæuola, propter præſtantiam ingenij eorum hominum, qui fundatores auctoréſq; fuerunt magni nominis ſectarum, quibuſcũ ſacramento & uindicatione contendendo de phyſicæ ſpeculationis explicationíſque profeſſione, nullus ſanè orator litem uincere poſſet: uel propter tanti nominis præiudicium, uel quia impudentiæ daretur, ſi quis illis uiris doctrinarum poſſeſſione nõ ce- I
In rem præſentẽ uenire. deret, qui nomina ſua profeſſione earũ rerum uſqueadeo illuſtrarunt. Non admodum abſimile ſupradictis eſt in rem præſentem uenire. Cicero libro primo de Oratore, An uerò ſi de re ipſa, ſi de finibus, cum in rem præſentem non uenimus, ſi de tabulis & præſcriptionibus controuerſia eſt, contortas res, & ſæpe difficiles neceſſariò perdiſcimus? Idem in primo Officiorum, Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe uenturum, atque interim grauiter filius ægrotare cœperit, non ſit contra officium nõ facere quod dixeris. In rem præſentem olim tum ueniebant, cum locum oculo ac digito deſignare uolebãt: ut hodie cum aut iudex pronunciat, aut in- K
ter litigantes conuenit, agrum quem cõtrouerſum facere uolumus, aut reo deſignari, aut teſtibus per inquiſitorem demonſtrari certis finibus circunſcriptum: uidelicet ut ille deliberare de re controuerſa poſſit, cedere nécne uindicanti debeat, hi ut certi ſint teſtimonij ſui. Qua in re certè facilis eſt impoſtura, niſi litigatores inuicem intenſiſſimè ſibi caueant, ubi aut de re, aut de finibus controuerſia eſt: uiſíque ſunt ſæpiſſime qui abſente altero li-

 tigatore

Source : BIU Cujas

A tigatore in rem non controuerſam doloſè teſtes perducerent, inquiſitori iu-
dicibúſque ac teſtibus belliſſimè imponentes. uulgo nunc ueutam facere
iuriſperiti, quaſi latinæ uocis inopia uocant, quod in rem præſentem perdu-
cere dici debet. Plinius lib.3.epiſt. Non potui te magis in rem præſentē per-
ducere. id eſt, non potui planius omnia ut acta ſunt ſcribere, ut perinde o-
mnia teneres, atque ſi in re præſenti fuiſſes. Quintilianus in iiij. de narratio-
ne loquens, Multum confert adiecta ueris credibilis rerum imago, quæ ue-
lut in rem præſentē perducere audiētes uidetur. Et in.6. de affectibus, Qua-
rum rerum, inquit, ingens plerūque uis eſt, uelut in rem præſentem animos
B hominum ducentium, id eſt rerum geſtarum tantam fidem facientium &
repręſentationem, quantam uiſus & oculus faciūt: hoc eſt, ut uulgo loquū-
tur, rei inſpectionem per figuram facientium, quod nos latinè dicere poſſu-
mus, imaginario uiſu rem ipſam repræſentare: imaginariam rei præſentiam
iudicibus ſiſtere: imaginaria repræſentatione in rem præſentem iudices per-
ducere: ut fit interdum cum aut ruſticorum prædiorum ichnographia, aut
urbanorum pægmata quædam ligneola, aut ſimulacra ædium chartacea in
iudicum conſpectum afferuntur. Figuram nunc facere loci conuentam in-
ter partes appellant: hoc eſt, de qua inter actorem & reum conuenerit, in re
C præſenti adhibito pictore: Dicebant etiam in re præſenti conſtituere, cum
quid ſtatui tranſigíque non poſſe niſi in loco ipſo ſignificabant, ut fit hodie
in his actionibus quas Cridas parlamentaris (ſi dicere liceat) latinitas appel-
lat, aut in diplomatibus illis aut reſcriptis, quas querelas dicimus, à quibus
interdicta retinendæ poſſeſſionis auſpicari ſolemus: & in huiuſmodi rebus
aliis quę non niſi in locis ipſis explicari diſceptaríue ſolent. Idem Quintilia-
nus in ſeptimo, Quare plurima petamus à nobis, & cum cauſis deliberemus,
cogitemúſque homines antè inueniſſe artem, quàm docuiſſe. Illa enim
potentiſſima eſt, quæque uerè dicitur œconomica totius cauſæ diſpoſitio,
D quæ conſtitui niſi uelut in re præſenti nō poteſt. Et in ix. Occaſionibus utē-
dum, & cum re præſenti deliberandum. Sunt & illa uerba iuris, uadari, ua-
dimonium promittere, uadimonium obire, uadimoniū deſerere, uadimo-
nium differre, ad uadimonium occurrere. Vadimoniū, eſt ſponſio ſiſten-
di in iudicio. Varro lib. tertio de lingua latina, Vas, inquit, dictus eſt, qui
pro altero uadimonium promittebat. Inde uadari uerbum pro uadimonio
obſtringere. Cicero pro Quintio, Debere tibi dicis Quintium, procurator
negat. uadari uis, promittit. in ius uocas, ſequitur. iudicium poſtulas, nō re-
cuſat. quid aliud ſit abſentem defendi, ego non intelligo. Plautus in Aulul.
E de ſene præparco loquens,

Pulmentum pridem ei eripuit miluius.
Homo ad Prætorem plorabundus deuenit:
Inſit ibi poſtulare, plorans, eiulans,
Vt ſibi liceret miluium uadarier.

Idem in Curgul.

Vbi tu es, qui me conuadatus ueneriis uadimoniis?

Veuta.
In rem præſentem perducere.
Ad Cornel. Minutianum epiſt. 9.
Cap. 11. non ita procul à fine.
Cap. 2. ſtatim ab initio.
Imaginaria rei repræſentatio.
In re præſenti cōſtituere.
Cridæ.
Querela.
Cap. ult.
Cap. ult.
Cum re præſenti deliberare.
Vadimoniū promittere, &c.
Vadimoniū.
Vadari.
Act. 2. Sce. 1.
Act 1. Sce. 3.
Conuadari.
Veneria uadimonia.

Source : BIU Cujas

V bi tu es,qui me libello uenerio citaſti ? ecce me ſiſto,ades contrà. F
S iſto ego tibi me:& mihi contrà itidem ut ſiſtas,ſuadeo.

Vadimoniũ promittere. Verr.5. Verba ſunt amicæ ad amatorem adoleſcentem. Inde uadimonium promittere.Cicero in Verrem,Act. quarta, Iam uerò illud contra omnia iura Siculorum quæ habent à Senatu populóque Romano, ne ext ra ſuumforũ uadimonium promittere cogantur : ſtatuit iſte, ut arator decumano * quo uellet decumanus uadimoniũ promitteret:ut hic quoque decumano, cum ex Leontino Lilybæum uſque aliquẽ uadaretur, ex miſeris aratoribus calũniandi quæſtus accederet. A Græcis ἀναδίκασθαι δίκην dicitur, & ἐγγυᾶσθαι apud Demoſthenẽ.hoc eſt iudicium recipere,& ſponſorum fide promittere. Va- G
dimonium obire eſt ad diem ſe ſiſtere,unde obitum uadimonium. Cicero pro Quintio,Vadimonium mihi non obiit quidam ſocius & affinis meus, quicum mihi neceſſitudo uetus,controuerſia de re pecuniaria recens intercedit:poſtuló ne à Prætore,ut eius bona mihi poſſidere liceat?Idem,Qua tibi hora uadimonium non ſit obitum, eadem te hora conſilium cepiſſe hominis propinqui fortunas euertẽdi.Ex quibus uerbis & aliis in eadem oratione ſatis apparet magnã mulctam fuiſſe olim deſerti uadimonij, id eſt nõ obiti.De capite enim & fortunis Quintij ſe dicere Cicero in oratione teſtatur,id eſt de exiſtimatione & fama, facultatibúſque. Petebat enim Næuius H
aduerſarius,ut ei ex edicto bona poſſidere liceret,ideo quòd Quintius uadimonium non obierat: Hoc enim contra contumaces decerni ſolet iure ciuili.Vnde Cicero,Ad hæc extrema,inquit, & inimiciſſima iura decurrebas,ut tibi nihil in poſterũ quod grauius aut crudelius facere poſſes,reſeruares?Quo in loco Cicero copiosè docet quid ſit bona ex edicto poſſidere: cuius rei multa in iure mentio. Obire uadimonium Græci ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν δίκην dicunt,& ἀπαντᾶν ἐπὶ τὴν κυρίαν,id eſt occurrere ad uadimonij diem.quo Tranquillus in Calig.uſus eſt.Demoſthenes καὶ Μαιδίᾳ idẽtidem utitur. Va- I
dimonium deſerere ab illis φυγοδικεῖν dicitur, & καταλείπειν τὴν δίκην. Hoc autẽ non niſi iuſtiſſima cauſa & maximè ſontica fiebat.Propterea Plinius in prę-
fatione,Inſcriptiones,inquit,propter quas uadimonium deſeri poſſit. Id eſt feſtiuiſſimas,& magna multáque promittentes, ita ut uel uadimoniũ propter eorum librorum recitationem deſeri poſſit.Iuuenalis ſimili fermè modo differre uadimonium dixit, quod iudicũ erat, nec niſi magnis ex cauſis fiebat,ut in luctu publico,& ubi iuſtitiũ indicebatur,& huiuſmodi cauſis:

Vadimoniũ deſerere. Differre uadimonium. Saty.3.

** Arcturij.alij habẽt Aſtyrij*

S i magna * Aſterij cecidit domus: horrida mater,
P ullati proceres,differt uadimonia Prætor.

Ἐρήμη δίκη. Eremodiciũ. Dica. Vadimonium deſertũ ἐρήμη δίκη dicitur à Demoſthene ſæpiſſimè. unde uno K
uerbo eremodicium dicitur, quod in titulo de minoribus infra, & Cod.de iudiciis,hermodicium corruptè legitur. Eſt enim δίκη græcè,cauſa & iudi-
cium latinè.Cicero in Verrem actio.iij.Scribitur Heraclio dica. Primò mi- *Verr.4.*
rantur omnes improbitatem calumniæ : deinde qui iſtum noſſent, partim ſuſpicabantur,partim planè uidebant adiectum eſſe oculum hæreditati. Interea dies aduenit,quo die ſeſe ex inſtituto ac lege Rupilia dicas ſortiturum

Source : BIU Cujas

A Syracuſis iſte edixerat,id eſt ſortitione cauſas cogniturum. Terentius, *In Phorm. Act. 2. Sce. 3. in fine.*

Si tu illam attigeris ſecus quàm dignum eſt liberam,
Dicam impingam tibi grandem. *Dicam impingere.*

Dicitur hoc à iuriſconſultis dictare actionẽ. Paulus in.l.non diſtinguemus. de arbitris. Dicitur & iudicium dictare,in.l.ſi ſeruus.de noxalibus acti. Trãq. in Vitel.formulam intendere dicit, Cùm libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti,iniuriarum formulam,quaſi calce ab eo percuſſus,intendiſſet. *Dictare actionem. Formulam intendere.*

Λαγχάνειν δίκλω à Græcis dicitur, quaſi ſortiri iudicium. Sorte enim cognoſcendarum cauſarum diem capiebãt,auctore Seruio lib.6. Aeneid. in illum *Λαγχάνειν δίκην.*

B locum Virg. Nec uerò hæ ſine ſorte datæ,ſine iudice ſedes. cuius moris reliquias lingua uernacula retinet: reſortiri enim in curiam eos dicimus,qui curiam appellant,hoc eſt quorum prouocationes in curia diſceptantur. Eſt autem ἐρήμη δίκη ὅταν μὴ ἀπαντήσας ὁ διωκόμενος καταδικασθῇ. latinè etiã indicta cauſa dicitur. unde indicta cauſa damnari,id eſt per contumaciam, ut nunc loquimur, ἐρήμῳ καταδικασθῆναι, quod compẽdio loquendi dicitur, ἀντὶ τοῦ ἐρήμῳ δίκῃ καταδικασθῶναι, auctore Euſtathio. Cicero libro primo de legibus, Num iccirco iuſta lex illa quam Interrex noſter tulit, ut Dictator qui eſſet, quem uellet ciuium indicta cauſa impune poſſet occidere? Id eſt non auditum,& *Reſortiri. Indicta cauſa. Ἐρήμην καταδικασθῆναι*

C indefenſum. Qui locus corruptè uulgò legitur. Curtius lib.8. de Calliſthene loquens, Itaque nullius cædes maiorem apud Græcos Alexãdro excitauit inuidiam, quàm quòd præditum optimis moribus artibúſq; non tantum occiderit,ſed etiam torſerit, indicta quidem cauſa. Id eſt ἀκρίτως, quo Iſocrates utitur. Cicero in Verrem Act.iij. Nam per deos immortales, quid intereſt, utrum Prætor imperet, uíque cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere: an huiuſmodi iudicium det, quo iudicio indicta cauſa fortunis omnibus euerti neceſſe ſit? Sunt & exempla apud Liuium. Vadimoniũ miſſum facere, eſt uadimonij obligationem remittere condonaréque. Cicero, Qui *Ciceronis locus emendatus. Ἀκρίτως. Verr. 4. Vadimoniũ miſſum facere*

D quo tempore primum malè agere cœpit, in uadimoniis differendis tempus omne conſumpſerit, qui poſtea uadimoniũ miſſum fecerit, & reliqua. Vadimonio obſtricti hodie dici poſſunt, qui ob crimina in iudicium uocati, ab iudicibus (ut fit) impetrauerunt, ut aut ſua aut ſponſorum fide dimittantur, ea lege, ut in diem certum, aut quandocunque iudici uiſum fuerit, ad iudicium ſiſtantur: quos elargitos uocant, id eſt ἐξηγγυημένους. Vades ſponſores in re capitali dicuntur, auctore Feſto. Cicero in Officiis lib.iij. de duobus Pythagoreis loquens, Cum is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies cõmendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, uas factus eſt alter eius ſiſtendi: *Pro Quintio. Vadimonio obſtricti. ἐξηγγυημένους. Vades.*

E ut ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibiipſi. Liuius libro quinto ſecũdi belli Punici, Tribuni omiſſa mulctæ certatione, rei capitalis diem Poſthumio dixerunt, ac ni uades daret, prehendi à uiatore, atque in carcerẽ duci iuſſerunt. Poſthumius uadibus datis non affuit. Vadari etiam dicere poſſumus pro citare perſonaliter (ut nunc loquimur) affuturũ. Sunt & alia uerba iuris, ut bona prædia, & prædibus prædiíſque cauendum. Cicero in Prætura urbana de ſartis tectis loquens, Vbi illa conſuetudo in bonis prædibus *Vadari. Verr. 3.*

Source : BIU Cujas

Bona prædia. prædiíſque uendendis omnium Conſulum, Cenſorum, Prætorum, Quæ- F
ſtorum denique, ut optima conditione ſit is cuia res ſit, cuium periculum?
Excludit eum ſolum, cui propè dicam ſoli poteſtatẽ factam eſſe oportebat.
Locatur opus id, quod ex mea pecunia reficiatur. Ego me refecturum eſſe
Prædibus & prædiis cautum. dico. Probatio futura eſt tua, qui locas, Prædibus & prædiis populo cautum
eſt. Quæ uerba enarrans Aſconius, Bona, inquit, prædia dicuntur bona ſatiſ-
Prædia. dationibus obnoxia, ſiue ſint in mancipiis, ſiue in pecunia numerata. Præ-
dia uerò, domus, & agri. Hæc omnia uenduntur, ſi rationi publicæ locator
ſartorum tectorum non reſponderit. Tu autem Verres, inquit, cum ego po-
pulo Romano ſim obnoxius & prædibus, id eſt fideiuſſoribus, & prædiis ap- G
poſitis, mihi non exactor ſis operis, ſed dominus uoluntatis? qui nõ ſinis me
optima mea conditione id quod uolo de redemptione agere, cum periculũ
ſit meum, non reipublicæ. / Prædes igitur homines ſunt fideiuſſores, quorũ
* non. Prædes. Bona prædia. res bona prædia* nunc uno nomine dicuntur. Hactenus ille. Liuius libro
ſecundo ſecundi belli Punici de Cannenſibus captiuis loquẽs, Ibi cum ſen-
tentiis uariaretur, & alij redimendos de publico, alij nullam publicam im-
penſam faciendam cenſerent, nec prohibendos ex priuato redimi: ſi quibus
De lingua Latina lib. 5. argentum in præſentia deeſſet, dandam ex ærario mutuam pecuniam, præ-
Præs & uas. dibúſque ac prædiis cauendum populo, cenſerent: & reliqua. Varro, Spon- H
* à quibus ij, ſed diſſimiles. ſor, inquit, & præs & uas, neque iidem: neque res* quibus inſedere, ſimiles.
Itaque præs eſt qui à magiſtratu interrogatur in publicum ut præſtet, à quo
cum reſponderit, dicitur præs. Vas appellatus eſt, qui pro altero uadimoniũ
promittebat. Præs eſt (inquit Feſtus) qui populo ſe obligat interrogatus à ma
giſtratu. Idem alibi mancipem etiam prædẽ dici ait, quia tam debet, inquit,
populo præſtare quod promiſit, quàm is qui pro eo præs factus eſt. Cicero
Epiſt. 16. epiſtolarum libro ſecũdo, Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis
pecuniæ publicæ, ut & mihi & populo cautum ſit ſine uecturæ periculo.
Cap. 19. Gellius lib. ſeptimo. Si Lucius Cornelius Scipio Aſiaticus collegæ arbitratu I
Prædes. prædes dabit, collegæ, ne eum in uincula ducat, intercedemus. Prædes ho-
die ſunt qui ſponſores reip. uel Principi facti ſunt pro iis qui pecuniam pu
Receptores. blicam diſpenſant, quos Receptores uocant, eorúmque bona prædia dici
Ὑπάγγυα. poſſunt, id eſt ut Græci dicunt, ὑπάγγυα. Ii etiam qui publicanos in locationi-
bus uectigalium aut eorum fideiuſſores locupletes affirmant (quod idoneos
& ſufficientes teſtificari uocant) prædes dici propterea poſſunt, quòd locu-
Supprædes. pletes eos eſſe ipſi præſtare debent. Supprædes autem dici debent quos cõ-
traplegios uocant. Prædes etiam interdum pro bonis prædiis accipiuntur.
Cicero in Antoniana ſecunda, Et domi quidem cauſam amoris habuiſti, K
foris etiam turpiorem, ne Lucius Plancus prædes tuos uenderet. Id eſt, bona
tua ſponſioni obnoxia. Liuius etiam uſus eſt libro quinto circa finem. Poſ-
ſumus etiam hîc prædes pro ſponſoribus intelligere quodã loquendi ſche-
mate non inuenuſto, ut ſit prædes uẽdere, ſponſorum bona prædia auctio-
ni addicere. Idem Cicero ad Atticum libro ſexto metaphoricãs uſus eſt: Ita-
que, inquit, iraſcatur qui uolet, patiar, ὅ γὰρ οὐ μετ' ἐμοῦ, præſertim cum ſex li-

Source : BIU Cujas

A bris tanquã prædibus me ipſum obſtrinxerim,quos tibi tam ualde probari gaudeo. Bene(inquit Cicero)mecum agitur.Itaque ſemel ſtatui nihil cõtra honeſtatem agere,ad quam perpetuò amplectendam, ſex illis libris de republica ſcriptis me obſtrinxi reipublicæ, tanquam ſponſoribus datis. Cadere cauſa dicebant eum qui plus petebat,quanquam mendosè à cauſa cadere in quarto Inſtitutionũ Iuſtiniani legatur. Cicero de Oratore libro primo, Ridens & ſtomachans Scæuola,cum Hypſeus maxima uoce plurimis uerbis à Marco Craſſo Prætore contenderet,ut ei quem defendebat,cauſa cadere li ceret:Cneus autem Octauius homo Conſularis non minus longa oratione
B recuſaret,ne aduerſarius cauſa caderet. Quibus uerbis inſcitia duorum oratorum reprehenditur, qui iuris ciuilis ignorantia non intelligebant quid eſſet cauſa cadere.Quintilianus lib.ſeptimo, Eſt enim certa ſeruitus ad certa ſe uerba aſtringendi:ídque faciẽdum in libris Ciceronis de Oratore uetat Marcus Antonius. Nam eſt etiam periculoſum, cum ſi uno in uerbo ſit erratum,tota cauſa cecidiſſe uideamur. Dicitur & cadere formula.Idem in
C tertio,Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus ferè cauſis in quibus cecidiſſe quis formula dicitur,hæ ſint quæſtiones,an huic, an cum hoc, an hac lege,an apud hunc,an hoc tempore liceat agere.Tranquillus excidere formula dixit.Id Cicero pro Roſcio Comœdo, locum in iudiciis habuiſſe non in arbitriis dicit,cuius hanc rationem affert,Iudicium enim eſt pecuniæ certæ,arbitrium incertæ.Ad iudicium hoc modo uenimus,ut totam litem aut obtineamus,aut amittamus: ad arbitriũ hoc animo adimus, ut neq; nihil,neque tantum, quantum poſtulauimus, conſequamur. Cæterùm (ut obiter hoc dicamus) eſt apud Ciceronem loco ſuprà citato unius ambitus ſententia ſatis(ut uidetur)obſcura: & uariè etiam locus ille legitur. In libro autem quo plerunque uſus ſum,qui Mediolanẽſis eſt editionis,ita locus legitur,Quid in his paucis diebus,nónne nobis in tribunali Quinti Pompeij
D Prætóris Vrbani familiaris noſtri ſedentibus, homo è numero diſertorum poſtulabat,ut illi unde peteretur,uetus atque uſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet? Quod petitoris cauſa comparatum eſſe non intelligebat:ut ſi ille inficiator probaſſet iudici antè petitam eſſe pecuniam,quàm eſſet cœpta deberi, petitor rurſus cum peteret, exceptione excluderetur, quòd ea res in iudicium antea ueniſſet.Ad quorũ uerborum intelligentiam, unã tantùm particulam immutandam cenſeo: uidelicet,ut coniunctionem, loco poſteriore poſitam:ut ſit,Poſtulabat ut illi unde peteretur,uetus atq; uſitata exceptio daretur, cuius pecuniæ dies fuiſſet: quod petitoris cauſa com-
E paratum eſſe nõ intelligebat:ne ſi ille inficiator,& reliqua:hoc eſt, ἵνα μὴ. His enim uerbis Cicero ſignificare inſcitiam patroni cauſæ uoluit, qui iuris ciuilis ignarus, minimè percipiebat id ab actore ſtare, quod pro reo ipſe in medium afferebat:nempe illam exceptionis conceptionem, cuius pecuniæ dies fuiſſet. Id adeò ſic cognoſcere poſſumus. Eſto ut petitor actionem ſibi dari à Prætore popoſciſſet, iudiciúmque conſtitui ſtipulatæ in diem pecuniæ,aut teſtamento legatæ:ſed præmaturè,& ante diem. Is autem unde pe-

Cauſa cadere.

Cap.4.

Cadere formula.

Cap.6. in minore uolumine cap.8.

Formula excidere.

In Claudio. cap.14.

Iudicium & arbitrium.

De Orato. lib.1.

Source : BIU Cujas

tebatur,id est reus, ut ea præscriptione uti instituisset, quòd dies aut pecuniæ F
promissæ,aut ex testamento debitæ,nondum exiisset: hoc est, ἡμέρας ἔπω ἥκούσης.In hac specie nullus dubitat quin actor summoueri supradicta præscriptione ita potuerit,ut actionē intendere inuito defensore cum effectu non potuerit.Quippe dies actionis cesserat quidem ille ab initio sponsionis,aut ab adita ab hærede hæreditate,sed non uenerat tamen. Quod patronus statim apprehendit,existimans se præclarè causam defensoris agere. Sed ea ratione eueniebat,ne petitor causa caderet, hoc est actionis commodo mulctaretur.Ridet igitur ignorationem iuris Cicero in causidico rei, qui nondum didicerat quid esset causa cadere:& cum à reo staret, actoris tamē cau- G
sam magis quàm rei adiuuabat, hac exceptione absurdè usurpata. Quippe si id quod magna contentione petebat, impetrasset, id è re aduersarij, id est petitoris tandem futurū erat,cum petitoris actio eo nomine depulsa, quòd eius dies nondum uenisset,salua & integra ipsi actori māsisset in diem exiturum.Quare si patronus iuris & actionū ciuilium intelligens fuisset, nunquam id commisisset, ut experienti actori ante litem contestatam eam exceptionem obiecisset,cuius ea uis esset,ut litis ingressum ita impediret,ut in aliud tempus reiiceret.Sed petitor iuris supradicti ignarus, actionem in iudicium deducendo & litem eius contestando, sententiam aduersam tulis- H
set:& eam actionem nihilominus in iudicium deducendo consumpsisset. Etenim ea controuersia non dubiè secundum reum erat iudicāda ex actionum formula à iure xij.tabularum introducta, quo iure statutū erat eos petitores causa cadere,qui ante diem exeuntem agebant, quod plus est petere tempore.Id uerò ideo fiebat, quòd obligatio parens est actionis. at uerò ex obligatione in diem certum reiecta,actio statim concipitur,non etiam nascitur: immo uerò obligatio ipsa in diem, concepta tantum est, non etiam nata.Quare actionem peperisse ante suum natalem dici non potest. Quod si lite planè cōtestata,reóque ob id absoluto ab instantia, id est ἀπὸ τῆς ἀναστάσεως I
ἀπαλλαχθέντος, actor iterum post diem demum exeuntem agere eadē ex causa instituisset: exceptione protinus rei iudicatæ reíq; finitæ excluderetur. Semel enim perempta obligatio,denuo renasci non potest,nisi ex noua stipulatione,aut alia ex causa quæ párere obligationem actionémque posset. Huic sententiæ non obstat,quod de plus petentibus in Institutionibus iuris scriptū est:ut causa cecidisse continuò uideatur is qui uel re, uel tempore, uel aliàs plus petiisset.Non enim eam ob rem quis contendere potest, eam exceptionem,cuius pecuniæ dies fuisset,petitoris causa comparatam esse olim non potuisse.Siquidem aliud est litem oblato libello cōtestatam esse, rémque in K
conflictum deductam esse disceptatione controuersiæ: qua ratione consumitur omnis totáque cum eius matre obligatione actio: & aliud actionem à Prætore iudiciúmque dandum postulare, quod Prætor dare petitori ante diem non poterat recusante aduersario. Nam qui ab experiūdo sic summotus erat,iterum agens post diem exeuntem,integram actionem habebat:ut cui* opponi præscriptio peremptæ actionis, sed reiectæ tantùm posset.con-

*uidetur negatio desyderari.

tra

Source : BIU Cujas

A tra quam uicissim excipere & præscribere illis uerbis poterat, cuius pecuniæ dies exiisset. id quod ea uerba Ciceronis declarãt, Ne si ille inficiator, & quæ sequuntur. Ipsa porrò exceptionis uerba, Cuius pecuniæ dies fuisset: antiquã elegantiam referunt duodecim tabularum, iurísque quod ab ipsis manauit: formámque priscam in exemplaribus asseruauerunt. Erat autem introducta pro petitore aduersus inficiatorem reum exceptione sese summi iuris tuentem, τοῦ διώκοντος δῆθεν ἀνθυποφέροντος τῇ τοῦ φεύγοντος παραγραφῇ, τὴν δὲ τὴν ἀντιπαραγραφὴν, quam replicationem appellant, οὗ δὴ ἀργυρίου ἡ ἡμέρα ἐξήκοι. Erat enim hic ordo in hac specie, petitori cui prętor recusante reo ante diem iudicium de-
B negauerat, Heus tu, referre quæstionem iudicatæ rei aut pecuniæ nõ potes. Nõ licet denuo experiri, cum actio sit extincta, & tu causa cecideris. nequicquam igitur agis. Verùm sic excipienti reo, occurrere petitor his uerbis poterat, & ut Græci dicunt, ἀνθυπογράφεσθαι, retorta exceptione, & quasi eius acie replicata, Quòd tu finitæ litis quæstionem referri nõ posse ais, eius demum pecuniæ uerum est, cuius pecuniæ dies fuisset. ubi petendæ genitiuus subintelligendus est. Finitam litem hîc intelligo, non eam quam Græci εὐθυδικίαν uocant, quasi rectum iustúmque pecuniæ iudicium: sed παραγραφῆς δίκην, hoc est, translationem temporis, quæ rhetoribus translatiua causæ con-
C stitutio dicitur. Hæc est mea de insigni loco Ciceronis sententia lib. 1. de oratore: de qua ne dubitem, locus in ij. Rhetoricôn efficit: quo in loco de translationibus loquens, quę à iurisconsultis exceptiones & præscriptiones uocãtur (à nobis declinatorij fines, & fines non procedendi) ita inquit: Atque in nostra quidem consuetudine multis de causis fit, ut rarius incidant translationes. nam & prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones: & ita ius ciuile habemus constitutum, ut causa cadat is, qui non quemadmodũ oportet, egerit. quare in iure plerunque uersantur. ibi enim & exceptiones postulantur, & certo quodam modo agendi potestas datur, & omnis conce-
D ptio priuatorum iudiciorum constituitur. Quibus Ciceronis uerbis intelligimus, cum omnem translatiuam causæ constitutionem, tum temporis exceptionem ac diei nondum exeuntis, rarò incidere solitam in iudiciis Romanis. Idque ideo rarò accidere, quòd & petitiones & exceptiones à Prætore constituebantur ante ipsa iudicia, & formulam suam ex ipsius decreto accipiebant. Quare, inquit ille, in iure plerunque uersantur, id est in prætoria disceptatione. hoc enim ius Ciceroni nõ dubiè significat. Iudicia autem duorum generum Cicero intellexit, publica rerum capitalium: & priuata, quæ nos ciuilia uocamus. & plerunque à prætore, iudicibus ab eo datis manda-
E bantur, id est recuperatoribus. Comperẽdinare ampliaréque, uerba & ipsa iuris, nusquam, ut arbitror, in iure leguntur. Valerius libro octauo, Lucius Scipio Aemilianus Cottam apud populum accusauit: cuius causa quãuis grauissimis * testimoniis erat cõfossa, septies ampliata, & ad ultimum octauo iudicio absoluta est: quia homines uerebantur ne præcipuæ accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. Dicitur & amplius pronunciare. Cicero in prætura urbana, Verùm, ut opinor, Glaucia primus tu-

De Inuent. lib. 2.

Recuperatores.
Comperendinare.
Ampliare.
Cap. 1.
** criminibus.*
Amplius pronunciare.
Verr. 3.

Source : BIU Cujas

lit út comperendinaretur reus: antea uel iudicari primò poterat, uel amplius pronunciari. Vtram igitur putas legem molliorem? Opinor, illam ueterem, qua uel citò absolui, uel tardè condemnari licebat. Idem paulò pòst, Puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere. accusabo: respondebis. testibus editis, ita mittam in consilium, ut etiam si lex ampliãdi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment non primò iudicare. Primo, pro prima actione dixit. Mittere uerò in consilium quid sit, nos paulò pòst ostendemus. Verba autem Ciceronis interpretans Asconius, Ante legem, inquit, Glauciam de comperendinatione, aut statim sententia dicebatur, si absoluendus esset reus: aut amplius pronunciabatur, si uideretur esse damnandus, cum * dixisset iudex, Non liquet, hoc est, obscura causa est. Itaque ea pars interposita dilatione dicebat, in cuius peroratione uidebatur obscuritas. Comperendinatio uerò utriusque partis recitatio est. Alij sic adnotant, Comperendinatio est secunda actio. Item, Comperendinatio est ab utrisque litigatoribus inuicem sibi denunciatio in perẽdinum diem. Idem paulò pòst: * Cum autem, inquit, omnino persuadebatur iudicibus bona causa, absoluebant reum: si mala, non statim damnabant, sed hac excusatione parcebant. Nam cum condemnandi nota esset C litera, absoluẽdi A, ampliandi signũ N L dabant, quo significabãt non liquere: unde ampliatio nascebatur. Idem: In diuinatione & in aliis causis maioribus uniuersi iudices in cistam tabulas simul coniciebant suas, eásque insculptas literas habẽtes, A, absolutionis, C condẽnationis, cum de alicuius capite agebatur, N L ampliationis: his enim literis significabant non liquere. Tabulas iudicum Asconius tabellas cereas intelligit, quibus sententias ferebant. Erant enim sententię nõ uocales, sed tabellariæ. Omnia autẽ hæc apud Asconiũ mendosissimè legũtur, uix ut sensus elici possit. Quantũ tamẽ intelligi potest, ampliationem non multum differre à comperẽdinatione colligimus. Ampliatio numerum certum actionũ non habebat, ut ex illo Valerij loco supradicto intelligimus. & ex Liuio comperendinatio iteratam actionem in tertiũ diem, id est perendinum, significare uidetur. Hoc est enim perendie, quod Græci μεταύριον dicunt, quasi postcrastinum. Cicero: Scies igitur * cras, aut ad summũ perendie. Inde perendinus dies uerbũ olim iurisconsultorũ. Vnde illud Ciceronis pro Muræna, Iam illud mihi quidem mirũ uideri solet, tot homines, tam ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrum diem tertium an perendinum, iudicem an arbitrũ, rem an litem dici oporteret. de Iurisconsultis loquẽs. Perẽdinus dies hodie dici potest, cum iudex statuit aut inter partes conuenit, ut omne instrumentũ litis apud acta utrinque proferatur intra triduum, hoc est ut sacculi apud graphiariũ deponantur. Tunc enim lis & res comperendinata est, quasi iudex post tertium diem, aut etiam die tertio sententiam laturus sit. Est enim comperẽdinatio, mutua denũciatio (inquit Asconius) in perendinũ diem. uidelicet ne alter litigatorum fugitator fortasse causari possit, cum in rem præsentem uẽtum est, se imparatũ uenisse. Cuiusmodi est illa denunciatio, qua litigatores

* dixissent iudices.

Comperendinatio.

* Et omnino, si uidebatur iudicibus bona causa, et c. C. A. N L.

De more iudiciorum.

Tabulæ iudicum.

Sententiæ tabellariæ. Ampliatio & comperẽdinatio.

Perendie. μεταύριον. Ad atticum lib. 12. * fortasse cras, summùm perendie.

Perendinus dies. Apud acta.

Lis cõperendinata, quæ & res comperendinata dicitur.

Source : BIU Cujas

A in parlamento noſtro utuntur,cum audientiam à Præſidibus, aut diploma quoddam regium impetrarunt,ne alter ignorantiã excuſare poſſit,ſi ex tempore reſpondendum ſit. Ab ea autem ſignificatione, qua comperendinare procraſtinare eſt,& diem de die ducere, comperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus,quos curia dimiſſos fide ſua eſſe uoluit:hoc eſt quos ſuę ipſorum cuſtodiæ commiſit, ut aut urbem carceris loco iuſti habeant, aut priuatam aliquam domum,ut fit interdum ex perſonarum dignitate,& genere cauſarum. Comperendinatio enim etiam multorum interdum dierũ erat,ut ex Ciceronis uerbis intelligere licet in prætura urbana: Deinde reli- *Verr.3.*
B quis diebus(inquit)his criminibus,his teſtibus & urbanis & prouincialibus ſic obrutus atque oppreſſus eſt,ut his ludorum diebus interpoſitis,nemo illum comperendinatum, ſed condemnatum iudicaret. Dicitur & comperendinatus pro comperendinatione. Cicero in eadem prætura urbana,Adimo enim comperendinatum, quod habet lex in ſe moleſtiſſimum,bis ut cauſa dicatur.Comperendinati autem ideo dici poſſunt, quia non planè abſoluti ſunt,ſed ueluti uadimonio quodam obſtricti, uel quia nondum cõperta ſatis crimina,uel quia nondum ſe innocẽtes approbauerunt. Comperendinatos uidemus interdum qui criminum poſtulati, ſuffragatorũ opera
C iterum & ſæpius ampliari primum ſolent, donec recentium criminum inuidia ſenſim deflagrare poſſit, deinde quouis modo in centeſimum annum comperendinari. Quos etiam cernere eſt damnationum fulmine afflatos,in tenuiores iacto,cum eorũdem criminum affines ſint,priſcos tamen ſpiritus reſumere. Hos cum in publicum homines inferre ſeſe uident, oculíſque innocentium incurrere,abrupta ſua uincula ſecum trahere putant.

Comperẽdinati reus.

Nam luctata canis nodum abripit:attamen illi
Cum fugit,à collo trahitur pars longa catenæ.

Perſius Saty. quinta.

Ampliati uerò ſunt quorum damnatio differtur, aut quia coràm ſiſtẽdi te- *Ampliati rei.*
D ſtes ſunt, & cum illis committendi: aut quia nondum planè liquet aut de crimine,aut de pœnæ modo. Non liquere de cauſa dicebant, quando probationes & argumenta non ſatis erant idonea ad diiudicandã cauſam. Gellius libro decimoquarto, Vt abſoluerem tamen, inducere in animum non *Cap.2.*
quiui:& propterea iuraui,mihi non liquere: atque ita iudicatu illo ſolutus ſum. Comperẽdinatorũ exemplum eſt apud Ciceronem in Verrem Actione quinta: Videte,inquit,hominis amentiam:poſteaquam eſt comperendinatus,cum iam pro damnato mortuóque eſſet, ludis Circenſibus apud Si- *Diuinationẽ non numerat inter Actiones, alioqui hic locus eſſet Actione ſexta.*
ſennam primarium uirum cum eſſent triclinia ſtrata,argentúmque expoſi-
E tum,contemplari unumquodque ociosè & conſiderare cœpit. Mirari ſtultitiam alij,alij amentiam,cui comperendinato, cum tam multi teſtes dixiſſent,quicquam illorum ueniret in mentem. Comperendinatum Verrem,id eſt qui in ſecundam actionem impetrauerat iudicium differri, Cicero damnatum inuidiosè appellat, propter ingentia crimina, teſtimoniáque prementia,& præiudicia ab ipſo multis rebus de ſe facta, utpote qui accuſatus repetundarum, quòd Siciliam prouinciam argenteis uaſis cælatíſque ſpo-

Source : BIU Cujas

liaſſet,tamen temperare ſibi apud Siſennam nequiuiſſet, quin cupiditatem F
illam prænimiam cælatæ ſupellectilis,ingenitam ſibi proderet. Ampliatorũ
apud eundem exemplum eſt in oratione pro Cecinna his uerbis: In eũdem
quid dicam,niſi id quod negare non poſſit,ueniſſe in conſiliũ publicæ quę-
✳ ſtionis,cum eius conſilij iudex non eſſet?& in eo conſilio, cum cauſam non
✳ audiſſet,& poteſtas eſſet ampliãdi,dixiſſe ſibi liquere? dum incognita re iu-
dicare uoluiſſet,maluiſſe condemnare quàm abſoluere? Ab eiuſmodi iudi-
ciorum more dictum eſt illud eiuſdẽ in oratione pro Milone cum de Pom
peió loqueretur, qui illi quæſtioni iudicióque præfuerat: Vidit, inquit,in
confeſſione facti,iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe. Quod niſi uidiſſet, G
poſſe abſolui eum qui fateretur: cum uideret nos fateri,nec quæri unquam
iuſſiſſet,nec uobis tam ſalutarem hanc in iudicãdo literam,quàm illam tri-
Salutaris litera A. Triſtis litera C. Theta. ſtem dediſſet. Salutaris litera à Cicerone dicitur A, quæ abſolutionis nota
erat:ut triſtis C, quæ condemnationis. Sic Perſius Satyra quarta Græcorum
morem tangens, Et potis es nigrum uitio præfigere theta. Nigrum theta
mortiferum dixit.Significabat enim thanaton,id eſt mortem, cuius eſt pri-
Tabulæ ternæ iudicum. Quæſitor. ma litera th. Dabantur autẽ tabellæ ternæ iudicibus ab eo qui iudicio præ-
erat,Quęſitórque dicebatur,abſolutionis,condemnationis,ampliationis,ut
Mittere in cõſilium. Dixi. auctor eſt Aſconius. Cæterùm mittere in conſilium, eſt dimittere iudices H
ad ſententiam dicendam ubi orator dixerat, Dixi, auctore Aſconio. Cicero
pro Cluentio,Cur Stalenum,cum in conſilium iretur,Cluentius & Cannu-
tius abeſſe patiebantur?& cum in conſilium mittebant,Stalenum iudicem,
cui pecuniam dederant,non requirebant? Oppianicus quærebat?Si hoc eſt,
inquit,uerum quòd Cluentius & Cannutius iudiciũ corruperint, quo mo-
do id explicari poteſt? quòd cum iudices ipſi in conſilium mitterent, id eſt
cum iudicium iam expectare ſe dicerent dicendi finem facientes,nõ requi-
rebant Stalenum unum iudicum, quem conſtat redemptorem totius cor-
ruptionis fuiſſe:ſed facilè patiebantur illum abeſſe,non autem Oppianicus, I
Mittere in cõſilium. qui erat Cluentij aduerſarius? Mittere in cõſilium hodie dicere poſſumus
eos,qui à iudicibus poſtulant ut ex tempore ius dicatur,ut fit in Parlamento
plerunque,cum aduocati ex actionibus ſuis perpetuis, aut etiam ex alterca-
tionibus ius reddi ſibi poſtulant ex ſententia curiæ : quo tempore Iudices
aſſurgente Præſide capita conferentes, de lite aut poſtulatis uel ex tempore
ſtatuũt, uel iuris diſceptationẽ eſſe pronunciant, & conſilio agitandã. Inde
illud Plinij in Panegyrico ad Traianũ, Alij,inquit,ſe ſuperſtites reipublicæ
optabant,faciebántq;: tibi ſalus tua inuiſa eſt,ſi non ſit cũ reipublicæ ſalute
coniuncta.Nihil pro te pateris optari,niſi expediat optantibus:omnibúſque K
annis de te in conſilium deos mittis, exigíſque ut ſententiam ſuam mutẽt,
ſi talis eſſe deſieris qualis electus es.Sed ingenti conſcientia Cæſar paciſceris
cum diis,ut te,ſi mereberis,ſeruent:cum ſcias,an merearis, neminem magis
Emendatus locus Plin. quàm deos ſcire. Quo in loco præpoſterè legitur,ne merearis. Hunc tamẽ
locum interpres uir alioqui doctus, nec mediocri diligentia præditus, ſecus
interpretatus eſt. Eſt enim hæc Plinij ſententia, Nuncupationem uotorum

Source : BIU Cujas

A quæ quotannis pro ſalute & incolumitate Principis fieri ſolet, tu his uerbis Cæſar concipi iubes, Si bene rempublicam, éxque omnium utilitate rexeris. Digna, inquit, uota quæ ſemper ſuſcipiantur, ſempérque ſoluantur. Quotannis diis ipſis, inquit, tanquam iudicibus calculum de te permittis, an dignus ſis incolumitate. Mittere in cõſilium iudices à Græcis ἐπιτρέπειν τῷ ψήφου dicitur: id eſt calculum permittere. προδίδωσι ψῆφον, cenſendi poteſtatem facere, & calculum proponere: quo Demoſthenes utitur. ψῆφον ἐσαγαγεῖν. Thucydides, ψῆφον ἐσήγαγον τοῖς ξυμμάχοις πᾶσιν. Id eſt, cenſere eos iuſſerunt, & ut nũc loquimur, opinari. Galenus in primo Therapeutices, τότε δὲς ἐπὶ σωτήριον σωτᾶ-

B γαι δικαστάς. Et rurſus, καὶ καθίζεις μὴ ἐν τοῖς λυρῶδαί σε βιβλίοις δικαστὰς οὐ ἕλλυνας. Qui loquendi modi eundem fermè intellectum habent. Id eſt mittere in conſilium, cenſendi poteſtatem facere, calculum permittere, calculum porrigere, calculum proponere. Quæ de iis litigatoribus dici poſſunt, quibus hoc inter ſe conuenit, ut proceſſus in ſtatu iudicetur, ut uerbis noſtris utar. Solent enim in actis teſtari ſe iam nihil morari iudices, quo minus ex inſtrumento litis apud acta prolato ſententiam dicant. Iudices autem ipſi in conſilium ire dicuntur, cum aut capita conferunt, aut in interiore conſilio inſtrumenta litis percenſere aggrediuntur, cum litis proceſſus in medium poſitus eſt.

C Cicero pro eodem Cluentio, In conſilium erant ituri iudices triginta duo: ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat. Idem, Itum eſt in conſiliũ: omnibus ſententiis præter unam, quam ſuam Stalenus eſſe dicebat, Scamãder prima actione condemnatus eſt. Verùm ut obiter nonnulla quoque dicamus, conſtituere iudicium dicebant, & conſtituere quæſtionẽ, quod uulgo euacuare finẽ non procedendi dicunt, aut non recipiendi. Cicero in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de conſtituendo ipſo iudicio ſolet eſſe contentio, cum aut ſit'ne actio illi qui agit, aut iámne ſit, aut num eſſe deſierit, aut illáne lege, híſne uerbis ſit actio, quæritur: quæ etiam ſi antequã

D res in iudicium uenit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non ſunt: tamen in ipſis iudiciis permagnum ſæpe habent pondus. Concertata dixit, quod debatuta, quaſi depugnata dicimus. Diiudicata, quod appunctata. Confecta, quod euacuata. Idem, Quare de conſtituẽdis actionibus, accipiẽdis ſubeundíſque iudiciis, de excipienda iniquitate * accuſationis, quia hæc generis eius ſunt, ut ante iudicium tractanda uideantur: & reliqua. Quintilianus quæſtionem pro iudicio dicere ſolet. Conſtituere uerò diſceptationem, id eſt ferè, quod accordare ſcripturas dicunt. Cicero in iiſdem Partitionibus, Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione & quaſi con-

E curſu quæſtio quædam exoritur, quam diſceptationem uoco: in qua quid ueniat in iudicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet. Idem, Diſceptatio autem cum eſt conſtituta, propoſita debet eſſe oratori, quò omnes argumentationes repetitæ ex inueniendi locis coniiciantur. Summam autem quæſtionem dicebant, quod nunc principale punctum dicimus: cuius acceſſiones ſunt reliquæ quaſi liticulæ. Quintilianus libro tertio, Quęſtio latius intelligitur omnis, de qua in utranque partem, uel in plures dici credibiliter

Calculũ permittere. ἐπιτρέπειν τῷ ψῆφον.

Cenſere opinari. προδίδωσι ψῆφον. ἐσαγαγεῖν ψῆφον.

Calculũ porrigere & proponere. Συνάγειν δικαστὰς, & καθίζειν.

Cenſendi poteſtatem facere. In conſilium ire.

Conſtituere iudicium & quæſtionem.

Res concertata, Diiudicata, Confecta.

* actionis, de comparanda æquitate, & ea ferè, &c. Quæſtio.

Cõſtituere diſceptationẽ.

Summa quæſtio.

Cap. 11 aliis codicibus ca. 13.

Source : BIU Cujas

poteſt. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda eſt: altero modo, F
quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiam, quo etiam mino-
res omnes complectimur: altero, quo ſignificamus ſummam illam, in qua
cauſa uertitur. de hac nũc loquor, ex qua naſcitur ſtatus, an factum ſit, quid
factum ſit, an rectè factum ſit. Vocatur autem & caput ab eodem. Idem in
Caput Cap. 2. ſeptimo, Itaque inferiora quoque ſcrutabimur, quæ tractata faciliorem no-
Tractare. bis iudicem in ſumma quæſtione facient. Tractare Quintilianus ubique
Tractatus. uocat, quod attingere noſtri in foro dicunt: qui etiam rei tractatum uocat,
cuius exemplum inferius ſubiiciemus. Iuuenalis Satyra ſeptima,

Quis color, & quod ſit cauſæ genus, atque ubi ſumma G
Quæſtio, quæ ueniant diuerſa parte ſagittæ,
Scire uolunt omnes.

Conſtituere ſtatum cauſæ. Cauſam iuridicialiter inficialiterque conſtituere. Conſtituere autem ſtatum cauſæ iudex dicitur, cum aut iuris diſceptationẽ
eſſe pronunciat, aut facti. Cum igitur ſignificare uolumus nos appunctatos
eſſe contrarios, ut in foro loquuntur, Latinè dicere debemus ſtatum cauſæ
coniecturalem aut inficialem eſſe, cauſamque inficialiter aut coniecturali-
ter conſtitutam eſſe. Cum autem iuris diſceptatio eſt, iuridicialis ſtatus eſt,
Cap. 8. & cauſam dicemus iuridicialiter conſtitutam eſſe. Quintilianus in tertio,
Huic diuerſa ſententia eorum fuit, qui duos quidem ſtatus eſſe uoluerunt, H
unum inficialem, alterum iuridicialem. Inficialis eſt, quem nos dicimus cõ-
iecturalem, cui ab inficiando nomen alij in totum dederunt: alij in partem,
quia accuſatorem coniectura, reum inficiatione uti putauerunt. Iuridicialis
Δικαιολογικὸς ſtatus. eſt qui Græcè δικαιολογικὸς dicitur. Hactenus ille. Eſt tamen ſtatus tertius fini-
tiuus, atque etiam plures ſecundum antiquos, ſed nihil ad rem pertinent
Firmamentũ & continens cauſæ. quam agimus. Firmamentum autem & continens cauſæ dicitur Latinè,
quod punctum litis deciſorium uocant. Quintilianus in tertio, *συνέχει* au-
Firmiſſima argumenta. De Inuent. lib. 1. tem, quod continens alij, firmamentum alij putant, Cicero firmiſſimam ar-
gumentationem defenſoris, & appoſitiſſimam ad iudicationem, quibuſdã I
id uidetur eſſe, poſt quod nihil quæritur: quibuſdam id quod ad iudicatio-
συνέχον. nem firmiſſimũ affertur. Meminit & Cicero in libro Partit. Cardinem au-
Cardinẽ cauſæ ponere. Cap. 12. tem cauſæ in aliquo ponere dicebant, quod nunc dicimus accipere ius per
hoc uel illud. Quintilianus in quinto, Illud hoc loco monere inter neceſſa-
✶ ria eſt, nulla eſſe firmiora, quàm quæ ex dubiis facta ſunt certa. Cædes à te
** commiſſa.* * facta eſt, cruentam enim ueſtem habuiſti. Non eſt tam graue argumentũ ſi
✶ fatetur, quàm ſi conuincitur. Nam ſi fatetur, multis ex cauſis potuit cruenta
eſſe ueſtis: ſi negat, hîc cauſæ cardinem ponit: in quo ſi uictus fuerit, etiam
in ſequentibus ruit. non enim uidetur in negando mentiturus fuiſſe, niſi K
Cap. 8. Litiũ cardo. deſperaſſet id poſſe defendi ſi cõfiteretur. Et lib. duodecimo. Negligentium
(inquit) oratorum nihil refert ubi litium cardo uertatur, dum ſint quæ uel ✶
extra cauſam ex perſonis, ac communi tractatu locorum occaſionẽ claman-
Summam totius litis conſtituere. Cap. 5. di largiantur. Dicitur & ſummam totius litis conſtituere. Idem libro ſepti-
mo, Sed nonnunquam etiam reus hîc totius ſummam conſtituit, ſi exhære-
datum à ſe filium pater teſtatus fuerit elogio, propterea quòd is meretricem

 amauerit.

Source : BIU Cujas

A amauerit.Nam omnis hîc quæſtio,an huic delicto pater debuerit ignoſce-
re,& Centumuiri tribuere debeant ueniam. Rem contrcuerſam dicebãt, *Res controuerſa.*
quam nos contentioſam uocamus,& qua de re agitur, pro eo quod nos di- *Qua de re agitur.*
cimus,hoc de quo nunc quæſtio eſt: id eſt quod maximè iudicandum eſt, *Διενεχθὲν.*
ut Græci appellant διενεχθὲν.auctor Cicero in Topicis. Conſtituere etiam *Conſtituere iudicium.*
iudicium dicebant, quod nunc facere ſuper re aliqua inſtantiam unam,& *Tractatus.*
proceſſum ſuper ea facere.Hoc eſt eam rem ita in iudicium deducere,ut de *Quintil lib.3. cap.12.*
ea re iudicandum ſit,& ſententia ferenda.Idem lib.tertio,Diuerſum his ter-
tium genus,quod dicitur comparatiuum,cuius rei tractatus in parte cau-
B ſæ frequens eſt. ut cum apud Centumuiros poſt alia quæritur & hoc, uter
dignior hæreditate ſit.Rarum eſt autem ut in foro iudicia propter id ſolum
conſtituantur: ſicut diuinationes,quæ fiunt de accuſatore conſtituendo, &
nonnunquam inter delatores, uter præmium meruerit. Forum autem ap- *Forum.*
pellat Quintilianus, in quo iudicia publica exercebãtur. Cicero in Verrem *Verr.4.*
act.tertia,Amici recuſare,ne quod nouum iudicium,ne qua ipſius cognitio
illo abſente de exiſtimatione eius cõſtitueretur. Dicitur & dare actionem *Dare actionẽm.*
iudex,quando actorem ad intendendam actionem admittit. Item in eadẽ,
Si quis eum pulſaſſet,edixit ſeſe iudicium iniuriarum non daturum: quic- *Dare iudiciũ*
C quid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum: ipſi autem nullius
actionem rei ſeſe daturum. Recuſare dicebant,quod pragmatici dicũt ten- *Recuſare.*
dere ad finem non procedendi.Idem pro Cluen. Aulus Cluẽtius eques Ro-
manus cauſam dicit ea lege, qua lege Senatores, & hi qui magiſtratum ha-
buerunt,ſoli tenentur.mihi per eum recuſare, & in arce legis præſidia con-
ſtituere defenſionis meę non licet.Id eſt,non uult me præſcribere accuſato-
ri ſe hac lege nõ teneri,ſi ſuo iure uti uelit. Eſt enim recuſare, accuſationem
actionémque depellere. Ponitur & pro eo quod debatuere dicimus. Idem
pro Quintio,Dolabella Prætor iniuriam facere fortiſſimè perſeuerat: aut ſa-
D tiſdare,aut ſponſionem iubet facere,& interea recuſantes noſtros aduocatos
acerrimè ſubmoueri. Altercari etiam hoc dicitur. Idem in Bruto,de Craſſo *Altercari.*
loquens,Hic in altercando (inquit) parem inuenit neminem. Et paulò pòſt
de L. Philippo,Summa ei libertas in oratione, multæ facetiæ,ſatis creber in
reperiendis, ſolutus in explicandis ſententiis. Erat in primis(ut temporibus
illis)doctrinis Græcis inſtitutus, in altercando cum aliquo aculeo & male-
dicto facetus. Altercatio quæ à Græcis Διαλοιδορία dicitur, à continua ora- *Altercatio.*
tione differt,cuius præcepta Quintilianus libro ſexto poſuit: Bonus(inquit) *Διαλοιδορία.*
altercator uitio iracundiæ careat.Nullus enim rationi magis obſtat affectus, *Cap.5.*
E & fert extra cauſam,& plerũque deformia conuicia facere ac mereri cogit,
& ipſos nonnunquã iudices incitat. Et paulò pòſt,Sunt enim quidã prædu-
ri in hoc oris,ut obſtrepãt ingenti clamore,& medios ſermones intercipiãt,
& omnia tumultu confundant:quos ut non imitari,ſic acriter propulſare o-
portebit,& ipſorum improbitas retundenda,& iudices uel præſidentes ma-
giſtratus appellandi frequenter,ut loquendi uices ſeruentur. Refellere teſti- *Refellere teſtes,tabulas, &c.*
monia & teſtes & tabulas dicebant, quod contradicere & reprochiare dici-

Source : BIU Cujas

mus. Cicero pro Flacco, Nam aut oratio teſtium refelli ſolet, aut uita lædi. F
* Qua diſputatione orationem refellam eius, qui dicit, dedimus? nihil amplius niſi in hominem dicendum eſt. Tranquillus in Auguſto, Teſtem ſe in iudiciis & interrogari & refelli æquiſſimo animo patiebatur. Dicitur & eleuare. Quintilianus libro quinto, Ex inartificialium probationum genere ſunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes: in quibus pars maxima contentionum forenſium conſiſtit. ſed ut ipſa carent arte per ſe, ita ſummis eloquentiæ uiribus & * eleuanda ſunt plerunque, & refellenda. Eleuare enim eſt uilem leuémque uerbis demonſtrare. Valerius libro octauo. Cæterùm gloria ne ab iis quidem qui contemptum eius introducere G conātur, negligitur: quoniam quidem ipſis uoluminibus nomina ſua diligenter adiiciunt: ut quod profeſſione eleuant, uſurpatione memoriæ conſequantur. Eleuant (inquit) id eſt aſpernandum dicunt. Vtitur hoc ſæpiſſime Liuius. Refutare etiam dicitur & reprehendere. Cicero in Vatinium teſtem, Nemo enim horum aut ita te refutandum, ut grauem aduerſarium: aut ita rogandum, ut religioſum teſtem arbitrabatur. Subleuare autem teſtimonio dici debet, quod exonerare uulgo dicimus. Idem pro Cluentio, Pater adoleſcentis, quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in Aulum Cluentium conſtituere, is hunc ſuo teſti- H monio ſubleuat. Idē pro domo ſua, Quid cùm Gabinio Syria dabatur, Macedonia Piſoni, ut tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias, tibi ſuos paratos Centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent, te ſuis ſceleratis concionibus ſubleuarent? id eſt defenderent, & tibi ſuffragarentur, & pro te orationem haberent, & teſtimonio ſuo tuerentur. Huic contrarium eſt premere. Plinius libro quinto epiſto. Legati Vincētinorum non modò non preſſerunt eum, uerumetiam ſubleuauerunt. De Nominato loquens, qui præuaricationis accuſatus in Senatu fuerat. Quas uulgo ſaluationes uocamus, contradictorum diſſolutiones dici debent. Quintilianus I in quarto, Quæ probationum ſit fides, ſeu propoſita confirmamus, ſeu contradicta diſſoluimus. Interdum eleuare pro noſtro ſaluare dici poteſt. Idē in eodem, Verbis eleuare quædam licebit: luxuria hilaritatis, auaritia parſimoniæ, negligētia ſimplicitatis nomine lenietur. Subleuare etiam dici poteſt: ut Cicero in Tuſculan. libro quarto, Cùm multa in cōuentu uitia collegiſſet in Socratem Zopyrus, qui ſe naturam cuiuſque ex forma perſpicere profitebatur, deriſus eſt à cæteris, qui illa in Socrate uitia non agnoſcerent: ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, cùm illa ſibi * ſigna ineſſe, ſed ratione à ſe deiecta diceret. Iudicatum facere uocabant, quod furnire ad ſentētiam K noſtrates dicunt. Cicero pro Flacco, Itaque Recuperatores cōtra iſtum, rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. Quo uerbo uſus eſt Celſus in l. ulti. infra, Si certum petatur. Verbum eſt. xij. tabularum, ut ex Gellio appareret libro uigeſimo. Prima actione Cicero pro in re præſenti dixit: hoc eſt eo ipſo in campo, ut noſtri loquuntur. Superiorem cauſam dicebant, pro eo

Nunc ſic legitur, Qua diſputatione orationē refellā eius, qui dicit, dedimus, nihil amplius? in hominē dicendū eſt igitur, quū oratio argumētationē non habet.

Eleuare teſtimonia.

** alleuanda.*

Eleuare.

Titulo. 15. de Ariſtotele.

Refutare.

Reprehēdere.

Subleuare teſtimonio.

Premere teſtimonio.

Epiſtola 14.

In proemio lib. 4.

Cōtradictorum diſſolutiones.

Eleuare.

Cap. 2.

Subleuare.

** uitia.*

Iudicatum facere.

Cap. 1.

Prima actione.

Source : BIU Cujas

A quod nunc dicimus cauſam iure communi fundatam,uel ius apparentius. cuius contrariũ inferiorem cauſam uocabant.Idem pro Quintio,At ſi cauſa pari Quintius diſcedere inferior uideretur, tamen eſſet non mediocriter conquerendum:nunc in cauſa ſuperiore,ne ut par quidem ſit, poſtulat, inferiorem eſſe patitur,duntaxat uſque eò,ne cum bonis,fama,fortuníſque omnibus,Næuij cupiditati crudelitatíque dedatur. Idem in Bruto,de Leontino Gorgia,Protagora,Hippia, aliíſque ſophiſtis loquens, Hi (inquit) aliíque multi temporibus eiſdẽ docere ſe profitebantur,arrogantibus ſanè uerbis,quemadmodum cauſa inferior(ita enim loquebantur) dicendo fieri ſu-

B perior poſſet.Hoc à Græcis dicitur ἀν ἥττονα λόγον κρείττονα ποιῶν. Dicebant & pro teſtimonio dicere,quod nũc dicimus deponere.Idem pro Cluẽtio, Ego uerò ſi quid eiuſmodi dixi,neque cognitum commemoraui, neque pro teſtimonio dixi:& illa oratio potius temporis mei,quàm iudicij & auctoritatis fuit. Reuocare teſtes,quod recolere dicimus.Et cum elogio mittere reum, id eſt cum oneribus & informationibus,ut Martianus in.l. Diuus.de cuſtodia & exhibitione reorum. Elogium enim teſtimonium eſt de aliquo: ἀναγκαίας Græcè dicitur. Decernere quæſtionem, pro eo quod nunc dicimus ordinare ut fiat informatio, & ut contra delinquentes procedatur. Cicero pro

C Milone,Comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſeruus P.Clodij,quem ille ad Pompeium interficiendum collocarat. Extorta eſt confitenti ſica de manibus.Caruit foro poſtea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico. Num quæ rogatio lata?num quæ noua quæſtio decreta eſt? Dicitur & decernere ut legibus quæratur.Idem in eadem, Quòd ſi per furioſum illum Tribunum Senatui quod ſentiebat perficere licuiſſet,nouam quæſtionem nũc nullam haberemus. Decernebat enim ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Quęrere enim eſt informationẽ facere,& legibus uindicare.Idẽ,Tulit enim de cæde quæ in Appia uia facta eſſet, in qua Publius

D Clodius occiſus fuit. Quid ergo tulit? Nempe ut quæreretur. Quid porrò quærendum eſt?factúmne ſit?at conſtat.A quo?at patet. Senatus autem rarò quæſtionem de aliquo crimine habẽdam decernere ſolebat.Erant enim iudicia legibus certis conſtituta, de quibus aliquando uidebimus, ſi locus inciderit.In cauſa autem Miloniana decreta eſt quæſtio: propterea in ſuperiori exemplo Cicero quæſtionis nouæ meminit. Ab iſta quærendi ſignificatione quæſtio pro iudicio publico accipitur:unde iudex quæſtionis,Prætor dicebatur,idem qui & Quæſitor,qui iudiciis publicis præerat, ut docet Aſconius. Martianus in lege prima,ad legem Cornel. de ſicariis, Quíue ma-

E giſtratus iudéxue quæſtionis ob capitalem cauſam pecuniam acceperit,ut publica lege reus fieret. Quem locum an Accurſius intellexerit, Accurſiani uiderint. Quærere,iudicum eſt & magiſtratuum:Inquirere,aliorum. Cicero in Verrem oratione ſecunda,Itaque cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem, inuênit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiorem poſtularet. Vnde & inquiſitor apud eundẽ. Erat autem Cicero accuſator Verris,idémque inquiſitor.Lactantius,Tantáque eſt auctoritas ue-

Superior & inferior cauſa.

ἥττονα λόγον. &c.

Pro teſtimonio dicere.

Reuocare teſtes.

Mittere cum elogio.

Elogium.

Decernere quæſtionem.

Decernere ut legibus quæratur.

Quærere.

Quæſtio.

Quæſitor. Prætor,iudex quæſtionis.

Quærere. Inquirere.

Inquiſitor.

Lib.2.cap.7.

Source : BIU Cujas

Anquirere. tuſtatis,ut inquirere in eam ſcelus eſſe ducatur. Liuius Anquirere dicit uerbo priſco,quod Cicero quærere. Vnde apud eum ſæpe pecunia anquiſitum legimus,id eſt concluſum pro mulcta uel emenda. & anquirere capite, pro criminaliter contra aliquem procedere. Diſquiſitionem autem uocabant iudicium per opiniones,ut nunc loquimur, cum opinionem uel ſententiã omnes rogantur. Liuius, Sed non quid ego fecerim, in diſquiſitionem uenit,ſed quid iſti pati debuerint.id eſt non rogantur ſententiæ de me. Idem, Nec tamen à dictatore comitia ſunt habita,quia uitióne creatus eſſet,in diſquiſitionem uenit. Tranquillus in Cæſare, Primo Prætura die Q.Catulũ de refectione Capitolij ad diſquiſitionem populi uocauit. Idem in Nerone,ad diſquiſitionem Senatus uocare dixit. Decernere quæſtionem hodie aliter uſurpamus, de torquendis reis loquentes. Cicero in Ver. Reus, inquit, ad cauſam dicendam admiſſus. Pro eo quod nunc dicũt, audietur in defenſionibus ſuis. Conferre pedem antiqui dicunt, quod nos ad punctum uenire dicimus,& iungere:quod non faciũt fugitãtes litigatores. Cicero pro Plancio,Non poſſum magis pedem cõferre,ut aiunt,aut propius accedere. Quid taces? quid diſſimulas? quid tergiuerſaris? Proferre, quod nos producere dicimus,id eſt apud acta deponere. Idem in Verrem actione quarta, Scio te edicta ſuperiorum omnium correxiſſe:& poſſeſſiones hereditatum non ſecundum eos qui proferrent,ſed ſecundum eos qui dicerent teſtamentum factum,dediſſe. Producere autem de teſtibus dici debet,non de litis inſtrumento. Inſtrumentum autem litis à Quintiliano dicitur,quod nos productionem uocamus. Præcidere latinè dicendum, quod uulgus quotare appellat,id eſt deſignare quotumquẽque articulum, quotumquodque caput oppugnare uelit litigator,ne in uniuerſum admiſſus,licenter tergiuerſari,& identidem euariare poſſit. Cicero in Acade. Placet Stoicis omnia peccata eſſe paria:at hoc Antiocho uehementiſſimè diſplicet. Liceat tandem mihi conſiderare utram ſententiam ſequar. Præcide, inquit, * ſtatue quid libeat.id eſt ſignanter & præcisè deſume. Tracta à fabris metaphora,qui id quod abſcindere uolunt,ducta linea præcidunt:uel ab iis qui ex re communi partem ſibi eligunt prius ſignantes,poſtea deſectam auferentes. Præcidere igitur eſt non ſimpliciter & in uniuerſum aliquid dicere, ſed deſignatè & præciſè, quod Græci ἀφορίζειν dicunt. Confuſa teſtimonia latinè dicenda ſunt, quas turbas uocamus,quaſi turmatim teſtificantium teſtimonia. Liuius libro decimoſexto,Iuſſi deinde inire confuſum ſuffragium: ad unum omnes non centuriæ modò,ſed etiam homines P.Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam iuſſerunt. Formula etiam dicẽdum,quod nos ſtylum uocamus. Cicero de opti.genere oratorum, Et ad quam eos quaſi dicendi formulam reuocent, intelligant. Vnde formularij dicti à Fabio in.xij. Quorum alij ad rubricas,uel ad album ſe tranſtulerũt:& formularij,uel (ut ait Cicero) legulei eſſe maluerunt. Subſcribere dicebant quod nunc adiungere ſe dicunt. Subſcribendi igitur facta poteſtas dicendum,quod nunc dicunt, dictum eſt quòd adiungere ſe poterit. Cicero in Prætura urbana,Ei qui iſtius Quæſtor fuiſſet,

Diſquiſitio. *Decad.3 li.6.* *Decad.1.li.8.* *Cap.15.* *Cap.2.* *Decernere quæſtionem.* *Admitti ad cauſam dicẽdam.* *Conferre pedem.* *Proferre.* *Verr.5.* *Producere.* *Inſtrumẽtum litis.* *Lib.12.ca.8.* *Præcidere.* *In Lucullo, ſiue Academ. 4.* **ſtatue aliquando quid libet.* *Præcidere.* *ἀφορίζειν.* *Confuſa teſtimonia & ſuffragia.* *Deca.3.li.6.* *Formula.* *Formularij.* *Cap.3.ſub finem.* *Legulei.* *Subſcribere.* *Verr.3.*

Source : BIU Cujas

A set,& ab isto læsus,inimicitias iustas persequeretur, non modò deferẽdi nominis,sed ne subscribendi quidem, cum id postularet, facerent potestatem. Hoc etiam à Cicerone dicitur accedere ad causam,& descendere in causam, & incumbere in eandem causam, & dimittere se in causam. Cæterum subscribere aliter accipitur ab Vlpiano in.l.ulti.de priuatis delictis.ideo alibi latius explicandum. Apponere sibi præuaricatorem dicebãt,pro eo quod dicimus,curauit se per tertium adiornandum uel inquietandum, ut colluderet scilicet. Idem in Antoniana secunda, Iam uereor Patres Conscripti, ne, quod turpissimum est,præuaricatorem mihi apposuisse uidear. Dicebant

Accedere ad causam,&c.

Apponere sibi præuaricatorem.

Ius postulare.

B etiam ius postulare eum,qui requestam rationabilem facere nunc dicitur. Idem in eadem,Ius postulabas. sed quid ad rem?plus ille poterat. Et sublata intercessione, quod nunc non obstante oppositione dicimus. Idem in eadem, Cum auspicia Augur, intercessionem Consul sustulisses. Et libro tertio de Legibus, Nihil est enim exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quàm composita & constituta repub. quicquam agi per uim. Parêre iubet lex intercessori, quo nihil præstantius: impediri enim bonam rem melius,quàm concedi malæ. Et paulò pòst,Intercessor rei malæ salutaris ciuis esto.A Græcis διαπρεία dici-

Sublata intercessione.

alij legũt malam.

Intercessor.

C tur. Vnde cedere intercessioni dicebant, ut cedere prouocationi. id est non procedere ultra,& admittere oppositionem. Quod autem nunc dare congedium dicimus, illi eximere ex reis dicebãt, in criminalibus causis scilicet. Idem in Verrem act.tertia, Etenim si posset reus absente accusatore dãnari, non ego à Vibone Veliam paruulo nauigio inter fugitiuorum ac prædonum ac tua tela uenissem: quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis,ob eam causam,ne tu ex reis eximerere,si ego nõ affuissem ad diem.Et act.quinta,Condemnare Diodorũ non audet: absentem de reis eximit.Sic eximere ex ærariis, est condonare mulctam, id est quod dicimus

Διαπρεία.

Cedere intercessioni.

Eximere ex reis.

Verr.4.

Verr.6.

Eximere de reis.

D quictare emendã.Idem in secundo de Oratore,is enim qui te ex ærariis exemit,lustrum condidit,& taurum immolauit: tanta suspicio est,ut religione ciuitatem obstrinxisse uideatur Mummius,quòd Asellum ignominia leuarit.Asellus enim ille uocabatur.Eximere noxæ, est gratiam criminis facere, hoc est remissionem dare.Liuius lib.8.ab Vrb.cond. Bene habet(inquit Dictator) Quirites:uicit disciplina militaris: uicit imperij maiestas: non noxæ eximitur Fabius,qui contra edictum imperatoris pugnauit,sed noxæ dãnatus donatur populo Romano, donatur Tribunitiæ potestati, precarium nõ iustum auxilium ferenti. Eximere notæ, remittere infamiam. Gellius lib.4.

Eximere ex ærariis.

Eximere noxæ.

Non ita procul à fine.

Cap.ult.

Eximere notæ.

E Sed cum ille deierasset,inuitissimum sese ac repugnãtem oscitatione uictũ, tenerique eo uitio quod oscedo appellatur, tum notæ iam destinatæ exemptus est à Censoribus. Legitimos dies dicebant, quas nunc dilationes ordinarias uocamus, ex Cicerone & Asconio in prætura urbana. Ius suũ obtinere nõ posse dicebant eum, quẽ nunc iustitiam habere uel consequi non posse dicimus. ab Isocrate & Demosthene τυγχάνειν τῶν δικαίων dicitur:à Demosthene etiam τὸ δίκαιον ἔχειν. Cicero in eadem, Hic Philodamus postquam

Legitimi dies

Ius suũ obtinere & retinere.

τυγχάνειν τῶν δικαίων.

τὸ δίκαιον ἔχειν.

Verr.3.

ius ſuum obtinere non potuit, ut humanitatem conſuetudinémque ſuam F
Verr 5. retineret, laborabat. Alibi, ius ſuũ retinere dixit, in eundem actione quarta, Hoc edicto non Siculi, ſed iſti ipſi equites Romani qui ſuum ius retinere ſe contra Apronium poſſe erant arbitrati, ſplendidi homines, & aliis Prætoribus gratioſi, uincti Apronio traditi ſunt. Rem uel cauſam ad exemplum pertinentem uocabant, quam nunc materiam conſequentiæ importantiæq; dicunt. Plinius ad Traianum epiſtola trigeſima, Quid ergo debeam ſequi, rogo domine ſcribas, præſertim cum pertineat ad exemplum. Idem alibi ad Geminium libro octauo, referre exempli: & ad Quadratum libro nono, intereſſe exempli, pro eodem fermè dixit. Conſtitutam diem dicebant, quam G
nunc præfixam aut aſſignatam dicunt: & ſtatos dies, quos nunc ordinarios: & Edere, quod nunc per ſcriptum dare, uel per declarationem dicunt: & Amittere è manibus, pro uacuare manus, & ſe deſæſire. Idem in eadem, Tamẽ hoc nouũ genus iniuriæ ferre nemo poſſet, te, cum tuos omnes fructus publicano tradidiſſes, & rem de manibus amiſiſſes, tum bona tua repetere, ac perſequi lite atque iudicio. Idem in quinta, Nam cum te compluribus cõfirmaſſes redditurum: poſteaquam Cordius pro teſtimonio dixit te ſibi reddidiſſe, finem reddendi feciſti: quòd intellexiſti te, præda de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe. Amittere alioquin dimittere ſi- H
gnificat. Terentius in Phor. Nunc amitte quæſo hunc. Idem,

- ego in eum incidi infœlix locum,
V t neque mihi eius ſit amittendi, nec retinendi copia.

Circũducere edictum. Circunducere edictum dici debet, quod nunc lingua uernacula rabatuere defectum appellat, quo uerbo Vlpianus uſus eſt in l. Et poſt edictũ, de iudiciis. Quod nũc dicimus, defenſor ex parte ſua poterit informare: illi dicebant, Reus teſtimonium denũciare poterit & inquirere. Plinius libro ſexto epiſt. Addidit etiam petendum à Conſulibus, ut referrẽt ſub exemplo legis ambitus de lege repetund. an placeret in futurum ad eam legem adiici, I
ut ſicut accuſatoribus inquirendi teſtibúſque denunciandi poteſtas ea lege eſſet, ita reis quoque fieret. de quo uerbo alibi dicendũ eſt. Quam nũc qualitatem procedẽdi in litibus dicimus, latinè perſona dicitur. Cicero pro Plancio, Multóſque mẽſes à capite meo non diſceſſit, abiecta quæſtoria perſona, comitíſq; ſumpta. Quintilianus in quarto, In epilogo uerò licet totos effundere affectus, & fictam orationem induere perſonis. Idem alibi, Declamaturus autẽ maximè poſitas in affectibus cauſas propriis litigatoris perſonis debet induere. Vnde ferre alienam perſonam, Liuius in tertio ab Vrbe condita dixit: & Plinius in epiſtolis, pro aſſumere qualitatem, ut forenſes lo K
quuntur. Hæc habui nunc obiter quæ dicerem ad inſtaurationem latinitatis pertinentia, quod ad mores noſtros attinet: dicemus & alia nonnulla ſparſim, prout locus quiſque popoſcerit, & in mentem nobis uenerit. Nunc longius quàm inſtitueramus euagati, eò tandem reuertamur unde digreſſi ſumus. Cernere hæreditatem dicebant pro adire, auctore Feſto. Cicero ad Atti. lib. 6. Quare adiunges Aufium noſtrum, hominem ſemper amantem

Source : BIU Cujas

A me,nunc credo eò magis,quòd debet etiam fratris Appij amorem erga me, cum reliqua hæreditate creuiſſe. Et lib. 11. Literas tuas accepi pridie nonas Feb.eóque ipſo die ex teſtamento creui hæreditatem: id eſt adiui.eſt enim accuſatiui caſus.Idem ad Dolabellam,A te autem peto,ut me hãc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere. Vtitur & Liuius lib.3.ſecundi bel.Punici.Sic accipitur in.l. Cretionum, de iure deliberandi, in cod. Iuſtiniani. Videamus quid apud antiquos iuriſconſultos gentilitas fuerit. Ci- *Gentilitas. Gentiles.*
cero in Topicis, Gentiles ſunt,inquit,qui inter ſe eodem nomine ſunt,qui
B ab ingenuis oriundi ſunt,quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit,qui capite non ſunt diminuti.Nihil enim uideo ad hanc definitionem Scæuolam Pontificem addidiſſe. Gentiles ſunt(inquit Boëthius)qui eodem nomine inter ſe ſunt,ut Bruti, ut Scipiones.quòd ſi ſerui ſunt, nulla gentilitas eſſe poteſt:quòd ſi libertinorum nepotes eodem nomine nuncupentur, genti- *Gẽtilitas unde.*
litas nulla eſt:quoniam ab antiquitate ingenuorũ gẽtilitas ducitur. quòd ſi *Gentilitatis ius.*
rurſus in familia gentis ſuæ nõ mãſerint,gentiles iam eſſe non poſſunt. Fuit autẽ ius gentilitatis,ut ius ſtirpis, apud antiquos: unde Cicero lib.primo de
C Oratore,Quid,qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumuiri iudicarunt,cum Marcelli ab liberti filio ſtirpe,Claudij patricij eiuſdem hominis hæreditatem gente ad ſe rediiſſe dicerent: nónne in ea cauſa fuit oratoribus de toto ſtirpis ac gentilitatis iure dicendum? Simile illud eiuſdem pro Cornelio Balbo, Simul illud,inquit, neſciebat prædiorum nullam eſſe gentem:emptionibus ea ſolere ſæpe ad alienos homines, ſæpe ad infimos, non legibus tanquam tutelas, peruenire. Inde illud prouerbiale apud antiquos,Ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Varro libro primo rerum ru- *Ad agnatos & gentiles deducendi. Cap.2.*
ſti.de uitibus loquens, Duo in primis ſpectaſſe uidentur Italici homines in colendo, poſſéntne fructus pro impenſa ac labore redire: & utrum ſaluber locus eſſet,an non:quorum ſi alterutrum decollat,& nihilominus quis uult *Decollare pro fallere. Cap.3.*
D colere,mente eſt captus, atque ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Columella lib.primo,Porcius quidem Cato cenſebat in emendo agro inſpiciendóque præcipuè duo eſſe conſideranda, ſalubritatem cœli,& ubertatem loci:quorum ſi alterutrum deeſſet, ac nihilominus quis uellet incolere,mente eſſe captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.Quum igitur furere hominem ſignificare uolebant, ad agnatos & gentiles deducendum dicebant.Vnde Iuſtinianus libro primo Inſtitutionum, Furioſi quo- *titulo 23. Furioſi. Prodigi.*
que & prodigi licet maiores uigintiquinque annis ſint, in curatione ſunt agnatorum ex lege xij.tab. Tria igitur hæc erant iura apud antiquos,agna-
E tionis,gentilitatis,ſtirpis.Papinianus de probationibus, Quoties quæritur, *Lege prima.*
genus uel gẽtem quis haberet nécne:eum probare oportet. Sed nobiliorum fuiſſe uidetur gentilitas,ut ex illa definitione Ciceronis apparet, eorum ſci- *Gentilitas & agnatio. Cap.1.*
licet qui imagines generis ſui proferre poterãt.Inde Tranquillus in Veſpaſ. Flauia gens,inquit,obſcura illa quidem,ac ſine ullis maiorum imaginibus, ſed tamen reipublicæ nequaquam pœnitenda. Vnde imagines pro nobili- *Imagines.*
tate generis accipi ſæpe ſolent. Cicero de lege Agraria ſignificare uolens ſe

Source : BIU Cujas

Nouus homo. Oratione 2. non procùl fine.

nouum hominem,id est nulla generis nobilitate commendabilem,Consu- F
lem tamē factum,ita ad populum inquit,Quemadmodum,cum petebam,
nulli me uobis auctores generis mei commendarunt: sic,si quid deliquero,
nullæ sunt imagines,quæ me à uobis deprecentur. Idem in Pisonem, Obre-
pisti ad honores errore hominū,commendatione fumosarum imaginum,
quarum simile habes nihil præter colorē. Fumosas imagines appellauit Ci-
cero,antiquissimi generis stemma:ut legi omnino debeat apud Iuuenalem,

Fumosæ imagines.

Satyr.8.

Fumosos equitū cum Dictatore magistros. Hoc autē ius quæsiuisse se ab
Aedilitate gesta, his uerbis refert Cicero ultima in Verrem acti. Ob earum
rerum laborem ac solicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu G
sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem,ius,imagines
ad memoriam posteritatémque prodendam. Ex quo loco apparet ex hono-
ribus gestis imagines familiarum comparari, aut etiam retineri solitas esse.
Vnde in principio legis Agrariæ, Est hoc in more positum,Quirites,insti-
stitutóque maiorum,ut ij qui beneficio uestro imagines familiæ suæ con-
secuti sunt,eam primam habeant concionem, qua gratiam beneficij uestri
cum suorum laude coniungant. Qua in oratione nonnulli aliquādo digni
maiorum loco reperiūtur:plerique autem hoc perficiunt, ut tantum maio-
ribus eorum debitum esse uideatur,unde etiam quod posteris solueretur, H

Terræ filij.

redundaret.Illam autem orationem de lege Agraria Cicero cum in Consu-
latu esset,ad populum habuit. Qui autem ius gentilitatis & maiorū ima-

A sese orti. Homines noui.

gines nullas habebant,ij terræ filij,& à sese orti,& homines noui uocitabā-
tur:quibus locutionibus Cicero nō semel usus est: ut libro septimo epistol.

Epistola 9.

Cornelius quidem tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius. Sum-

Saty.6.

mo autem natus genere,per ironiam ab eo dictum est.Persius,

- Præsto est mihi Manius hæres,

Saty.4. Terræ progenies.

Progenies terræ. Et Iuuenalis, I
Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum.

Fraterculus gigantum.

Lactantius libro primo Institutionum de Saturno loquens, cœli & terræ
filio,Quæramus ergo,inquit, quid ueritatis sub hac figura lateat. Minutius
Felix sic argumētatus est,Saturnum,cum fugatus esset à filio, in Italiámque
ueniisset,cœli filium dictum, quòd soleamus eos quorum uirtutem mire-

Cœli filij.

mur,aut qui * repentinè aduenerint,de cœlo cecidisse dicere. Terræ autem,

*repentinò.

quòd ignotis parentibus natos,terræ filios nominemus.Hæ imagines Stem-

Stemmata.

mata etiam uocabantur: ut in illo Satyrici loco,Stemmata quid faciūt? Ver-

Iuuenalis Satyr.8.

bum est græcum,quemadmodum & genealogia. Cerea autem erant simu-
lachra per armaria dispositа:unde illud eiusdem, K

Tota licet ueteres exornent undique ceræ
Atria,nobilitas sola est atque unica uirtus.

Cap.2.

Tranquillus in Galba, Neroni Galba successit, nullo gradu contingens
Cæsarum domum: sed haud dubiè nobilissimus, magnáque & ueteri pro-
sapia, ut qui Imperator in atrio stemma proposuerit, quo paternā originem
ad Iouem,maternam ad Pasiphaën Minois uxorem referret. Mos autem

Ex lege posteriore,De origine iuris.

fuit

A fuit olim Romæ,ut imagines maiorum in funeribus ducerentur, ad gentilitatem oſtendendam:id quod Cicero oſtendit in ſecundo de Oratore, Brute,quid ſedes? quid anum illam patri nunciare uis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci uides? quid maioribus tuis? De anu Iunia agnata Bruti loquens,quæ funere efferebatur. Et pro Milone,Nec uerò nõ eadem ira deorum hanc eius ſatellitibus iniecit amentiam,ut ſine imaginibus,ſine cantu, ſine ludis, ſine exequiis, ſine lamẽtis,ſine laudationibus, ſine funere, oblitus cruore & luto,ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate,quã cõcedere etiam inimici ſolent,ambureretur etiam abiectus.Quo in loco cæremonias
B omnes funerum Cicero ſtrictim enumerauit. Plinius libro triceſimoquinto,Apud maiores,inquit, in atriis imagines erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificum,nec æra aut marmora.Expreſſi cera uultus ſingulis diſponebantur armariis,ut eſſent imagines quæ comitarentur gentilitia funera:ſempérque defuncto aliquo,totus aderat familiæ eius qui unquã fuerat populus.Stemmata uerò lineis diſcurrebant ad imagines pictas.Tablina codicibus implebantur,& monumentis rerum in magiſtratu geſtarũ. Aliæ foris & circa limina animorum ingentium imagines erant,affixis hoſtium ſpoliis,quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis do-
C mus ornamenta erant. Hactenus Plinius. Pro iis (ut opinor) poſteriora tempora inſignia gentilitia habuerunt,quæ arma uulgo uocãtur.quæ ipſa quoque primum,ut ſimile eſt ueri, uirtutis præmia fuerunt, ac rerum præclarè geſtarum decora.Quæ tamen geſtantium nõnulli hodie atque etiam plerique moribus ac uitæ inſtituto hoc certè perficiunt, ut tantum maioribus eorum honoris debitum eſſe uideatur,unde etiam quod poſteris ſolueretur redundaret, ut Cicero ſuprà de imaginibus dixit. Verumenimuero huiuſmodi imaginum iura ac nobilitatis inſignia damnatione reorum amittebãtur:id quod Cicero docet his uerbis in oratione pro Sylla: Nam ipſe qui-
D dem ſi erit ueſtro iudicio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ ſolatia reliquæ uitæ,quibus lætari & perfrui poſſit?Domus erit,credo,exornata,aperiẽtur maiorum imagines, ipſe ornatum & ueſtitum recuperabit. Omnia iudices hæc amiſſa ſunt: omnia generis, nominis, honoris inſignia atque ornamenta,unius iudicij calamitate occiderũt.Fuerat autem Sylla antea ambitus damnatus,qua damnatione omnia hæc amiſerat.tũc autem altero crimine repetebatur. Plinius libro octauo epiſt.ſubitas imagines appellat nobilitatem parum antiquam, ſed repentè fortunæque beneficio quæſitam. Quo modo noſtris temporibus multi extiterunt ignotis natalibus orti,qui
E ne auum quidem aut etiam patrem ciere aut poſſent,aut auderẽt: qui ſubitariis Principum beneficiis & aulicorum ſuffragationibus ſupra ciuile faſtigium euecti,ingentium ſplendidarúmque gentilitatum fundamenta iecerunt:partim eorũ tantis ornamentis digni,partim indigniſſimi: quæ magna eſt multitudo. Sic uerò illa ſtatuit rerum humanarum arbitra, uaga, inconſtans,incerta,indignorúmq; fautrix,à pleriſque etiam cæca exiſtimata,& quę in tota ratione mortalium ſola utrãque paginam facit:ſed quæ ta-

Imagines maiorum in funeribus.

Funerum cæremoniæ.

Cap. 2.

Stemmata.

Tablina.

Inſignia gentilitia, uulgo arma.

Non procul à fine.

Epiſtola 10. Ad Fabatum proſocerum.

Subitæ imagines.

Fortuna.

Plin. natura. hiſtor. lib 2. cap. 7.

Source : BIU Cujas

men deorum cultu iampridem explosō, una omnibus horis, omnium ore F
colitur, fidei iam numine uirtutísque neglecto. Plinius igitur ad prosocerū
libro octauo epistol. Neque enim ardentius tu pronepotes, quàm ego libe-
ros cupio: quibus uideor à meo tuóque latere pronum ad honores iter, &
audita latius nomina, & non subitas imagines relicturus: nascantur modò,
✶ & hunc nostrum dolorem gaudio mutent. Verum hæc epistola & aliæ nō
paucæ in codicibus impressis non leguntur: nos integrum ferme Plinium
Iucundus. habemus, primùm apud Parisios repertum opera Iucundi sacerdotis, homi-
nis antiquarij, architectíque nobilis. Non temere igitur lingua uernacula
Gentiles. Gentiles homines pro nobilibus appellat, quasi ingenuos ab origine gentis, G
Ascriptitij. & quorum maiores seruitutem nullam prorsus seruierūt: uidelicet ab ascri-
ptitiis & conditione quadam obnoxiis distinguere eos uolens, qui ob id ea-
Villani. dem lingua Villani dicuntur, quòd uillæ (unde uillici dicti) ascripti, & co-
lonariæ conditioni addicti aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint. quarum
rerum uestigia non obscura multis in locis extant: quod tamen nomen lo-
Villanus. Vilis. quentium inscitia in contumeliam iam uertit. Villanum enim & uilem
uernacula simplicitas confundit. Dicemus & nonnihil ad hoc pertinens de
libertinis & ingenuis. Dicentur & alia fortasse ad antiquitatis iuris cogni-
tionē pertinentia, ut quisque locus dicendi nobis ansam præbuerit, & di- H
cendorum admonuerit.

Ex eadem. l. paulo post, de Tribu. mili.

Tribuni militum. Interdum xx. fuerunt, interdum plures.) Lego, seni fuerunt. Liuius libro
quarto ab Vrbe cond. Peruicerunt igitur ut Tribunorum militum potius
quàm Consulum comitia haberentur: haud dubij quin sex locis (tot enim
In ipso statim initio. iam creari licebat) & plebeij crearentur. Idem libro quinto, Comitia utriusq;
populi longè diuersa ratione facta sunt. Romani auxere Tribunorum mili-
tum cōsulari potestate numerum: octo (quot nunquam antea) creati. Veien-
tes contrà, tædio annuæ ambitionis, Regem creauere. Deinde libro sexto ad I
consularia comitia reditum esse ait. Fuerunt & Tribuni militares in legio-
nibus, sed alterius erant generis, nec consulari potestate: de quibus idem Li-
uius libro nono, Duo imperia eo anno dari cœpta per populum, utraque
pertinentia ad rem militarem. Vnum, ut Tribuni militum senideni in qua-
tuor legiones à populo crearentur: quæ antea perquam paucis suffragio po-
puli relictis locis, Dictatorum & Consulum ferme fuerant beneficia. Alte-
rum, ut Duumuiros nauales, & reliqua. Hi à Græcis Chiliarchi dicuntur,
pro quo Hieronymus Tribunum Exodi decimooctauo dixit, id est mille
Chiliarchi. Ordo castren sis. Miles. Centurio. Tribunus. Legatus. Consul. Magister equitum. Dictator. uiris præfectum, & decem Centurionibus. Fuit enim hic ordo castrensis, K
ut miles Centurionis, Centurio Tribuni, Tribunus Legati, Legatus Con-
sulis, Magister equitum Dictatoris parêret imperio: ut auctor est Liuius li-
bro octauo ab Vrbe condita. Hunc autem errorem sic irrepsisse existimo:
cum enim seni hoc modo scriptum librarij reperissent V I. cum N I sylla-
ba suprapositā, ita ut V & I, sex facerent, & N I superpositum esset: existima-
uerunt uiceni legendum esse, literas numerales pro syllaba accipientes. Tri-
buni

Source : BIU Cujas

A buni militum fortaſſe dici hodie poſſunt,quos Mareſchalcos uocamus, aut certe Præfecti militum. *Tribuni. Præfecti militum.*

Ex eodem paragrapho.

Populíque conſenſu partim in carcere necati,ita rurſus reſpublica ſuum ſtatum recepit.) Deſunt hîc haud dubiè iiij uerba. Addo igitur, partim in exilium acti.nunquam enim hæc particula partim,non geminata reperitur. *Partim.* Cicero in ſecundo de Oratore,Sed eorum partim in pompa, partim in acie illuſtres eſſe uoluerunt. Idem, Eorum partim ita leuia ſunt,ut contemnenda ſint,partim etiam ſi quid habent adiumenti,ſunt nonnunquam eiuſmo- *De Oratore. lib.2.*
B di,ut inſit in iis aliquid uitij.Hoc etiam ex Liuio intelligi poteſt.Is enim refert ex Decemuiris Appiũ & Oppiũ in uincula coniectos, ſpontanea morte iudicium præueniſſe:eorum autẽ collegas exilij cauſa ſolum uertiſſe. Apud auctores autem Latinos multa ſunt huiuſmodi librariorum hallucinatione mutilata loca,cum duo inciſa membráue ab eadem dictione incipiunt, & aberrante librarij oculo alterum omittitur. *Lib.3 ab Vrbe.*

Et paulò pòſt.

Tunc ut aliquos plures patres haberẽt.)Lego aliquot, ſeptimo caſu, id eſt aliquot magiſtratibus. Liuius libro 6.in fine, Ita ab diutina ira tandem in *Haloander legit, Tunc ut aliquo pluris patres haberentur.*
C concordiam redactis ordinibus, cum dignã eam rem Senatus cenſeret eſſe, ut ludi maximi fierent,& dies unus ad triduum adiiceretur:recuſantibus id munus Aedilibus plebis,conclamatum à patriciis eſt iuuenibus,ſe id honoris deorum immortalium cauſa libenter acturos,ut Aediles fierent.Quibus cum ab uniuerſis gratiæ actæ eſſent, factum Senatuſconſultum,ut duos uiros Aediles ex Patribus Dictator populum rogaret.Idem libro ſeptimo,Annus hic inſignis nouis duobus magiſtratibus, Prætura,& curuli Aedilitate: hos ſibi Patricij quæſiuere honores pro conceſſo plebi altero Cõſulatu. Plutarchus in Mario,Poſt Tribunatum, inquit, maiorem Aedilitatem petiuit. *Aediles curules.* *In ipſo ſtatim initio.*
D Duo enim erant ordines Aedilium.Alter,in quo ipſi Aediles in iure dicendo ſellis incuruos pedes habentibus utebantur: & hic nomen magiſtratus retinebat.Alterum popularem magiſtratũ appellabant. Eodem die de utroque eligendo comitia habebantur. Curules à curru prima breui ſcribendũ,ut diſertus à diſſero,& ligula à lingua,ofella ab offa, & mamilla à mamma.De plebeia Aedilitate Iuuenalis, *Aedilium ordines duo.* *Curules.*

Et de menſura uis dicere,uaſa minora *Satyr.10.*
Frangere pannoſus uacuis Aedilis Vlubris.

De patricia Cicero in Verrem,actione ultima, Nunc ſum deſignatus Aedi-
E lis:habeo rationem quid à populo Romano acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum cæremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo plebíque Rom. ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos,qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui,Iunoni, Mineruæque eſſe faciendos:mihi ſacrarum ædium procurationem:mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam. Ob earum rerum laborem & ſolicitudinem, & reliqua,quæ ſuprà tranſcri-

Source : BIU Cujas

pſimus de gentilitate loquentes. Inde illa uerba xij tabularum,Suntóq; Aediles curatores urbis,annonæ,ludorúmque ſolennium:ollíſque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto. F

Ex eadem lege.

Deinde cum eſſet neceſſarius magiſtratus qui haſtæ præeſſet, Decemuiri litibus iudicandis conſtituti ſunt.) Lego Centumuiri. Centumuiralia iudicia à Centumuiris ſunt dicta.nam cum eſſent Romæ xxxv tribus,quæ & curiæ ſunt dictæ,terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandũ, qui Centumuiri appellati ſunt:& licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamen quò facilius nominarentur, Centũuiri ſunt dicti. Auctor Feſtus. Haſtæ autem omnino legẽdum eſt,licet Accurſius aliter ſentiat. Eſt enim haſta centumuiralis idcirco dicta, quòd Centumuiri haſta in foro ſuo poſita iudicabãt.Vnde Tranquillus in Aug.Auctor & aliarũ rerum fuit: in queis, ne acta Senatus publicarẽtur:ut cura ærarij à Quæſtoribus urbanis ad Prætorios Prætoréſue tranſiret:ut Centumuiralẽ haſtam, quam Quæſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Nec tamen ex uerbis Tranquilli iure quis contenderit Decẽuiri hoc in loco rectè legi. Centum enim uiri litibus iudicandis conſtituti ſunt,cogendis uerò Centumuiris Decemuiri,qui etiam fortaſſe ex eorum numero erãt. Nos alibi latius de Centumuiris dicemus.Enimuero quod de Centumuiris Feſtus ait,qui cum centum & quinque eſſent,id eſt ter trigintaquinque,centum tamen appellãtur propter numeri integritatem,appellandíque compendium:ſimile eſt illi de Septuaginta interpretibus,auctore Auguſtino lib. 18.de Ciuit.dei. Cum enim duo & ſeptuaginta eſſent,utpote ex ſingulis tribubus ſeni,Septuaginta tamẽ interpretes appellati ſunt.Cui loquendi conſuetudini contrarius error irrepſit Lucæ 14.de duobus & ſeptuaginta diſcipulis domini noſtri, Poſt hæc autem deſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos.Et aliquanto pòſt,Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοὺς ἀνὰ δύο πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Septuaginta græcè utrobique legitur.Nec uerò ignoro homines undiq; reclamitaturos,utpote opinione præſumpta auctoritatis tantę interpretis(quem ipſi falſò Hieronymum fuiſſe credunt) receptæque iam tot ſeculorum conſenſu huius noſtræ interpretationis,quam ut ſacroſanctã attingi non poſſe ſine ingenti piaculo multi uociferantur. Quod uerò ad me attinet, ſacroſanctam prorſus Lucæ hiſtoriam puto,qui ipſe græcè ſcripſit. Hanc autem noſtram permultis in locis ab illa matrice ſua degenerantem oſtendere facilè poſſim,ſi tamen ueritatem audire quoquo modo ſibi perſuaſerint. Sed ſic eſt ingenium eorũ, quibus in erroribus parentum conſeneſcere contigit,ut ne ſi ſolem quidem in manibus geſtes(ut Firmianus inquit) fidem doctrinæ rectiori commodent.Laurentius Vallenſis plurimas interpretis noui teſtamenti hallucinationes haud aſpernandas adnotauit,edito de hoc opere,in quo moroſiuſculè minima quæque perſequitur. Nos uerò alias non paucas præterea obſeruauimus quas ille prætermiſit, animaduerſione ut exiſtimauimus dignas,

Ex eadem lege,De Tribunis militum. in hoc

Centumuiri. *Tribus Romæ 35.* *Curiæ.*

Haſta. *Centumuiralis haſta.*

Cap.36.

Decemuiri.

Cap.42. *Septuaginta interpretes & diſcipuli.*

Lucæ locus.

Hieronymi non eſt noui teſtamenti tralatio.

Laurentius Valla. *In tralatione noui teſtamẽti errata.*

G H I K

Source : BIU Cujas

A in hoc ipso etiam Luca non indignas notatu: sed non est hoc tempus eas percensendi,nec institutum nostrum. Vt tamen specimen aliquod earum præbeam,iam primum uideamus proœmium eiusdem an rectè traductum sit,immo an omnino sensus consentaneus ex eo elici possit.quod idem Lucas scriptum ita reliquit, ut nos in exemplari græco legimus uisendæ antiquitatis,quod est apud diui Victoris ad urbem, ἐπειδὴ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς, καθεξῆς σοὶ γράψαι κράτιστε Θεόφιλε, ἵνα ἐπιγνῶς περὶ ὧν κατηχήθης λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Quæ uerba nos ita uerti potuisse ad uerbum sensumque arbitramur, Quandoquidem multi aggressi sunt enarrationem astruere de rebus inter nos compertissimis,quemadmodũ tradidere nobis qui spectatores ipsi fuerunt iam inde ab initio,ministríque ipsius uerbi, certum est & mihi assectatori pridem omnium assiduo,deinceps tibi scribere optime Theophile, ut agnoscas eorum sermonũ certitudinem,in quibus ipse institutus es. Verbum autem hîc pro filio dei intelligendum Laurentius Valla rectè censuit, non pro sermone,ut interpres transtulit,qui huius proœmij sensum nõ percepisse mihi certè uidetur, quod alioquin non cuiuis est facile intellectu. *Lucæ locus.*

C Quòd si Laurentius tam græcè doctus fuisset quàm Latine acutus fuit, non hunc locum (ut opinor) intactum præteriuisset. Se autem Lucas propterea idoneum fuisse testatur qui euangelicam historiam scriberet,quòd diligenter sectatus sit & audierit discipulos Christi,qui oculati testes rerum eius gestarum fuerunt,auritíque uerborum. Multa sunt ualida argumẽta hanc interpretationem Hieronymi non esse, sed nullum maius quàm iudiciũ eorum qui stilum eius nouerunt. Hic autem noster ut non indoctus fuit, sic sæpe oscitator deprehenditur: atque etiam nonnunquam latinitati uim afert,dum schemata gręca pugnante latinorum idiomate reddere totidẽ uerbis nititur: *Laurentius Valla græcè non tam doctus quàm Latinè.* *Hieronymi nõ esse interpretationẽ noui testamenti, quam habemus.*

D quale est illud eiusdem Lucæ xix. Videns ciuitatem, fleuit super illam,dicens,Quia si cognouisses & tu,& quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi,nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. ὅτι εἰ ἔγνως καὶ σὺ, καὶ γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σου, νυνὶ δὲ ἐκρύβη. Qui locus uerti sic dilucidè & rectè(ut arbitror)potuit,Quòd si cognouisses & tu, & in hoc saltem die tuo ea quæ ad pacem tuam pertinebant,nunc autem abscondita sunt, & reliqua. Hoc sensu,O si agnouisses tu quoque salutare tuum,quàm bene olim tecum ageretur?quàm felix futura eras?Est enim oratio defectiua, qualis esse solet hominis misericordia doloréque affecti: cuius hic sensus, Iudæos cæcitate *Lucæ locus.*

E mira tempus aduentantis gratiæ non intellexisse, immo post aduentum inter eos uersantem gratiam non agnouisse,quam pacem ipse uocat, maximè Iudæorum gratia cœlo demissam. Vnde paulo pòst,tempus uisitationis suæ non cognouisse eos dixit.Quem locum Lyranus nõ intellexit: nec mirum, cum ex illis uerbis sensus elici uix possit. Interpres enim nimium fidus,ut inquit Horatius,dum uerba totidem adnumerare latina græcis uerbis uoluit,sententiæ pondus sæpe non retinuit.Quo in genere in multis locis iuris *Gratia.* *Pax.* *Interpretis officium.* *In arte poëtica.*

Source : BIU Cujas

Tribonianus. perniciosè erratum est. Tribonianus enim ea quæ à Iurisconsultis græcè F
scripta inuênit,eodem sermone transcripsit. Indoctiore uerò seculo quodá
cum pauci iam græcè scirent,in latinum græca illa uersa sunt, sed ab iis qui
nec græcè nec latinè satis scirent.Huius generis est bona pars tituli de excu-
sationibus,& multa Pandectarum loca.Nec maior fuit solertia in multis le-
Lucæ locus. gibus Codicis, quas stilus facilè prodit. Eiusdem Lucæ 15. Proferte stolam
primam,& induite illam,& inducite uitulum saginatum. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, uerti sic debuit, Proferte uel promite stolam illam primam. ἐξενέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν, Educentes uitulum illum saginatilem. Nõ enim de
quacunque stola,uel de quolibet uitulo in genere, sed de certa quadam ue- G
ste,& de certo quodam uitulo, quasique in deliciis habito, & quo domi-
Articuli Græ ciuis. nus oblectabatur,intelligendum:ut ex ui articuli græci constat iis qui græ-
Ioan.locus. cè intelligunt. Cui simile est illud Ioan.pri. Propheta es tu? respondit,Non.
Et paulò pòst,Et confessus est quia non sum Christus. Sic autẽ uerti debuit,
Illéne propheta es tu? ὁ προφήτης εἶ σύ; Virgilius,Túne ille Aeneas?&,Nõ sum
ego ille Christus.Non enim Ioannes negare potuit se esse prophetam,sed se
non maximum illum esse prophetam,& Christũ illum uaticiniis prophetа-
rum decantatissimum,cuius esset tanta expectatio.Hæc autem sine empha-
tica dictione prolata,quæ per articulũ græcè significatur,sensum congruen- H
Lucæ locus. tem non habẽt.Quid illud eiusdem Lucæ xiij.de ficu,Dimitte illam & hoc
anno,& si quidem fecerit fructum:sin autem,in futurũ succides eam.Nónne mutilatum uidetur iis qui græcè non legerunt? cum tamen ad uerbum traductum sit, καὶ μὲν ποιήσῃ καρπὸν, εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. Hunc locũ
sic uertissem,Et si quidem fecerit fructum, sinas eam uiuere:sin secus,in fu-
Anantapodoton. turum succidas eam.Est enim schema græcum,quod Anantapodoton dicitur,Atticæ linguæ proprium,oratio scilicet uno membro defecta.quo schemate Aristophanes in Pluto usus est: καὶ μὲν ἀφελῶ μόνῳ ἀγαθῶν ἕκαστον αἰτίαν ἐμὲ ὑμῖν, ἀλλ' ἐμέ πεξῶντας ὑμᾶς. εἰ δὲ μή, ποιεῖτον τοῦθ' ὃ πρὸ αὐ ὑμῖν δοκῇ. ubi ἐάσατε, id est sinite I
me abire,subintelligendum.Hoc tamen schemate Cicero in fine Bruti usus
est,de oppressa republica loquens: Equidem,inquit,etsi doleo me in uitam
paulo serius tanquam in uiam ingressum, priusquam confectum iter sit,in
hanc reipub.noctem incidisse,tamẽ ea consolatione sustentor,quam tu mi-
hi Brute adhibuisti tuis suauissimis literis:quibus me forti animo esse opor
tere censebas,quòd ea gessissem,quæ de me etiam me tacente ipsa loqueren
tur,mortuóque uiuerent:quæ si rectè esset saluti reip.sin secus,interitu ipso
testimonium meorum de rep.consiliorum darent. Quo in loco præposterè
Emendatus locus Ciceronis. uulgo legitur mortuo uiuerẽntque,pro mortuóq; uiuerent. In quibus uer- K
bis quæ mutilata esse aliquando credidimus, quatuor hæc uerba subintelli-
guntur,perpetuam mihi gloriam compararent,ante hanc particulam sin se-
cus:quanquam si legatur salute in ablatiuo, plena erit oratio, quod magis
probandum est,ut quidem distinguamus post uerbum esset, si recte esset, εἰ οὗ εἶχεν. Hoc autem schema tribus modis usurpatur, in principio, in medio,
& in fine,ut docet interpres Aristophanis.In illo autem loco Lucæ,& in hoc

Ex eadem lege, De Tribunis militum. Ciceronis

Source : BIU Cujas

A Ciceronis,in medio eſt anantapodoton.Exemplũ autem eius quod ſit à fine, inuenimus & apud eundem lib.7.epiſt.ad Attic. Reſpõſa Pompeij grata po- *Epiſtola 16.*
pulo,& probata concioni eſſe dicuntur. Ita putaram.Quæ quidem ille ſi repudiarit,* tacebit:ſi acceperit.Vtrum igitur mauis inquies?Reſponderem,ſi *iacebit.
quemadmodum parati eſſemus,ſcirem. Quorum uerborũ hæc fermè ſententia eſt:Cæſar in bello ciuili ad Pompeium & ad Senatum Legatos miſerat.His Pompeius pacis conditiones tulit ad Cæſarem referendas, quod factum Pompeij gratum populus habuit,ut in concione declarauit:hoc autẽ ita futurum Cicero præuidiſſe ſe dicit.Si igitur(inquit Cicero)Cæſar condi-
B tiones latas non acceperit,nihil reſpondebit,ſed rem armis geret:ſin acceperit,Legatos iterum mittet.quam clauſulam aut aliam non abſimilem Cicero figuratè reticuit. Non igitur uitio dandum eſt interpreti quod ad hunc locum pertinet:figurã enim Græcam imitandam eſſe iudicauit. Eiuſdẽ modi fortaſſe illud eſt in epiſt. Diui Petri priore, cap.2. ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ, τοῖς πιστεύουσιν. ἀπειθοῦσι δέ. Alioqui conſtructio eius loci explicari non poteſt. Vobis autem honor qui creditis,cõtumacibus autẽ, uel non credentibus autẽ. ubi αἰσχύνη, uel ἀτιμία, uel quid ſimile ſubintelligitur. Hoc autẽ uerboſius fortaſſe dixi: ſed res mihi digna cognitione uiſa eſt.Nos enim aliquando (ut diximus)in
C huiuſmodi locis hæſimus.Alibi hic noſter interpres intelligẽtia(ut uidetur) lapſus eſt eiuſdem Lucæ cap.12. Videte & cauete ab omni auaritia, quia nõ *Lucæ locus. Erratum in ſententia.*
in abundantia cuiuſquam uita eius eſt ex iis quæ poſſidet, ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας.ἐπεὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἐστὶν ἡ ζωὴ αὐτοῦ τινὶ οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. Vbi pulcherrima ſententia inepto uerborum inuolucro ſepulta mihi uidetur & obruta.Videte(inquit dominus noſter) & cauete ab acquirendi cupiditate, ſiquidẽ non in redundando cuiquã ipſi uita eſt ex facultatibus ſuis. Significare autẽ his uerbis uoluit uitã hominis non in eo ſitam eſſe, uel eo ſubnixam,quo facultates eius iuſtam & ſufficientem ſortẽ exuperant, & quo per
D interuerſas res alienas auctiores factæ ſunt.πλεονεξία enim,quo uerbo Lucas *Pleonexia.*
uſus eſt,non quãuis auaritiam ſignificat, ſed affectionem illam animi circunſcribendi auidam,& ex communi aceruo pleniores ſibi partes deſumere paratam.Omni autẽ auaritia,in Græco non legitur.Eodẽ pertinet illa Heſiodi celebris ſententia, νήπιοι, οὐκ ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Stulti, inquit, neſciunt quanto plus dimidium ſit toto.Nam illud in eodem cap.Ignem ueni *Lucæ locus.*
mittere in terrã,& quid uolo niſi ut accendatur? Græcè aliter legitur, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; Et quid uolo ſi iam accenſus eſt? Vitiũ hoc fuit exemplaris, quod interpres ſecutus eſt.Sed iam ſatis ſupérque de his diximus, quæ certè
E deſtinatã ſibi ocioſamque diſputationẽ deſiderant. Hæc enim pauca ex multis in manus inciderunt ex uno tantùm Euangeliſta, quæ tamen Laurentius non attigit, tametſi ex profeſſo id aggreſſus: qui niſi huius inſtituti inuidiã omnem ad ſeſe prętraxiſſet,nos uerbum de hac re facere haudquaquam auderemus.tametſi res eſt multis iam in hac etiã urbe nota,aut certè æſtimabilis,id eſt literarum Græcarum ſtudioſis, ne nos impoſturam fortè facere inter neſcios linguæ peregrinæ his adnotandis uideamur.

Source : BIU Cujas

Ex eadem lege,in Paragrapho, Et hæc omnia. F

Qui Præfectus olim conſtituebatur.)

Legendum fortaſſe,cõſtituebat urbem. Hunc autem præfectum urbis Auguſtus primum inſtituiſſe uidetur,ex Tranquillo in Auguſto, Quóq; plures partem adminiſtrandæ reipub.caperent,noua officia excogitauit:curam operum publicorum,uiarum & aquarum, aluei Tyberis, frumenti populo diuidẽdi,præfecturam urbis. De Præfecto autem Latinarum Gellius libro decimoquarto,Præfectum urbi,Latinarum cauſa relictum, Senatum habere poſſe Mutius negat,quoniã ne Senator quidem ſit,neque ius habeat ſententiæ dicendæ.Marcus autem Varro & Atteius Capito,ius eſſe Præfecto Senatus habendi dicunt.Idem alibi.Varro eos ponit,per quos more maiorum Senatus haberi ſoleret,eóſque nominat, Dictatorẽ,Conſules,Prætores, Trib. pleb.Interregem,Prẹfectum urbis.Ex his uerbis Gellij,Præfectus urbis & Latinarum idem fuiſſe uidetur. De feriis Latinis Macrobius libro primo Saturn.Conceptiuæ, inquit,feriæ ſunt, quæ quotannis à magiſtratibus uel ſacerdotibus concipiuntur in dies certos uel incertos,ut ſunt Latinæ, Sementinæ.Idem,Quare nec Latinarum tempore,quo publicæ quondam inducię inter Romanum populum Latinóſque firmatæ ſunt,inchoari bellum decebat. Senſus eſt igitur,ut arbitror, Præfectum urbis olim conſtituendæ urbi creatum eſſe,deinde Latinarũ cauſa plerũq; creari ſolitũ: quod obſeruabatur quotannis.Quod autẽ hîc de quæſtionibus publicis dicitur à Sylla inſtitutis,id Cicero ita ſcribit in Bruto de Carbone oratore loquens, Hic optimus illis temporibus eſt patronus habitus, eóque forũ tenente plura fieri iudicia cœperũt.nam & quæſtiones perpetuæ hoc adoleſcẽte conſtitutæ ſunt, quæ antea nullæ erant.Lucius enim Piſo Trib.pleb.legem primus de pecuniis repetundis,Cenſorino & Manilio Conſulibus,tulit. Quæſtiones hîc pro iudiciis publicis intelligi debent,quemadmodum ſuprà ſatis diſſeruimus.

Cap.37.

Præfectus Latinarum. Cap.ult.

Senatus per quos haberi poterat. Lib.14.ca.7. Præfectus urbis. Cap.16.

Latinæ feriæ.

Quæſtiones perpetuæ.

G H

Ex eadem lege,Paragrapho, Fuit poſt eos. I

Quem populus Rom.Sophyn appellauit.)

Legendũ Sophon. Sophi dicti ſunt non modò ſapientes, quales ſeptem illi æquales qui ἑπτὰ σοφοί, id eſt ſeptem ſapiẽtes dicuntur,ſed etiã docti & acuti. Vnde antiqui cum aliquẽ laudare uolebãt, Sophon appellabant.Hinc illud Plinianum in epiſtolis, Sequũtur auditores actoribus ſimiles, cõducti & redempti mancipes:cõuenitur à cõductis & redemptis, in media baſilica tam palàm ſportulæ quàm in triclinio dãtur:ex iudicio in iudiciũ pari mercede trãſitur:unde iam nõ inurbanè σοφοκλεῖς ἀπὸ τῆς σοφοὶ καλεῖσθαι dicuntur. Iiſdem Latinum nomẽ impoſitum eſt Laudicœnis,& tamen creſcit in dies fœditas utrâque lingua notata.Actores cauſarum(inquit Plinius)ſportularum mercede laudatores ſibi redimebãt:qui orantibus ſucclamarẽt ſophos,id eſt ſcitus,uel ſcitè potius circũflexa poſteriore ſyllaba σοφῶς, ut cum dicimus ſcitè aliquid dictũ,id eſt doctè & acutè. Ex quo Sophocleis Græco uocabulo dicti ſunt illi, & Latinè Laudicœni, hoc eſt cœna pacta laudari ſeſe iubentes. Inde illud Martialis,Grande ſophos,id eſt magna uoce acclamatum.

Sophi.

Lib 2.epiſtola 14.

Σοφοκλεῖς. Laudicœni.

Σοφός. Σοφῶς. Sophocleis.

Lib.1.ad librum ſuum.

K

Et

Source : BIU Cujas

A Et paulò pòſt,de Marco Porcio,Paragrapho,

Sed plurimi filij eius.)Cato unicum filium ſuperſtitem reliquit.Plurimi igitur libri intelligendum,non plurimi filij. Hic eſt ille Cato elogio Liuiano clarus,lib.9.de bello Macedonico,& Marci Tullij libro primo de Oratore. *Cato.*

Ex.l.eadem,Paragrapho,Etiam Lucius Craſſus.

Hunc Cicero ait Iuriſconſultorum diſertiſſimum.) De quo & Quinto Scæuola idem in Bruto ita inquit, Noli,inquam,Brute exiſtimare his duobus quicquam fuiſſe in noſtra ciuitate præſtantius. Nam cum cõſtet(ut antè dixi)conſultorum alterum diſertiſſimum, diſertorum alterum conſultiſ- *Lucius Craſſus,& Quintus Scæuola.*

B ſimum fuiſſe:ſic in reliquis rebus ita diſſimiles erãt inter ſeſe, ſtatuere ut tamen non poſſes utrius te malles ſimiliorem. Craſſus erat elegantium parciſſimus,Scæuola parcorum elegantiſſimus.Craſſus in ſumma comitate habebat etiam ſeueritatis ſatis,Scæuolæ multa in ſeueritate non deerat tamen comitas.Cicero igitur non Publium Mutium Iuriſconſultorum diſertiſſimũ dixit,ſed Quintum Mutium huius filium, cuius meminit Pomponius ſequenti Paragrapho. Ita hallucinatus uidetur Pomponius hoc in loco. Nam ſi de Craſſo intelligas,eodem reuoluêre: fuit enim diſertorũ conſultiſſimus, non diſertiſſimus conſultorum.

C Et paulò pòſt,de Seruio Sulpitio.

In cauſis orãdis primũ locũ,aut pro certo poſt Marcũ Tulliũ obtineret.)

Lego,aut certè,pro aut ſaltem:quæ locutio frequentior eſt apud doctos, quàm ut egeat nunc exemplo:unum tamen nunc ſubit Ciceronis in Bruto, Quo enim,inquit,uno uincebamur à uicta Græcia, id aut ereptum illis eſt, aut certè nobis cum illis communicatum: de eloquentia loquens. *Aut certe.*

Ex eadem,paulò pòſt.

Cúmq; eum ſibi reſpondiſſe de iure.) Aut ſenſus nullus erit,aut reſpondentem legendum.De hoc Seruio & Cicerone Brutus ad Ciceronem ita in- *Haloander legit reſpondẽtem.*

D quit in Bruto Ciceronis, Mihi & tu uideris tãtum iuris ciuilis ſcire uoluiſſe,quantum ſatis eſſet oratori: & Seruius eloquẽtiæ tantum accepiſſe, ut ius ciuile facilè poſſet tueri.Et paulò inferius Cicero ad Brutum, Sic enim,inquam,Brute exiſtimo,iuris ciuilis magnũ uſum & apud Scæuolam,& apud multos fuiſſe:artem in hoc uno.quod nunquam effeciſſet ipſius iuris ſcientia,niſi eam prẽterea didiciſſet artem,quæ doceret rem unam uniuerſam tribuere in partes,latẽtem explicare definiendo,obſcuram explanare interpretando,ambiguam primùm uidere,deinde diſtinguere,poſtremò habere regulam qua uera & falſa iudicarentur,& quæ quibus propoſitis eſſent, quæq;

E non eſſent conſequentia.Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam,quaſi lucem ad ea quæ confusè ab aliis aut reſpondebantur,aut agebantur. Dialecticam mihi uideris dicere,inquit. Rectè, inquam, intelligis: ſed adiunxit etiam & literarum ſcientiam,& loquendi elegantiam, quæ ex ſcriptis eius, quorum ſimilia nulla ſunt, facillimè perſpici poteſt: & reliqua quæ proſequitur Cicero,his conſentanea quæ à Pomponio dicuntur. Vtinã uerò tres nunc Seruios haberemus pro ſexcentis iſtis Accurſianis,id eſt tres *Dialecticæ laus.* *Dicendi peritia.* *Legulei carpuntur.*

Source : BIU Cujas

ueros iuſtos germanóſque,&(ut ita dicam)maiorum gentium Iuriſconſul- F
tos,omnium diſciplinarum politicarum cognitione inſtructos, pro ſpuriis
& degeneribus,& conſultorum nomen emẽtitis: illorũ tamen iamdiu ſuc-
cidaneis.Huic Seruio Sulpitio in legatione defuncto Cicero ſtatuã pro ro-
Philippica nona. ſtris ponẽdam à Senatu impetrauit, habita oratione illa quæ Philippica no-
na dicitur,in quam multa de Sulpitij laudibus congeſſit.

Ex eadem,de Cicerone.

Et eius extat oratio ſatis pulcherrima.)

Sanè,non ſatis cũ ſuperlatiuo. Lego non ſatis,ſed ſanè,uel omnibus quæ uidi exemplaribus refragantibus.
Tranquillus in Cæſare,cap.35.Cum Ptolemæo rege, à quo ſibi tendi inſidias G
Haloãder nec ſatis habet, nec ſanè. uidebat,bellum ſanè difficillimum geſſit.Satis autem particula cum ſuper-
latiua ſignificatione diſſidet.Et alioqui non pulcherrima tantum,ſed etiam
Commendatio orationis pro Ligario. quàm pulcherrima oratio illa dici debuit,à Quintiliano maximè commẽ-
data.Admirari enim non ceſſat ille quoſdam orationis eius locos, ut illum,
Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat?&
reliqua.Et rurſus illum,Quid autem agimus Tubero?Et ita illum,Suſcepto
bello Cæſar,geſto iam ex magna parte.& reliqua.De hac oratione apud Plu-
Cæſar. tarchum in Tullio ita legimus,In cauſa Quinti Ligarij,quæ apud Cæſarem
Dictatorem acta eſt, fertur Cæſar ita animatus fuiſſe, ut Ligarium omnino H
pro cõdemnato haberet:& cum Cicero defenſurus uenit,dixiſſe ad amicos,
Reum quidem damnare certiſſimum eſt,nihil tamen prohibet Ciceronem
Orationis uis audire.Verùm idem ille qui hoc dixerat, mox agente oratore, propoſitum
damnandi tenere non potuit.Prudentiſſima enim & artificioſa oratio cum
gratia & plenitudine ad aures eius perueniens,tam uariè mentẽ eius affecit,
ut ſæpe uultũ colorémq; mutaret. Vbi uerò ad cõmemorationẽ pugnæ de-
uênit,cum in accuſatorẽ acriter cõuerſus illa uerba dixit,Quid enim Tube-
ro,tuus ille gladius,& reliqua:eo iſta dicente, Cæſarem ita extra ſe poſitum
& mente alienatũ ferunt,ut toto corpore excuſſo, libellos quos manu tene- I
bat,abiiceret:denique ui coactus cõtra propoſitum animi reum abſoluit.

Idem de Tuberone.

Sermone etiam antiquo uſus affectauit ſcribere.) Melius in quibuſdam
Verſus xij tabul. libris non uſus,ſed uerſus legitur. Verſus autem intelligendi.xij tabul. Hu-
iuſmodi enim uerſibus compoſitæ erant,

Apud Cic. de Legib. lib. 3. Iuris diſceptator,qui priuata iudicet,iudicaríue iubeat,Prætor eſto.
Is iuris ciuilis cuſtos eſto. Huic poteſtate pari quotcunque Senatus cre-
uerit,populúſue iuſſerit,tot ſunto.

XII. Duodecim. Vnde Cicero libro ſecundo de Legibus, Diſcebamus enim pueri xij.ut K
carmen neceſſariũ,quas iam nemo diſcit. Duodecim autẽ loquendi com-
paulo antè. pendio appellabantur leges xij tabul.ut hoc in loco Ciceronis.Et alibi apud
eundem,Iam cætera in duodecim, Minuendi ſunt ſumptus lamentationéſ-
que funeris,tranſlata de Solonis ferè legibus.Huiuſmodi autem uerſus nõ-
nulli erant obſcuri propter uerborum antiquitatem,ut ille,

Leſſum, eiulatio funebris. Mulieres genas ne radunto,néue leſſum funeris ergô habento.

Antiquarij

Source : BIU Cujas

A Antiquarij autem homines dicti ſunt qui uoces priſcas & iam diu deſi- *Antiquarij.*
tas curioſè conſectantur, quo uerbo Tranquillus uſus eſt: hos Græci φιλαρ- *In Auguſto*
χαίους appellant. Huiuſmodi ſcriptores noſtra memoria quidã extiterunt uſ- *cap. 86.*
queadeo in hoc uitio immodici, ut interpolandam linguam priſcam ſuſce-
piſſe uiderentur. Quo nomine Tyberius ab Auguſto ſæpe reprehenſus eſt,
de quo ita inquit Suetonius, Sed nec Tyberio parcit, exoletas interdum & *Ibidem.*
reconditas uoces aucupanti. Marcum quidem Antonium ut inſanum in- *Verba exo-*
crepat, quaſi ea ſcribentem quæ mirentur potius homines quàm intelligant. *leta fugiẽda.*
Antiquarium quendam his uerbis Fauorinus apud Gellium reprehẽdit li-
B bro primo: Curius (inquit) & Fabritius, & Corũcanus antiquiſſimi uiri, pla- *Cap. 10.*
nè ac dilucidè cum ſuis fabulati ſunt: neque Auruncorum aut Sicanorũ, aut
Pelaſgorum, qui primi coluiſſe Italiam dicuntur, ſed ætatis ſuæ uerbis locu-
ti ſunt. tu autem perinde quaſi cum Euandri matre nunc loquare, ſermone
multis annis iam deſito uteris, quòd ſcire atque intelligere neminẽ uis quæ
dicas &c. Antiquarij etiam dicuntur, antiquitatis nondum exoletæ ſtudioſi *Antiquarij.*
peritíque, quorum ſcripta iucũda quadam rediuiuáque interdum antiqui-
tate ueluti diſtincta ſunt: qualis fuit olim Saluſtius, & noſtro tẽpore Theo- *Saluſtius.*
dorus Gaza, doctorum elogiis eo maximè nomine commendatus. Propter- *Theodorus*
C ea Quintilianus libro primo, Verba (inquit) à uetuſtate repetita, non ſolùm *Gaza.*
magnos aſſertores habent, ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam, *Cap. 11.*
non ſine delectatione. Nam & auctoritatem antiquitatis habent: & quia in-
termiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant: ſed opus eſt modo. Et paulò
pòſt, Ergo ut nouorum optima erunt maximè uetera, ita ueterum maximè
noua. Iuuenalis, Ignotóſque mihi tenet antiquaria uerſus. *Saty. 6.*

Ex eadem, de Maſſurio Sabino.

A Tyberio Cæſare hoc tamen illi conceſſum erat.) Hic locus in omni-
bus quæ uidi exemplaribus parum emendatè legitur. Ego uerò ſic legendũ
D arbitror, A Tyberio Cæſare hoc tum illi conceſſum erat.

Et paulò pòſt, de Labeone.

Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris operis ſapien-
tiæ operam dederat.) Lego, Vt qui cæteris temporibus. Ingenij autem qua-
litate corruptum eſſe puto, fortaſſe pro facilitate.

Et paulò pòſt, de Diuo Adriano.

Cum ab eo uiri prætorij peterent, ut ſibi liceret de iure reſpondere: re-
ſcripſit eis, non hoc peti, ſed præſtari ſolere: & ideo ſi quis fiduciam ſui ha-
beret, delectari ſe, populo ad reſpondendum ſe præpararet.)
E Hunc locum Accurſius intelligendũ putauit, ut hoc peti à Principe ho-
neſtè non poſſit, licet à Principe honeſtè concedatur. Ego uerò hoc dictum
apophthegmaticum eſſe puto: hoc ſenſu, ut Adrianus dicat, non ſe id expẽ-
ſum beneficiis, ſed acceptum potius ferre ſolitum eſſe. Hoc eſt, nõ exiſtima-
re ſe beneficium iis conferre qui indultu ſuo de iure reſponderẽt, ſed ab eis
accipere, ut quorum opera maximè delectaretur. Siquidem Spartianus de
eo ita inquit, Omnes profeſſores & honorauit, & diuites fecit, licet eos quæ-

Source : BIU Cujas

ſtionibus ſemper agitauerit. Poteſt autē & commodè ſic intelligi, Non hoc F
petendum eſſe à Principe, ſed efficiendum eſſe. Hoc enim præſtare ſignificat.
Cicero in tertio Officiorum, Sin autem dictum nō omne præſtandum eſt:
quod dictum non eſt, id præſtandum putas? id eſt, Si etiam non omnia im-
Præſtare. plenda efficiendáque ſunt, quæ in uenditione dicta ſunt. Præſtare enim per-
In proœmio lib 1. nō procul ab initio. ficere eſt. Quintilianus, Quāuis non tam me uinceret præſtandi quod exi-
gebatur fiducia, quàm negandi uerecundia. Senſus eſt igitur, Non oportere
ueniam à Principe peti publicè reſponſitādi, ſed impetrandæ ueniæ ipſi ſatis
eſſe documentum ſui dare, induſtriæque ſuæ unumquenque eouſque ſpe-
cimen edere, ut uideatur præſtare impleréq; id munus poſſe. Proinde ſi quis G
ea fiducia fretus eſſet, in medium prodiret. Cicero lib. 3. de Oratore in perſo-
na Craſſi loquens, Equidem ſæpe audiui de patre & de ſocero meo, noſtros
quoque homines qui excellere ſapientiæ gloria uellent, omnia quę quidem
tum hæc ciuitas noſſet, ſolitos eſſe cōplecti. Meminerant enim Sextū Aeliū,
Iuriſconſulti copiā ſui faciebant. M. uerò Manlium nos etiam uidimus tranſuerſo ambulantem foro: quod
erat inſigne, eum qui id faceret, facere ciuibus omnibus conſilij ſui copiam.
Ad quos olim & ita ambulantes, & in ſolio ſedētes domi, ſic adibatur, non
ſolum ut de iure ciuili ad eos, uerùm etiam de filia collocanda, de fundo
emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio aut negocio refer- H
retur. Hæc fuit P. Craſſi illius ueteris, hæc Titi Coruncani, hæc Scipionis pru
dentiſſimi hominis ſapientia, ut ad eos de omnibus diuinis atque humanis
**apud.* rebus referretur: iidémque & in Senatu, & * ad populum, & in cauſis ami-
Præſtare fidē, & culpam, & cætera. corum, & domi & militiæ conſilium ſuum fidémque præſtabant. Præſtare
interdum accipitur à iuriſperitis, pro exitum rei in ſe recipere, uel alienæ
culpæ diſpendium uelle luere: ut præſtare euentū, præſtare promiſſum alie-
Lib. 5. epiſtola 11. num. Sic Cicero ad Vatinium, De ſeruo Dionyſio, ſi me amas, confice: quā-
cūque ei fidē dederis, præſtabo. Idē de Oratore lib. primo, Perge uero Craſſe:
iſtam enim culpam quā uereris, ego præſtabo. id eſt, ego in me recipio. hoc I
ἐςγυᾶσθ. Græcè ἐγγυᾶσθ dicitur. Demoſthenes, τοῦτο τοίνην ἐποίησε τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος Αἰσχίνη,
τίς ἀγορεύειν βούλεται, οὐ τίς αἰτιάσασθ περὶ τῶν παρεληλυθότων, οὐδὲ τίς ἐγγυᾶσθ τὰ μέλλοντα
ἀναδέχεσθ. ἔσεσθ. Id eſt præſtare rerum futurarum euentum. Dicitur & ἀναδέχεσθ.

Ex lege ſecunda, de Legibus.

Lex eſt cui omnes homines, & reliqua.) Hæc uerba in antiquis exempla-
ribus non leguntur, ſed lacuna relicta eſt textu Græco implenda, quēadmo-
dum & in multis Pandectarum locis, plerique autem eiuſmodi ſunt, ut ex-
pleri non poſſint, cum ab auctoribus qui hodie extant, repeti nequeant. Hic
Demoſthenes uerò locus facilè reſtitui poteſt ex Demoſthene, cuius hodie orationes ex- K
tant numero ſupra ſexaginta. Hic eſt ille Demoſthenes orator nobilis, qui
bonam partem orbis gloria ſui nominis impleuit. Is igitur in oratione quę
in Ariſtogitonem prior inſcripta eſt, ita inquit, καὶ τοῦτ' ἐστὶ νόμος, ᾧ πάντας προ-
σήκει πείθεσθ διὰ πολλὰ, καὶ μάλιστ' ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν. δόγμα δὲ φρο-
νίμων ἀνθρώπων. ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων. πόλεως δὲ συνθήκη
Lex. κοινὴ, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν πόλει. Id eſt lex, cui omneis homines obtēperare
conuenit,

Source : BIU Cujas

A conuenit,cum ob alia multa,tum uel eo maximè,quòd lex omnis inuẽtum quidem ac munus deorum eſt, decretum uerò hominum prudentium:adhæc flagitiorum conſultorum inconſultorúmque emendatio: conſpirantis denique ciuitatis conuentum, ad cuius præſcriptũ omnes in ciuitate agentes,uitam inſtituere par eſt.Ariſtot.lib.3.Politic. Καὶ ὁ νόμος συνθήκη, καθάπερ ἔφη Λυκόφρων ὁ σοφιστὴς, ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τῶν δικαίων, ἀλλ' οὐχ οἷος ποιεῖν ἀγαθοὺς καὶ δικαίους τοὺς πολίτας. Lex eſt,inquit,conſenſus,ut Lycophron Sophiſtà dixit,ſponſor inuicem iuris inter ciues,ſed qui ciues bonos iuſtóſque efficere nõ poſſit.Cicero lib. ſecundo de Legibus,Lex eſt iuſtorũ iniuſtorúmq; diſtinctio,ad illam anti-

B quiſſimam & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur: quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt & tuentur bonos.Idem libro primo. Lex eſt ratio ſumma,inſita * à natura,quæ iubet ea quæ facienda ſunt,prohibétque contraria. Eadem ratio cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. Itaque arbitrantur prudentiam eſſe legem,cuius ea uis ſit,ut rectè facere iubeat,uetet delinquere.Eámque rem illi Græco putant nomine à ſuum cuique tribuendo appellatam, ego noſtro à legendo.Nam ut illi æquitatis,ſic nos delectus uim in lege ponimus.Et paulò pòſt,Sed quoniam in populari ratione omnis noſtra uerſatur oratio,populariter interdum loqui neceſſe erit: & appellare eam legem,

C quæ ſcripto ſancit quod uult,aut iubendo,aut uetando. Conſtituendi uerò iuris ab illa ſumma lege capiamus exordiũ,quæ ſeculis * omnibus antè nata eſt quàm ſcripta lex ulla, aut quàm omnino ciuitas conſtituta. Lex(inquit Cicero)à Græcis νόμος παρὰ τὸ νέμω,id eſt à tribuo dicta eſt, Latinè à legẽdo.Inde Εὐνομία dicta,quaſi recta iuris legúmque conſtitutio:quo nomine dea illa uocatur,quam Demoſthenes alteram iudiciorum præſidem facit, ut ſuperius diximus. Et Εὔνομοι populi dicuntur,qui recta legum inſtitutorúmq; ratione utuntur.Hac,ut uidetur,Eunomia Gallia nõ regitur:in qua multa fla-

D gitiorum impunitas,& rara præmia uirtuti.ubi nulla arx bonis munita,nulla perfugia improbis obſtructa,ubi tanta calumniarum licentia,tam ambagioſi litium anfractus. ita iuris reddendi ratio conſtituta, ut modeſtiſſimo cuique & innocentia prædito ius ſuum obtinere plerunque non liceat: aut certè in illis mæãdris forẽſibus hærere, in labyrinthoſis dilationum ſinibus conſeneſcere: ueteratorias pragmaticorum impoſturas, plurima iudicũ faſtidia,faſtúſque quorundam perpeti,mille indignitates deuorare neceſſe ſit. Quas tot tantáſque moleſtias ut quiſque optimi eſt ſtomachi, id eſt æquiſſimi animi, ita ægerrimè concoquit. Et ſanè cur hoc illi querantur, quibus

E in forenſi piſtrino molam uerſare aliquãdiu contigit: quod ut uir bonus ac ſtudioſus faciat,ne Crœſi quidem fortunam mereat. Tametſi cõſilium hinc anceps,neq; ſi maximè cupias,hoc loco deprehenſus facilè te explicare hinc poſſis. Litium fugitantem te oſtenderis? omnis undique uicinia quaſi ex compoſito negocium faceſſere tibi adorietur.Agellum tuũ improbè uindicanti,de iure tuo litium tædio deceſſeris?iamiam de latifundiis,mox de focis & lare familiari dimicandum tibi erit. Rurſus litigioſis & improbis cor-

* in

Lex unde dicta.

* cõpluribus.

Eunomia.

Eunomi.

In dyſnomiã Franciæ.

Litium miſeriæ.

Source : BIU Cujas

* nua obuerteris? ad hanc fori molestiam aliquandiu deuorandam animum F
induxeris? salus tibi multa tranquilliori uitæ atque etiam postremùm dicẽda. Ad unam te pugnam aut alteram æternæ pacis desiderio confirmaueris? bellum æternum aliis super alia præliis consertum, nec rei tuæ familiari incruentis habebis. In hoc enim certamine ut prælio sæpe (nec id tamen citra puluerem sudorémque, ut aiunt) sic bello nũquam uincitur. Siquidem causæ aliis super alias sententiis confossæ, quásq; tu iugulatas putes, restibili fertilitate multiplicatò reuiuiscunt, iuráque damnata & confecta, aduocatorũ

Autolyci. solertia quasi recidiua pullulant. Proinde aut Autolyci tibi uicini expectãdi, aut dicarum mucrones iugiter intentandi, & sæpe digladiandũ. Sic enim G
moribus receptum est, ut patrimoniorum ueluti redundantem sanguinem

Horat. in arte poët. forensis illa exorbeat, non missura cutem nisi plena cruoris hirudo, id est litium ducendarum necessitas, alendíque ordinis hominũ controuersiis uictitantium. Positis autem hinc & inde calculis, si rectè ratiocinaberis, ancipitem rationem inuenies. Vtrum enim consilium ceperis, ex re utraque (ut arbitror) parem in fraudem incides. Hoc autem uitium non tam unius aut alterius prouinciæ est, quàm temporis & ætatis: cui causam dederunt & ma

Iuris uolumina in perniciẽ simplicium. teriam tot uolumina iuris enarratorum & interpretum, in perniciem ipsa & captionem mansuetorum ac simplicium hominum excogitata. Hæc igi- H

Dysnomia. tur est illa quæ ab eadem origine δυσνομία dicitur, peruersa iuris legúmque

Ate. constitutio, Eunomiæ è regione posita: quam Hesiodus poëta Atæ, id est of-

ἄτη. fensionis & noxæ contubernalem appellat, δυσνομίην ἄτην τε συνήθεας ἀλλήλῃσιν.

Noxa. Aten autem, id est noxam, dæmonem esse humano generi noxium, Homerũ existimasse constat, hoc carmine libri noni Iliados, φθάνει δέ τε πᾶσαν ἐπ' αἶαν, βλάπτουσ' ἀνθρώπους. Grassatur (inquit) Ate per uniuersam terrã hominibus infesta. Hanc Aten dæmonem esse humano generi infensum & aduersariũ, qui

Diabolus. diabolus dicitur, auctor est Sudas. ἄτη (inquit) ὁ διάβολος ὁ ἀντικείμενος. Eius autẽ lapsum è cœlo Homerus libro xix. Iliados describit. I

Ate de cœlo deturbata.

Αὐτίκα δ' εἷλ' ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο
Χωόμενος φρεσὶν ᾗσι, καὶ ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον,
Μήποτ' ἐς οὔλυμπόν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
Αὖτις ἐλεύσεσθαι ἄτην ἣ πάντας ἀᾶται.
Ὣς εἰπὼν ἔρριψεν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Χειρὶ περιστρέψας, τάχα δ' ἵκετο ἔργ' ἀνθρώπων.

Quos uersus sic latinos fecimus:

Protinus abripuit speciosis crinibus Aten
Iuppiter, adiurátque instinctus sanctius ira, K
Haud iterum posthac stellantis culmina cœli
Scansuram esse deam, quoniam esset noxia cunctis.
Ilicet hoc dicto superis ibi feruidus Aten
Sedibus exturbat, mortalia lapsa lacessit.

Luciferi lapsus. Propterea Bessario lib. 3. in calumniatorem Platonis, de Platone & Aristotele loquens, Luciferum uerò (inquit) sua culpa eiectum in terram, execrandúmque,

Ex lege secunda, De legibus.

Source : BIU Cujas

A dúmque,illi quoque didicerant ab Homero ſuo theologo: qui ſiue beneficio quodam naturæ, ſiue Moſis Prophetæ ſcriptis,carmine ſuo expoſuerat lapſum Luciferi,quam ille Aten appellat.Quàm malè igitur cum iis agi populis exiſtimandũ eſt, qui dyſnomia reguntur, Atæ,id eſt noxæ, contubernali? Solon, qui ſapiens unus ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem fuit,is remp.duabus rebus contineri dixit,præmio & pœna,ſi Ciceroni credimus in quadam ad Brutum epiſtola. Propter quod Democritus duos eſſe omnino deos cenſuit,pœnam & beneficium, ut auctor eſt Plinius lib.2.naturalis hiſtoriæ.Quonam modo igitur Galliam, & multas Chriſtiani no-

Solonis reſp.

Epiſtola 15. Dij Democriti.

Cap. 7. In indignos ſacerdotio.

B minis prouincias,rectè atque ordine conſtitutam habere remp.ciuilémque defendemus:in quibus(ut reliqua nunc mittamus) primorum ordinum ſacerdotia,id eſt doctrinæ uirtutíſque præmia, in homines interdum Latinè infantiſſimos nõ ſingula,ſed bina,terna,& plura congeri uerius quàm conferri uidimus: quoſdam tam ſtolidos,tam inerteis,tam literas uirtutémque peroſos,tanta morum nequitia (nihil enim ſignificantius dicere poſſum)ſeneſcendo obbruteſcentes,ut facilè animam illis pro ſale datam eſſe à naturę munere credas:ideo tantũ ſcilicet,ne putreſcerent,ut de ſuibus animali ſtolidiſſimo dictitatũ eſt:qui certè non tam his honoribus ornati quàm obru-

Anima quibuſdam pro ſale.

C ti olim eſſe uidentur iniquis oneribus. Quid aliud tandem ipſi quàm terræ inertia pondera(ut inquit Homerus)nunquã non nihil agentes,ut uno uerbo abſoluam,ſponſi Penelopes, magno fortunæ crimine oculis hominum incurrentes?Qui cum ipſi ad Pontificatus nõ uenerint, ſed uel obrepſerint, uel irruperint:tamen ſe nobis colendos inter digniores obiiciunt, ſacroſanctos ſeſe,& delicias Chriſti,& reuerẽdos,&(quod ſæpe cachinnos excitauit) patres à grauitate morum appellitantes: ídque ipſum etiam credere conniuentibus oculis inſtituto publico cogimur. Sunt quorum humeris iſta ſedeant,inquis:ſunt certè,iíque nõ pauci, quos ab iſta turba dignitas oris exi-

D mit,& morum modeſtiæque maieſtas.Alioquin quî fieri poſſet,ut primaria illa dignitas tandiu ſacroſancta eſſe poſſet? Sed hoc non eſt in pluribus: & futurum mox uidemus,ut quorũdam indignitate honoratiſſimus ordo in ordinem cogi poſſit.Honeſtiorum igitur intereſt, tantam indignitatem nõ ſileri.Quorundam enim tenebræ,totius ordinis ſplendori officiũt. Age uerò ut hoc etiam miſſum faciamus, quonam modo præterea adminiſtrandæ reipublicæ noſtræ rationem tueri poſſumus quaſi rectè inſtitutam? Etenim ſi Ariſtoteli credimus lib.4.Politicorum,duplex eſt Eunomia,una quidem recta iuris cõſtitutio,altera uerò rectè iuri conſtituto obtemperatio. Neque

Eunomia duplex.

E enim ſatis eſt bene inſtitutam poſitámque eſſe rationem reipublicæ, niſi & hoc omnibus perſuaſum ſit,inſtitutioni tali omnino parẽdum eſſe. Διὸ μίαν μὲν εὐνομίαν ἀπολιπτέον εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις, ἑτέραν δὲ τὸ καλῶς κεῖσθαι τοὺς νόμους οἷς ἐμμένουσιν. Nos uerò nec rectè ſatis inſtitutam ciuilitatis rationẽ habemus, quatenus etiam per monarchiam licet,ut ſuprà diximus:nec ſi quæ leges noſtrę commodè poſitæ ſunt (ut certè iamdiu permultæ ſunt) parendum eis hoc tempore cenſemus. Quotus enim quiſque eſt, qui modò in aula interiore

alicuius ſit nominis, aut etiam ex eorum gente, qui in aula præpotẽtes ſunt: F
qui non ſe dignum cenſeat, quem propter, leges & conſtitutiones, quantũ-
Legum præſtantia. uis graui ſanctione munitæ, uiolari debeant? Cum tamen (ut Cicero inquit
in oratione pro Cluentio) mens & animus & conſilium & ſententia reipu-
blicæ poſita ſint in legibus. Et ut corpora noſtra ſine mente, ſic reſpublica
ſine lege, ſuis partibus ut neruis ac ſanguine & membris, uti non poteſt. Le-
gum miniſtri, magiſtratus. Legum interpretes, iudices. Legum denique id-
circo omnes ſerui ſumus, ut liberi eſſe poſſimus. Enimuerò eam demum be
ne regi rempublicam credendum eſt, in qua qui gubernacula ſummæ rei
✶ tenent, excutere nouerunt quem cui potiſſimum muneri præfici par ſit, ut G
inquit Perſius,

Satyr. 5. - Dignoſcere cauti
Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

Alioqui ſi res ex cuiuſlibet potentis ſententia ſtatuatur: in conſilium inter-
dum adhibẽtur homines aut ueteratores, aut nebulones, aut redempti etiã
laudatores: nonnulli uſqueadeo aut effuſi, aut præpoſteri, ut uel muſcã leo-
Lib. 3. ca. 17. ninis laudibus obruere ſe non ſentiant, ut inquit Firmianus: aut ut Clytæ-
mneſtram etiam Buſirímque laudare, Socratem uituperare non dubitent, ut
Polycrates quondam fecit. Cæterùm & hæc & alia adminiſtrandæ reipubli- H
cæ errata, quæ noſtra memoria Gallicam rempublicam fœdè diuexauere, fe-
liciore aliquo principatu, atque adeò hoc ipſo, quo nunc regimur, emenda-
tum iri ſpes eſt. Indicia enim iam multa, nec ea obſcura ab aula affulſerunt
aduentantis iamiam melioris æui, ſi modò diuina benignitas reip. Principẽ,
Principi mentem iſtam ad extremum ſeruauerit, atque menti iſti Principis
inexpiabile deploratum aulicum iſtud conſilium non defuerit. Vnum eſt omnino uitiũ inexpiabi-
le, & (ut ita dixerim) deploratum, ita multos magnóſque aſſertores habet, &
Chironia ulcera. Cacoëthe. in dies ſerpit, ut ea ſolent ulcera quæ Chironia à Galeno & Cacoëthe dicũ-
tur. Id uerò quale quantúmque ſit, Iſocratis uerbis intelligi poterit in ea ora- I
tione quæ inſcribitur Areopagiticus, cuius ego locum quẽdam latinum ut
potui feci. De Areopago enim loquens (de quo alibi uidẽdum) in hanc pro-
Areopagitarum conſiliũ. pemodum ſententiam inquit, Maiores autem noſtri Areopagiticum conſi-
lium Athenienſium moribus ad omnem modeſtiã componendis cum im-
perio & poteſtate præeſſe uoluerunt, haud dubiè exiſtimantes longè illos
falli, qui apud eos demũ populos optimos eſſe uiros arbitrantur, apud quos
leges exquiſitiſſima ſcribentium diligentia latæ ſint. id quod ſi admittatur,
nihil iam obſtiterit quò minus ſimiles moribus omnes Græciæ populi eua-
dãt, utpote cum ſcriptas leges in omnes protinus populos propagari exem- K
plarium traducibus facile ſit. Sed enim illi non ex hiſce inuentis incrementa
uirtutis proficiſci, ſed ex uitæ quotidianæ potius inſtitutis exiſtimarunt.
De multiplici & exacta cõmẽtatione circa interpretationem legum. Quippe multitudinẽ ſimilem euadere iis moribus neceſſe eſt, quibus mori-
bus ſinguli inſtituti ſunt. Nam quod ad legum multitudinem atque exa-
ctiorem circa eas diligentiam attinet, indicium certè hoc ipſum eſt parum
bene cum ciuitatibus illis agi: Multitudinem enim legum, ueluti cancellos

Source : BIU Cujas

A quoſdam flagitiis hominum circundatos exiſtimari neceſſe eſt. Atqui ciuitates recta reip. ratione conſtitutas, haudquaquam porticus ſcriptarũ legum plenas habere, ſed in animis potius condita iura tenere expedit. Neque uero decretorum redundanti copia, ſed compoſitione morum præclarè urbes commodéque habitantur. Homines enim perperam educati, iura quãlibet exactè perſcripta facilè præuaricari poterunt: rurſusque rectè homines inſtituti, uel deterius poſitis acquieſcere facilè ſibi perſuaſerint. ἐπεὶ τάγε πλήθη καὶ τὰς ἀκριβείας τῶν νόμων σημεῖον εἶναι τοῦ κακῶς οἰκεῖσθαι τὴν πόλιν αὐτήν. ἐμφράγματα γὰρ αὐτοὺς ποιουμένους τῶν ἁμαρτημάτων πολλοὺς γίγνεσθαι τοὺς νόμους ἀναγκάζεσθαι. δεῖ δὲ τοὺς εὖ πολι-

De multis legum uoluminibus.

B τευομένους, οὐ τὰς στοὰς ἐμπιμπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον. Ex his (ut opinor) tanti auctoris uerbis intelligimus Eunomiam, id eſt rectam felicémque iuris conſtitutionem, haud immenſis innumeríſque librorũ uoluminibus conſtare, ſed emendata potius ratione uitæ publicè tranſigendæ. Quanta igitur humani generis pernicie poſteriorum deteriorúmque ſeculorum moribus receptum eſſe arbitramur, ut cuiuis qui modò ſe profeſſorẽ iuris dicere poſſit, liceat per publicam cõniuentiam leges nobis alias atque alias quotidie ferre, & ueluti terræ, mari, populis imperitare? Id eſt enim nimirum ad Pandectas & reliqua Imperatorum Pontificúmque monumen-

Librorũ iuris multitudinẽ obeſſe.

C ta, per ſe ſatis numeroſa uolumina, ſexcenta certatim uolumina commentariorum, commentitiorúmque adeò addidiſſe, quæ iam in eam ipſa auctoritatem uenerint, ut pro legibus decretíſque citentur. Vſqueadeo nihil intemerabile, nihil ſacroſanctum ingenia ſcripturientia duxerunt, ne Iuſtiniano quidem in Codice ſuo imperatoria poteſtate ſeueriſſimè interminante altero etiã edicto, quod maximè mireris, ne reclamante quidem diſſentientéque Accurſio. Proinde Iuſtinianus cum Triboniano (atque etiam cum Paulo, Vlpiano, & reliquis illis iuris condendi proceribus, qui ex officina Papiniani tanquam ex equo illo Troiano prodierunt) ſi qua fortè ad eum

D fama huius indignitatis peruenit, nimirum nunc miſer exclamat ut Stentora uincere poſſit, aut potius quãtum Gradiuus Homericus, exclamat inquã ſatyricum illud, Tenet inſanabile multos Scribendi cacoëthes. Hoc igitur malum, id eſt praua pertináxque ambitio, quę animis iuriſperitorum noſtri temporis ac memoriæ auorúmque inſedit, non aliter domari quaſi ulcus cacoëthes poteſt, quàm ſi ferro cauteréue percutiatur, id eſt ſi ad uiuum uſque reſecetur: aut paulo clementius, ut certum nec magnum numerum interpretum iuris utriuſque habeamus, reliquorum planè auctoritas abrogetur: uel etiam ut uolumina ipſa Vulcano conſecrentur. Sic enim, ut arbitror,

Iuuenal. Satyr. 13.

Iuuenal. Satyr. 7.

E Iuſtiniani iuríſque conditorũ manibus belliſſimè parentari poteſt, qui tam ipſe imperia ſua pro nihilo duci utique indignatur, quàm hi ſcripta ſua lamentantur commẽtitiis ſcriptis fœdari: ſimul humaniorum diſciplinarum auctoribus honos haberi, quorũ iſti ſcripta, eorúmque ſequaces, homines in uniuerſum Mineruæ craſſioris, nihil ad uitam degendam pertinere arbitrantur, ut parum quæſtuoſa, ídque ipſum palàm dictitare non dubitant, ut eſt ruſticitatis impudentia. Sedenim tranſuerſum me rapi quodam ueri-

Source : BIU Cujas

tatis aquilone ſentio:cum tamen huius noſtri operis inſtitutum poſcere ui- F
deretur,ut blandioris cuiuſdam orationis fauonio uelorum ſinus orationis
panderem. Certè præter inſtitutum aura quadam indignationis ſolicitante
prouectus,nimium me à portu emerendi fauoris receſſiſſe uideo.Neque ta-
✳ men odimus quenquam,nec inuiſos nos cuiquam uiciſſim eſſe putamus.
Verùm hæc atque alia non minora reipublicæ ulcera uiderint ij aliquãdo,
ad quos reipublicæ conſtituendæ cura pertinet: quæ tamen attingi à quoli-
bet non debent: manus enim quaſdam Chironias atque Pæonias poſcunt.

Naturæ lex. Aeterna lex. Summa lex. De Legibus lib. 2.

Vt ad rem reuertamur,quod theologi legem naturæ uocant,Cicero ſum-
mam legem uocauit in loco ſuperius dicto:alibi autem legem æternam,his G
uerbis,Hanc igitur uideo ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neq;
hominum ingeniis excogitatam,neque ſcitum aliquod eſſe populorum,ſed
æternum quiddam quod uniuerſum mundum regeret imperandi prohi-
bendíque ſapientia.Ita principem legem illam & ultimam,mentem eſſe di-
cebant omnia ratione aut cogẽtis aut uetantis dei:ex qua illa lex, quam dij
humano generi dederunt,rectè eſt laudata. Eſt enim ratio ménſque ſapien-

Laudatum.

tis ad iubendum & ad terrendum idonea. Laudata pro uocata à Cicerone
dictum eſt uerbo iuris,de quo alibi dicendum. Noſtri igitur philoſophi le-

Lex naturæ.

gem naturæ appellant rationem communem cultum unius dei dictantem, H
hominúmque inuicem charitatem,quam in communẽ ſenſum, id eſt no-
tiones anticipatas cadere uolunt,ut alibi diximus.Cicero ſummam & æter-
nam legem appellat prudentiã illam rationémque communem naturæ hu-
manæ ingenitam, quaſi particulam quandam diuinitatis: quæ ſectãdæ no-
bis auctor eſt iuſtitiæ,auerſandæq; iniuſtitiæ. Mentem enim mundi Stoici

Pronœa. Mens mũdi.

πρόνοιαν,id eſt prouidentiam appellauerunt,quem deum eſſe putabant,ut do-
cet Cicero libro ſecundo de natura Deorum. Vnde Quintilianus de deo lo

Prouidentia.

quens Prouidentiam ferè dicit,ut in primo,Oratione,inquit,nihil præſtan-

Cap. An oratori futuro neceſſaria ſit pluriũ artiũ ſcientia.

tius homini dedit Prouidentia. Et alibi de Cicerone loquens, Dono quodã I
Prouidentiæ genitus in quo omneis ſuas uires eloquentia experiretur. Ex ea
autem mente,quæ & prouidentia dicitur, animos humanos defluxiſſe aie-

Lib. 10. ca. 1.

bant, quaſíque deſtillaſſe. Vnde Iuuenalis Satyra decimaquinta,

* à

Senſum * ex cœleſti demiſſum traximus arce:
Cuius egent prona,& terram ſpectantia:mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantùm animas,nobis animum quoque,mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præſtare iuberet.

Ex lege tertia. K

Iura conſtitui oportet,ut Theophraſtus ait,in iis quæ entonyma frequẽ-

Pandectæ Piſanæ.

ter accidunt.) Nos cum eſſemus Florentiæ,Pandectas Piſanas (quas archety-
pos eſſe putant) in palatio uidimus,ſed raptim,& quaſi per trãſennam, ut di-
citur,prætereuntes.Has ſi aliquot diebus ociosè nobis tractare licuiſſet,pau-
ca,ut exiſtimo,loca non intellecta reliquiſſemus,quamuis lectu ſint perdiffi-
ciles,literis iam multis in locis exoleſcentibus, uerbíſque non interpunctis.

In

Source : BIU Cujas

A In his autem hunc locum ita ſcriptum legimus: Iura cõſtitui oportet (ut dicit Theophraſtus) in his quæ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ accidũt, non in iis quæ ἐκ παραλόγου. id eſt in iis quæ plerunque accidunt, non in iis quæ nec opinato, uel præter hominum opinionem. Huc pertinet Solonis illud dictum, cuius meminit Cicero in oratione pro Roſcio Amerino: Solon, inquit, cum interrogatus eſſet, cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum qui parentem necaſſet: reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Dicitur ſapiẽter feciſſe, cum de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat: ne non tam prohibere, quàm admonere uideretur.

Iura in quibus conſtituẽda.

Solonis prudentia.

Parricidam necare.

Lex de quibus ferenda.

B Ex lege, Legis uirtus.

Legis uirtus hæc eſt, imperare, uetare, permittere, punire.) Quintilianus in ſeptimo, Lex, inquit, omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut uetat, aut permittit. Quod autem ſequitur, Iura nõ in ſingulas perſonas ſed generaliter conſtituuntur, ſumptum id eſt ex duodecim, ubi ſic cauebatur, Priuilegia ne irroganto. Quæ uerba Cicero libro tertio Legum referens, ita inquit, Tum leges præclariſſimæ de duodecim tabulis trãſlatæ duæ: quarum altera tollit priuilegia, altera de capite ciuis rogari, niſi maximo * comitio uetat. Maiores enim in priuatos homines ferri leges noluerunt: id eſt

Legis uirtus. Cap. 6.

** comitiatũ alij comitatũ.*

C enim priuilegium: quo quid eſt iniuſtius? cum legis hæc uis ſit, ſcitum & iuſſum in omnes, ferri de ſingulis * centuriatis comitiis uoluerunt. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet * in ſuffragium conſilij, quàm fusè in tribus conuocatus. Sed hæc uerba corruptè uulgo leguntur, ut pleraque in illis libris. Gellius libro decimo, Neque de imperio Cn. Pompeij, neque de reditu Ciceronis, neque de cęde Publij Clodij, neque alia id genus populi plebíſue iuſſa, leges uocari poſſunt. Non ſunt enim generalia iuſſa, neque de uniuerſis ciuibus, ſed de ſingulis concepta: quocirca priuilegia potius uocari debent, quia ueteres priua dixerunt, quæ nos ſingu-

*Priuilegium. Iuſſum. * niſi centuriatis comitiis noluerũt. * ad Cap. 20.*

Priuilegium. Priuum.

D la dicimus. Cicero in paradoxo quarto, Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiariſſimus tuus Cornificius de te priuilegium tulit, ut ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. Idem pro domo ſua, Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti? uetant leges ſacratæ, uetãt duodecim tabulæ, leges priuatis hominibus irrogari: id eſt enim priuilegiũ. Ex ſupradictis apparet nos non ſatis intelligere quid ſit priuilegiũ, qui nihil aliud eſſe credimus quàm prærogatiuam, & principum indultum. Idem de proſcriptione ſua loquẽs, Licuit tibi ferre non legem, ſed nefarium priuilegium. Priuilegia igitur, id

Priuilegium.

Prò domo ſua

E eſt leges ad priuos homines ſingulóſq; pertinentes, non niſi centuriatis comitiis irrogari poterant, quæ Cicero libro de Legibus ſupradicto Magna comitia appellat. Enimuero ad hunc titulum pertinere illud Liuianum arbitror libro quarto de bello Macedonico: Nulla lex ſatis commoda omnibus eſt: id modò quęritur, ſi maiori parti & in ſummam prodeſt. Si quod cuiquã priuatim officiet ius, id deſtruet ac demolietur: quid attinebit uniuerſos rogare leges, quas mox abrogare, in quos latæ ſunt, poſſint? Verba ſunt Cato-

Centuriata comitia. Magna comitia.

Statim ab initio.

Source : BIU Cujas

nis legem Oppiam tuentis. Contra quem Valerius Tribunus plebis ita inquit, Ego enim quemadmodum ex iis legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ utilitatis causa in æternum latæ sunt, nullam abrogari debere fateor, nisi quam aut usus coarguit, aut status aliquis reipublicæ inutilem fecit: sic quas tempora aliqua desiderauerunt leges, mortales (ut ita dicam) & temporibus ipsis mutabiles esse uideo. Quæ in pace latæ sunt, plerunq; bellum abrogat: quæ in bello, pax: ut in nauis administratione, alia in secunda, alia in aduersa tempestate usui sunt. F

Ex lege, Non possunt.

Si quis omnes species quæ hac lege comprehendi possunt, scire cupit, legat Quintilianũ lib. septimo, ubi de syllogismo & ratiocinatione loquitur. G

Et quod distat uerb. ab intel.) Ex. l. Fraus.

Petrus Crinitus.

Cum aliquando apud Petrum Crinitum Florentinum essemus, hominẽ & comitate & doctrina singulari præditum, cuius nunc liber de Honesta disciplina, aliíque suauissimi in manibus habentur, inter contrectandos nonnullos eius libros in quaternionem incidimus manu Politiani scriptum: in quo annotationes pauculæ erant, consulta (ut uidebatur) obscuritate congestæ, ut si fortè interciderent, à nullo legi possent. sic enim erat ingenium hominis. pleræque tamen frigidæ scrupulositatis, & contemnendæ. Has cùm celeri lectione per Criniti facilitatem saltuatim percurrere nobis licuisset, (Strati enim frenatíque equi ad uestibulum nos expectabãt, & ille me amicitiæ causa ad mansionem primam deducturus erat) unum tantùm & alterũ locum, quæ ad hoc nostrum institutũ pertinerent, memoriæ mandauimus: quorum hic unus erat. Sic autem Politianus legebat ex Pandectis Pisanis, Et quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc distat fraus, & reliqua. Id est, quod distat dictum à sententia. Sic autem esse ab Vlpiano scriptum facilè mihi persuadeo, quandoquidem in antiquo exemplari tria illa uerba desunt. H

Ex lege, Princeps. I

Princeps legibus solutus. Aristotelis laus.

Princeps legibus solutus est). Aristoteles libro tertio Politicõn, huius dicti rationem memorabilem afferre mihi uidetur. Est enim is auctor, qui res omnes ratione & uia scientificè tractare solet, eas etiam quæ sui natura artificiosè tractari non posse uidebantur. Is igitur in eo libro in hanc propemodũ sententiam inquit, si tamen rectè uertimus, In republica autem optimè constituta is demum ciuis esse dici debet, qui & regere & regi, & uoluntate & aptitudine ad uitam paratus est secundum uirtutem agendam. Agedum sit aliquis unus, aut uno etiam plures (pauciores tamen quàm ut ciuitatis numerum implere possint) tanto cæteris uirtutis exuperantia præstantes si plures sint, aut pręstans si unus sit, reliquorum ut uniuersorum uirtus cum illius aut illorum non sit comparabilis: dico, inquit, huiusmodi uiros non iam ciuitatis partem existimandos esse, quippe iniuriam illis haud dubiè factum iri credendum est, si æquas ferre partes digni ipsi uidebuntur, tanto cæteris inæquales uirtute, ciuilíque facultate. Huiusmodi enim quasi deum quendã censeri inter homines par est. Proinde legum quoque lationem inter æqua- K

leis

Source : BIU Cujas

A leis necesse est esse & genere & facultate ciuili. In illos autem huiuscemodi nulla est prorsus legislatio: quippe qui ipsi lex sint. quàm enim ridiculũ fore putemus eum, qui legem de huiusmodi ferre aggrediatur? Quare ciuitates illæ quæ populari imperio administrantur, non aliam ob causam Ostracismon excogitauerunt, utpote quæ omnium maximè rerumpublicarum ciuilem consectentur æqualitatem. Etenim qui apud eas plus æquo præualere cæteris aut opibus aut necessitudinibus numerosis, aut ciuili facultate uidentur, solum eos uertere exilij causa ad certum quoddã tempus adigunt. *Legislatio.*

ἀδικήσονται γὰρ ἀξιούμενοι τῶν ἴσων, ἄνισοι τοσοῦτον κατ' ἀρετὴν ὄντες, καὶ τὴν πολιτικὴν δύνα-
B μιν. ὥσπερ τὸν θεὸν ἐν ἀνθρώποις εἰκὸς εἶναι τὸν τοιοῦτον. ὅθεν δηλονότι καὶ τὴν νομοθεσίαν ἀναγκαῖον
εἶναι περὶ τοῦ ἴσους καὶ ᾧ γένει καὶ τῇ δυνάμει. κατὰ δὲ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος, αὐτοὶ γάρ εἰσι νόμος.
καὶ τὸν γελοῖος ἂν εἴη νομοθετεῖν τις πειρώμενος κατ' αὐτῶν. καὶ τὰ λοιπά. Quid sit autem Ostracismus, id est Atheniẽsium exilium, docet planè Plutarchus in Aristidis uita. Enimuero quod Aristoteles de æqualitate generis dicit inter ciues, uidendum quò pertineat, ne nimium sibi isti placeant Cecropidæ: qui beatos sese putant esse, nobiliorésque Codro, si holosericati & machærophori conspiciãtur, reiecta in humerum ueste subnixi, grassantes magis quàm ingredientes, interim proteruè obuium quẽque protrudentes: quibus ad no- *Ostracismus. Ciuium inter se æqualitas. Holosericati. Machærophori.*
C bilitatem facere uidetur præter literarum omnium ignorantiam & odium, prædictis etiam respondens & consentanea uerborum improbitas, quasíque castrensis uel aulica potius eloquentia: sed quæ proteruissimum quẽque maximè deceat, inter modestas aures ipsa putidissima. Aristoteles igitur libro quarto Politicôn, Cum tria sint, inquit, quæ de æqualitate ciuili contendant, libertas, opulentia, uirtus. (Nam quartum, quod uocant generis nobilitatẽ, ex duobus concretum est. Est enim generositas, opes cum uirtute uetustę.) Cum igitur tria hæc de æqualitate contendant, manifestum est duorũ mixturam, id est opulentorum atque inopum, ciuilitatem esse dicendam: trium *Nobiles carpuntur. Nobilitas.*
D uerò Aristocratiam, id est optimatiũ statum. Idem libro tertio, εὐγένεια γάρ ἐστι ἀρετὴ γένους. Generositas enim, inquit, uirtus est generis. Age cùm quinq; sint genera regni, quintum genus est quod παμβασιλεία dicitur, quasi dicas regnũ numeris omnibus dominationis absolutum: cuiusmodi erant Reges, Principes Romani Vlpiani tempore, nihil iam priscæ ciuilitatis retinẽtes, omnia arbitrio suo statuentes: ut & nunc Reges nostri sunt, qui omnia in potestate habent, quíque (ut Homericus ille Iupiter) quoquo sese uerterint, omnia circumagunt, nutu etiam solo omnia quatientes: denique humani Ioues (ut inquit Plautus in Casina) sed qui tamen hominum more emoriantur. Hoc *εὐγένεια. Generositas. Pambasilia. Reges Galliæ. Ioues humani. Act. 2. Sce. 5*
E autem regni genus est, inquit Aristoteles, cum unus omnium potestatẽ habet tum communium tum publicarum rerum, nõ aliter atque ciuitas una, aut populus unus habent. Hæc autem species quinta, œconomica est ratione instituta. Vt enim œconomia regnum est domesticum, sic regnum œconomia est ciuitatis aut populi unius aut plurium, id est domestica dispensatio. Propterea reges Persarum non reges, sed tyranni esse censebantur, qui populos sibi subditos seruos esse existimabãt, non liberûm loco familiæque *Oeconomia. Persarum tyranni.*

habendos. Plutarchus, καὶ ὅγε πορσῶν βασιλεὺς πάντας ἡγεῖτο δούλους πλὴν τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἧς μάλιστα δεσπότης ὤφειλεν εἶναι. Ex supradictis igitur demonstrari potest (ut arbitror) Principem non modò legibus esse solutum, id quod Vlpianus dixit, sed etiam legibus non teneri. Iam primum cum leges ferri debeant in homines genere facultatéque omni politica æquales, nec legibus teneátur qui multò cæteros rebus his præstare uidentur, reges autem generositate, id est opulentiæ antiquitate, & claritate natalium nemo omnium æquare possit aut contendat, uirtute porrò & animi & corporis, omníque morum maiestate humanũ captum modúmque excedere, heroásque æquare aut debeãt, aut credantur: manifestum est legibus in ciues, id est in populum latis, sacrosanctos homines non teneri, augusta illa dignatione eximios. Ad hæc cùm nullum ius ciuile inter patrem & liberos, & inter dominum & familiam intercedat, ut Aristoteles docet libro 5. Ethicorũ, & nos alibi diximus: sit autem eadem ratio inter Principem & populum: satis (ut arbitror) effectũ est id quod efficere meditabamur: Augustum & principem non modò legibus solutum esse, sed etiam non teneri. Id quod de Augusta dici eadẽ ratione nõ potest. Verba Aristotelis de regno subiecimus, quæ superius latina fecimus, ut fidẽ ipse dicti nostri faciat, Γέμπτον δ' εἶδος βασιλείας, ὅταν ᾖ πάντων κύριος εἷς ὤν, ὥσπερ ἕκαστον ἔθνος καὶ πόλις ἑκάστη τῶν κοινῶν, τεταγμένη κατὰ τὴν οἰκονομικήν. ὥσπερ δὲ ἡ οἰκονομικὴ βασιλεία τῆς οἰκίας ἐστὶν, οὕτως ἡ βασιλεία πόλεως καὶ ἔθνους ἑνὸς ἢ πλείονος οἰκονομία. Plutarchus, ἐν ᾧ πρὸς ἡγεμόνα. Verius autem quis dixerit magistratus summos & principes dei ministros esse in procuratione hominum & salute, ut quæ bona generi humano diuinitus dantur, ea ipsi partim distribuant inter homines, partim asseruent: & quod Polemo, inquit, amori tribuebat, ut iuuentutis cura administrationéque fungeretur, hoc iustitiæ & principibus uiris tribuendum est potius in conseruatione uitæ, tuteláque hominum. Aether, inquit, terram undique complexu suo usquequaque ambiens, seminũ principia demittit hominibus commoda: terra autẽ ea emittit. at hæc augentur imbribus & uentis, astrísque fouentur & luna. ui autem solis eadem omnia exornantur, qui etiam ipse omnibus amoris incitamẽta immiscet ad species perpetuandas: tantorum porrò bonorum diuinorum taliúmque nullus esset hominibus fructus ususque commodus & rectus, sine lege, sine iustitia, sine principe: ἀλλὰ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἃ θεοὶ χαρίζονται δώρων καὶ ἀγαθῶν, οὐκ ἔστιν ἀπόλαυσις οὐδὲ χρῆσις ὀρθὴ, δίχα νόμου καὶ δίκης καὶ ἄρχοντος. Deinde hæc subdit, Iustitia igitur finis est legis, lex autem officium est principis. At princeps ipse imago est dei, qui omnia rectè ordinéque constituit. Conuenit hoc cum præcepto apostoli ad Romanos decimotertio, πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Plutarchus tamen alibi in eodem tractatu ita inquit, τίς οὖν ἄρξει τοῦ ἄρχοντος; ὁ νόμος, ὁ πάντων βασιλεὺς θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, ὥς φησι Πίνδαρος. Quis igitur principi princeps erit? nempe lex, quæ omnium regina est mortalium atque immortalium, ut inquit Pindarus. Quæ uerba consentanea esse uidentur cum lege Digna uox. Cod. de legibus. Sed quam legem Plutarchus principi imperitãtem dixerit, ex iis quæ sequuntur intelligemus. οὐκ ἐν βιβλίοις ἔξω γεγραμμένος, οὐκ

Princeps lẽgibus non tenetur.

F G H I K

Ex lege, Princeps.

δέτισι

A δ' πᾶσι ξύλοις, ἀλλ' ἐμψύχοις ὧν ἑαυτῆς λόγος, ἀεὶ συνοικῶν καὶ παραφυλάττων, καὶ μηδ' ὁποτιοῦν τῷ ψυχῷ ἑαυτῆς ἔρημον κηδεμονίας. Lex(inquit)principis imperatrix erit:nō illa quidem aut in libris extrinſecus ſcripta,aut in tabulis, ſed animata intus in ipſo ratio,ſemper cum eo conuerſans,eiuſdémque obſeruatrix, quæque eius animam nunquam ſinit tutela ſui eſſe uacuam. Hactenus de principe legibus ſoluto,eiúſque ſolutionis ratione.Legibus ſoluere,id eſt quod nunc diſpen- *Legibus ſoluere.*
ſare uocamus. Liuius libro decimo ab Vrbe cōd. Fabius legem recitari iuſſit,qua intra decem annos eundem Conſulē refici non liceret. Vix præ ſtrepitu audita lex eſt,Tribuníque plebis nihil id impedimento futurum aie-
B bant:ſe ad populum laturos,ut legibus ſolueretur. Idem libro nono de bello Macedonico,Pars Tribunorum pleb.negare rationem eius habendā eſſe, quòd duos ſimul unus magiſtratus præſertim curules neque capere poſſet, neque gerere.Pars legibus eum ſolui,æquum cenſere. Vtitur & Tranquillus in Cæſ.& Cicero in Philip.undecima. Aſconius in orationem pro Cornelio, *Cap 18.*
In omnibus,inquit,Senatuſcōſultis,quibus aliquem legibus ſolui placebat, adiici erat ſolitum, ut de ea re ad populum ferretur. ſed paulatim ferri erat deſitum : réſque iam in eam conſuetudinem uenerat, ut poſtremò ne adiiceretur quidem in Senatuſconſultis,de rogatione ad populum ferenda:eáq;
C ipſa Senatuſconſ.per pauculos admodum fiebant. Actum deinde ea de re in Senatu eſt magnis cōtentionibus.Tum Cornelius ita ferre rurſus cœpit, Ne quis in Senatu legibus ſolueretur, niſi ducenti affuiſſent. Soluere igitur ca- *Soluere canonibus.*
nonibus dicendum pro diſpenſare:quod & gratiam canonis legíſque facere dici poteſt. Vlpianus hîc ſolutum eſſe legibus accepit,pro eo quod eſt non *Legibus non teneri.*
teneri.quo uerbo Iulianus lege ſequenti uſus eſt,& antiqui ſæpe uſi.Cicero *Gratiā canonis legisque facere.*
Philip.11.Ille homo ſummo ingenio,ſumma potentia,qui ex Aedilitate Cō-
ſulatum petit,ſoluatur legibus,quāuis leges eum nō tenent. Verba ſunt ironica,ſignificantia hominē perditiſſimum & exlegem. Quoniam uerò mul-
D ta iñ legibus ſequentibus de conſuetudine dicuntur, libuit huc tranſcribere uerba quędam Quintiliani.Hic enim de conſuetudine ſermonis loquēs *Conſuetudo.*
ita inquit,Conſtituendum igitur in primis idipſum quid ſit quod conſuetudinem uocemus: quæ ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculoſiſſimum dabit pręceptum non orationi modò,ſed(quod maius eſt)uitæ.Vnde enim tantum boni, ut pluribus quæ recta ſunt, placeant? Et paulò pòſt,Nam ut tranſeam quemadmodum uulgo imperiti loquuntur, tota ſæpe theatra & omnem circi turbam exclamaſſe barbarè ſcimus.Ergo conſuetudinem ſermonis,uocabo conſenſum eruditorum: ſicut uiuendi, conſen-
E ſum bonorum.Quod autem Vlpianus in fine huius tractatus dicit,Totum autem ius,& reliqua,plenum id non uidetur.Melius & plenius Quintilia- *Cap.10.*
nus in quinto, Nam fere,inquit,uerſatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem,incrementum,conſeruationem,uſum: malorum euitationem,liberationem,imminutionem,conuerſionem.

Ex lege ſecunda,De ſtatu hominum.

Ac pòſt de cæteris ordinem edicti perpetui ſecuti.)Aſconius in oratione *Edictū prætorium.*

Source : BIU Cujas

pro Cornelio de maieſtate ita inquit, Aliam deinde legem Cornelius, etſi F
nemo repugnare auſus eſt, multis tamen inuitis tulit: ut Prætores ex edictis
ſuis perpetuis ius dicerent. Quæ res gratiam ambitioſis Prætoribus, qui ua-
Verr. 3. riè ius dicere ſolebant, ſuſtulit. Cicero uerò in Prætura urbana Verri obii-
cit criminosè, quòd multa contra morem maiorum in edicto ſuo propo-
ſuerit, quòd etiam interdum ex edicto ſuo ius non dixerit. Idem in eadem,
Qui plurimum, inquit, tribuunt edicto, Prætoris edictum legem annuam
dicunt eſſe tu edicto plus complecteris, quàm lege. Si finem edicto Prætoris
afferunt Calendæ Ianuariæ, cur non initium quoque edicti naſcitur à Ca-
lendis Ianuariis? An in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo Prę- G
tor alius futurus eſt: in illum quo Prætor alius fuit, regredietur? Ne igitur
iuris dicendi ratio arbitraria Prætoribus eſſet, & pro eorum libidine ſubin-
Edictũ perpetuum. de mutabilis, lata lex eſt de edictis perpetuis. Edictum autem perpetuum
Eutrop. in Saluio Iuliano. poſtea ſcripſit Saluius Iulianus temporibus Adriani Principis, auctore Eu-
tropio. Hoc autem Accurſius non intellexit, ut ex gloſſemate eius apparet
ſuper uerbo perpetui.

Ex. l. Vulgo concepti, De ſtatu hominum.

Qui & Spurij appellantur.) Plutarchus in Probl. de hoc uocabulo loquẽs
Spurius. ita inquit, Spurius primum nomen eſt apud Romanos, ut Sextus, & Deci- H
mus, & Caius. Prima autem nomina non tota ſcribunt, ſed aut una litera, ut
T. Titum: aut duabus, ut Gn. Gneum: aut tribus, ut Sex. Sextum, & Ser. Ser-
uium. Sic Spurius, Sp. ſcribebatur. eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτο-
Apatores. ρες Græcè dicuntur, ſ & p deſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum,
ut ſpurij ſine patre dicerentur. Hæc ille. Cæterùm quos uulgo baſtardos uo-
camus, interdum Spurij dici poſſunt, interdum non poſſunt, ut hi quos
Adoptare. Principes agnoſcere ſolenniter ſolent, quaſique adoptare, quod uulgo aduo-
Nothus. uere dicimus: Nothi enim uerbo Græco appellantur, non ſpurij. Quintilia-
Νόθος. Cap. 8. nus libro tertio, Nothus ante legitimum natus, legitimus filius ſit: poſt le- I
gitimum natus, tantùm ciuis. Et paulò pòſt, Nothum, qui non ſit legitimus,
Græci uocant: latinum rei nomen, ut Cato quadam quoque oratione teſta-
Nothia. tur, non habemus, ideóque utimur peregrino. Nothia Græci appellant neu-
tro genere & numero plurali, eam partem quæ ex bonis paternis lege Athe-
nienſium nothis dari poterat Hinc factum ut Græci nothũ appellent quic-
Spuria cogitatio. Notha cogitatio. quid non legitimum eſſe uolunt, nec uerum: ut νόθον ἀπίνισμὸν dicunt, non
Spurij uerſus uerum ſchema Atticum, ſed adulterinũ ſpuriúmque: contrà γνήσιον ἀπίνισμὸν
Beſſario. dicunt, ueram, germanã, legitimámque Atticorũ elegantiã ſignificãtes. Beſ- K
ſario ſpuriam cogitationem appellat, quam Græci nothen dianœan dicunt,
quaſi ſpurius latinè ſit nothus: ut ſpurios uerſus dicimus, non quòd nullum
auctorẽ quaſi patrẽ habeant, ut nonnulli putant, ſed quòd Græci huiuſmodi
uerſus νοθοστίχους appellant, quaſi adulterinos. Plato igitur auctore Beſſarione
(aut eo potius uiro latinè doctiſſimo qui auſpiciis eius latinũ illum librum
Hyle. ὕλη. fecit) materiam elementarem, id eſt hylen primam informẽ, ex qua elemen
ta diſcreta ſunt, cogitatione tantùm ſpuria intelligi poſſe ait. hoc eſt materiã
tantùm,

Source : BIU Cujas

A tantùm,abstracta omni forma,diuisione,figura, magnitudine, quæ apta sit omnes has & huiusmodi qualitates recipere. Quia enim nõ per formæ innixum ac firmitatem, sed per negationem sequestrationémque formarum omnium,quasi uacillante cogitatione materia intelligitur,ideo cogitatione spuria dicitur comprehendi. Nam ea quæ per habitum & formam fit, legitima cogitatio est. Aristoteles autem per analogiam,id est proportionẽ hãc intelligentiam fieri perhibuit,quod idem latè explicat. Spuria cogitatio νόθος λογισμὸς dicitur.Philoponus in pri.Posteriorum analyt.διόπερ καὶ ἡ ὕλη καθ' ἑαυτὸν λόγῳ ἄγνωστος,ὡς ἀνείδεος, νόθῳ δὴ λογισμῷ ληπτὴ, ὡς ὁ Πλάτων φησί. Id est, Itaque materia B sua ac propria ratione incognita, ut quæ forma careat, spuria cogitatione utique comprehendi potest,ut inquit Plato. Hîc adde quòd est quædam ratiocinatio nec recta nec ingenua,quæ à Græcis ἀργὸς λόγος,à Cicerone iners dicitur,ut in libro de Fato: Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere: siue tu medicum adhibueris,siue non,conualesces.Item,si fatũ est tibi non conualescere:siue medicum adhibueris, siue non,non cõualesces. Et alterutrum fatum est.Medicum ergo adhibere nihil attinet. Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est:quòd eadem ratione omnis è uita tolletur actio.Licet etiam immutare,ut fati nomen non adiungas, & C eandem tamen teneas sententiam, hoc modo: Si ex æternitate uerum hoc fuit,Ex isto morbo conualesces:siue adhibueris medicum,siue non,conualesces.Itémque:Si ex æternitate hoc falsum fuit,Ex isto morbo conualesces: siue adhibueris medicum, siue non adhibueris, non conualesces. Id quod contra eos ualet,qui à fato omnia fieri contendunt,aut destinationis diuinę necessitate.Hac enim ratiocinatione fieri potest,ut cõsertis manibus homines quidam manere exitum fati sibi persuaserint.

Legitima cogitatio.

Spuria cogitatio.

Notha ratiocinatio.

Νόθος λογισμός.

Ex lege quarta,De adoptionibus.

Magistratum apud quem legis actio est.) Accursius existimauit legis D actionem legitimos actus significare,qui uoluntariæ iurisdictionis sunt,ut emancipatio,& huiusmodi. Nos autẽ aliter existimamus. Lege agere uerbum est iuris antiqui. Cicero pro Muræna de Cn. Flauio qui Appij Claudij librum uulgauit,Posset agi lege nécne,pauci quondam sciebant:fastos enim uulgo non habebant. erant in magna potentia qui consulebantur: à quibus etiam dies tanquam à Chaldæis petebantur.Inuentus est scriba quidã Cneus Flauius,qui cornicum oculos cõfixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit,& ab ipsis cautis Iurisconsultis eorum * sciẽtiam compilarit.Itaque irati illi,quòd sunt ueriti,ne dierum ratione peruulgata & co- E gnita,sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut in omnibus rebus ipsi interessent. Liuius de eodem in nono, Ciuile ius repositũ in penetralibus Pontificum euulgauit,fastósque circa forum in albo proposuit,ut quãdo lege agi posset,sciretur. Inde legis actiones, quarum meminit Pomponius suprà, De origine iuris. Magistratus igitur apud quem legis actio est,magistratus is est, qui plenam iurisdictionem habet & ordinariã, apud quem experiri omni actione aduersus unumquẽque possumus. Vale-

Actio legis.

Lege agere.

** sapientiam.*

Sub finem.

Legis actiones.

Cap.7. rius lib.7.Egregia C.Calpurnij Piſonis Pręfecti urbis conſtitutio. cum enim F
ad eum Terentius ex octo filiis quos in adoleſcentiam perduxerat, ab uno
in adoptionem dato exhæredatum ſe querelam detuliſſet, bonorum adole-
ſcentis poſſeſſionem ei dedit,hæredéſque lege agere paſſus nõ eſt.Lege age-
In Phorm. re dixit, pro bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas petere, uel ex teſta-
Act. 5.Sce.8. ſub finem. mento agere.Terentius,Vna iniuria eſt tecũ.D E M.Lege agito ergo. id eſt,
Verr.4. ſcribito mihi dicám. Cicero in Ver. Quis unquam iſto Prætore Chelidone
inuita lege agere potuit? id eſt iure legibus conſtituto certare. Erant enim
Decad 3. lib. 6. certis legibus iudicia conſtituta. Liuius de Campanis loquens, Fuluius ac-
ceptas literas,neque reſolutas,cum in gremio repoſuiſſet,præconi imperauit G
ut lictorem lege agere iuberet.id eſt,ut ex officio ſuo ageret, & ſententiam
Ibidem. in damnatos exequeretur, ᾧ νόμῳ χρῆσθαι ἐκέλευσε. Idem, Lictor,uiro forti adde
Interrogari legibus. uirgas:& in eum primum lege age. Inde legibus interrogari apud eũdem
Cap.8. Liuium. Valerius libro tertio aliter accepit,Deligatis ad palum hoſtibus,li-
teras à Patribus Conſcriptis nequicquam Capuanis ſalutares accepit. In ſi-
niſtra enim eas manu ſicut erant traditæ,repoſuit:ac iuſſo lictore lege agere,
tunc demum aperuit,poſtquã illis obtemperari non poterat.Lege agere pro
uinctos uirgis cædere,& deinde ſecuri ferire poſuit, exequendo ſcilicet ſen-
tentiam quam eis tulerat:quod uulgo dicimus expletare,id eſt implere ex- H
pleréque iuſſum iudicis, & ultrà progredi,hoc eſt non cedere interceſſioni.
Lege agere. In ſuperioribus autem exemplis lege agere pro eo accipitur,quod uulgo di-
cimus facere uel edere petitionem. Cicero in primo de Oratore, Alter plus
lege agendo petebat,quàm quãtum lex in xij tabulis permiſerat: quod cum
impetraſſet,cauſa caderet.Idem,Cum egiſſet lege in hæreditatem paternam,
teſtamento exhæres filius: quæſitum eſt de iure ciuili, poſsétne paternorum
bonorum exhæres eſſe filius. Lege agere Tullius pro actionem & querelam
inofficioſi intendere dixit.

Ex.l.Arrogato,eodem titulo. I

Accerſo. Arceſſo. Cap.7.de C. Volumnio. Spado arrogando ſuum hæredem accreſcere poteſt.) Legendum accer-
ſere,id eſt aſciſcere,uel arceſſere,quod idem eſt. Valerius libro quarto, Vt ni-
mia pietate cauſam ſibi mortis arceſſeret. id eſt aſciſceret,attraheret.

Ex.l.Intantum,De rerum diuiſione.

Cenotaphiũ. Cenotaphium Accurſius malè pro loco intelligit ad ſepeliẽdum parato.
Eſt enim Cenotaphium imaginarium ſepulcrum, quale Virgilius deſcri-
bit libro tertio Aeneidos:cuius loci meminit hîc Martianus,

S olennes tum fortè dapes & triſtia dona
L ibabat cineri Andromache,manéſque uocabat K
H ectoreum ad tumulum,uiridi quem ceſpite inanem,
E t geminas,cauſam lachrymis,ſacrauerat aras.

Quo loco Seruius, tumulum inanem, Cenotaphium eſſe dicit. Græcè κενὸς
inanis dicitur, & τάφος ſepulcrum, unde nomen compoſitũ.Suetonius ho-
Honorarius tumulus. Cap.1. norarium tumulum appellat in Claud. Cæterùm,inquit, exercitus honora-
rium ei tumulum excitauit,circa quem deinceps ſtato die quotannis miles
decurreret,

Source : BIU Cujas

A decurreret,Galliarúmque ciuitates publicè ſupplicarent. Quibus uerbis ſignificat cenotaphium Druſo in Germania extructum,cum corpus eius Romam deuectum eſſet.Sic uocari poſſunt hodie funerum expoſitorum imagines,quas repręſentationes in anniuerſariis exequiis uocamus.

Ex.l.Sanctum,eodem hoc titulo.

Sanctum dictum eſt à ſagminibus.) Sagminum exemplum eſt apud Li- *Sanctum.*
uium libro primo,Iubéſne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire?Iubente rege,Sagmina,inquit,rex te poſco.Rex ait,Puram tollito. Fœ *Sagmina.*
cialis ex arce graminis herbam puram attulit,poſtea regem ita rogauit:Rex,
B facíſne me tu regium nuncium Populíque Romani Quiritium? uaſa comitéſque meos?Rex reſpondit,Quod ſine fraude mea Populíque Romani Quiritium fiat,facio.Hactenus Liuius. De ſagminibus Plinius libro uige- *Cap.2.*
ſimoſecundo. Hæc etiã herba uerbenaca uocatur latinè, à Græcis ἱερόβοτάνη *Verbenaca.*
dicta,id eſt ſacra herba,ut idem Plinius docet libro uigeſimoquinto.κηρύκεια *Cap.9.*
autem dicuntur à Græcis, quæ latinè caducea dicuntur, quibus Græci ute- *Cerycia.*
bantur,ut inquit Martianus. Ceryx enim caduceator eſt. Noſtrates autem *Ceryx.*
caduceatores ſpintere hodie utuntur, quæ armilla etiam dici poteſt,blaſonum lingua uernacula uocant: in prælíis autem utuntur paludamento, *Paludamentum.*
C quod eos uelamentum ſacroſanctos(ut ita dicam)facit,id eſt ab omni uiolentia tutos.uulgo cotta armorum uocatur. In caduceo autem ſerpentes in- *Caduceum.*
uicem complexi inſculpebantur, quale illud Mercurij pictum uiſitur,cuius
meminit Plinius libro uigeſimonono naturalis hiſto. & Macrobius libro *Cap.3. Cap.19.*
primo Saturnalium.

Ex.l.ſequenti.§.primo.

Solent qui à religione locum illum liberare uolunt,ſacra inde euocare.) Quid ſit ſacrorum euocatio,& quo modo fieri olim ſolita ſit,ſi quis ſcire cupit,uideat Macrobium libro tertio Saturnal.capite nono, ubi de euocatione *Euocatio deorum.*
D deorum tutelariũ loquitur, ex urbibus quas Romani capere expugnatione inſtituerant:illic enim uidebit uerba ſolennia,quibus Romani loca profana reddere ſe exiſtimabant.Apud Liuium autem libro quinto ab urbe condita,Dictator è Veiis deos euocãs,Tuo ductu,inquit,Pythice Apollo,tuóque numine inſtinctus pergo ad delendam urbem Veios, tibíque hinc decimam partem prædæ uoueo:te ſimul Iuno Regina,quæ nunc Veios colis, precor,ut nos uictores in noſtram tuámque mox futuram urbem ſequare, ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat.

Ex.l.ultima,de Senatoribus.

E Senatores autem accipiendum eſt eos eſſe, qui à Patriciis & conſulibus.) *Conſulares.*
Legendum Conſularibus,id eſt iis qui aliquando Conſulatũ geſſerunt.Hic locus nos admonet,ut de Senatu Senatoribúſque latius(quatenus memoria ſuppetet)diſſeramus,cum propterea quòd res alioqui cognitu digna eſt,nec cuilibet obuia,tum uel eò maximè,quòd eam opinionem inualuiſſe uidemus,curiam noſtram ſupremam inſtar eſſe Senatus Romani, Centumuiralíſque iudicij,uidelicet centenariam & ipſam, connumeratis omnibus ſuis *Senatus Pariſienſis.*

Source : BIU Cujas

partibus:idque affirmãtem magno aſſenſu audiuimus haud ita pridem ad- F
uocatũ quendã primi nominis, cùm cauſam nõ ignobilem in curia ageret
celeberrimo conuentu.In qua nunc hæreſi noſtratium pleroſque eſſe uideo,
loquendi quoque omnium fermè uſu pleniſſimè id atteſtante. Huius autẽ
erroris(ut aliorum multorum quibus nunc hallucinamur) fundamenta ie-
cit Accurſius,digna(propè dixerim) flagris ignorantia, an potius confiden-
tia?nam uenia ignorantiæ illis ſeculis indulgenda eſt.Is in titulo de petitio-
ne hæreditatis & de liberis præteritis,Cod.& in.l. Qui repudiantis,infrà De
inofficioſo teſt. aliiſque in locis conſtanter hoc affirmauit. Vt autem hanc
opinionem multorum ad hoc æui ſeculorum perſuaſione confirmatã,qua- G
ſiſque penitus fibratam conuellamus,aut certè labefactemus, altius res ipſa
Senatus Ro. inſtitutio. tota repetenda eſt. Iam primum igitur conſtat Senatum à Romulo primũ
inſtitutum fuiſſe, uel hoc Liuij teſtimonio, Cum iam uirium haud pœni-
Senatores Romæ centum. teret, cõſilium deinde uiribus parat. Centũ creat Senatores:ſiue quia is nu-
merus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui creari Patres poſſent. Pa-
tres certè ab honore, Patriciíque progenies eorum appellati. Hæc ille de
Maiorum minorúmque gẽtium Senatores. Romulo loquens.Hic Senatus paulò pòſt in duas uelut factiones maiorum
ſcilicet minorúmque gentium, & ex centenario ducenarius factus. Idem
de Tarquinio Priſco loquens, Ergo uirum cætera egregium, ſecuta quam H
in petendo habuerat,etiam regnantem ambitio eſt.Nec minus regni ſui fir-
mandi,quàm augendæ reipublicæ memor,centum in Patres legit,qui dein-
de minorum gentium ſunt appellati:factio haud dubia Regis, cuius bene-
ficio in curiam uenerant.Idem de Tarquinio Superbo eius filio loquẽs, His
muliebribus inſtinctus furiis Tarquinius, circumire & prehenſare minorũ
maximè gentium Patres,admonere paterni beneficij, ac pro eo gratiam re-
petere.Tacitus libro undecimo de Claudio Principe loquens,Iiſdem diebus
in numerum patriciorum aſciuit Cæſar uetuſtiſſimum quẽque è Senatu,
aut quibus clari parentes fuerant,paucis iam reliquis familiarum quas Ro- I
mulus maiorum,& Lucius Brutus minorum gentium appellauerant: ex-
hauſtis etiã quas Dictator Cæſar lege Caſſia,& Princeps Auguſtus lege Se-
Patricij. nia ſublegêre. Ex his apparet Patricios dictos eſſe nobiles Romanos, qui à
Cap.2. primis Senatoribus oriundi erant. Suetonius in Auguſto, Ea gens, inquit,à
** minores. ſic legũt Beroal. & Sabel.* Tarquinio Priſco Rege inter * Romanas gentes allecta in Senatum, mox à
Seruio Tullio in patricias traducta, procedente tempore ad plebem ſe con-
tulit,ac rurſus magna ui per diuum Iulium in patriciatum rediit. Non o-
Patriciatus. Cap.10. mnes autem Patricij Senatores erant,ut idem alibi oſtẽdit.In locum,inquit,
Tribuni plebis fortè demortui candidatum petitorem ſe oſtendit,quanquã K
patricius,necdum Senator.Patriciatus hic alius eſt prorſus ab illo patriciatu
antiquitati incognito,cuius meminit Iuſtinianus in titulo de Conſul.libro
duodecimo Cod.cuius nulla prorſus apud antiquiores ſcriptores fit mẽtio.
Πατρίκιος. Patricius. De qua dignitate Sudas, πατρίκιος ὁ πατὴρ τῆ κοινῆ.Patricius,inquit,pater eſt cõ-
munis reipublicæ.Hi autem in prima dignatione erant ſupremi conſilij eo-
dem auctore.Accurſius hæc duo confundens libro primo Inſtitut.in titulo

Source : BIU Cujas

A de iure naturali,ubi patriciorum & plebis Iuſtinianus meminit: Hi,inquit, erant patres Imperatoris.Sed uidendum de hac appellatione maiorum minorúmque gentium. Cicero libro primo Tuſcul.Si uerò ſcrutari uetera, & ex iis ea quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt,eruere coner,illi ipſi maiorum gentium dij qui habentur,hinc à nobis profecti in cœlũ reperientur. Cicero metaphoricõs maiorum gentium deos appellat eos,qui cœleſtes habiti ſunt ſemper,qui ſelecti dicti ſunt ab antiquis : quos etiã Auguſtinus libro ſeptimo de Ciuitate dei,deos prȩcipuos & ſelectos appellat,his uerbis:Fieri enim poteſt ut ſaltẽ deos ſelectos atque præcipuos, quos Varro uolumine comple

Dij maiorum gentium, & ſelecti.

Cap. 1.

B xus eſt ultimo, quiſquã colendos propter uitam beatã,quæ non niſi æterna eſt,opinetur.Hi xx numero fuerunt,xij mares,octo fœminæ,ut idem latiſſimè exequitur.Et lib.quarto: Quis enim ferat,inquit,quòd neque inter deos Conſentes,quos dicunt in conſilium Iouis adhiberi,nec inter deos quos ſelectos uocant,Fœlicitas conſtituta eſt? Minorum autem gentium dij ſecundum hoc dicebantur aſcriptitij quidam & allecti in deorum numerum, qui ex hominibus diuinos honores meruerãt, ut illi Senatores qui à Tarquinio in Senatum (ut ſuprà diximus) allecti ſunt,minorum gentium Senatores dicebantur.De his autem duobus deorum generibus ſic in lege xij tabul.ca-

Cap. 23. Conſentes.

Dij minorum gentium, qui & aſcriptitij.

C uebatur,Diuos,& eos qui cœleſtes ſemper habiti ſunt, colunto,& illos quos in cœlum merita uocauerũt,Herculem,Liberum, Aeſculapium, Caſtorem, Pollucem,Quirinum.Idem Cicero in Acad. Zenoni,& reliquis ferè Stoicis Aether uidetur ſummus deus,mente præditus,qua omnia regantur. Cleanthes,qui quaſi maiorum eſt gẽtium Stoicus,Zenonis auditor , ſolem dominari,& rerum potiri putat. Cicero maiorum gentium Stoicos appellat eos, qui ueri legitimíque Stoici ſunt,quíque fundamenta Stoicæ ſectæ iecerunt, ut Zeno primus,& poſt eum Cleanthes. Nam fuerũt & alij poſtea ut Chryſippus qui à præceptore ſuo Cleanthe diſſentire cœpit. Hæc Tarquinij iam

De legibus lib. 2.

Acad. 4. ſiue in Lucullo.

D dicta inſtitutio fecit ut interdum Senatores Conſcripti uocarentur. Plutarchus in Romulo,Ipſi autem Romani,inquit, Patres Cõſcriptos id collegiũ appellant.quod nomen & dignitatis plurimum, & inuidiæ minimum præ ſe fert.Sed ab initio tantùm Patres dicti:poſtea aſcriptis in eum ordinẽ pluribus,Patres Cõſcripti uocati ſunt. Vnde Feſtus,Patres dicti ſunt, inquit,qui ſunt patricij generis:Cõſcripti,qui in Senatu ſunt ſcriptis adnotati. Allecti etiam dicebantur eodem auctore,qui propter inopiam ex equeſtri ordine in Senatus ſunt numerum aſſumpti. Vnde illud Tranquilli in Cęſare, Peregrinis in Senatum allectis,libellus propoſitus eſt, ne quis Senatori nouo curiã

Patres Conſcripti.

Allecti.

Cap. 80. Aſcriptitij.

E monſtrare uelit.Hodie autem allecti aſcriptitiíque uocari poſſunt latinè in collegiis magiſtratuũ,qui uulgo creati & extraordinarij uocitantur, ut nonnulli ſunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniorum , quos clericos magiſtróſque computorum appellamus. Hi autem aſcripti allectíq; à Græcis παρεγγεγραμμένοι dicũtur. Itaque Lucianus hos deos ἐγγεγραμμένους appellat, quos Cicero maiorum gentium uocitauit,quaſi iam inde ab initio in deorum albo connumeratos. παρεγγεγραμμένους uerò Herculẽ,Liberum,Ganyme-

Rationales.

Ratiociniorũ præfecti.

Dij aſcriptitij. παρεγγεγραμμένοι.

Source : BIU Cujas

dem,quos etiam μετοίκους uocat, quasi incolas aduenásque deos,hoc est adsci- F
tos, ascriptitios, adoptiuos. De Apolline enim loquens ita inquit, ἐγγεγραμμένος εἰς τὸν δώδεκα λεξιαρχικόν. Id est scriptus in duodecim deorũ albo.Erat autẽ
Princeps senatus. unus in Senatu, qui Princeps Senatus dicebatur. Plutarchus in Aphricano, Sequentes,inquit, Censores alij atque alij Principem Senatus Aphricanum legerunt. Quod genus honoris iis tantùm deferri consueuit, qui auctoritatem & gloriam maximis in rempublicam meritis prętantissimísque rebus
De auctoritate Senatus. gestis essent consecuti. Quanta autem auctoritas Senatus fuerit, licet ex Liuio intelligere libro primo ab Vrbe cond.Cum sensissent, inquit,ea moueri Patres,offerẽdum ultrò rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt,summa G
Senatus auctoritas in futurum accommodabatur. auctoritate populo permissa,ut non plus darent iuris, quàm detinerent.Decreuerunt enim,ut cum populus Regem iussisset,id sic ratum esset, si Patres auctores fierent.hodiéque in legibus magistratibúsque rogandis usurpatur idem ius,ui ademptum:prius quàm populus suffragium ineat, in incertum
In incertum euentum auctores fieri. comitiorum euentum Patres auctores fiunt. Cicero huius rei meminit in oratione pro Plancio. Apud eundem Liuium libro quarto de bello Macedonico ita inquit Tyrannus Lacedæmonius ad Quintium populi Romani imperatorem, Vos à censu equitem,à cẽsu peditem legitis: & paucos excellere opibus,plebem subiectam esse illis uultis. noster legũlator non in pau- H
corum manu rempublicam esse uoluit, quem uos Senatum appellatis,nec
Auctoritas Senatus. Maiestas populi. excellere unum aut alterum ordinem in ciuitate. Auctoritas autem Senatus,& maiestas populi dicebatur.Cicero Philip.tertia, Tantus autem consensus est municipiorum coloniarúmque prouinciæ Galliæ, ut omnes ad au-
Maiestas læsa. ctoritatem huius ordinis, maiestatémque populi Romani defendendã cõspirasse uideantur. Inde læsæ maiestatis,& imminutæ auctoritatis crimina,
Auctoritas imminuta. de quibus alibi dicendũ.Senator nomen ordinis erat,non magistratus. Tres
Tres ordines Romæ. enim erant ordines Romæ,senatorius,equestris, & plebeius. Ab Aristotele
Τάξεις. Cap.1. τάξεις dicuntur. Plinius libro trigesimotertio, Sed annuli planè medium or- I
dinem,tertiúmq; plebi & Patribus inseruere: ac quod antea militares equi nomen dederant,hoc nunc pecuniæ iudices tribuũt. Nec pridem id factũ : diuo Augusto decurias ordinante,maior pars iudicũ in ferreo annulo fuit,
Annulo aureo insignitus. iique non equites sed iudices uocabantur:equitũ nomen subsistebat in turmis equorum publicorum. His uerbis significat Plinius equestrem ordinẽ
Equestris ordo. annulum aureũ pro insigni habere cœpisse,ut distingueretur à plebe. Equi-
Equites. Iudices. tes etiam iudices uocabantur,quia iudicum decuriæ ex equestri ordine deligebantur:ut uidebimus fortasse in lege ultima De muneribus & honor.§.
Cap.39. Iudicandi quoque necessitas.Tranquillus in Cæsare,Ludis Decius Laberius K
Eques Romanus mimum suum egit, donatúsque quingentis sestertiis & annulo aureo,sessum in quatuordecim ex scena per orchestram transiit.Laberius,inquit,poëta cum in scena poëma quod composuerat egisset,dona-
Annulus aureus Census equestris. tus est ordine & censu & dignitate equestri. Annulus aureus insigne erat ordinis equestris. Census autem equestris quadringenta sester. Hic etiam ordo ius habebat spectandi in quatuordecim ordinibus theatri,id est qua-

Source : BIU Cujas

A tuordecim gradibus, ut Senatorius ordo in Orcheſtra ſpectabat. Iuuenalis Satyra decimaquarta, - Effice ſummam
B iſſeptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.
id eſt quadringenta ſeſtert. Et paulò pòſt,
S ume duos equites, fac tertia quadringenta.
Orcheſtra. Ad finem.
Quadringenta.

Id eſt, opta tibi duplicem triplicémque cenſum equeſtrem. Ex equeſtri autē ordine ad Senatorium tranſitus erat. Vnde Alexander Imperator Romanus dicere ſolebat, ſeminarium Senatorum equeſtrem locum eſſe. Senatorij ordinis inſigne latuſclauus erat, & calceus lunatus: qui tamen communis no-
B bilitati fuiſſe putatur. Iuuenalis de Quintiliano,
A ppoſitam nigræ lunam ſubtexit alutæ.
Ex equeſtri ordine ad Senatoriū tráſitus. Latuſclauus. Lunatus calceus. Satyr. 7.

Cicero Philip. tredecima, Eſt etiam Aſinius quidam Senator uoluntarius, lectus ipſe à ſe: apertam curiam uidit poſt Cæſaris mortem: mutauit calceos: Pater Conſcriptus repentè factus eſt. id eſt lunatos calceos ſumpſit. Latuſclauus, quod laticlauium etiam dicitur, pro Senatoria dignitate ponitur, ut ius annulorum aureorum pro equeſtri ordine, & hodie calcar aureū. Inualuit tamen error, ut iuriſperiti militem pro equite dicant, cum nuſquam in iure legatur. Miles enim tam caligatum gregariúmq; peditem ſignificat, quàm
C equo militantem & honoratum. Miles enim à togato, &, ut recentiores loquuntur, à pagano diſtinguitur. Plinius, Annuli diſtinxere alterum ordinē à plebe, ut ſemel cœperāt eſſe celebres, ſicut tunica ab annulis Senatum tantùm: quanquam & hoc ſerò, uulgóque purpura latiore tunicæ uſos inueni-mus etiam præcones. Tunicæ purpuram Plinius latumclauum uocauit. Tranquillus in Auguſto, Sumenti uirilem togam, tunica laticlaui reſuta ex utraque parte ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur non aliud ſignificare, quàm ut is ordo, cuius inſigne id eſſet, aliquando ei ſubiiceretur. Aliqui clauum ſimpliciter appellāt, ut Lampridius in Alexandro, qui etiam
D laticlauium uocat. Tunica autem ueſtis eſt, cui toga ſuperinduitur: noſtri ſericum uel ſetam uocant lingua uernacula. Quintilianus libro undecimo, Cui laticlaui ius non erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paulum, poſterioribus ad medios poplites uſque perueniāt. Nam infra, mulierum eſt: ſupra, Centurionum. Vt purpuræ rectè deſcendant, leuis cura eſt: notatur interim negligentia. Latum habentiū clauum modus eſt, ut ſit paulùm cinctis ſubmiſſior. Ipſam togam rotūdam eſſe & aptè cæſam uelim. Ex dictis apparet, Latumclauum tunicam fuiſſe purpura prætextam, latiorem tunica uulgari, longiorémque, ac diſcinctam, cui toga ſuperinduebatur, ut
E tunicæ. Plinius in epiſto. Ego latumclauum à Cæſare noſtro, ego quæſturam impetraui. Latumclauum inquit, id eſt ſenatoriam dignitatem. Herodianus de Plautiano libro tertio, Siquidem latumclauum perpetuò habebat, atque in ſecundis conſularibus numerabatur. Enſem præterea geſtabat, cæteráque omnia ſupremæ dignitatis inſignia. Laticlaui perpetuò geſtandi auctoritas inter primas dignitates habebatur Herodiani tempore: ut ipſe auctor eſt libro tertio. A Græcis πλατύσημος ἐσθὴς dicitur: quaſi ueſtis lato ſigno diſtincta ab
Clauus. Laticlauium. Tunica. Cap. ult.
Latuſclauus. Li. 2 epiſt. 9.
πλατύσημος ἐσθὴς. Latus clauus

Source : BIU Cujas

alia.Herod. ἀμφίεσό τε τὴν πλατύσημον ἐσθῆτα, καὶ οἱ τοῖς δυτδρόις ὑπατεύσασιν ἐπέταχθ. F
Hæc de latoclauo ſemel dicta ſunt:ne ſicubi in Pandectis hoc uerbum occurrerit,dicendum iterum habeamus. Hæc autem inſignia in luctu publi-
Luctus publici forma. co deponebantur. Liuius libro nono de Caudina pace loquens, Extemplo ſine ulla publica auctoritate conceſſum in omnem formam luctus eſt. Tabernæ circa forum clauſæ, iuſtitiúmque in foro ſua ſponte cœptum priuſquam indictum. Laticlaui, annuli aurei poſiti:penè exercitu ipſo mœſtior
Ampliſsimus ordo. ciuitas eſſe. Ordo ſenatorius ampliſſimus ordo uocitabatur. Cicero pro domo ſua ad pontifices, Quid cum Senatum pro me non modò propugnare, ampliſſimum ordinem,ſed etiam plorare, & ſupplicare mutata ueſte prohi- G
berent,ne tum quidem uis erat?Et de prouinciis conſ.Reduxit me cum illo in gratiam ordo ampliſſimus, & ordo is qui eſt & publici conſilij,& meorũ omnium conſiliorũ auctor & princeps. Itidem ſæpe Liuius. Et Paulus in.l.
Maieſtas Senatus. Nutu.de lega.tertio. Maieſtatem eius ordinis dignationémque Liuius his
Decad.1.li.9. uerbis ſignificauit de Alexandro Magno loquens, Victús ne eſſet conſiliis iuuenis unius(ne ſingulos nominẽ) Senatus ille,quem qui ex Regibus conſtare dixit,unus ueram ſpeciem Romani Senatus cepit? Nunc uidendum
Senatorũ lectio. de legendis Senatoribus.Hi igitur plerunq; à Cenſoribus legebantur, à quibus & Senatu interdum mouebantur.Liuius tamen libro tertio ſecundi bel- H
Cenſor. li Pu.Dictatorem,inquit,qui Cenſor antè fuiſſet,uetuſtiſſimúſque ex iis qui uiuerent Cenſoriis eſſet,creari placuit qui Senatum legeret.Et paulò pòſt,de Buteone loquens,qui ob id Dictator creatus erat,Nam neque Senatu quenquam ſe moturum dixit ex iis quos C. Flaminius & L. Aemilius Cenſores in Senatum legiſſent: tranſcribi tantum recitaríque eos iuſſurum, ne penes unum hominem iudicium arbitriúmq; de fama ac moribus Senatoris fuerit:& ita in demortuorum locum ſublecturum, ut ordo ordini, non homo homini prælatus uideretur.Recitato uetere Senatu,inde primum in demortuorum locum legit,qui poſt L. Aemilium & C. Flaminium Cenſores Cu- I
rulem magiſtratum cepiſſent,necdum in Senatum lecti eſſent,ut quiſq; eorum primus creatus erat. Tum legit qui Aediles, Tribuni, Prætores, Quæſtoréſue fuerant. Tum ex iis qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent,aut ciuicam coronam accepiſſent. Ita centum ſeptuagintaſeptem cum ingenti approbatione omnium in Senatum lectis, extemplo ſe magiſtratu
Verr.4. abdicauit.Cicero in Verrẽ actione quarta:Decreuit Senatus honorifico Senatuſconſulto, ut Haleſinis Claudius Pulcher Prætor de Senatu cooptando leges conſcriberet. C. Claudius adhibitis omnibus Marcellis qui tum erant,de eorum ſententia leges Haleſinis dedit: in quibus multa ſanxit de K
ætate hominum: ne quis minor xxx annis natu: de quæſtu, quem qui feciſſet, ne legeretur: de cenſu, de cæteris rebus. Cenſus Senatorius duplex
Cenſus Senatorius. Cap.41. quàm equeſtris erat, atque etiam ſub Auguſto triplex. Tranquillus in eodem, Senatorium cenſum ampliauit,ac pro octingentorum millium ſumma duodecies ſeſtertium taxauit,ſuppleuítque non habẽtibus.Et Senatores igitur & equites,ex quibus iudices fiebãt,à cẽſu ſumebãtur ætate poſteriori:

Ex lege ultima,De Senatoribus. quod

Source : BIU Cujas

A quod Plinius libro decimoquarto his uerbis reprehendere uidetur, Posteris laxitas mũdi & rerum amplitudo damno fuit, postquam Senator censu legi cœptus, iudex fieri cẽsu, magistratum ducémq; nil magis exornare quàm census: pessum iere uitæ precia, omnésque à maximo bono liberales dictæ artes, in contrarium cecidere. Varia autem ratio legendi Senatus fuit diuersis temporibus. Tranquillus in Augusto, Senatorum affluentem numerum deformi & incõdita turba (erant enim supra mille, & quidam indignissimi, & post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti, quos abortiuos uulgus uocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit, duabus lectio-

B nibus: prima, ipsorum arbitratu, quo uir uirum legit: secunda, suo & Agrippæ. Quosdam ad excusandi se uerecũdiam compulit, seruauítque etiam excusantibus insigne uestis, & spectandi in orchestra, epulãdíque publicè ius. Idem in Claudio, Latum clauum (quãuis initio affirmasset non lecturum se Senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem) etiam libertini filio tribuit: sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. ac sic quoque reprehensionem uerens, etiam Appium Cæcum Cẽsorem generis sui proauctorem, libertinorum filios in Senatum allegisse docuit, ignarus tempori-

C bus Appij & deinceps aliquãdiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex iis procreatos. Ex quibus uerbis apparet Libertinos aliter olim accipi solitos quàm nunc in iure scriptum sit. Vnde Liuius libro decimo in persona P. Decij loquens contra nobilitatem, An unquam fando audistis patricios primo esse factos, nõ de cœlo demissos, sed qui patrem ciere auúmque possent? id est nihil aliud quàm ingenuos. Cõsulem iam patrem ciere possum, auúmque iam poterit filius meus. Instar est huius hodie quod locorum quorundam moribus receptum est, ut ne iusta nobilitas esse censeatur, nisi in pronepote & deinceps eius qui natalibus restitutus est. Id-

D que ad ea quæ de gentilitatis iure diximus, haud dubiè pertinet. Natalibus autem restituere hodie nobilitare uocamus: & nobilitationem, nataliũ restitutionem. Verbum est in iure frequens. Dicitur autem natalibus restitui non modò libertus, ut patronatus obseruantia liberetur, sed etiam plebeius cum ad nobilitatem ascíscitur, quãuis antea nunquam inter nobiles fuerit. Cuius rei rationem hanc esse existimo, quòd gentiles de quibus multa dixi-

E mus, ab eis distinguuntur, qui ingenuitatem intactam illibatámque nõ habent, sed aliqua conditione obnoxiam: cuiusmodi sunt plebeij omnes, qui ipsi maioréue eorum seruitutem aliquam seruierunt. Propterea igitur natalibus restitui dicuntur qui ad nobilitatem uocantur, quasi absterſa nãtalium plebeiorum sordida conditione, & in priscam communémque ab initio generi humano ingenuitatem, repositis illis qui hoc beneficio affecti sunt. Plinius ad Traianum, Postulantibus quibusdam ut de agnoscendis liberis, rẽstituendíque natalibus, & secundum epistolam Domitiani scriptã Minutio Rufo, & secundum exempla Proconsulum ipse cognoscerẽ: respexi ad Senatusconsultum pertinens ad eadem genera causarum. Ius autẽ annulorum donare apud antiquos erat id ferme, quod equitẽ facere dicimus.

In proœmio.

Senatus legendi ratio. Cap. 35.

Cap. 24.

Libertini.

Ingenui.

Natalibus restituere.

Nataliũ restitutio.

Gentiles.

Lib. 10. epistola 76.

Ius annulorũ donare.

Source : BIU Cujas

Cap.33. Tranquil.in Cæſ. Promiſſumque ius annulorum cum millibus quadringe- F
Cap.12. nis fama diſtulit,id eſt diuulgauit.Idem in Vitel.Prouincia deinde accepta Aſiaticũ manumiſit: ac primo imperij die aureis donauit annulis ſuper cœnam,cum mane rogantibus pro eo cunctis, deteſtatus eſſet ſeueriſſimè talẽ equeſtris ordinis maculam.Vtriuſque autem horũ meminit Vlpianus in.l. Sed ſi hac,infrà, De in ius uocando, ubi maius eſſe docet natalibus reſtitui, quàm iure annulorum donari.Dignitas autem equeſtris quæ hodie à Regibus & Regum legatis aut exercituum præfectis donatur, decus eſt militiæ, licet & in togatos etiam cõferatur.Inſtar autem eſſe uidetur antiqui moris.

Torques. Torques enim aurei militibus ob rem ſtrenuè geſtam donari ab Imperato- G
Torquati. ribus ſolebant:unde torquati dicti: qui duorum generum erant, ſimplares,
Cap.7. duplaréſq;.Vegetius libro ſecundo,Torquati,inquit,duplares,torquati ſimplares erant,quibus torquis aureus ſolidus uirtutis præmium fuit:quem qui meruiſſet,præter laudem interdum duas conſequebatur annonas, duplares duas, ſimplares unam. Torquati tamen hodie uocitari debent equites qui uulgo cochleati dicũtur,quos Rex noſter geſtamine ſuo regióque inſigni-
Collegium. uit: ordinem regium geſtare dicuntur. Collegium eſt & ſodalitas, cuius princeps caput eſt:torque ſunt illi conchulato inſignes,quem diebus ſolen-
Michael, numen ſodalitium. nibus collo circũdant,à diuo Michaele denominati,quem pro ſodalitio nu- H
mine colunt.Maximus quiſque procerum in eam cohortem cooptari ſolet. Vidimus aliquãdo ex eo numero unum moueri grauiſſimi criminis reum: qui de collegij ſententia exauctoratus, curiæ deditus eſt ad pœnam, quam
Chryſomalli. curia ſtatuiſſet crimini. Duces Burgundiæ Chryſomallon cohortem inſtituerunt aureo uellere inſignem.Reges Angliæ procerum ſodalium cohor-
Sub finem. Periſcelide donati. tem periſcelide donant. Vt ad Libertinos redeamus, Liuius libro nono au-
Libertinorũ allectio. ctor eſt luctu publico teſtatam Appianæ cenſuræ indignitatem, qui libertinos in Senatum allegerat.Cæterùm,inquit, Flauium dixerat Aedilem fo- I
renſis factio,Appij Claudij cenſura uires nacta, qui Senatum primus libertinorum filiis lectis inquinauerat: & poſteaquam eam lectionem nemo ratam habuit,nec in curia adeptus erat quas petierat opes urbanas, humilibus per omnes tribus diuiſis, forũ & campũ corrupit: tantúmq; Flauij comitia indignitatis habuerũt,ut plerique nobilium annulos aureos & phaleras de-
Cenſores Senatu mouebant Senatores. ponerent.Mouebantur autem Senatores Senatu à Cenſoribus,qui etiam ipſi ordinibus omnibus notas ignominiæ inurere poterant. Liui.lib.uigeſimonono,Cenſores Marcus Porcius & Lucius Valerius metu mixta expectatio-
Decad.4.lib. ne Senatum legerunt:ſeptem mouerunt Senatu,ex quibus unum inſignem & nobilitate & honoribus L. Quintium Flaminium Conſularem. Patrum K
memoria,inquit,inſtitutum fertur, ut Cenſores motis è Senatu aſcriberent notas.Catonis & aliæ quidem acerbæ orationes extant in eos quos aut ſenatorio loco mouit, aut quibus equos ademit. Longè grauiſſima in L. Quintium oratio eſt,qua ſi accuſator ante notam, non Cenſor poſt notam uſus eſſet,retinere Quintium in Senatu ne frater quidem Titus Quintius,ſi tum Cenſor eſſet,potuiſſet. Aſconius in Diuinationem Ciceronis de notis cen-

Source : BIU Cujas

A ſoriis loquens ita inquit, Regendis moribus ciuitatis Cenſores quinto quo- *Cenſores.*
que anno creari ſolebant. Hi prorſus ciues ſic notabant, ut qui Senator eſſet, eiiceretur Senatu: qui Eques Romanus, equũ publicum perderet: qui ple-
beius, in Cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc non eſſet in *Aerarius.*
albo centuriæ ſuæ, ſcilicet ad hoc ut eſſet ciuis, ſed tantummodo ut pro ca-
pite ſuo tributi nomine æra pénderet. Hoc igitur tam triſte ſeuerúmque no-
men populus Ro. ſic oderat, ut intermiſſum eſſet per plurimos annos tem-
pore Ciceronis: quod tamen Cicero propter infamiam corruptorum iudi-
ciorum dicit in illa oratione plebẽ ipſam quæ antè recuſabat, expoſcere. De
B qua cenſura idem pro Cluentio ita inquit, Hîc primum illud cõmune pro- *Cenſoria iu-*
ponam, nunquam animaduerſionibus cenſoriis hanc ciuitatem ita conten *dicia.*
tam, ut rebus iudicatis, fuiſſe. Et rurſus, Cenſores denique ipſi ſæpenumero
ſuperiorũ Cenſorũ iudiciis (ſi iſta iudicia appellari uultis) nõ ſteterunt: atq;
etiam ipſi inter ſe Cenſores ſua iudicia tanti eſſe arbitrãtur, ut alter alterius
iudicium nõ modò reprehendat, ſed etiam reſcindat: ut alter de Senatu mo-
uere uelit, alter retineat, & ordine ampliſſimo dignum exiſtimet: ut alter in
ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter uetet. Aſconius uerò in oratio-
nem eiuſdem in L. Piſonem, multas leges pernicioſas P. Claudium in Tri-
C bunatu ſuo Piſone & Gabinio Conſulibus tuliſſe dicit: in queis & illam, ne
quem Cenſores in Senatu legendo præterirent, néue qua ignominia affice-
rent, niſi qui apud eos accuſatus, & utriuſque Cenſoris ſententia damnatus
eſſet. Vnde Cicero in iam dicta oratione pro Cluentio, Videte, inquit, quid
agatis, ne in unumquẽque noſtrum Cẽſoribus in poſterum poteſtatem re-
giam permittatis: ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus,
quàm illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre: ne cenſorium ſtilum, cuius
mucronem multis remediis maiores noſtri retuderunt, æquè poſthac atque
illum gladium dictatorium pertimeſcamus. Hæc & alia inibi Cicero multa
D ad eleuandum cenſorij iudicij pondus commentus eſt, cauſæ tum inſeruiẽs.
Itaque in Lucium Piſonem ueluti palinodiam caneret, Centum propè an-
nos, inquit, legem Heliam & Fuſiam tenueramus, quadringentos iudicium
*rationémque cenſoriam. Quam poteſtatem minuere, quò minus quinto *notionémq;*
quoque anno de moribus noſtris iudicaretur, nemo tam effuſe petulans co-
natus eſt. Hæc ſunt ô carnifex in gremio ſepulta Cõſulatus tui. Liuius lib. 4.
ab urbe cond. Cenſores ægre paſſi, Mamercum, quòd magiſtratum populi
Rom. minuiſſet, tribu mouerunt, octuplicatóque cenſu ærarium fecerunt.
Hæc de cenſura cenſoriiſque notis obiter dicta ſint, atque etiam de ærariis:
E quod uerbum frequens apud ſcriptores antiquos à paucis ſatis intelligitur. *ἐγγεγραμμέ-*
Apud græcos ſimiles erant qui ἐγγεγραμμένοι εἰ ἀκροπόλει ideo dicebãtur ex mo- *νοι ἐν ἀκρο-*
re Athenienſium, quia in arcem relata eorum nomina eſſent: ut enim latine *πόλει.*
in ærarios relati dicuntur, ſic illi in arcem relati erant: qui & ὄφλοντες dicun- *In ærarios re*
tur, & καταδίκοι, & ἐζημιωμένοι. qui ignominia interim notati erant, quoad iu- *lati.*
dicatum facerent, hoc eſt omnia ex ſententia perſoluerent. Et quemadmo- *In arcẽ relati.*
dum noſtri eximere ex æraríis dicebant, cum aliquem hac ignominia le- *ὄφλοντες.*
καταδίκοι.
ἐζημιωμένοι.
Ex ærariis eximere.

Source : BIU Cujas

uabant:ſic illi ἐξ ἀκροπόλεως ἐξαλιλιμμένους uocabant: hoc eſt ex arce expunctos, F
id quod ex Demoſthenis oratione in Ariſtogitonem & Libanij argumento
Cenſorũ animaduerſio. Cap.12. intelligere licet. De huiuſmodi Cenſorum animaduerſionibus Gellius lib. iiij ita inquit,Si quis agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eúmque indiligenter curauerat,ac neq; arauerat,neque purgauerat, ſiue quis arborem ſuã uineámque habuerat derelictui,non id ſine pœna fuit: ſed erat opus cenſorium,Cenſoréſque ærarium faciebant.item ſi quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parũ nitidum uiſus erat,impolitiæ notabatur:quaſi tu dicas incuriæ.Sunt & alia exempla apud eundem eodem lib.cap.ultimo.
Senatus conuocãdi ratio. Cap.7. Videamus de conuocando habendóq; Senatu. Gellius lib.15.ex libro quo- G
dam Varronis enumerat eos magiſtratus,per quos more maiorum Senatus olim haberi ſolitus eſt, eóſque nominat, Dictatorem, Conſules, Prætorem, Trib.pleb.Interregem,Præfectum urbi:neque alij præter hos ius fuiſſe dicit faciendi Senatuſconſulti. Quotiéſque uſu ueniſſet ut omnes iſti magiſtratus Romæ eſſent,tum quo ſuprà ordine ſcripti eſſent, qui eorum prior aliis
Senatum cõſulendi ius. eſſet,ei potiſſimum Senatum conſulendi ius fuiſſe. Addit deinde extraordinario iure Tribunos quoque militares,qui pro Conſulibus fuiſſent, item Decemuiros quibus imperium conſulare tum eſſet, item Triumuiros reip.
Senatus legitimus & indictus. conſtituendæ cauſa creatos,ius conſulendi Senatum habuiſſe. Senatus au- H
tem habebatur aut legitimus,aut indictus.Capitolinus in Gord.Non legitimo,inquit,ſed indicto Senatus die Conſul iam domi conuentus, cum Prætoribus Aedilibus & Tribunis in curiã uenit.Legitimus Senatus ſtatis die-
Cap.35. bus habebatur. Tranquil.in Aug. Sanxit,inquit,ne plus quàm bis in menſe legitimus Senatus ageretur,ſcilicet Calẽdis & Idibus:néue Septembri Octobríue menſe ullos adeſſe alios neceſſe eſſet quàm ſorte ductos, per quorum numerum decreta confici poſſent.Spartianus in Adriano,Senatui legitimo,
Edictus, indictus Senatus. Cap.80. cum in urbe uel iuxta urbem eſſet,ſemper interfuit. Edictus autem uel in- I
dictus erat,qui ob negocia incidẽtia repentè indicebatur.Idem in Cæſ.Poſtquam Senatus Idibus Martiis in Pompeij curiam edictus eſt, facile tempus
Νόμιμος ἐκκλησία. Σύγκλητος. & locum prætulerunt. Sic apud Athenienſes νόμιμος ἐκκλησία dicebatur ἡ κυρία καὶ ὡρισμένη τοῖς τῦ μηνός. σύγκλητος δὲ ἡ ἐξαίφνης γινομένη διά τι καιροῦ. Legitima
Concio legitima & conuocata. concio dicebatur fixa ſtatáque cõcio, quæ ter in menſe habebatur. Conuocata autem & indicta, quæ repentè noua quadam de cauſa fiebat. Auctores Sudas & interpretes Demoſthenis in oratione πρὸ παραπρεσβείας, enarrantes illud ἐφοβοῦντο δὲ μὴ ἐξαίφνης ἐκκλησία γένηται. Appianus libro primo de bel.Ciuilibus,Conſulum alter Opimius nomine,ut in trepidatione mos eſt,nonnul-
Lib.15.ca.7. los cum armis in Capitolium feſtinare iubet,Senatúmque per præconẽ con- K
uocari.Cæterum Gellius auctor eſt,iuſtum Senatuſconſultũ eſſe non poſſe, niſi quod in loco per Augures conſtituto, quod templum appellaretur,factum eſſet.Propterea & in curia Hoſtilia,& in Pompeia,& pòſt in Iulia,cum
Senatuſconſulti legitimi locus & tempus. profana ea loca fuiſſent,templa eſſe per Augures cõſtituta, ut in iis iuſta Senatuſconſulta more maiorum fieri poſſent. Scriptúmque Varronem reliquiſſe,non omneis ædes ſacras templa eſſe: Senatuſcõſ.autem ante exortum,

Source : BIU Cujas

A aut poſt occaſum ſolem factum, ratum non fuiſſe. Opus etiam cenſoriũ feciſſe exiſtimatos, per quos eo tempore Senatuſconſ. factum eſſet. Immolaréque hoſtiam prius, auſpicaríque debere, qui Senatum habiturus eſſet. De rebus quoque diuinis prius quàm humanis ad Senatum referẽdum eſſe. Tum porrò referri oportere, aut infinitè de rep. aut de ſingulis rebus finitè. Senatus autem conſulta duobus modis fiebant: aut per diſceſſionem, inquit Gellius, ſi conſentiretur: aut ſi res dubia eſſet, per ſententias ſingulorum exquiſitas. Tranquillus in Tiberio, Cum Senatuſconſultum per diſceſſionem fortè fieret, tranſeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt

Senatuſconſ. per diſceſſionem. Cap. 31.

B nemo. Cicero Philip. iij. Cum de repub. relaturus fuiſſet, allato nuncio de legione quarta, mente concidit: effugere feſtinans, Senatuſconſ. de ſupplicatione per diſceſſionem fecit: cum id factum eſſet antea nunquam. Idem in ulti. In has ſententias meas ſi Cõſules deſignati diſceſſionem facere uoluiſſent, omnibus iſtis latronibus auctoritate ipſa Senatus iampridem de manibus arma cecidiſſent. Gellius libro tertio de Pedariis Senatoribus loquens,

Diſceſſionem facere.

Cap. 18.

Non pauci ſunt, inquit, qui opinantur Pedarios Senatores appellatos, qui ſen

Pedarij Senatores.

tentiam in Senatu non uerbis dicerent, ſed in alienam ſententiam pedibus irent. Quid igitur cum Senatuſconſ. per diſceſſionem fiebat, nónne uniuer-

C ſi Senatores ſententiam pedibus ferebant? Et paulò pòſt, Marcus Varro, inquit, in Satyra Menippea, quæ ἰππικὴν inſcripta eſt, equites quoſdã dicit Pedarios appellatos: uidetúrque eos ſignificare, qui nondum à Cenſoribus in Senatum lecti, Senatores quidem non erant: ſed quia honoribus populi uſi erant, in Senatum ueniebant, & ſententiæ ius habebant. Nam & Curulibus magiſtratibus functi, qui nondum à Cenſoribus in Senatum lecti erant, Senatores non erant: & quia in poſtremis ſcripti erant, non rogabantur ſententias: ſed quas principes dixerant, in eas diſcedebant. Hoc ſignificabat edictũ,

Non omnibus Senatoribus dicendæ ſententiæ ius erat in Senatu.

quo nunc quoque Conſules cum Senatores in curiam uocant, ſeruandæ cõ-

D ſuetudinis cauſa, tranſlatitio utuntur. Verba edicti ſunt hæc, Senatores, quibúſque in Senatu ſententiam dicere licet, & reliqua. Tranſlatitium edictum Gellius appellat ex antiqua conſuetudine deſumptum, quomodo & Cicero appellauit in Prætura urbana. His autẽ Gellij uerbis facilè intelligimus non fruſtra ab Vlpiano hoc in loco præfinitã circunſcriptámque Senatorum appellationem eſſe. Cicero ad Atticum libro primo, Cum eſt actum, neq; animaduerſum eſt ad quos pertineret, & raptim in eam ſententiam Pedarij cõcurrerunt. Inde illa locutio, In ſententiam ire, & pedibus in ſententiam ire. Liuius libro quinto, Primores Patrum cenſuere non expectandum iuſtum

Tranſlatitiũ edictum.

Epiſt. ult.

In ſentẽtiam ire.

E tempus comitiorum, ſed extemplo nouos Tribunos militum creãdos eſſe, qui à Calendis Octobribus magiſtratum occiperent. In quam ſententiam cum pedibus iretur, cæteri Tribuni militum nihil cõtradicere. At enimuero Sergius Virginiúſque, propter quos pœnitere magiſtratuũ eius anni Senatum apparebat, primo deprecari ignominiam, deinde intercedere Senatuſconſulto. Idem lib. 9. Cum omnes laudibus modo proſequentes uirum, in ſententiam eius pedibus irent, tentata pauliſper interceſſio eſt à Lucio Liuio

Source : BIU Cujas

Epiſtola 11. Facere diſceſſionem.

& Quinto Melio Tribb. Plinius lib.2. epiſtol. Sed cum fieret diſceſſio, qui ſellis Conſulum aſtiterant,in Cornuti ſentẽtiam ire cœperunt. Tum illi qui ſe collegæ adnumerari patiebãtur,in diuerſum tranſierunt. Cicero Philip.11. Dixit tamen,ſi quis eorum qui poſt ſe rogati eſſent, grauiorem ſententiã dixiſſet,in eam ſe iturum.Nos hodie id,ad idem dicere uocamus:quod ignari ignauíque aut aſſentatores plerũque factitare dicuntur: graues etiam uiri interdum faciũt,ſi res ita popoſcerit.Hoc autem Tranquillus in Aug. eleganter & breuiter expreſſit. Sententias,inquit,de maiore negocio non more* atque ordine, ſed prout libuiſſet* perrogabat : ut perinde quiſque animum intenderet,ac ſi cenſendum magis quàm aſſentiendum eſſet. Plinius in Panegy.de Domitiani temporibus loquens. At quis antea loqui,quis hiſcere audebat,præter miſeros illos qui primi interrogabantur? cæteri quidẽ defixi & attoniti, ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem,quo cum dolore animi,quo cum totius corporis horrore perpetiebantur?unus ſolúſq; cenſebat quod ſequerentur omnes, & omnes improbarẽt, in primis ipſe qui cenſuerat.Verba ſunt Plinij ſignificantis tyrãnicam uiolentiam Imperatoris, in cuius ſententiam omnes ire cogebantur. Eſt igitur cenſere quod uulgo opinari uocant,id eſt ſententiam ſuam explicata ratione approbare audientibus.Idem in epiſt.Iam cenſendi tempus. Dicit Domitius Apollinaris Conſul deſignatus. Gellius tamen libro decimoquinto docet nullum fuiſſe Senatuſconſultum, in quo diſceſſio non eſſet neceſſaria.De ordine uero rogandarum ſententiarum quem Auguſtum non ſeruaſſe Tranquillus dixit, idem Gellius lib.4.ita inquit, Ante legem quæ nũc de Senatu habendo obſeruatur, ordo rogandi ſententias uarius fuit. Aliàs primus rogabatur,qui à Cẽſoribus princeps in Senatum lectus fuerat: aliàs qui deſignati Conſules erant.Quidam è Conſulibus ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti,quem iis uiſum erat honoris gratia extra ordinem ſentẽtiam* primam rogabant.Obſeruatum tamen eſt,cum extra ordinem fieret, ne quis quenquam ex alio quàm Conſulari loco ſententiam primum rogaret.Hactenus Gellius.Licebat autem per legem de Senatu habendo, rationẽ ſententiæ ſuæ Senatores cenſentes expoſcere. id quod ex his Plinij uerbis intelligi poteſt ad Valerianum libro quinto epiſt. Abſolutus eſt reus ſententia deſignati Conſulis Afranij Dexteri.Aſſenſerunt omnes præterquã Licinius. is interdicendum ei aduocatione in quinquennium cenſuit. Et quãuis neminem auctoritate traxiſſet,cõſtanter in ſententia manſit. Quinetiam Dexterum,qui primus diuerſum cenſuerat, perlata lege de Senatu habendo,iurare coëgit è rep.eſſe quod cenſuiſſet. Cui,quanquam legitimæ poſtulationi,à quibuſdam reclamatum eſt: exprobrare enim cẽſenti ambitionem uidebatur.Sed priuſquam ſententiæ dicerentur, Nigrinus Trib. pleb.recitauit libellum diſertum & grauem,quo queſtus eſt uænire aduocationes, uænire & præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex ſpoliis ciuium magnos & ſtatos reditus. Recitauit capita legum, admonuit Senatuſconſultorum,& reliqua quæ Plinius de mercenariis aduocationibus exequitur, ad-

Cap.35.

*neque *prærogabat

Cenſere.

Lib.9.epiſtola 13.ad Quadratum.

Cap.7. De rogandis ſententiis. Cap.10.

*primum.

Lex de Senatu habendo.

Epiſtola 14.

Source : BIU Cujas

A uocatus ipſe memoriæ ſuæ celebratiſſimus. In rebus uero momentoſis, aut ad exemplum pertinentibus, Senatores non minus centum Senatuſconſultum facere poterant, ut uidetur ex Liuio lib. nono de bel. Maced. de Bacchanalibus loquente, Si quis, inquit, tale ſacrum ſolenne & neceſſarium duceret, nec ſine religione ac piaculo ſe id omittere poſſe, apud Prætorem urbanum profiteretur, Prætor Senatum conſuleret. Si ei permiſſum eſſet, cum in Senatu centum non minus eſſent, ita id ſacrum faceret. Aſconius tamẽ Cornelium Ciceronis tempore legẽ tuliſſe dicit, ne quis in Senatu legibus ſolueretur, niſi ducẽti affuiſſent: quæ ſine tumultu acta res eſt. Nemo enim ne- *Senatorũ ad Senatuſconſ. faciendũ numerus.*

B gare poterat pro auctoritate Senatus eſſe eam legẽ. Verùm duo Senatuſconſulta uno die nõ fiebant, id quod innuit Capitolinus in Maximino his uerbis de Gordiano loquens, Hic annum agẽs ætatis quartumdecimum, ſtatim raptus eſt, & nouo genere Senatuſconſulti, cum eodem die Senatuſconſultum factum eſſet, inductus in curiam Cæſar eſt appellatus. Quo modo autem Senatores in Senatum ire cogerẽtur, Cicero Philip. prima docet, Quid tandem, inquit, erat cauſæ, cur in Senatum heſterno die tam acerbe cogerer? ſolúſne aberam? an non ſæpe minus frequentes fuiſtis? an ea res agebatur, ut etiam ægrotos deferri oporteret? Annibal, credo, erat ad portas, aut de Pyrrhi *Duo Senatuſconſulta uno die non fiebant.* *Senatus coactio.*

C pace agebatur: ad quam cauſam etiam Appium illum & ſenem & cæcũ delatum eſſe, memoriæ proditum eſt. De ſupplicationibus referebatur: quo in genere Senatores deeſſe non ſolent. Coguntur enim nõ pignoribus, ſed eorum quorum de honore agitur, gratia. Quod idem fit, cum de triumpho refertur. Ita ſine cura Conſules ſunt, ut penè liberum ſit Senatori non adeſſe. Et paulò pòſt, Quis autem unquam tanto damno Senatorẽ coegit? aut quid eſt ultra pignus aut mulctam? Verba ſunt Ciceronis conquerentis iniuriam Antonij Conſulis, qui non contentus pignoribus captis aut mulcta dicta cogere in Senatum uenire Ciceronem, minatus eſt etiam frequẽtiſſimo Se-

D natu cum fabris ſe uenturum ad diſturbandam ſubuertendámque domum eius. Idem lib. 3. de Oratore, de iurgio Philippi Conſulis in Senatu & L. Craſſi magni illius oratoris loquens, Hic cum homini & uehemẽti & diſerto & in primis forti ad reſiſtendum Philippo, quaſi quaſdam uerborum faces Craſſus admouiſſet, non tulit ille, & grauiter exarſit, pignoribúſque ablatis Craſſum inſtitit coercere. Pignora autem capere uel auferre eſt, quod nunc dicimus captionem bonorum. Coercere igitur pignoribus captis Cicero dixit, quod nos cogere per bonorum captionem dicimus. Demoſthenes ἄλλαι τῆι κτημάτων dicit, quaſi manum facultatibus iniicere. quod etiam græce *Pignora capere & auferre.* *Cap. 10.*

E τῆι ἐνεχύρων λαμβάνειν dicitur, hoc eſt pignora capere. Gellius lib. 7. pignoriſcapionem hinc eſſe dictam ab antiquis affirmat, ut uſuſcapionem. Prehendere uero eſt apud eos id quod nos corpore prehendere dicimus: cuius exemplũ ſtatim ſubiiciemus. Quibus autem modis Senatores in Senatum uenire, iiſdem etiam cenſere cogebantur, niſi Tribuni intercederent. Liuius lib. 8. ſecundi belli Punici, Itaque Quintus Fuluius poſtulauit à Cõſule, ut palàm in Senatu diceret, permitterétne patribus ut de prouinciis decernerent? ſta- *Pignoriſcapio.* *Prehendere.* *Cẽſere Senatores quomodo cogebantur.* *Non procul à fine.*

Source : BIU Cujas

turúſque eo eſſet quod cenſuiſſent?an ad populũ laturus?Cum Scipio reſpõ- F
diſſet,ſe quod è rep. eſſet,facturum: tum Fuluius, Non ego, inquit, ignarus
quid reſponſurus facturúſue eſſes, quæſiui: quippe cum præ te feras tentare
magis quàm conſulere Senatum. Itaque à uobis Tribunipl.poſtulo,inquit,
ut ſententiam mihi ideo non dicenti, quòd ſi in meam ſententiam diſceda-
tur,non ſit ratum habiturus Conſul,auxilio ſitis. Inde altercatio orta, cum
Conſul negaret æquum eſſe Tribunos intercedere,quo minus ſuo quiſque
loco Senator rogatus ſententiam diceret,Tribuni ita decreuerũt. Si Cos.Se-
natui de prouinciis permittit,ſtari eo quod Senatus cenſuerit, placet:nec de
ea referri ad populum patiemur: ſi non permittit, qui de ea re ſentẽtiam re- G
cuſabit dicere,auxilio erimus.Conſul diem ad colloquendum cum collega
Prehenſio Senatorum. Cap.2. petiit.Poſtero die permiſſum Senatui eſt.Prouinciæ ita decretæ. Prehẽdi ue-
rò Senatores iuſſu Cos.poterant.Valerius libro ſexto,L.uerò Philippus Con-
ſul aduerſus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit: nam ſe-
gnitiem pro roſtris exprobrans, alio ſibi Senatu opus eſſe dixit: tantúmque
à pœnitentia dicti abfuit,ut etiam L. Craſſo ſummæ dignitatis & eloquen-
tiæ uiro,id in curia grauiter ferenti,manum iniici iuberet. Ille reiecto lictо-
re,Non es,inquit,mihi Philippe Conſul, quia nec ego tibi Senator ſum. Id
Cap.10. eſt,quia dixiſti te alium Senatum quærere. Gellius lib.4. Capito Atteius in H
libro,quem de officio Senatorio compoſuit, ſcriptũ hoc reliquit: Caius Cæ-
ſar,inquit,Conſul Marcum Catonem ſententiam rogauit. Cato rem quam
conſulebatur,quoniam non è rep.uidebatur, perfici nolebat. Eius rei gratia
ducendæ,longa oratione utebatur , eximebátque dicendo diem. Erat enim
Libertas dicendi in Senatu. ius Senatori,ut ſententiam rogatus, diceret antè quicquid uellet alius rei,&
quoad uellet. Cæſar Conſul uiatorem uocauit:eúmque cum finem non fa-
ceret,prehendi loquentem,& in carcerem duci iuſſit.Senatus conſurrexit,&
proſequebatur Catonẽ in carcerem.Hac,inquit,inuidia facta,Cæſar deſtitit,
& mitti Catonẽ iuſſit.Hactenus ille.Quid ſit autem prehendere, & qui ma- I
giſtratus prehenſionem,quíque uocationem habuerint,& qui utrũque,aut
Cap.12. Vocationem & prehenſionem habẽtes magiſtratus. Tribuni ple. etiam neutrum,idem Gellius lib.13.docet: Vocationem,inquit,habent Con
ſules,& cæteri qui habent imperium: prehenſionem Tribuni ple.& alij qui
habent uiatorem. neque uocationem,neque prehenſionem,ut Quæſtores,
& cæteri qui neque lictorem habent,neque uiatorem.Qui uocationem ha
bent,iidem prehendere,tenere,abducere poſſunt.Qui autem iure prehendi,
is etiam in uincula duci poteſt.Sed quærẽtibus nobis, inquit,quam ob cau-
ſam Tribuni qui haberent ſummam coercendi poteſtatem,ius uocandi nõ
habuerint:illud occurrit,quòd Tribuni pleb.antiquitus creati uidentur,non K
iuri dicendo,nec cauſis querelíſque de abſentibus noſcẽdis, ſed interceſſio-
nibus faciendis, quibus præſentes fuiſſent, ut iniuria quæ coram fieret,arce-
retur:ac propterea ius ad ſe uocandi, ademptum:quoniam ut uim fieri ue-
tarent,aſſiduitate eorum & præſentium oculis opus erat.Labeo igitur Anti-
ſtius legum morúmque Populi Rom.peritiſſimus, per uiatorem Tribuno-
rum pleb.uocatus,eodem Gellio auctore, reſpondit, ius eos non habere,ne-

que

Source : BIU Cujas

A que ſe,neque alium quenquam in cauſa uocandi, cum moribus maiorum Tribb.pl.prehenſionẽ haberent,uocationem non haberent. Poſſe igitur eos uenire,& prehendi ſe iubere, ſed uocandi abſentem ius non habere. Iniici autem manum Valerius in ſuperiore exemplo pro prehẽdi dixit, licet iniicere manum propriè ſit uerbo antiquo iuris, quoties nulla iudicis expectata auctoritate,rem nobis debitam aut etiam noſtram uendicamus:quo modo uſus eſt Quintilianus in ſeptimo his uerbis, Aut alteri enim, aut inuicẽ utrique de iure fit controuerſia:ut in re tali,Patri in filium,patrono in libertum manus iniectio ſit: liberti hæredem ſequantur. Liberti filium quidam

Iniicere manum. Manus iniectio.

Cap.8. ad ſinem.

B fecit hæredem,inuicem petitur manus iniectio:& patronus negat ius patris illi fuiſſe,quia ipſe in manu patroni fuerit. In eadem ſignificatione uſus eſt Vlpianus in.l.Sed ſi hac,De in ius uocando. Et Paulus in.l.penult.De ſeruis exportandis.Iniicere manum latinè dici debet,quod lingua uernacula ſæſire appellamus. Virgilius, Iniecere manum Parcæ. Sic dominus in prædium (ut nunc dicitur)feudarium,hoc eſt beneficiarium, manum iniicere ſolet.Hoc Græci πλὼ χειρὸς ὡσὶ βολὼ appellant.Iniicitur etiam manus in aliquem, uel in eius bona,uel merces aliquas,quãdo inde ille abire, uel res inde moueri auctoritate aliqua uetantur,quod nos arreſtare dicimus. Plinius ad Traianum

Aeneid.10.

C epiſtola 91. hoc uerbo μιξαφοεικῶς uſus eſt. Itaq; & quieti eius inieci manũ,& exegi ut me in Bithynia cõſilio inſtrueret. quod ille anniciſſime & ſenectutis & ocij ratione poſtpoſita,& iam fecit, & facturus eſt. Quæ uerba corruptiſſimè uulgo leguntur.Ocioſum(inquit Plinius) Nymphidiũ nactus,continuo nauare mihi operam coegi,quaſique uſui meo uendicaui, ut me conſiliis ſuis adiuuaret. Recentiores nullo antiquo exemplo iniicere manum, pro uim afferre dicunt: quod latinè afferre manus uel etiam inferre dicitur. Quo utroque Auguſtinus libro primo de Ciuitate dei utitur.Lactantius libro tertio Inſtitut.Multi ergo ex iis,quia æternas eſſe animas ſuſpicabantur,

Afferre & inferre manus.

Cap 18.

D tanquã in cœlum migraturi eſſent, ſibi ipſis manus intulerunt,ut Cleanthes & Chryſippus & Zeno & Empedocles. Cæterum intercedere Senatuſcõſulto Tribuni pleb.poterant,ut ex Liuiano illo exemplo intelligere licet,& ex Tacito libro uigeſimo,Cum rogarent,inquit,ſentẽtias Conſules, Vulcatius Tertulinus Trib.pleb.interceſſit,ne quid ſuper tanta re Principe abſente ſtatueretur.Gellius lib.decimoquinto, Varro, inquit,de interceſſionibus ſcripſit,dixítque intercedendi ne Senatuſconſultum fieret,ius fuiſſe iis ſolis,qui eadem poteſtate,qua ij qui Senatuſconſultum facere uellent,maioréſue eſſent. Qui autem hi fuerint,nos ſuprà eodem Gellio tradente uidimus. Va-

Intercedere Senatuſconſ. Tribuni poterant.

Cap.7.

E lerius libro ſecundo,cap.primo,Illud quoque memoria repetendũ eſt,quòd Tribunis pleb.intrare Curiam nõ licebat: ante ualuas autem poſitis ſubſelliis,decreta Patrum attentiſſima cura examinabant:ut ſiqua ex iis improbaſſent,rata eſſe non ſinerent.Itaque ueteribus Senatuſcõſultis, T litera ſubſcribi ſolebat: eáque nota ſignificabatur, illa Tribunos quoque cenſuiſſe. Qui quãuis pro commodis plebis excubabant,ínque imperiis compeſcendis occupati erant:inſtrui tamen ea argenteis uaſis, & annulis aureis publicè præ-

Source : BIU Cujas

bitis patiebantur, quò talium rerum uſu auctoritas magiſtratuum eſſet or- F
Interceſsio. natior. Eſt autem interceſſio id quod oppoſitionem uocamus. Liuius libro quinto ab Vrbe cōd. Camillus plebem ſceleris palàm arguere, quæ iam in ſuos uerſa, non intelligeret ſe prauo iudicio de Tribunis interceſſionem ſuſtuliſſe, interceſſione ſublata Tribunitiam poteſtatē euertiſſe. Idem libro
Tribunitium auxilium & prouocatio. tertio, Tribunitium auxilium & prouocationem duas arces libertatis tuendæ appellat. appellabantur enim Tribuni contra uim magiſtratuum: unde in xij tab. Plebes, quos pro ſe, contra uim, auxilij ergô, decem creaſſit, Tribuni eius ſunto. Quódque ij prohibeſſint, quódque plebem rogaſſint, ratum eſto. Plutarchus in Problematis auctor eſt, moribus Romanorum conſtitu- G
Tribunorum domus apertæ. tum eſſe, ut domus Tribunorum noctu ne clauderentur, ſed interdiu noctúque indigenti cuique eorum auxilio paterent, quaſi portus quidā & pręſidium periclitantium. Maiores enim communem Tribunum eſſe uoluerunt, & tanquam aram omnibus acceſſibilem. proinde honore quidem ſacroſanctos eos eſſe uoluerunt, nec ſine inexpiabili ſcelere uiolabiles. Maximè autem populares eos faciebat, ſi nihil ſupra plebeiam ſortem ſeſe extollerent, ſed ſpecie & cultu & omni uiuendi ratione in ordinem ſe cogerent,
ὅθεν οὐδὲ οἰκίας αὐτοῦ κλείεσθαι νενόμισται θύραν, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ ἀνέῳγε καὶ μεθημέραν, ὥσπερ λιμὴν καὶ καταφυγὴ τοῖς δεομένοις. ὥσω δὲ μᾶλλον ταπεινοῦνται ᾧ σώματι, τοσούτῳ μᾶλλον αὔ- H
ξεται τῇ δυνάμει. κοινὸν ἢ αὐτὸν ἀξιοῦσι τῇ χρείᾳ καὶ πᾶσιν καὶ ἐφικτὸν, τῇ δὲ τιμῇ ποιοῦσιν αὐτὸν
Ad Pompeiū Falconē epiſtola 23. ἱερὸν καὶ ἅγιον καὶ ἄσυλον. Plinius libro primo epiſtolarum, Ipſe cum Tribunus eſſem, abſtinui cauſis agēdis: Primùm, quòd deforme arbitrabar, cui aſſurgere, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus ſtare: & qui iubere poſſet tacere quēcunque, huic ſilentium clepſydra indici: & quem interfari nefas eſſet, hunc etiam conuicia audire. His uerbis ſignificatur magnam uim fuiſſe interceſſionis Tribunitiæ: de qua Cicero nonnihil libro tertio de Legibus. Quo modo autem interceſſioni Tribunitiæ parendum
Obnunciatio Augurum. erat, ſic etiam obnunciationi Augurum, de qua Cicero de Diuinatione lib. I
pri. & Plutarchus in Craſſo, & Aſconius in orationem Ciceronis in Piſonē. Sed nihil nunc ad rem. Si quis autem in Senatu loqui uellet ſententiam nō rogatus, ueniam à Cos. petebat: unde Capitolinus in Maximo, Poſt hæc, inquit, tacentibus cunctis, cum Maximus, qui & natu grandior erat, & meritis & uirtute ac ſeueritate clarior, dicere ſententiam cœpiſſet, qua oſtenderet duos Principes eſſe faciendos: Vectius Sabinus ex familia Vlpiorum rogato Conſule ut ſibi dicere atque interfari liceret, ſic orſus eſt. Licebat etiam Senatoribus uenia prius petita, eos qui in Senatum inducebantur, interrogare.
Decad. 3. lib. 10. Liuius lib. 20. de Legatis Carthaginenſium loquens in Senatum admiſſis, K
Cum more, inquit, tradito à Patribus, poteſtatem interrogandi ſi quis quid uellet Legatos, Prætor feciſſet: ſenioréſque qui fœderibus interfuerant, alia alij interrogarent: nec meminiſſe ſe per ætatem (etenim omnes fermè iuuenes erant) dicerent Legati: conclamatū ex omni parte curiæ eſt, Punica fraude lectos, qui ueterem pacem repeterent, cuius ipſi non meminiſſent. De Senatu Senatoribúſque in duodecim tab. ita cautum erat, Omnes magiſtratus

De Senatu.

Ex lege ultima, De Senatoribus. auſpicium

Source : BIU Cujas

A auſpicium iudiciúmque habento, éxque iis Senatus eſto. Eius decreta rata ſunto. Is ordo uitio uacato: cæteris ſpecimẽ eſto. Senatori qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto. Cauſas populi teneto. Quæ cum populo, quæ cum Patribus agentur, modica ſunto. Erat autem auctoritas in Senatu, & poteſtas in populo, ut auctor eſt Cicero lib. 3. de Legibus. Vnde Senatus cenſere, & populus iubere dicebatur. Liuius lib. 7. de bel. Maced. Senatus eam pacẽ ſeruandam cenſuit, & paucos poſt dies populus iuſſit. Cicero lib. ſupradicto, Senatori, inquit, iuſſa tria ſunt, ut adſit: nam grauitatem res habet, cum frequẽs ordo eſt. ut loco dicat, id eſt rogatus. ut modo, ne ſit infinitus. Nam breuitas

Auctoritas Senatus.
Poteſtas populi.
Cenſere Senatus eſt: ut iubere, populi.
De officio Senatoris.
De breuitate cenſendi in Senatu.

B non modò Senatoris, ſed etiam oratoris magna laus eſt in ſententia. nec eſt unquam longa oratione utendum, niſi ubi ſpectante Senatu (quod fit * ambitiosè ſæpiſſime) nullo magiſtratu adiuuante, tolli diem utile eſt: aut cum tanta cauſa eſt, ut opus ſit oratoris copia, uel ad hortandum, uel ad docendũ: quorum generum in utroque magnus noſter Cato eſt. Quódque lex addit, Cauſas populi teneto, eſt Senatori neceſſarium noſſe remp. ídque latè patet. quid habeat militum, quid ualeat ærario, quos ſocios reſp. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, conditione, fœdere: tenere conſuetudinem decernẽdi, noſſe exempla maiorum. Ex his Ciceronis uerbis &

** ambitionẽ.*
Senatori quæ cognoſcenda.

C illis xij. tabularum ſatis (ut arbitror) apparet, litium cognitionem & iudicandi neceſſitatem non fuiſſe muneris Senatorij, tametſi Decuriæ iudicum ex Senatu aliquando ſumebantur, ut ex equeſtri ordine: ut alibi uidebimus, ſi locus inciderit. Verùm quod Cicero de tollẽda die dixit in exemplo proximo, uideamus quid ſignificet. Cicero igitur ad illud xij tab. reſpiciẽs, Quę cum Patribus agentur, modica ſunto: Senatori modicè dicendum ait, niſi ſi fortè è rep. eſſe putarit, ut longiore oratione utatur. Quod tum demum erit, cum res in Senatu decernenda, orationis copia aut ſuadentis aut docẽtis indiget: aut cum ita tempus tulerit, ut mora decernendæ rei quærenda ſit: id

Iudicum Decuriæ unde.
Dies tollẽda.

D quod tum uſu uenit, cum pernicioſæ alicui relationi nullus interceſſor magiſtratus impræſentiarum inueniri poteſt. Tunc enim tolli diem dicẽdo neceſſe eſt, quod & eximi diem frequentius dicitur: ut in illo exemplo Gellij ſuperius tranſcripto de Catone, quem Cæſar ob id prehendi iuſſerat. Huius autem hiſtoriæ meminit Plutarchus in Cæſare. Pompeius enim referebat de prouincia Galliarum & Illyrici in quinquennium Cæſari decernenda. Quam relationem reip. pernicioſam ut diſcuteret Cato, diem dicendo eximebat, id eſt prælonga oratione cenſendi tempus conſumebat de induſtria. Liuius libro quinto ſecundi belli Punici, Interim publicani Caſcæ in-

Diem tolli.
Diem eximi.
Lib. 4. ca. 10.

E ſtare, ut diem cõſilio eximeret. Idẽ libro pri. ab Vrbe cond. Tarquinius monitus à proximis ut purgaret ſe quòd id temporis ueniſſet, diſceptatorẽ ait ſe ſumptum inter patrem & filium, cura reconciliandi eos in gratiam, moratum eſſe: & quia ea res exemiſſet illum diem, poſtero die acturum quæ cõſtituiſſet: à Græcis ἐκκρούειν τὸ πρᾶγμα ἐν χρόνῳ dicitur, καὶ τὴν ἡμέραν ἐν ᾧ λέγειν κατατρίβειν. τὸν χρόνον ἀποτέμνεσθαι. τὴν ἡμέραν ὑφαιρεῖν, ἢ καταναλίσκειν. Cicero Philip. 6. Succurrendum eſt Decio Brutó. omnes undique copiæ colligendæ. horam exi-

Source : BIU Cujas

mere ullam in tali ciue liberando ſine ſcelere non poſſumus. Vbi corruptè F
Eximere actionem. L. Sed et ſi. exhibere in impreſſis libris legitur. Inde eximere actionem iudex dicitur ab Vlpiano in titulo, Ex quibus cauſis maiores, cum per dilationem eius effectum eſt, ut iam agi lege non poſſit: & actio exempta, cum iam deſiit agi poſſe. Neque uerò omittẽdum illud quod apud Macrobium legimus libro
Cap. 6. Prætextatiſ-lij cum Senatoribus in curiam ibant. primo Satur. Mos antea fuit, inquit, Senatoribus in curiam cum prætextatis filiis introire. Cum igitur in Senatu res maior quæpiam cõſultaretur, eáque in diem poſterum prolata eſſet, placuit ut hanc rem ſuper qua tractauiſſent, ne quis enunciaret priuſquam decreta eſſet, & reliqua quæ ille de Papyrio
Cap. 38. puero memorabilis indolis proſequitur. Trãquillus in Auguſto, Liberis Se- G
natorum, quò celerius reipublicæ aſſueſcerent, protinus uirilem togam, latumclauum * induere, & curiæ intereſſe permiſit. Prætextati autem pueri
** inducere. Prætextati. Bulla. Toga.* dicebantur, qui prætexta adhuc & bulla utebantur, quod fiebat uſque ad annum decimumſeptimum: quo tempore togam uirilem ſumebant depoſita prætexta puerili, ut meminit Cicero in proœmio Lælij, & nos alibi dicemus.
Cap. 1. Anni prætextæ. Hinc anni prætextæ à Plinio libro xxxiij pro annis pueritiæ: & ætas prætextata Gellio libro primo Noctium Atticarũ: & mores prætextati Feſto in in-
Cap. 23. Prætextati mores. tegris codicibus, & Macrobio, & Iuuenali, Sic prætextatos referunt Artaxata mores. Quod tamen uerbum diuerſiſſimè ab auctoribus Latinis accipi- H
Satyr. 2. uerſu ultimo. tur. Hoc autem uerbum ſi intellexiſſet Accurſius, locum illum in quarto Inſtitutionum in titulo De iniuriis. §. primo, non tam ineptè enarraſſet, Siue quis matremfamil. aut prætextatum prętextatámue affectatus fuerit. De prætextatis pueris Iuuenalis Satyra x. Nec prætextatum rapuit Nero loripedem,
Prætextatæ puellæ. Prætextatus ſermo. uel Strumoſum. Prætextatæ etiam puellæ dicebantur à prætextis quas nubentes deponebãt. Feſtus in integris codicibus, Prætextatum ſermonem, inquit, ab eo dictum putant, quòd prætextatis nefas ſit obſcœno uerbo uti. Alij dici putant, quòd nubentibus depoſitis prætextis à multitudine puerorum obſcœna clamentur. Ideóque prætextatum ſermonem appellabant, qui ni- I
hil obſcœnitatis habet. Contra hanc tamen Feſti opinionem, Tranquillus, Gellius, Macrobius, prætextatum ſermonem acceperunt pro eo qui apertè
Aſſectari prætextatũ. rem obſcœnam ſignificat. Aſſectari autem prætextatum aut prætextatam à Iuſtiniano dictum eſt in loco prædicto, pro eo quod eſt pudorem pueri ingenui aut puellæ ſugillare, & notam infamiæ tanquam ſcorto maſculo fœmininóque inurere. Solent enim hodie quoque perditiſſimi homines, dum ſugillare uolunt puellæ aut matronæ opinionem, improbiore petulantia in publico eis adambulare, quaſi ſcortum ad locum conſtitutum aſſectantes.
De Senatuſconſultis. Senatuſconſulta ſtatim ad Aediles, &c. Senatuſconſ. ad ærarium deferebantur. Sed nec illud ſilentio prætereundum, quòd Senatuſconſultã olim ſtatim ut K
facta erant, ad Aediles plebis deferebantur, nec ultrà in poteſtate Senatus erant. Liuius lib. 3. Inſtitutum etiam ab iiſdem Coss. ut Senatuſconſulta in ædem Cereris ad Aediles plebis deferrentur, quæ antè arbitrio Coss. ſupprimebantur uitiabãtúrque. Poſtea autem Senatuſconſ. ad ærarium deferri inſtitutum, ubi & leges in æs inciſæ erant, auctore Cicerone Philip. quinta his uerbis, Neque ſolum cõmentariis commentitiis chirographíſque uenalibus

Source : BIU Cujas

A innumerabilis pecunia congeſta in illam domũ eſt, ſed Senatus etiam conſulta pecunia accepta falſa referebantur, Syngraphæ obſignabãtur, Senatuſconſulta tanquam facta ad ærarium referebantur. Tranquil.in Aug. Auctor eſt Iulius Marathus, ante paucos quàm naſceretur menſes, prodigium Romæ factum publicè, quo denunciabatur Regem populo Romano naturam parturire: Senatum exterritum cenſuiſſe ne quis eo anno genitus educaretur: eos qui grauidas uxores haberent, quòd ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne Senatuſconſultum ad ærarium * referretur. Verumenimuerò quædam more maiorum à Senatu non etiam à populo conſtituebantur. Cicero B in Vatinium, Ne hoc quidem Senatui relinquebas, quod nemo unquã ademit, ut Legati ex eius ordinis auctoritate * legerẽtur. Adeóne tibi ſordidum conſilium publicum uiſum eſt, adeò afflictus Senatus, ut non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici conſilij auctores, non miniſtros muneris prouincialis Senatus more maiorũ deligere poſſit? Eripueras Senatui prouinciæ decernendæ poteſtatem, Imperatoris deligẽdi iudicium, ærarij diſpenſationem: quæ nunquam ſibi populus Rom. appetiuit, qui nunquam hæc à ſummi conſilij gubernatione auferre conatus eſt Contrà lib.3. de leg. ex lege.xij.tab. ita inquit, Creatio magiſtratuum, iudicia po- C puli, iuſſa, uetita cum ſuffragio conſciſcentur, optimatibus nota, plebi libera ſunto. Senatus uerò nihil niſi referentibus Conſulibus, aut iis quibus Senatum habere cogeréque licebat, decernere poterat. Id quod oſtẽdit Cicero in oratione de reditu ſuo, his uerbis, At pro me ſuperiores Conſules ſemper ut referrẽt, efflagitati ſunt: ſed ueriti ſunt ne cauſa gratiæ facere uiderẽtur, quòd alter mihi affinis erat, alterius cauſam capitis receperam. Qui prouinciarum fœdere irretiti, totum illum annum, querelas Senatus, luctum bonorũ, Italię gemitũ pertulerunt. Vnde paulò pòſt addit, Cum Senatus equitéſque Rom. D flere pro me, ac mutata ueſte uobis ſupplicare, edictis atque imperiis uetarentur. Et rurſus alibi, Pro me præſente Senatus, hominúmque præterea uiginti millia ueſtem mutauerunt. Quibus uerbis Cicero ſignificat Senatum & equites luxiſſe exilium ſuũ, & populo ſupplicaſſe pro reditu ſuo, ſed imperio Cõſulum hoc facere inhibitos poſtea deſiiſſe. Nam & poſtulata prouincialium Conſulibus edebantur, ut de iis ad populum referrent: &, ut inquit Tacitus, aditum patrum præberent. Idem in Verrem act.iij. Dicit præterea teſtimonium tota Sicilia, quæ in communibus poſtulatis ciuitatum omnium Conſulibus edidit, rogare ſe atque orare Patres Conſcriptos, ut ſtatuerent ne abſentium reorum nomina reciperentur. Legimus & apud Liuiũ E poſtulantes prouinciales interdum à Senatu ad populum reiectos, ut lib.7. ab Vrbe cõd. Legatos Cæritum, & lib.9. Legatos Samnitium: ſed utrique deprecaturi ad Senatum uenerant. Senatui etiam non licebat iniuſſu populi de ciue Rom. ſtatuere: id quod oſtendit Liuius lib.6. ſecundi bel. Pun. apud quem eo in loco Attilius Regulus in cõſilio ita inquit, Per Senatum agi de Campanis, qui ciues Ro. ſunt, iniuſſu populi non uideo poſſe: idque & apud maiores noſtros in Sutrianis factũ eſt, cum defeciſſent, ut M. Antiſtius Trib.

Cap.94.

* deferretur.

Senatus. Populus.

* legarentur.

De relatione Conſulum. Poſt reditum ad Quirites.

Ibidem.

Prouincialiũ poſtulata cõſulibus edebantur, ut de iis ad populũ referrent.

Senatus. Populus.

Senatui nõ licebat de ciue Romano ſtatuere.

Source : BIU Cujas

ple.prius rogationem ferret,ſcirétque plebs,uti Senatui de Sutrianis ſenten- F
tiæ dicendæ ius eſſet. Itaque cenſeo cum Tribunis plebis agendum eſſe, ut
eorum unus pluréſue rogationem ferant ad plebem,qui nobis ſtatuendi de
Campanis ius fiat.L.Attilius Trib.ple.ex auctoritate Senatus plebem in hæc
Sententiæ recitabãtur interdũ à cenſentibus. uerba rogauit,& reliqua.Nec ſilentio prætereundum,quòd ſentẽtiæ de ſcri-
pto interdum à cenſentibus dicebantur in Senatu. Id quod ex Cicerone in-
telligere poſſumus, Philippica.x.Is enim Fuſij Caleni ſententiam reprehen-
Nõ procul ab initio. dens ita inquit,Hoc uerò Q.Fuſi ſine offenſione noſtræ amicitiæ,* ſicut te-
** ſic tecũ, ut à te diſſentiẽs, ſenator quærò.* cum aut à te diſſentiens Senator,quæro:ita enim dixiſti, & quidem de ſcri-
pto:literas Bruti rectè atq; ordine ſcriptas uideri.quod quid eſt aliud, quàm G
librarium Bruti laudare,non Brutum? Oſtendit id etiam quadam ad Plan-
Epiſtola 13. cum epiſtola idem auctor his uerbis libro 10. Id ex ipſo Senatuſcõſulto po-
teris cognoſcere:ita eſt enim perſcriptum,ut à me de ſcripto dicta ſententia
Cap.84. eſt,quam Senatus frequens ſecutus eſt ſummo ſtudio. Tranquillus de Au-
guſto,Nam deinceps neque in Senatu,neque ad populum, neque apud mi-
lites locutus eſt unquã,niſi meditata & compoſita oratione, quãuis non de-
ficeretur ad ſubita extemporali facultate. ac ne periculum memoriæ adiret,
Recitare. aut ediſcendo tempus abſumeret,inſtituit recitare omnia. Recitare inquit,
Lib.2 epiſtola penult. id eſt legere,& de ſcripto dicere. Plinius in epiſt. Hortaris ut orationẽ ami- H
cis pluribus recitem.Faciam quod hortaris,quãuis uehemẽter dubitem. Ne-
que enim me præterit, actiones quæ recitantur,impetum omnem calorém-
que ac propè nomen ſuum perdere.Idem,Recitantium uerò præcipua pro-
Pronunciare. nunciationis adiumẽta, oculi,manus,præpediũtur. Quibus uerbis apparet
pronũciare eos qui memoriter dicũt:recitare uerò,qui de ſcripto.Sic accipi-
tur lib.7. Codicis in titulo De ſententiis ex periculo recitandis.Vbi tamen
periculo corruptè legi facilius eſt intelligere,quàm quo modo emẽdari de-
De ſcripto & ex ſcripto recitare. beat,cõminiſci.Dicimus enim de ſcripto recitare,& ex ſcripto. Liuius lib.4.
de bel. Maced.Prima oratio fuit omnia permittentis arbitrio Romanorum. I
** deducta res eſt.* deinde cum ea uelut uana & ſine effectu nihil proficerent, eò* deductæ res,
ut his conditionibus,quæ ex ſcripto paucis antè diebus editæ erant, induciæ
Cap.15. fierent. Tranquillus in Claudio, De quodam etiam negocio, ita ex tabella
pronunciaſſe creditur,ſecundum eos ſe ſentire,qui uera propoſuiſſent.Idem
In Auguſto cap.84. alibi è libello dixit:Sermones,inquit,cum ſingulis atque etiam cum Liuia
Sententiæ ex breuiculo recitandæ. ſua grauiores,non niſi in ſcriptis & è libello habebat. Legendum igitur for-
taſſe,de ſententiis ex breuiculo recitandis. Pronunciare autem uerbum eſt
Pronunciare. iuris in alio ſignificatu, pro eo quod eſt expreſſe & nominatim prædicere
præfaríque ex bona fide in rebus contrahendis. Vlpia.in.l.prima De Aedili- K
tio edicto,ſæpe in ea ſignificatione uſus eſt:& in.l. Quòd ſi nolit.Qui man-
ἐκφωνῆσαι. cipia uendunt,nationem cuiuſque in uenditione pronunciare debent. Hoc
Nuncupare & nuncupatũ teſtamentum. Græci ἐκφωνεῖν dicunt. Vſus eſt & Scæuola in titulo De euicti. & Cicero in
tertio Offic. Igitur Cato iudex ita pronunciauit:Cum in uendẽdo rem eam
** ſatis eſſet cautũ:ea præſtari,quæ* ſciſcet, & nõ pronunciaſſet,emptori damnum præſtari oportere.Hoc etiam
nuncupare dicitur.Idem in eodem, Nam cum ex xij tab.* ſatis eſſet ea præ-

ſtare,

Source : BIU Cujas

A ſtare, quæ eſſent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à Iuriſconſultis etiã reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quicquid enim ineſt prædio uitij, id ſtatuerunt, ſi uenditor ſciret, niſi nominatim dictũ eſſet, præſtari oportere. Hactenus ille. Eſt enim nuncupare non ſcripto, ſed uerbo cauere uel dicere, quod Græcè ὑπαγορεύειν dicitur. Vnde teſtamentum nuncupare dictum eſt. Plinius libro xiiij. de ebrietate loquens, Alij teſtamenta ſua nuncupant: alij mortifera loquuntur, redituráſque per iugulum uoces non continent. Iuſtinus lib. duodecimo de Perdicca loquens, Nam etſi non uoce nuncupatus hæres, iudicio tamen electus eſſe uidebatur. Iulianus in. l. ὑπαγορεύειν. Cap. 22.

B Si ita, De bono. poſſ. ſecundum tab. Teſtamentum, inquit, in tabulis ſibi fecit: filio autem impuberi per nuncupationem ſubſtituit. Et ibidem Iuriſcõſ. ſcriptum hæredem à nuncupato diſtinguit. Sic nuncupata uoluntas dicitur à Iuſtiniano uel Triboniano in titulo De teſtamentis, in fine. Et nuncupata uota Liuio & Tranquillo & Valerio. Liuius lib. 8. ab urbe: Haud ab re eſſe duxi, uerbis quoque ipſis ut tradita nuncupatáque ſunt, referre. Moris uerò non fuiſſe ut Senatus reos iudicaret, uel ex uerbis Ciceronis intelligi poteſt, qui in Verrem acti. ulti. ad iudices repetundarum loquens ita inquit, Quò confugient ſocij? quem implorabunt? qua ſpe denique ut uiuere uelint, te- *Nuncupata uoluntas.* *Senatum non iudicaſſe reos*

C nebũtur, ſi uos eos deſeritis? ad Senatum deuenient, qui de Verre ſuppliciũ ſumat? non eſt uſitatum, non eſt Senatorium. ad populum Rom. confugiẽt? facilis eſt cauſa populi: legem enim ſociorum cauſa iuſſiſſe, & ei legi cuſtodes ac uindices præpoſuiſſe dicet. Hic locus eſt igitur unus quò perfugiant: hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum. Senatuſcõſultorum formam exactam ſi quis uidere uelit, adeat Ciceronem in Philip. 3. 5. & 9. Illic enim Senatuſcõſulta à Cicerone perſcripta uiſuntur: ex quibus unius formulã exempli gratia tranſcripſimus, in laudem Cæſaris (qui poſtea Auguſtus dictus eſt) cẽſente Cicerone facti. Hoc autem, inquit, tempore ita cenſeo decernendũ, Quòd *Senatuſconſ. forma.* *Philipp. 5.*

D Caius Cæſar Caij filius, Põtifex, Proprætor, ſummo reip. tempore milites ueteranos ad libertatem populi Rom. cohortatus ſit, eóſque conſcripſerit. Deinde enumeratis omnibus eius in remp. meritis ità ſubdit, Ob eas cauſas Senatui placere, Caium Cæſarem Caij filium, Pontificem, Proprætorem, Senatorem eſſe, ſententiámque loco Prætorio dicere: eiúſque rationem, quæcũq; appetet, ita haberi, prout haberi lege liceret, ſi anno ſuperiore Quæſtor fuiſſet. Quibus uerbis & tota illa oratione Cicero Senatoriam dignitatem Cæſari, & dicendæ ſententiæ locum amplum impetrauit, id eſt Prętoris loco, ut perinde haberetur, ac ſi Quæſturam iuſtámque Præturam geſſiſſet. Hic fuit, *Maieſtas principis Senatus.*

E ut arbitror, ſtatus, hæc conditio priſci illius Senatus Senatorúmque ſub imperio populi: cuius quanta olim fuerit maieſtas, cum ex iis quæ dicta ſunt intelligi, tum uerò uel uno Liuij exemplo liquere poteſt. Is enim lib. 3. de Cincinnato loquens, qui abſens Dictator in maximo diſcrimine reip. creatus erat, inquit, Operæprecium eſt audire, qui omnia præ diuitijs humana ſpernunt, neque honori magno locum, neque uirtuti putant eſſe, niſi effusè affluant opes. Spes unica imperij populi Romani L. Quintius trãs Tyberim

Source : BIU Cujas

quatuor iugerum colebat agrum,quæ prata Quintia uocãtur. Ibi ab Legatis ſeu foſſam fodiens bipalio innixus, ſeu cum araret,operi certè (id quod conſtat) agreſti intentus, ſalute data inuicem redditáque, rogatus ut (quod bene uerteret ipſi reíque pub.)togatus mandata Senatus audiret: admiratus, rogitánſque ſatin' ſalua omnia, togam propere è tugurio proferre uxorem Raciliam iubet. qua ſimul abſterſo ſudore ac puluere uelatus proceſſit,Dictatorem eum Legati conſalutant. A Cæſare autem Dictatore oppreſſa rep. languere Senatus auctoritas,ac deinde poſt Auguſtum interire etiam cœpit, cum unius iam arbitrio omnia regerentur. Quo demum tempore mutari Senatoria munera cœpta ſunt:non enim Senatus in mãdandis exercitibus, in prouinciis decernendis, in legationibus dimittendis admittendíſque, in conſtituenda republica occupatus ultrà fuit,ſed in adulationem Principum conuerſus, inſontes ſontéſque nullo diſcrimine condemnare, ſæuientibus Principibus damnatos permittere, flagitioſiſſimos ciues in gratiam Principum ex reis eximere,ac Principibus condonare,innocentiſſimis hominibus negocium faceſſere,delatoribus fauere:Principum denique impotẽtiſſimis factis ſubſcribere,auctorémque ſe præbere, premente ſeruitute coactus eſt. Tunc Senatorij muneris cœpit eſſe reorum iudicatio. Accuſationes enim apud Senatum ex eo tempore factas legimus. Tranquillus de Caligula,Solebat etiam proſperis oratorum actionibus reſcribere, & magnorum in Senatu reorum accuſationes defenſionéſq; meditari. Idem de Domiti. Quoſdam maieſtatis reos in curiam induxerat: & cum dixiſſet experturum ſe illa die quàm carus Senatui eſſet,facilè perfecerat,ut etiam more maiorũ puniendi condemnarẽtur.De quo tempore Plinius in epiſt.ita inquit, Perſpeximus curiam,ſed curiam trepidam & elinguem, cum dicere quod uelles, periculoſum:quod nolles, miſerum eſſet. Et ibidem,Priorum, inquit,temporum ſeruitus,ut aliarum optimarum artiũ, ſic etiam iuris Senatorij obliuionem quandam & ignorationem induxit. Idem Tranquillus auctor eſt Neronem inter alia hoc quoque inſtituiſſe, ut omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent.Iudices etiam à Senatu peti poſtea cœperunt Domitiani inſtituto,eodem auctore.Auctor,inquit, Tribunis pleb.fuit Aedilẽ ſordidum repetundarum accuſandi, iudicéſque in eum à Senatu petendi. Plinius ad Arrianum lib.2. epiſtol. Marius Priſcus accuſantibus Afris,quibus pro Conſule præfuit,omiſſa defenſione iudices petiit. Ego & Cornelius Tacitus adeſſe prouincialibus iuſſi,exiſtimauimus fidei noſtræ conuenire, notum Senatui facere,exceſſiſſe Priſcũ immanitate & ſæuitia crimina quibus iudices dari poſſent,cum ob innocentes condemnandos interficiendóſque pecunias accepiſſet. Reſpondit Fronto,deprecatúſque eſt, ne quid ultra repetundarum legem quæreretur.Ex his Plinij uerbis facilè intelligimus iudices à Senatu peti ſolere, qui certo ac ſtatuto iudicio inquirerent in reos, id eſt qui repetundarũ lege uel maieſtatis uel alia quærerent,id eſt quęſtionem haberent:de quo uerbo ſatis alibi diximus.Iis autem iudicibus ex legis præſcripto iudicare neceſſe erat,nec legitimam pœnam excedere.Cum uerò

Dictator.

Quando primũ inclinari Senatus auctoritas cœperit.

Senatui quãdo adempta poteſtas.

Accuſationes reorum in Senatu.

Cap.53.

Cap.11.

Lib.8.epiſtola 14.ad Ariſtonem.

In Nerone cap 17. Appellationes à iudicibus ad Senatum.

In Domitia. cap.8. Iudices à Senatu petebãtur.

Epiſtola 11.

Quærere. Iudices ex legis præſcripto iudicare oportebat.

Source : BIU Cujas

A maiora crimina uidebantur,quàm ut conſtituta pœna ordinariáque in reos animaduerteretur,tum demum Senatus ipſe in reos inquirebat, quippe qui nullius legis præſcripto adſtringeretur. Quo modo hodie curia noſtra centenaria,cuius ſumma ſecundum Principem omnium cauſarum eſt cognitio,liberam habere criminum inquiſitionem, nec certa legis formula illigatam creditur:duntaxat quod ſine fraude ſacerdotalis iuris fiat: de profanis enim cauſis loquimur. Multa autem ad hoc pertinentia ex illo loco Plinij intelligere licet:in queis illud memorabile,Dixi(inquit Plinius)horis penè quinque.miſſus deinde Senatus,& reuocatus in poſterũ diem: neque enim B inchoari poterat actio,niſi noctis interuentu ſcinderetur.Poſtero die dixit pro Mario Saluius Liberalis,uir ſubtilis,acer,diſertus. Reſpondit Cornelius Tacitus eloquentiſſimè. Dixit pro Mario rurſus Fronto inſigniter. Huius actionem ueſpera incluſit,non tamen ſic,ut abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierũt.Iam hoc ipſum pulchrum (inquit Plinius) & antiquum,Senatum nocte dimitti, triduo uocari,triduo contineri. Vtinam in hac noſtra curia,id eſt in Parlamento,ita factitari inſtitutum eſſet,preſertim in his cauſis quæ certum priuatúmque accuſatorem habent, & iniuriæ ſuæ uindicem,quæque legitimo ordine agitatæ,hinc accuſatorem, illinc defen- C ſorem admittunt. Criminum enim inuidia, quæ recenti accuſatione calere ſolet,& ad animaduerſionem uindicationémque iudicum animos perpellere,comperendinata re(ut aſſolet) forenſi artificio,refrigeſcit.etenim longa die accuſatorum iuſta ira relangueſcit, & lachrymæ iudicum exareſcũt, qui prius uiduarum orborúmque calamitati ingemiſcere uidebantur. Quòd ſi moribus noſtris comparatum eſſet, ut accuſationes defenſionéſque probationibus ac teſtimoniis inſtructæ in iudicium afferrentur, ſicque præſentanea cognitione continuáque diſceptatione diiudicarentur, profectò audaciſſimis ac confidentiſſimis hominibus impunitatis ſpes præciſa eſſe uide- D retur. Vt ad rem reuertamur, Senatus cognitio certæ legi adſtricta nõ erat. Quintilianus libro tertio de controuerſiis loquens ſimplicibus & coniunctis, Vna controuerſia eſt per ſe furti,per ſe adulterij: plures aut eiuſdem generis,ut in pecuniis repetundis : aut diuerſi,ut ſi quis ſacrilegij ſimul & homicidij accuſetur,quod nunc in publicis iudiciis nõ accidit: quoniam Prætor certa lege ſortitur:Principum autem & Senatus cognitionibus frequens eſt,& populi fuit.Hæc uerba Quintiliani cum illis Plinij congruunt de iudicibus,qui certæ formulæ adſtricti erant:non autẽ Senatus, quomodo nec Princeps,nec olim populus, in cuius locum Princeps ſucceſſit. Idem libro E ſeptimo de qualitate loquens, Cum de pœna iudicium eſt,à parte eius qui cauſam dicit,aut defenſio eſt criminis, aut imminutio, aut excuſatio,aut (ut quidam putant) deprecatio. Et paulò pòſt, Vltima eſt autem omnium deprecatio:quod genus cauſæ plerique negarunt in iudicium unquam uenire.Quin Cicero quoque pro Quinto Ligario hoc teſtari uidetur, cum dicit,Cauſas Cæſar egi multas, & quidem tecum,dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum:certè nunquam hoc modo,Ignoſcite iudices,errauit,la-

Curia Parisienſis.

Memorabile de Senatus cognitione.

Criminales cauſæ nõ differendæ.

Senatus cognitio legi certæ nõ fuit adſtricta. Cap.12.

Princeps in populi locum ſucceſſit. Cap.5.

Deprecatio.

Source : BIU Cujas

pſus eſt,non putauit, ſi unquam poſthac, & cætera.In Senatu uerò, & apud F
populum,& apud Principem,& ubicunque iuris clemẽtia eſt,habet locum
In quibus cognitionibus iuris eſt clementia. deprecatio.In qua plurimum ualet,ex ipſo qui reus eſt,hæc tria in uita præ-
Deprecatio. cedere:ſi innocens,ſi bene meritus,ſi ſpes in futurum innocenter uicturi, &
Lib.7. cap.3. in aliquo uſu futuri.Idem alibi,Apollodorus quoque ἀντικατηγορίαν duas eſſe
ἀντικατηγορία Anticategoria. controuerſias dixit:& ſunt re uera ſecundum forenſe ius duæ lites.Poteſt ta-
Cap.12. men hoc genus in cognitionem uenire Senatus aut Principis. Eſt autem
anticategoria recriminatio,ſiue ut idem libro iij interpretatur,mutua accu-
ſatio:cuius genera duo.Alterum,quo litigatores idem crimen inuicẽ intен- G
tant:alterum,quo aliud atque aliud. Non abſimile huic genus eſt,quod ἀν-
ἀντίγκλημα. τίγκλημα dicitur,de quo idem in ſeptimo ita inquit,de aſſumptiua defenſio-
ne loquens,In hoc genere fortiſſimum eſt,ſi crimẽ cauſa facti tuemur,qua-
lis eſt defenſio Oreſtis,oratio Milonis.Antenclema dicitur,quia omnis no-
ſtra defenſio conſtat eius accuſatione qui uindicatur. Occiſus eſt,ſed latro.
Execatus,ſed raptor. Hactenus ille.Vbi fortaſſe exectus aut excæcatus legẽ-
dum.Eſt autem antenclema, contraria inſimulatio & recriminatio, quaſiq;
Antoninus, qui & Marcus philoſophus. criminis relatio. Auctor eſt etiam Capitolinus Marcum Philoſophum,qui
in iure Antoninus appellatur, Senatũ multis cognitionibus ad ſe pertinen-
tibus iudicem dediſſe. Pœnales porrò prouocationes ad Senatum fuiſſe in- H
Prouocationes pœnales ad Senatũ factæ. ſtituto Neronis Principis, Tacito tradente comperimus. ſic enim inquit li
bro xiiij.Auxit Patrum honorem,ſtatuendo ut qui à priuatis iudicibus ad
Senatum prouocauiſſent,eiuſdem pecuniæ periculum facerẽt, cuius ij qui
Imperatorem appellauere: nam antea uacuum id ſolutúmque pœna fuerat.
Non igitur ſine exemplo eſt antiquo, quòd prouocatores apud nos mulctæ
periculum faciunt: quod etiam à recentioribus principibus cõſtitutum eſt,
ut uidere licet in.l. Ab executione,Cod.de appel. Priſcis uerò Romanorum
temporibus prouocatio à magiſtratibus ad populum erat lege à Publicola
perlata, ut auctor eſt Liuius libro ij ab Vrbe cond. Illud uerò cognitu di- I
Oſculãdi ſenatus conſuetudo principibus ſuis. Cap.37. gnum,Romanis principibus morem olim fuiſſe,ut abeuntes redeuntéſque
peregre,Senatum oſcularentur: id quod ex Tranquillo intelligimus, qui in
Nerone ita inquit, Multas nec dubias ſignificationes ſæpe iecit,ne reliquis
quidem ſe parſurum Senatoribus, eúmque ordinem ſublaturum quando-
que è rep.ac prouincias & exercitus equitibus Romanis ac libertis permiſ-
ſurum.Certè neque aduenies neque proficiſcens quenquam oſculo impertiuit:ac ne reſalutatione quidem. Illud non omittendum quod Tacitus
lib.11.memoriæ prodidit,Cum de ſupplẽdo Senatu agitaretur,primoréſque
Galli Senatoria dignitate Ro.donati. Galliæ quæ Comata appellatur,fœdera & ciuitatem Romanam pridem aſ- K
ſecuti,ius adipiſcendorum in urbe honorum à Claudio Principe expeterẽt,
primi Hedui Senatorum in urbe ius adepti ſunt.Datum id fœderi antiquo,
Hedui Galli fratres Ro. Memorabile factum. & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Ro.uſurpant. Me-
morabile etiam illud eiuſdem Principis factum:famoſos enim probris,quo-
nam modo Senatu depelleret anxius, mitem & recèns repertam quandam
ex ſeueritate priſca rationem adhibuit, monendo ſecum quiſque de ſe con-

 ſultaret,

Source : BIU Cujas

A ſultaret, peterétque ius exuendi ordinis, facilem eius rei ueniam, & motos Senatu & excuſatos ſimul propoſiturum, ut iudicium Cenſorum, ac pudor ſponte cedentium permixti ignominiam mollirent. Addendum etiam illud Plinij Iunioris dictum de quodam Senatuſconſulto, aut quadam Senatus ſententia loquentis, quod quámue ſibi non probari ſignificans, Sed hoc pluribus, inquit, uiſum eſt: numerantur enim ſententiæ, non ponderantur. Nec aliud in publico conſilio fieri poteſt, in quo nihil tam inæquale eſt, quàm æqualitas ipſa. Nam cum ſit impar prudentia, par omniũ ius eſt. Idem libro octauo ad Ariſtonem (ſed in epiſtola manu ſcripta, quæ uulgo non re-

Li. 2 epiſtol. 12 ad Arrianum.

Numerabantur ſententiæ.

Epiſtola 14.

B peritur, ut & aliæ non paucæ) de iure Senatorio loquens ita inquit, Erat autẽ antiquitus inſtitutum, ut à maioribus natu, non auribus modo, uerumetiã oculis diſceremus, quæ facienda mox ipſi, ac per uices quaſdam tradẽda minoribus haberemus. Inde adoleſcẽtuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere dum ſequuntur, aſſueſcerent. Inde honores petituri aſſiſtebant curiæ foribus, & conſilij publici ſpectatores antè, quàm conſortes erant. Suus cuique parens pro magiſtro, aut cui parens non erat, maximus quiſque & uetuſtiſſimus pro parente. Quæ poteſtas referentibus, quod ius cenſentibus, quæ uis magiſtratibus, quæ cæteris libertas:

De iure Senatorio.

Adoleſcentes quomodo inſtituendi.

C ubi cedendum, ubi reſiſtendum, quod ſilentij tempus, qui dicendi modus, quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum, quæ executio prioribus aliquid addentium. In eadem autem epiſtola Plinius multa de iure Senatorio dixit, quæ quoniam longum eſſet huc transferre, & alioqui corrupta multis in locis inuenimus, ideo quàm potuimus breuiſſimè atque explicatiſſimè rei ſummam collegimus. Qui diuerſa igitur in Senatu cenſebant, in diuerſa diſcedebant. Inde in ſentẽtiam pedibus ire, de quo antea latiſſimè diximus. Referebatur, inquit, in Senatu de libertis Afranij Dexteri Conſulis, incertum ſua an ſuorũ manu, ſcelere an obſequio perempti. Hos aliquis, ego, (ſed ni-

Locus ex epiſtola Plinij, quæ uulgo nõ legitur.

Diſcedere in diuerſa.

In ſentẽtiam pedibus ire.

Plin. lib. 8. epiſtola 14 ad Ariſtonem.

D hil refert) poſt quæſtionem ſupplicio liberandos, alius in inſulam relegandos, alius morte puniendos arbitrabatur. Quarum ſentẽtiarum tanta diuerſitas erat, ut non poſſent eſſe niſi ſingulæ. Quid enim commune habet occidere & relegare? Non Hercule magis quàm relegare & abſoluere. Quanquã propior aliquanto eſt ſententiæ relegantis, quæ ſoluit, quàm quæ occidit: utraque enim ex illis uitam relinquit, hæc adimit: cum interim & qui morte puniebant, & qui relegabant, unà ſedebãt, & temporaria ſimulatione concordiæ, diſcordiam differebant. Ego poſtulabam, ut tribus ſententiis conſtaret ſuus numerus: nec ſe breuibus induciis duæ iungerent. Volebam (inquit

E Plinius) æquúmque eſſe cenſebam, ut diſceſſio in treis partes fieret, ne duæ ſimul ad tempus iunctæ, occidentium ſcilicet & relegantium, tertiam, id eſt noſtram abſoluentium, perimerent, & ita liberti ſecundo certamine morte aut relegatione periclitarentur, nulla iam abſolutionis ſpe reliqua. Exigebã ergo, inquit, ut qui capitali ſupplicio afficiendos putabant, diſcederent à relegante, nec interim contra abſoluẽtes mox diſſenſuri congregarentur: quia paruulum referret, an idem diſpliceret, quibus nõ idem placuiſſet. Illud etiã

Source : BIU Cujas

permirum mihi uidebatur,eum quidem qui libertos relegãdos, ſeruos ſupplicio afficiendos cenſuiſſet,coactum eſſe diuidere ſententiam:hunc autem qui libertos morte mulctaret, cum relegante numerari. Nam ſi oportuiſſet diuidi ſententiam unius, quia res duas comprehendebat: non reperiebam quemadmodum poſſet iungi ſententia duorum tam diuerſa cenſentium.Et paulò pòſt,Fingamus treis omnino iudices in hanc cauſam datos eſſe.horũ uni placuiſſe perire libertos,alteri relegari, tertio abſolui.utrúmne ſententiæ duæ collatis uiribus nouiſſimam periment,an ſeparatim unaquæque tantũdem quantum altera ualebit? Nec magis poterit cum ſecunda prima cõnecti,quàm ſecunda cum tertia. Igitur in Senatu quoque numerari tanquam contrariæ debent, quæ tanquam diuerſæ dicũtur. Quòd ſi unus atque idem & perdendos cenſeret & relegandos: num ex ſententia unius & perire poſſent,& relegari?num denique una omnino ſentẽtia putaretur, quæ tam diuerſa coniungeret? Quemadmodum igitur cum alter puniendos,alter cenſeat relegãdos, uideri poteſt una ſententia quæ dicitur à duobus, quæ non uideretur una,ſi ab uno diceretur? Quid?lex non apertè docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis? cum ita diſceſſionem fieri iubet, Qui hæc ſentitis,in hanc partem:qui alia omnia,in illam partem ite qua ſentitis? Et paulò pòſt de comparatione ſententiarum loquens per anthypophoran ita inquit,Atenim futurum eſt, ut ſi diuidantur ſententiæ interficiẽtis & relegantis,præualeat illa quæ abſoluit. Quid iſtud ad cenſentes?quos certè nõ decet omnibus artibus,omni ratione pugnare,ne fiat quod eſt mitius.Oportet tamen eos qui morte puniunt, & qui relegant, abſoluentibus primum, mox inter ſe comparari. Scilicet ut in ſpectaculis quibuſdam ſors aliquem ſeponit ac ſeruat,qui cum uictore contendat: ſic in Senatu ſunt aliqua prima,ſunt ſecunda certamina: & ex duabus ſententiis eam quæ ſuperior exierit,tertia expectat.His uerbis ſignificat Plinius ſentẽtias morte & relegatione mulctantium, ſingulas,id eſt diuiſas, cum abſoluentium comparari debuiſſe:ut ſi ipſæ numero præualerent,& uincerent abſoluentium ſentẽtiam, inter ſe poſtea eædẽ altero certamine compararentur. Et aliquanto pòſt,Obtinui quidẽ,inquit,quod poſtulabam. Nihilominus tamẽ quæro,an poſtulare debuerim,an abſtinere. Quemadmodum abſtinuit is qui ultimum ſupplicium ſumendum eſſe cenſebat, neſcio an iure: certè æquitate poſtulationis meæ uictus,omiſſa ſententia ſua acceſſit releganti, ueritus ſcilicet ne ſi diuiderentur ſententiæ (quod alioqui fore uidebatur) ea quæ abſoluendos eſſe cenſebat,numero præualeret. Etenim longè plures in hac una,quàm in duabus ſingulis erant. Tum illi quoque qui auctoritate eius trahebantur, tranſeunte illo deſtituti, reliquerunt ſententiam ab ipſo auctore deſertam: ſecutíque ſunt quaſi transfugam,quem ducẽ ſequebantur. Sic ex tribus ſententiis duæ factæ, tenuítque ex duabus altera,tertia expulſa, quæ cum ambas ſuperare non poſſet,elegit ab utra uinceretur. Quibus uerbis ſignificatur tres auctores trium fuiſſe ſententiarum, in quorum ſententias trifariam itum fuerat.Tres autem diſceſſiones ad duas rediiſſe,cum ultima ad ſecun-

De diuidẽdis ſententiis.

F

G

H

I

K

Source : BIU Cujas

A dam ſe contuliſſet, ſecúmque ſequaces ſuos traxiſſet. Cicero pro Milone; Quòd ſi per furioſum illum Tribunum, Senatui, quod ſentiebat, perficere licuiſſet, nouam quæſtionem nũc nullam haberemus: decernebat enim, ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Diuiſa ſententia eſt poſtulante neſcio quo. nihil enim neceſſe eſt me omnium flagitia proferre. ſic reliqua auctoritas Senatus empta interceſſione ſublata eſt. Quæ uerba Aſconius explanans ita inquit, Cum aliquis in dicenda ſententia duas pluréſue res complectitur, & ſi non omnes eæ res probantur, poſtulat ut diuidantur, id eſt ut de rebus ſingulis referatur. Nonnunquam autem Sena- *Diuidere ſententiam.*

B tuſconſulta inconſultius facta contrariis Senatuſconſultis antiquabantur, ut ex Cicerone ad Atticum libro primo facilè coniicimus his uerbis, De Sicyoniis (ut ſcripſi ad te antea) nõ multum ſpei eſt in Senatu. Nemo eſt enim iam, qui queratur. Quare, ſi id expectas, longum eſt. Alia uia, ſiqua potes, pugna. Cum actum eſt, neque animaduerſum eſt ad quos pertineret, & raptim in eam ſententiam pedarij concurrerunt. Inducendi Senatuſconſulti maturitas nondum eſt, quòd neque ſunt qui querantur, & multi partim maleuolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Inducere Cicero pro oblite- *Senatuſconſulta antiquabãtur interdum.* *Epiſt. ult.* *Inducere.*

C rare abrogaréque dixit uerbo Iuriſconſultis uſitato. Liuius libro uigeſimo nono, Vectigalia ſummis preciis, ultro tributa infimis Cenſores locauerunt. Quas locationes cum Senatus precibus & lachrymis publicanorum uictus induci, & de integro locari iuſſiſſet: Cenſores edicto ſummotis ab haſta qui ludificati priorem locationem fuerant, omnia eadẽ paulum imminutis preciis locauerunt. Inducere ſententiam aut decretum, uulgo ad nihilum po- *Decad. 4. lib. 9.* *Inducere ſententiam aut decretum.*

D nere dicimus, quo modo & circunducere edictum, de quo alibi diximus. Eſt enim inducere propriè ducto per ceras ſtylo tegere & interlinere, & memoriam ſcriptorum obliterare. Poſtremò Senatus (ut Senatum miſſum iam faciamus) his uerbis à Coss. dimittebatur, Nihil iam uos moramur Patres Cõſcripti. Auctor Capitolinus. Hîc adnotabimus quòd cauſæ Senatorũ in prouinciis ortæ, Romam interdũ reiiciebantur à Præſidibus & Proconſulibus. Cicero hoc his uerbis oſtendit libro xiij. epiſtol. ad Ser. Sulpitium ſcribens, Illud præterea ſi non alienum dignitate tua putabis eſſe, feceris mihi pergratum, ſi qui difficiliores erunt, ut rem ſine controuerſia confici nolint: ſi eos, quando cum Senatore res eſt, Romam reieceris. Verum enimuero quod Senatus Romæ, hoc fermè fuit γερουσία Spartæ, id eſt Lacedæmone: ipſa quo- *Circũducere.* *Senatus dimiſſio.* *Epiſtola 26. cuius initium Lucius Metellus.* *Γερουσία.*

E que à ſenibus dicta, qui græce γέροντες dicũtur. De qua Cicero in Catone ita inquit, Conſilium, ratio, & ſententia niſi eſſent in ſenibus, non ſummum cõſilium maiores noſtri Senatum appellaſſent. Apud Lacedæmonios quidem ij qui ampliſſimum magiſtratum gerunt, ut ſunt, ſic etiam appellãtur ſenes. Interpres Demoſthenis in orationem quæ πρὸς Λεπτίνην inſcribitur, Geruſia, inquit, magiſtratus apud Lacedæmonios, ad quem ij demum euadunt, qui integritate uitæ & uenerãda ſenectute cæteris præſtare uidentur. Demoſthenes ipſe de Spartanorum republica loquens, ἐπαιδεύθησαν εἰς τὴν καλοκἀγαθίαν γερουσίαν ἐγκεκριμένοι, παραχρῆν ἑαυτὸν οἴεται χρὴ, ἕκαστος ὅσῳ τῆς πολλῶν. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὅσῳ τὸ ἀρετῆς ἆθλον

πολιτείας κύριον γενέσθαι, μετὰ τῶν ὁμοίων. Vt enim aliquis in eam quæ Geruſia dicitur, cooptatus eſt, ſi modò eum ſe quẽ decet præſtiterit, ita dominus eſt multitudinis. Siquidem apud eos uirtutis præmium eſt reipublicæ gubernacula cum ſimilibus ſui pro poteſtate tenere. Ariſtoteles libro ſecũdo Politicôn, Geruſiam apud Lacedæmonios, id eſt in Geruſiam cooptari, uirtutis præmium eſſe ait. Quod tamen inſtitutũ reprehenſione non carere putat, quòd & perpetuus ille eſt magiſtratus, & cauſæ dicẽdæ immunis. Si enim, inquit, illi uiri numeris omnibus æqui boníque conſummati eſſent, ſi tanta quanta ſatis eſt ad uiros probos efficiendos, doctrina præditi, fortaſſe hoc eorum inſtitutum è republica eſſe contendere quiſquã haud immerito poſſet. tametſi rurſus illud controuerſum eſt, quoad quis uixerit, ingentiũ controuerſiarum diſceptatorem perpetuum cum poteſtate eſſe. Quippe ut corpori, ita animo ſua quoq; ſenectus eſt. Cum uerò iis rebus ita inſtituti ſint, ut ne legiſlator quidem ipſe ſatis dignos crediderit, qui nullis legibus quaſi uiri boni aſtringerentur: nimirum non tutum eſt tantarũ eos rerum perpetuò compotes eſſe. Enimuero multa & ſordidè & ambitioſè adminiſtrare ueriſimile eſt eos, qui ad huiuſmodi magiſtratum adoptati ſunt, ut qui cauſæ dicendæ uſquequaque immunes ſint. καίτοι τὸν ὅλον βίον κύριόν ἐστιν κρίσεων μεγάλων, ἀμφισβητήσιμον. ἔστι δ' ὥσπερ καὶ σώματος, ἀλγηδόνας γῆρας. Et paulò pòſt, φαίνονται δὲ καὶ δωροδοκήμονοι καὶ καταχαριζόμενοι πολλὰ τῶν κοινῶν οἱ κεκοινωνηκότες τῆς ἀρχῆς ταύτης. διόπερ βέλτιον αὐτὸς μὴ ἀνυπεύθυνος εἶναι. νῦν δ' εἰσί. Eodem pertinet illud Platonis in Legibus, δικαστὴν δὲ ἀνυπεύθυνον οὐδένα δικάζειν. Nullum, inquit, omnino iudicẽ iudicare oportet cauſæ dicẽdæ nõ obnoxiũ. Eſt autẽ nunc cauſam dicere, quod græci tum κρίνεσθαι, tum εὐθύνεσθαι dicunt, hoc eſt iudiciũ ſubire, & culpas fraudéſq; iudiciorũ ſuorũ actorúmq; præſtare. Hoc nũc Iuriſperiti nullo antiqui iuris exẽplo ſyndicari uocant. Quod Cicero rationẽ uitæ & magiſtratus geſti repoſci uocat: & edere & exponere quod in magiſtratu quiſque geſſerit: quod olim fiebat apud Cenſores. Dici etiam poteſt repetundarũ pecuniarũ iudicio ſubiici, hoc eſt εὐθύνας δίδοναι. Nam εὐθύνας ὄφλειν uel ἀφλεκτάνειν eſt damnatũ eſſe repetũdarũ, apud Aeſchinẽ & Demoſthenẽ. Inde ἀνυπεύθυνος magiſtratus dictus: & ἀνεύθυνος, qui cauſæ dicendæ aut immunis eſt, aut quouis modo eximitur: ut qui abolitionẽ apud nos à Principe impetrauerunt. Moribus tamẽ noſtris contra duorũ philoſophię antiſtitũ auctoritatẽ receptũ eſt, ut ſummorũ tribunaliũ iudices perpetuos, cauſæq́ue dicendæ ſecuros habeamus, etiã ſingulos, nedũ conſeſſus totos. Quanquã conſtitutione Philippi Regis cognomento Pulchri ſtatutũ eſſe legimus, ut in eos qui conuẽtus Parlamẽti peragerent, tertio quoque anno cum tardiſſimè inquireretur. Sed priſcã ſeueritatem poſterior ætas non tulit. Ecce autem (quod penè præterij) Senatus quoque muliebris in ordinem incurrit, muliebriáque itidem Senatuſconſulta præteriri ſe non ſinunt. Lampridius in Heliogab. Fecit & in colle Quirinali Senaculum, id eſt mulierum Senatum, in quo antè fuerat conuentus matronalis, ſolennibus duntaxat diebus. Facta & ſenatuſconſulta ridicula de legibus matronalibus, quæ quo ueſtitu incederent, quæ cui cederet, quæ

Geruſia, uirtutis præmiũ.

Cauſam dicere.

κρίνεσθαι. εὐθύνεσθαι.

Rationẽ magiſtratus geſti repoſcere.

Antypeuthyni.

Senatus muliebris.

Muliebria ſenatuſcõſulta.

Nõ procul ab initio.

Senaculum.

Source : BIU Cujas

A ad cuius oſculum ueniret: quæ pilento, quæ equo * ſagmario, quæ aſino ue- *ſaginario.
herentur: quæ carpento mulari, quæ boum, quæ ſella ueherentur, & utrum
pellicea, an oſſea, an eborata, an argentata: & quæ aurum uel gemmas in
calciamentis haberent. Huius rei meminit & Voſpicus in Aureliano. σάγμα,
ſagma onus eſt iumenti clitellarij, & ipſæ clitellæ. Vnde Sagmarij equi &
muli. Vtinam Pariſiis huiuſmodi Senatum, aut certè Senatuſconſulta ha-
beremus, quæ de noſtris matronis ſtatuerent, quæ cuique cedere, quæ cui-
que dux aut comes eſſe deberet, quid geſtare, quid indui, quid amiciri,
quídue cingi unamquanque deceret, ut quotidianis illis ſimultatibus, atque
B etiam interdum digladiatiũculis muliebribus ciuitas noſtra defungeretur.
Illud ſilentio non prætereundum, fuiſſe & Senatuſconſulta quæ tacita dice- *Senatuſcon-*
bantur: quæ neceſſitates publicæ apud ueteres repererunt, ut ſi fortè aliqua *ſulta tacita.*
uis immineret quæ cogeret Senatũ humilia capere conſilia, uel aliqua con-
ſtituere, quæ non prius oporteret dici, quàm effici: uel ſi nollent ad amicos
aliqua permanare, Senatuſconſultum tacitum fieret: ita ut non ſcribæ, non
ſerui publici, non cenſuales illis actibus intereſſent: Senatores exciperent, Se-
natores omnium officia cenſualium ſcribarúmque implerent, ne quid for-
tè proderetur. Auctor Capitolinus in Gordiano. Cuius inſtar eſt quod ho-
C die in curia ſumma mente retentum dicunt, uel arcanũ regeſtum. Videa-
mus de Centumuiris. Centumuiralia iudicia, inquit Feſtus, à Centumuiris *Centumuira-*
dicta ſunt. Nam cum eſſent Romæ trigintaquinq; tribus, quæ & curiæ ſunt *lia iudicia.*
dictæ, terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandum, qui Centumui-
ri appellati ſunt. Et licet quinque amplius quàm centum fuerint, tamẽ quò
facilius nominarentur, Centumuiri ſunt dicti. Cicero libro primo de Ora-
tore, Nam uolitare in foro, hærere in iure, ac Prætorum tribunalibus, iudicia
priuata magnarum rerum obire: in quibus ſæpe non de facto, ſed de æqui-
tate ac iure certetur: iactare ſe in cauſis Centumuiralibus, in quibus uſuca-
D pionum, tutelarum, gentilitatum, agnationũ, alluuionum, circunluuionũ,
nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamento-
rum ruptorum aut ratorum, cæterarúmque rerum innumerabilium iura
uerſentur: cum omnino quid ſuum, quid alienum, quare deniq; ciuis * aut *an
peregrinus, ſeruus * aut liber quiſpiam ſit, ignoret, inſignis eſt impudentiæ. *an
Tranquillus in Veſpaſ. Litium ſeries ubique maiorem in modum excreue- *Cap. 10.*
rant, manentibus antiquis intercapedine iuriſdictionis, accedentibus nouis
ex conditione tumultúque temporum. Sorte elegit per quos rapta bello re- *Memorabile*
ſtituerentur, quíque iudicia Centumuiralia, quibus peragẽdis uix ſuffectu- *inſtitutum.*
E ra litigatorum ætas uidebatur, extra ordinem diiudicarent, redigeréntque
ad breuiſſimum numerum. Hactenus ille. Simile autẽ id eſt Veſpaſiani in-
ſtitutum, atque ſi hodie uiros quoſdam induſtrios Princeps ſpiritu diuino
inſtinctus, ex centenariæ curiæ numero, aut etiam aliunde deligendos curet,
qui illos ſacculorum aceruos, aut apud actuarios publicè, aut apud unum- *Actuarij.*
quenque iudicum priuatim non tam aſſeruatos magna ex parte, quàm abſ-
truſos, atque etiam in conditorio obliuionis ſepultos, in lucem proferant, à

blattísque uindicẽt,& minutulas cauſas,ducenarias fortaſſe, aut trecenarias, F
aut cuiuſcunque modi commodum uideatur, extra ordinem,id eſt (ut nũc
loquimur)per commiſſarios diiudicent: maiores uerò cauſas, aut etiam ad
exemplum pertinentes(quas conſequentiæ uocamus)frequenti curiæ reſer-
uent,rectè atque ordine iudicandas.Quod ſi aliquãdo fiat, ærumna illa an-
telucana atque etiam diſpendio porrigendorum tot libellorum ſupplicum
litigatores mox defungentur, haud dubia chartariorum iactura in poſterũ.
Cap.8. Idem in Domit.Ius diligẽter & induſtrie dixit:plerunque & in foro pro tri-
bunali extra ordinem ambitioſas Centumuirorum ſententias reſcidit. Pli-
Epiſtola 14. ad Maximũ. nius libro ij.epiſtolarum,Diſtringor Centumuiralibus cauſis,quæ me exer- G
cent magis quàm delectant.Sunt enim pleræque paruæ,& exiles:rarò incidit
uel perſonarũ claritate,uel negocij magnitudine inſignis. Ad hoc,perpauci
cum quibus iuuet dicere. Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte ado-
leſcentuli obſcuri, ad declamandum huc tranſeunt, tam irreuerenter & te-
merè,ut mihi Attilius noſter expreſsè dixiſſe uideatur, ſic in foro pueros à
Centumuiralibus cauſis auſpicari, ut ab Homero in ſcholis. Erant autem
Centumuirales cauſæ. Cap.2. Centũuirales cauſæ in duas haſtas diuiſæ, auctore Quintiliano libro quin-
to cap.de præiudiciis.Tranquillus in Auguſt. Auctor etiam fuit ut cura æ-
Cap.36. rarij à Quæſtoribus urbanis ad Prætores Prætorióſue tranſiret: ut Centum- H
Centumuiralis haſta. Cap.8. uiralem haſtam,quam Quæſtura functi conſueuerant cogere, Decemuiri
cogerent.Valerius libro ſeptimo, Notæ inſaniæ Tuditanus teſtamento filiũ
inſtituit hæredem:quod Titus Longus ſanguine ei proximus, haſtę iudicio
ſubuertere fruſtra conatus eſt: magis enim Centumuiri quid ſcriptum eſſet
in tabulis,quàm quis eas ſcripſiſſet,conſiderandum exiſtimauerunt.Auctus
Centumuiri aucti numero. eſt autem poſtea Centumuirorum numerus, manente tamẽ ſemper nomi-
ne,diuiſusque in quatuor conſilia. Plinius libro 6.epiſtol. Fœmina ſplendi-
Epiſtol.33.ad Romanum. de nata,nupta Prætorio uiro, exhæredata ab octogenario patre, intra unde-
cim dies quàm ille nouercam ei amore captus induxerat, quadruplici iudi- I
cio bona paterna repetebat.Sedebãt iudices centum & octoginta : tot enim
Prætor Centũuiris præſidebat. quatuor conſiliis conſcribuntur. His autem præerat Prætor, ut ex eodem in-
Epiſtola ult. telligimus libro quinto his uerbis, Hoc facto Nepotis cõmotus Prætor qui
Centumuiralibus præſidet, deliberaturus an ſequeretur exemplum, inopi-
natum nobis ocium dedit. Quo in loco falſi ſunt qui locum illum Plinij
Iudicum Decuriæ. Centumuiralia iudicia. de iudicum Decuriis intellexerunt, quaſi eadem eſſent conſilia Centumui-
ralia,& Decuriæ iudicum qui in foro iudicabant. Erant autem Centumui-
rorum conſilia quatuor in quadam baſilica inter ſe uſqueadeo proxima, ut
actiones unius tribunalis ab alio exaudiri poſſent, ut ex eodem Plinio libro K
Cap.5. Tribunalia Centumuiralia. ſecũdo intelligimus. Quintilianus libro duodecimo de Trachallo loquẽs,
Certè,inquit,cum in Iulia baſilica diceret primo tribunali, quatuor autem
iudicia,ut moris eſt,cogerentur,atque omnia clamoribus fremerent,& au-
ditum eum & intellectum,& quod agentibus cæteris contumelioſum fuit,
laudatum quoque ex quatuor tribunalibus memini.Hanc autem rationem
iudiciorum Romanorum fuiſſe arbitror,ut cauſæ priuatæ, quæ certam for-

 mulam

Source : BIU Cujas

A mulam haberent,quales Cicero libro primo de Oratore enumerauit, à Centumuiris iudicarentur: Publica uerò iudicia apud consilium iudicum agi- *Publica iudicia.*
tarentur: quos Prætor sortiebatur subsortiebatúrque, ut alibi uidimus,qui
peculiari nomine iudices uocabantur,in Decurias distributi:quorum iudi- *Iudices.*
cium fori appellatione apud antiquos intelligitur,ut in illo exemplo Cice- *Forum.*
ronis suprà scripto,& apud Quintilianum in tertio. Rarum est autẽ,inquit, *Cap.12.*
ut in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes quæ
fiunt de accusatore constituendo. Prætor uerò in iis ferè quæ imperij sunt, *Prætoris iurisdictio.*
occupatus esset,in sortiendis iudicibus, in quæstionibus habẽdis, in consti-
B tuendis iudiciis (dicebatur enim quæsitor à quærendo, de quo satis antea
diximus:)in bonorum possessionibus dandis, in cautionibus decernẽdis,&
huiusmodi aliis:atque interdũ in sartis tectis exigẽdis. Valerius libro quin- *Cap.4.*
to,Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad Triumuirum,à
Triumuiro ad Prætorem,à Prætore ad * consilium Iudicum perlata, remis- ** Consulũ iudicium.*
sionem pœnæ mulieri impetrauit. Triumuiri capitales erant, quorum in- *Triumuiri capitales.*
teruentu in facinorosos animaduerti solitum erat. Prætor consilium iudi- *Prætor,iudex quæstionis.*
cum cogebat, qui propterea iudex quæstionis uocabatur: quo uerbo Mar-
tianus usus est in lege prima in principio, Ad legem Corneliam de sicariis.
C Iudices autem præsente Prætore præsidentéque sententias ferebant tabella- *Tabellares sententiæ.*
res,non uocales. Consulum uerò munera quæ fuerint, partim ex iis quæ su- *Consulũ munera.*
prà diximus,partim ex Tacito libro decimotertio intelligere possumus:Cõ- *Non procul ab initio.*
sulum, inquit,tribunalibus Italia & publicæ prouinciæ assisterent: illi Patrũ
aditum præberent, se mandatis exercitibus consulturum. Verba sunt Nero-
nis in auspicatu imperij formam sibi futuri Principatus præscribentis:Con-
sules,inquit,Italiæ & prouinciis publicis ius dicent: ego priuatis principa-
libúsque prouinciis,ac mihi mandatis exercitibus consulam. Reliqua etiã *Imperij munera.*
munera quæ postea imperij fuerũt,Consules olim obibãt. Consularis enim *Consularis cognitio.*
D cognitio,summa cognitio uocabatur. Quintilianus in tertio,Non debes a- *Summa cognitio.*
pud Prætorem petere fideicommissum,sed apud Consules:maior enim Prę- *Cap.8.*
toria cognitione summa est. Hæc habui quæ de Senatu Cẽtumuiríque di- *Epilogus.*
cerem,cum iis quæ obiter dicenda mihi uisa sunt. Ex quibus nemini nõ ap- *Centũuiralis curia.*
paret Senatum & Centumuirale iudiciũ non idem, sed diuersa prorsus con-
silia fuisse:quod tamen bona uenia Accursianorum dictum sit: supremámque curiam nostram non rectè Senatum uocitari, Senatúmque ordinis ma- *Senatus ordinis nomen.*
gis nomen fuisse ab initio,quàm collegij aut Decuriæ. Nec tam centumui-
ralis iudicij instar esse curiam nostram,quàm uocitari posse,ad iudicum nu-
E merum uocabulo congruente.Cæterùm ut nullam propemodum similitudinem Senatus,nisi fortuitam, in curia nostra Centenaria extare contenderim:sic res eius iudicatas consultásque & cõstitutas, & auctoritate & exemplo & præiudicio instar esse Senatuscõsultorum, haud dubitãter affirmauerim:dũtaxat quod ad eos populos pertinet,qui intra terminos ditionis eius
concluduntur, quæ sanè pleraque Gallia est. Age iam uideamus de Areo- *Areopagus. Satyr.9.*
pago,quem Iuuenalis curiam Martis appellat.Libanius igitur qui argumẽta

Source : BIU Cujas

orationum Demoſthenis compoſuiſſe creditur,in eam orationem quæ κατ' F
Bulæ Athenienſium. ἀνδροτίωνος inſcribitur,duo Athenis conſilia fuiſſe tradit,quas βουλὰς appellãt.
Vnum perpetuum, quod de cædibus iudicabat, & huiuſmodi rebus,in eo
loco qui Areopagus dicitur,quaſi uicus Martis. Alterum quotannis muta-
Quingenaria curia. bile,quod rempublicam cõſtituebat,& quingenarium uocabatur. Tres au-
tem erant inter hæc duo differentiæ,quarum prima ſecundáque iam dictæ.
Tertia quòd quingenarium certo ac ſtatuto numero hominum conſtabat:
Nouemuiri. Areopagiticum uerò non item.Magiſtratus enim illi qui Nouemuiri dice-
Sexuiri. bantur,aut etiam Sexuiri,id eſt Theſmothetæ, prout alij alio modo tradunt
in Areopagi conſilium quotannis adoptari ſolebant:proptereáque Areopa- G
Theſmothetæ. gitæ certo numero circunſcribi non poterant. Theſmothetarũ autem ma-
giſtratus apud Athenienſes annuus erat. Hi antequam ad magiſtratum illũ
aſſumerentur, de omni retrorſus uita acta cauſam dicere ſolebant, &(ut ita
dicam) de moribus actionibúſque ſuis in diſquiſitionem uocari, iudicio-
rúmque aleam ſubire.Quòd ſi ne ſic quidem ullam dedecoris labem perpe-
tua innocentia contraxiſſe uidebãtur, tum demum ad magiſtratum illum
Theſmotheſiæ aſſumebantur. Deinde anno uertente magiſtratus geſti de-
nuo cauſam dicentes, ſi tum quoque innocẽtes uſquequaque apparuiſſent,
Areopagitæ. ad Areopagiticum conſilium conſcribebantur. Areopagitæ uerò, inquit, H
interdum in ſummo reipublicæ diſcrimine ad adminiſtrationem reipubli-
cæ euocabantur. Sudas autem Areopagitas & ſicarios iudicare, & rempu-
blicam grauiſſimè adminiſtrare ſolitos eſſe ſcribit. Cur autem Areopagus
dictus ſit,diuus Auguſtinus docet libro decimooctauo de Ciuitate dei,cap.
decimo.Stephanus περὶ πόλεων Areopagum promontorium Athenis fuiſſe di
cit,in quo iudicia necis ferro factæ exercerentur.Lucianus in Anacharſide,
& Pollux libro octauo de uocabulis. Areopagum tradunt cædis & uulneris
conſulto illatorum iudicia factitaſſe, & incendij & ueneficij,duntaxat exi-
tiabilis: ternis autem deinceps diebus in menſes ſingulos iudicare ſolitum, I
id eſt tertio & quarto Calendarum, ac pridie Calendarum, ídque ſubdiali
in loco. Cicero libro primo de Offic.Quanuis enim Themiſtocles iure lau-
detur,& ſit eius nomen quàm Solonis illuſtrius:citetúrque Salamis clariſſi-
mæ teſtis uictoriæ,quæ anteponatur conſilio Solonis ei quo primùm con-
ſtituit Areopagitas:non minus præclarum hoc, quàm illud iudicãdum eſt.
Illud enim ſemel profuit, hoc ſemper proderit ciuitati: hoc conſilio leges
Athenienſium,hoc maiorũ inſtituta ſeruãtur. Et Themiſtocles quidẽ nihil
dixerit,in quo ipſe Areopagũ adiuuerit: at ille adiuuit Themiſtoclem. Eſt
enim bellum geſtum conſilio Senatus eius, qui à Solone erat conſtitutus. K
Idem in ſecundo de Natura Deorum, Quemadmodum ſi quis dicat Athe-
nienſium rempub.conſilio regi,deſit illud, Areopagi: ſic cum dicimus pro-
Cap.1. uidẽtia mundum adminiſtrari,deeſſe arbitrator, deorum. Valerius libro ſe-
cundo,Athenarum ſanctiſſimum cõſilium Areopagus,quid quiſque Athe-
nienſium ageret,aut quonam quæſtu ſuſtentaretur, diligentiſſimè inquire-
re ſolebat:ut homines honeſtatem,uitæ rationem memores reddẽdam eſſe,

Ex lege ultima,De Senatoribus. ſequerentur.

Source : BIU Cujas

A sequerentur. Areopagitarum iudicium memorabile memoriæ proditum est, cuius meminit Quintilianus libro quinto, Nec mihi, inquit, uidentur Areopagitæ cum damnauerunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud iudicasse, quàm id signum esse perniciosissimæ mentis, multísque malo futuræ si adoleuisset. Iudicium capitis apud Areopagum primum factũ testis est Plinius libro septimo. Memorabile & illud, quòd apud Areopagitas oratoribus non licebat affectus mouere, quibus iudicum animi à ueritatis luce sæpenumero abducuntur. Idem Quintilianus libro sexto, ubi de epilogo loquitur: Athenis, inquit, affectus mouere etiam per præconem pro-
B hibebatur orator. Philosophos minus miror, apud quos uitij est loco, affici. Nec boni mores uidentur, sic à uero iudicem auerti: nec cõuenire bono uiro, uitiis uti. Necessarios tamen affectus fatebuntur, si aliter obtineri uera & iusta, & in commune profutura nõ possint. Lucianus in Anachar. de Areopago loquens, ἢν δέ τις ἢ φροίμιον εἴσοι πρὸ τοῦ λόγου ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον ἢ δείνωσιν ἔξωθεν ἐπάγοι ᾧ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ὑπὲρ τοῦ δικαστὰς μηχανῶν, προσελθὼν ὁ κῆρυξ κατεσιώπησεν εὐθὺς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. Quòd si quis in auspicanda oratione proœmium ad conciliandos eorum animos, aut commisera-
C tionem exaggerationémue extrinsecus ductam agẽdæ causæ accommodaret, qualia multa machinamẽta oratorum natio capiendis iudicum animis comminisci solet, extemplo præco prodiens tacere eum iubebat, non ultrà sinens inaniter uerba fundere, uerborúmq; inuolucris qua de re agitur implicare, ut nuda apertáque ipsa facta cernere Areopagitæ possent. Propterea Quintilianus libro decimo, de Demosthenis Ciceronísque comparatione loquens, Salibus certè, inquit, & commiseratione, qui duo plurimum affectus ualent, uincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit. Lex, inquit, aut institutum Atheniensium Demosthenis orationibus commise-
D rationem & amplificationem abstulit, duo acerrima tela artis oratoriæ. Et libro secundo, eloquentiam ait Lacedęmoniorum ciuitate expulsam, Athenis uerò ueluti recisam orandi potestatem, ubi orator mouere affectus uetabatur. Idem Lucianus in Hermotino, de rectè iudicando loquens ita inquit, Μήτε ἡλικίαν τοῦ λέγοντος ἑκάστου, μήτε σχῆμα, ἢ δόξαν ὑπὲρ σοφίᾳ αἰδούμενον, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ἀρεοπαγίτας αὐτὸ ποιοῦντα, οἳ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ δικάζουσιν, ὡς μὴ ἐς τοῦ λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα ἀποβλέποιεν. Nec ætatem dicẽtis, nec habitum, nec in philosophiæ studiis existimationem reuereri: sed Areopagitarum morem in eo imitari, qui noctu & in tenebris ideo iudicare solẽt, ne ad dicentes respicere possint, sed ad
E ea quæ dicuntur. Isocrates in Areopagitico de Areopago loquens, in hanc propemodum sententiam inquit, Maiores autem nostri usque eo studiosi temperantiæ fuerunt, ut consilium illud Areopagiticum moribus hominũ componẽdis publicè præfecerint. In cuius numerum cooptari solis illis sperare licuit, qui claris natalibus orti, uirtutis ac modestiæ documẽta permulta honestate uitæ dederant. Ex quo tandem factũ, ut consessus ipse totius Græciæ haud immerito longè sit præstantissimus, οὕτω δὲ οἱ πρόγονοι ἡμῶν περὶ τὴν σω-

Areopagitarum iudicia memoratu digna. *Cap. 9.*

Cap. 56. *Affectus non mouebantur ab oratoribus coram Areopagitis.* *Cap. 1.*

Cap. 1.

Epilogi.

Cap. 17. *Eloquentia pulsa Lacedæmone.* *Orandi potestas Athenis recisa.*

Areopagitæ noctu iudicabant.

φροσπώλω ἐπισάξαιτον, ὥστε πλὴν ὀλίγα ἀρέα πάγα βαλλὼ ἐπίσηβεν ὠδὶ μελεᾶς τ' οἰκουμίας, ἧς ἔχ ὅιόν τι μεταφεῖν πολλὼ τοῖς καλῶς γεγονόσι, καὶ πολλὼ ἀρειπλὼ καὶ σωφροσπώλω οἰ δ' βίῳ ἐνδεδειγμένοις, ὥστε πάντων αὖ πλὼ ἐκάτως διενεγκεῖν τὴν ἐν τοῖς ἕλλησι σωτερίων. Addit autem idē auctor & unum iudicio noſtro memorabile, tantum priſcos illos Areopagitas monumentum uirtutis ac continentiæ ſuæ illo in loco poſteritati reliquiſſe, ut etiam ſuo tempore, quo iam mores antiquos multum degeneraſſe cōqueritur, obſeruatū eſſet, eos qui moribus alioquin intolerandis antea fuiſſe uidebantur, ſi quouis modo fortè ad Areopagiticum conſilium obrepſerant, tum demum temperare ſibi ſolitos eſſe, & tanquam loci genio afflatos ex ingenio ſuo migrare, ut Plauti uerbis utar, malléque inſtitutis tanti conſilij, quàm inſitis ſibi uitiis, aut etiam ingenitis inſiſtere. Vtinam benignitate diuina in ampliſſima curia noſtra, in omnibúſque aliis curiis ac conſiliis noſtris ſimilis aliquis genius exiſtat me ſuperſtite. Areopagitæ autem taciti iudicabant, ut inquit Macrobius: quod Demoſthenes κρυβδὴν ψηφίσασθαι uocat. latinè tabellaris ſententia dicitur, qualis etiam erat iudicum Romanorum in iudiciis publicis. In tabellis enim iudices ſententiam ſuam ſcribentes in urnam mittebant, ita ut alter alterius, & omnes omnium ſententiam ignorarent. Cum enim certa lege conſtitueretur à Prætore iudiciū, ut ſuprà perſtrinximus, abſoluendus uno uerbo reus, aut dānandus, aut cerè ampliandus erat, ſi de cauſa nō liquebat. Demoſthenes ad iudices loquēs, ὃ δ' ἐν κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος, λήσει τοὺς θεούς, Neque uerò, inquit, ſi occulta eſt ſententia, idcirco deos latebit. Antiqui cum Areopagitam dicebant, omnibus numeris grauitatis & ſeueritatis perfectum iudicem ſignificabant, aut etiā cenſentem & conſiliarium. Cicero ad Atticum lib. primo, Romanæ autem res ſic ſe habent: Senatus ἀρειοπαγίτης: nil conſtantius, nil ſeuerius, nil fortius, & reliqua. Idem alibi de Clodiano iudicio loquens, Clamare præclari Areopagitæ ſe non eſſe uenturos, niſi præſidio conſtituto. refertur ad conſiliū. Areopagitæ inquit, id eſt ſeueriſſimi ac innocētiſſimi iudices. Sequitur enim, Viginti iudices ita fortes tamen fuerūt, ut ſummo propoſito periculo uel perire maluerint, quàm perdere omnia. xxxj fuerunt, quos fames magis quàm fama commouerit. Prouerbiale autem eſt apud Græcos ἀρειοπαγίτης σεσανώτερος, id eſt, Areopagita ſubticētior: de homine dictum qui arcanum optimè nouit continere, & linguæ ſuæ imperitare. Alciphron in epiſtolis, ῥῆτέ μοι τὸν νῦν ἀρειοπαγίτην σεσανώτερον, Eſto mihi nunc Areopagita conticentior, id eſt uide ut quàm maximè conſileſcas. Agedum cuiuſnam potiſſimum ſupradictorum conſiliorum, aut inſtar, aut ſimilem eſſe curiam noſtram centenariam, id eſt parlamentarē & centumuiralem dicemus? Nempe Areopagi, niſi fallor, etſi non uſquequaque. Vt enim Areopagitæ criminibus primum diiudicandis inſtituti, & cædibus uindicandis, regendíſque Athenienſium moribus, ad rem tamen publicam adminiſtrandam interdum aduocabantur: ſic curia hæc noſtra utrunque munus amplectitur cum opus eſt. Rurſus ut populo ſciſcente aliquid, (unde plebiſcita dicta) Senatum auctorem fieri oportebat, quod nunc uerbo Græco homologare dicimus (ſic enim legi debet. l. Ne in

Areopagitarū integritas.

κρύβδην ψηφίσασθαι. Tabellaris ſententia.

Iudicia publica.

Epiſtola II. cuius initium eſt, Vereor. Lib. I. epiſtola 13. ad Att. cuius initium Quæris exme.

Areopagita ſubticentior.

Comparatio curiæ Parlamētaris cum Areopago.

Plebiſcita.

ὁμολογῆσαι.

Source : BIU Cujas

A arbitris,Cod.de arbitris)ita Principum cõſtitutionibus, ut uim ſanctionum habeant,& huiuſmodi actis ad remp.pertinentibus, auctorem curiam fieri hodie neceſſe eſt, eáque in curia promulgari. Et ut Senatus Romani cognitiones nulla certa lege aut formula illigatæ erant: ſic curiæ noſtræ liberam diſceptationem rerum iudicandarum ac maximam ſecundum Principem (quatenus ditio eius patet,id eſt tota penè Gallia) nemo hodie negauerit.Liberam diſceptationem uoco,quam facultatem iudicandi ſecundũ conſcientiam uulgo dicimus.Sunt enim liberæ quædam diſceptationes,ſunt & legi- *Diſceptationes liberæ & legitimæ.*
B timæ,quæ & legitima iudicia dicuntur,id eſt iuri ſcripto,aut moribus receptо aſtricta.Cicero in Partitionibus, Nam quæ motu animi & perturbatione facta ſine ratione ſunt, ea defenſionem contra crimen in legitimis iudiciis non habẽt,in liberis diſceptationibus habere poſſunt. In Topicis autem legitimas diſceptationes appellat,quas hîc legitima iudicia dixit.Liberæ au- *Legitima iudicia.*
tem diſceptationes erãt,ut olim apud populum, ſic poſtea apud Principem, & in Senatu.Quintilianus de defenſionum generibus loquens, Vltima eſt, *Lib.7.ca.5.*
inquit,deprecatio:quod genus plerique negarunt in iudicium unquam uenire.In Senatu uerò,& apud populum,& apud principem, & ubicũque iuris clementia eſt, habet locum deprecatio.Conſtantinus igitur ſublato iam
C Senatu,& Imperio Byzãtium tralato,meritò ad præfectum Prætorij ſcripſit, Inter æquitatem iúſque interpoſitam interpretationem ſolis nobis & oportet & licet inſpicere.In ſuprema autem curia noſtra,(quam & ampliſſimam *Ampliſsimus ordo. Curia ampliſsima.*
uocitare ſoleo exemplo antiquitatis,quæ ampliſſimum ordinem pro Senatu dictitabat,ad maieſtatem dignationémque ordinis reſpiciẽs, non ad numerum,qui ordinum omniũ minimus erat.)In ea igitur curia in qua ſumma iuriſdictionis Gallicę,atque etiam iuridicialis imperij ſita eſt, omnia ineſſe mihi uidentur, quæ & in Senatu, & in Centumuiratu, & in Areopago erant, duntaxat quod ad iuriſdictionem imperiúmque iuridiciale attinet.
D Quod de uniuerſa curia intelligi uolo, quæ omnibus ſuis aduocatis partibus aut certè membris in corpus plenum coiit, ut in cauſis actibúſque arduis,aut maioribus ſolet. Maieſtas uerò populi apud Romanos dicebatur, *Maieſtas populi.*
& auctoritas Senatus. Populus ſciſcere ſolebat & iubere, Senatus cenſere, & *Auctoritas Senatus.*
auctor eſſe. Illa igitur popularia ad Principem lege Regia delata ſunt: hæc Senatoria ad curiam tranſlata eſſe creduntur. In hac Præfecti prouinciola- *Populus ſciſcere, Senatus cenſere ſolebat.*
rum,ac iuridici,quos Balliuos,Seneſcallos,& huiuſmodi nominibus uocamus, in leges iurare ſolent. In huius acta referri diplomata regiáque beneficia ſolent,ut perpetua eſſe poſſint, ac nunquam antiquabilia. Huius auctо-
E ritate rata irritáue Principum acta,ne ipſis quidem recuſantibus fiunt. Vna hæc curia eſt,à qua ſibi ius dici Principes legibus ſoluti ciuili animo ferãt: quam auctorem fieri ſacrandis promulgandíſque ſanctionibus ſuis uelint: Cuius conſilij cenſuræ, conſtitutiones ſuas eximi, edictáque ſua nolint,immo cuius decretis huiuſmodi ſua acta conſecrari æternitati uelint:id quod Senatui Romano Probus Imperator honoris ingentis loco indulſit. Huius denique auctoritate res iudicatæ, præiudicatæ in omne æuum creduntur.

Source : BIU Cujas

Postremò huius opinio tanta est iam apud omnes, quanta Pythagoræ apud F
Pythagoricos fuit: eius enim decreta ius ab auctore sumunt. Tantum opi-
nio præiudicata maiestatis eius ualet, ut nullus non satis esse putet dicere,
Curia ipsa ita censuit. Ipsa autem est curia amplissima, ut ipse olim Pytha-
goras erat. Porrò ut Centumuiri in quatuor consilia distributi erant tanquã
Curiæ centenariæ. in quatuor membra: sic curia nostra duabus Decuriis constans, sacerdotum
scilicet & profanorum, in tria aut etiam quatuor tribunalia diuisa est, quas
Classes. classes propriè appellare possumus. Primum illud ac summum tribunal, o-
Parlamentũ. mnibúsque patens, Parlamẽtum peculiari nomine olim appellatum est: re-
Inquæstæ. *Requæstæ.* liqua sua nomina habent inquæstas maiores minoréque & requæstas, non G
Parlamenti origo ex conuentibus iuridicis. temerè impositа uocabula, si quis antiquitatem scrutetur. Nihilo secius ta-
men curiæ huius nostræ originem à conuentibus iuridicis manasse, haud
dubia coniectura crediderim, quorum multa mentio apud antiquos extat.
Cæsar lib. quinto belli Gallici, Cæsar conuentibus Galliæ peractis in Illyricũ
proficiscitur. Idem libro septimo, Quieta Gallia Cæsar (ut instituerat) in Ita-
Cap. 30. liam ad conuentus peragendos proficiscitur. Tranquillus, Trãsiit in citerio-
Cap. 1. rem Galliam, conuentibúsque peractis Rauennæ substitit. Plinius lib. 3. de
Betica loquens, Iuridici conuentus ei quatuor, Gaditanus, Cordubẽsis, Asti-
Cap 3. Conuenire. gitanus, Hispalensis. Vnde uerbum conuenire. Idem, Carthaginem conue- H
Resortiri. niunt populi. lxij, exceptis insularum incolis. Nos id hodie resortiri appella-
Sortes iudiciorum. mus, ab antiqua fortasse consuetudine: Causæ enim sortibus ex urna ductis
Aeneid. 6. cognoscebantur. Vnde illud Virgilianum, Nec uerò sine sorte datæ sine iu-
dice sedes: Quæsitor Minos urnam mouet. Vel à Græcis id translatum, qui
Cap 3. Disceptare. Cap. 30. λαγχάνειν δίκας dicunt. Idem Plinius, Tarracone disceptant populi. xliij, id est
conueniunt. Et libro quinto, Pergamea uocatur eius tractus iurisdictio: ad
eam conueniũt Mygdones, Mosini, aliæque inhonoræ ciuitates. Huiusmo-
di conuentuum hodie uestigia expressissima extant nonnullis in locis, quos
Dies magni. dies magnos uocant. His interesse conuentibus olim Principes præesseque I
solebant, propterea indictiui erant, nec loco nec tempore stati. Quam ratio-
nem fuisse consessus Parlamenti facile est coniicere. Vagam certè fuisse cõ-
stat, quasique prætorianum Principis consilium. Quemadmodum etiam
Traiani Adrianique temporibus, & antiquis illis seculis hunc morem fuisse
tradente Spartiano accepimus, ut cum Romani Principes causas cognosce-
rent, Senatores equitésque Romanos in consilium adhiberent, sententiásq;
ex omnium opinione ferrent. Et Alexandrum Cæsarem auctore Lampridio
Consiliũ Alexãdri Imperatoris. numerosissimum consilium secum habuisse legimus, in quo Iurisconsulti
non pauciores uiginti fuerunt, in queis Fabius Sabinus, Cato temporis sui K
dictus: Domitius Vlpianus, & Iulius Paulus, qui uertices legum dicti sunt:
Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Florentinus, Africanus, Martia-
nus, aliique permulti iuris ipsi professores, discipulique Papiniani, qui iuris
asylum uocitatus est: sine quorum cœtu nullam unquam constitutionem
sacrauit: nullam legem sanxit, de re nulla grauiore statuit: sed ita ut iretur per
sententias singulorum, ac scriberetur quid quisque dixisset, dato spacio ad

Source : BIU Cujas

A diſquirendum cogitandúmque priuſquam dicerent,ne immeditati de rebus ingentibus dicere cogerentur: eóque cenſentium numero, qui Senatuſconſultum conficere poſſet. Quo modo igitur antiquiores illos Imperatores conſilium ſibi comparauiſſe grauiſſimorum doctiſſimorúmque uirorum nouimus,ſic noſtrates Principes olim centenarium illud conſilium inſtituiſſe cenſuerim,ex omnium ordinum hominibus profeſſionúmq; coactum.Indéque illos quos Pares Franciæ dicimus,quaſi Duodecimuiros reipublicæ conſtituendæ,ad eum numerum adhibitos eſſe, ſenos ipſos Pontifices,ducéſque militares:quos ego patricios eſſe cẽſeo,id eſt ut Sudas inquit, *Pares Frãciæ.* *Patricij.*

B πατέρας τοῦ κοινοῦ οὓς ἐν τῇ κορυφαίῳ τῆς συγκλήτου βουλῆς τελοῦντας ἀξίᾳ, Patres communis reipublicæ,qui in ſuprema dignitate indictiui conſilij eſſe cenſentur,quaſiq; conſilij principalis uertices:ab iis fortaſſe Regibus inſtituti,qui ipſi Imperatores quoque fuerunt.Quare Iuſtinianus Patres eos ab Imperatore delectos eſſe ait,quaſi reipublicæ patronos tutoréſque.Patriciatus autem erat culmen honorum Iuſtiniani tempore,ut ex ipſius uerbis intelligimus in.l. Nemini, C.De Conſulibus,lib.12.His autem olim indultum ut dominia quædam,& primores poſſeſſionum dignitates iure patriciali obtinerẽt: quas eodem iure ad poſteros tranſmitterent. Comperimus tamen huiuſcemodi patricios *Patres.* *Ius patriciale.*

C paréſue apud alias etiam gentes creari ſolitos eſſe. Anno milleſimo ducenteſimo uiceſimoquarto,Ioannes quidam Nigellanus fœminam quandã Flandriæ Comitem à duobus equitibus citãdam ad curiam Regis curauit, quòd diceret ſe ius ſuum apud eam obtinere non potuiſſe, uel lege agere nequiuiſſe: de defectu iuris appellare uocant.ſic enim in antiquis commentariis legimus.Comes cum Pariſios ad iudiciũ ueniſſet, ubi cauſa illa agitata eſt, cum aliud quiddam refellẽdo uadimonio dixit,tum illud etiam cauſata eſt, prouocatorem Pares ſuos habere in Flandria,per quos ſe iudicari petere illum debuiſſe in curia Comitis. Ille ad hæc dicere,Comitem ſe ſemel iniquã *Ius ſuum obtinere.* *De defectu iuris appellare.*

D ei iudicem præbuiſſe, id quod reuincere ipſe paratus erat: quare ad eius curiam ultrà reiici ſe haud dubie non debere. Secundum quem, ad ultimum, iudicium datum eſt,pronunciatúmque patricios Franciæ (ſic enim appellare libet) illius controuerſiæ diſceptatores fore. Cum interim inter patricios Franciæ,ac primores Regiæ miniſtros altera lis ſuborta eſt:(Hi ſunt Cancellarius,Magiſter equitum,Camerarius uel ſummus admiſſionalis, & pincerna maximus, ſiue ille potius à cyathis uocari debet, qui Græcè οἰνοχόος dicitur:quos uno uerbo miniſteriales hoſpitij appellatos eſſe uideo.) his ſe ad iudicium patriciorum cum patriciis inſtituto patriciali adhibendos eſſe con- *Primores Regiæ miniſtri.*

E tendentibus: illis iudicia patriciorum ſolis ſibi uindicantibus. Pronunciatúmque tandem ſecundum miniſtros Regiæ, iudicandis patriciis primores Regiæ miniſtros moribus Frãciæ adhiberi ſolitos eſſe, adhibitúmque iri. In quo quidem iudicio prius illud,ut diximus,notandum,patriciolos quoſdã, aut certè patriciaſtros in Flandria creatos olim fuiſſe. Deinde illos qualeſcunque patricios,non pares Comitis,ſed pares Nigellani appellari,uidelicet quaſi pares inter ſe dicantur,ut municipes,ut populares,ut tribules. Quod ſi

in nostris admittamus, pares certè patricios non esse necessario dicemus, sed F
ueluti sodales, & eiusdem collegij, paríque iure utentes, quasíque pari iure beneficia à patrono obtinentes: id quod satis ex usibus feudorum intelligitur, qui iuris ciuilis quasi appendices censentur. Parium autem Francię similitudo quasíque exemplar est apud Homerum libro Odys. octauo, his uerbis Alcinoo Phæacum rege loquente,

Κέκλυτε Φαιήκων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες.
Δώδεκα γὰρ κατὰ δῆμον ἀριπρεπέες βασιλῆες
Ἀρχοὶ κραίνουσι, τρισκαιδέκατος δ' ἐγὼ αὐτός.

Quid ni igitur eos quasi δωδεκαπρώτους duodecim primos olim uocatos esse G
censeamus? Primatus enim uocabulum satis ad linguæ uernaculæ dictionē accedit: ut fuisse existimemus xij proceres: quasi Regis in consiliis rei summæ agitādis perpetuos assessores, duodecímque potētatus appellatione primatuum insignitos. Ac ne sic quidē tamen hæc dignitas à patriciatu differre admodum uidebitur. Indidem etiam illas distinctas esse existimarim sacerdotū profanorúmque Decurias, quos clericos laicósque appellant. Quāquam etiam legimus in antiquis certissimæ fidei libris, anno M. ducentesimo nonagesimoquarto, & rursus trecētesimosexto, regnante tum Philippo

Summum tribunal curiæ centenariæ.

cognomento Longo, hunc statum curiæ fuisse, ut iudices trifarij generis es- H
sent in primo tribunali, quod Parlamentum peculiariter dicitur, Antistites, id est prælati, (à quibus prælatorum cameram interim illud tribunal uocitatam esse inueni.) Primores nobilium, id est Barones, Iurisperiti aut literati potius, qui clerici laicíque uocantur. Hi autem postremi antistitibus & proceribus unà cum Cancellario, ut parêre haberent in disceptandis cōtrouersiis, & iure dicendo, atque in omni negocio transigendo, quod ad curiæ disceptationem pertineret. Illi uerò ut terni utroq; ex ordine essent, ac per singulos tamen res transigi posset. Primo enim in loco binis creatis, bini alteri substituti erant, & his iterum tertij subsidiarij ueluti succenturiati: nequan- I
do illud tribunal moderatoribus careret, quos Pręsides appellamus. In mentione tamen curiæ antiqui commentarij, quos unum & alterum uenerandę antiquitatis, atque etiam plures uidi, nusquam (quod equidem meminerim) Parium meminerunt. Hoc loco prætermittendū non uidetur, quòd in constitutione quadam anni M. ducentesimi nonagesimiquarti à Rege (nisi fallor) Philippo cognomine Pulchro sacrata, caput unum uerbis uernaculis in

Constitutio Philip. Pulchri.

hanc sententiam legimus, Quod si ij iudices qui in maximo tribunali erūt, sententiis suis diuersa censuerint, Principes aut Præsides curiæ (hi autem sunt antistites & primores nobilium) ex maioris partis sentētia rem decernere ac K
pronunciare debebunt, aut etiam ex potioris, siquando ex censentium grauitate & meritis, aut ex rerum decernendarum qualitate eis ita uidebitur. Ex quibus uerbis intelligimus perpetuum hunc morem non fuisse numerandarum sententiarum. Vtrum autem præstare uideatur, nos in medio iandiu positum relinquimus. De quo tamen Plinius ad Arrianū ita inquit, de quodam Senatusconsulto loquēs, quod ipse magnopere improbandū censebat:

Interdum sententiæ nō numero, sed pōdere ualebāt. Lib. 2. epistola 12.

Ex lege ultima, De Senatoribus.

Sed

A Sed hoc,inquit,pluribus uiſum eſt. Numerantur enim ſententiæ, non ponderantur. Nec aliud in publico cõſilio fieri poteſt,in quo nihil tam inæquale,quàm æqualitas ipſa. Nam cum ſit impar prudentia, par omnium ius eſt. Eadem conſtitutione cautum eſſe comperimus(quod minime crederẽt iſti, qui omnia in ſcientia iuris ponunt) ut tertium genus iudicum in eo tribunali ex profanis ſacerdotibuſque conſtaret. Profani autem partim ex equitibus,id eſt equeſtri ordine præditis militibus, partim ex promiſcuo genere hominum aſſumerentur. Quos omnes nominatim ibidem adnumeratos legimus,titulis eorum atque appellationibus nihil literaturę præferentibus,
B niſi humanioris fortaſſe,& ueluti miſcellaneæ,qualis in nonnullis eſt hodie talarem ueſtitum non geſtantium,& qui in ordine togatorum non cenſentur. Sacerdotes uerò legimus non ſuis nominibus, ſed ſacerdotiorum aſcriptos,archidiaconos,decanos,& aliis ſacerdotiorum nuncupationibus. Eodem pertinet quod alio capite eiuſdem conſtitutionis cauetur.(ne quippiã fortè comminiſci aut cauſari hic quiſquam poſſit)id eſt autem huiuſmodi, Vt diſceptandis prouinciarum iuridicialiũ cauſis (ſic enim nunc nobis uiſum eſt appellare quas iuris ſcripti prouincias uulgo uocamus) tres à Præſidentibus ex numero conſidentium deligantur apprime literati, præſertim
C ubi de criminibus agetur. Alio rurſus capite ſancitum, ut Principes aut Præſides Parlamenti,id eſt antiſtites & primarij nobiles, qui quandocunque in curia aderunt,de conſiliariis uel cõſidentibus potius ſtatuant, qui ad quodque munus obeundum mitti potiſſimum debeant, qui in primo tribunali conſideant,qui ad diiudicandas cauſas iuridicialium locorum, & quæ iure ſcripto reguntur,delegari debeant, qui audiendis poſtulationibus præficiãtur. Hic mihi Satyricum illud ſuccurrit, Quondã hoc indigenæ uiuebant *Satyr. 13.*
more. Aureo (inquit Iuuenalis) ſeculo,antequã illa deorũ ſuperorum inferorúmque turba figmentis poëticis inuenta eſſet,cum nulladum inferorum
D ſupplicia eſſe putarẽtur,id eſt cum nulladum pœnarum terricula ſceleratis obiecta eſſent, humanũ genus innocentiſſimam uitam duxiſſe perhibetur.

- Cum nondum,inquit,aliquis ſortitus triſte profundi
Imperium,aut Sicula toruus cum coniuge Pluton,
Nec rota,nec furiæ,nec ſaxum,aut uulturis atri
Pœna,ſed infernis hilares ſine Regibus umbræ:
Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,
Prodigioſa fides.

E Eodem autem modo nobis quoque dicere in mentem uenit:antiquioribus illis ſeculis,florente tamen hoc regno (quod ex nomiſmatis antiquis appareat auro obryzo percuſſis) ſimplicem & facilem iuris reddendi rationẽ, rarãſque lites nec diuturnas(ut nũc)aut etiam ſeculares fuiſſe,quum nondum iſta turba interpretum iuris rempublicam inuaſiſſet, necdum ſcientia iuris latiſſimè,atque etiam in infinitum patere crederetur, ſed æquum bonúmq; & iudex prudens integritate atque innocẽtia præditus (quæ temporum ipſa

Source : BIU Cujas

Multiplices legum commentarij, litiũ materia.

magis quàm hominum fuiſſe uidetur. Vbi enim tum peccãdi locus illa rei F
forenſis conſtitutione?) inſtar ſexcentorum uoluminum eſſet. Nunc uerò
quò res reciderit, nemo quidem nõ uidet: ſed omnes dicere muſſant. Aequi
boníque nomen & maieſtas apud nos obſoleuit, ſuccidaneáque alia habe-
mus præclara uocabula cauillamentorum, quas cautelas iuris uocant, uolu-
mina certè, ſi uerum fateri uolumus, titiuillitio non emenda, ut utar Plau-
tino uerbo. Quòd ſi aliquãdo in hanc cauſam unus & alter incubuerint eo-

Nomophylacia.

rum ad quos Galliæ nomophylacia delata eſt, id eſt legum morúmque regi-
men & tutela, & qui primos ordines in re iudiciaria ducunt, qui capita uul-
go iuſtitiæ dicũtur: haud dubiè hoc inceptum omnes boni plauſu uotíſque G
proſequentur. Nec tantæ tantíque nominis prouinciæ auctoritati, id eſt Frã-
ciæ ſubſcribere finitimæ nationes, atque etiam ulteriores dubitabunt. Nam
quis iſtam tandem iuriſdicendi rationem improbare non poſſit, cum nemo
quantumuis litium fugitans, ſatis circunſpecte litem aut intendere iam, aut
depellere poſſit, in tanta opinionum diſcrepantia? ubi nemo tam iure lapſus
eſt, quin anſam faceſſendi negocij apprehendere poſſit, aut prætextum ab-
negandi crediti, aut cauillandi nominis comminiſci: atque ita ut bienniũ,
atque etiam triennium fruatur in improbitate ſua, ut ſæpe uictores litium
uideamus Cadmeam, ut aiunt, uictoriam retuliſſe ſeſe querentes, id eſt plus H
damni quàm lucri in uictoria cepiſſe, nõ abſimiles Pyrrho, qui cum bis Ro-
manos ingenti ſuorum ſtrage uiciſſet, Næ, inquit, ſi tertiam uictoriam ha-
buerimus, funditus periimus: ἐὰν ἔτι μίαν, ἔφη, μάχῃ ῥωμαίους νικήσωμεν, ἀπολώλαμεν.
Experti enim norunt quanti hodie litigare liceat. Verùm ab iſto ulcere ma-
nus abſtinere identidem nequeo, quod certè niſi manu ualida & pæonia ad
uiuum, ut alibi diximus, reſecetur, exacerbari magis tactu quàm compeſci
aut leniri continget. proinde ad id quod inſtat, reuertamus potius. Enimue-

Curia olim non ſtataria ſed indictiua erat.

ro curiam noſtram nec ſtatariam nec perennem fuiſſe, ſed conuentuũ mo-
do indictiuam, nec loco nec tempore ſtatam, nemo niſi in rebus Francicis I
peregrinus ambigit. Anno M. ducenteſimo quingenteſimooctauo iudiciũ
peractum fuiſſe in monumentis noſtris extat, in Parlamento ad natalem di-
uæ dei genitricis habito de Comitatu Clarmontenſi. Contendebant autem
de eo cum Rege Pictauenſis & Andegauẽſis Comites. In eóque iudicio af-
fuiſſe Regem cum conſilio regio, affuiſſe etiam epiſcopos Remenſem, Ro-
tomagenſem, Trecenſem, alióſque non paucos epiſcopos abbatéſque, & ma
ximum fratrum prædicatorum, ad hæc magiſtrum militum, quem Conſta-
bularium dicimus, Comites ac primores nobilitatis, cõſiliarióſque permul-
tos tum ſacerdotes, tum profanos. Duo autem tum quotannis Parlamenta K
cogebantur, ad natalem purificationémque diuæ dei genitricis. Quo modo
& duo quæ dicuntur Scacaria apud Normanos, ad Paſchæ, & ad diui Mi-
chaelis. Anno autem M. ducenteſimo triceſimo, eodẽ, ut opinor, Rege utro-
bique imperitante, id eſt Ludouico nono qui inter diuos relatus eſt, iudiciũ
caſtrenſe Enceniaci coactum eſt. In quo archiepiſcopus Senonenſis, epiſco-
pi Pariſienſis & Carnutenſis: Comites Flandriæ, Campaniæ, Niuernẽſis, Ble-

ſienſis,

Source : BIU Cujas

A ſienſis,Carnutenſis,Vindocinenſis,Matthæus quidam magiſter militũ, Vicecomes Bellomontanus,aliíque nobiliũ primores equitéſque eo quo enumerauimus ordine in eo decreto inſcripti: quorum etiam ſignis obſignatũ decretum illud fuit,Comitem Britanniæ quæ eſt in continẽti,tutelam Britanniæ ab uxore,ut arbitror, ad eum delatam,commiſiſſe,præſente & uidẽte Rege pronunciauerunt.Id eſt(ut uerbis noſtris loquar) Ballium Britannię amiſiſſe.Exauctoratíque eo decreto ad unum & religione ſoluti Britanniæ Aremoricæ proceres ac nobiles,qui ipſi ſe eo nomine ſacramento obſtrinxerant,id eſt fide beneficiaria ſoluti. Anno etiam M. trecenteſimo uiceſimo
B conſtitutum eſſe nouimus, ut bina Parlamenta quotannis haberẽtur. Quo tempore Parlamentum Toloſanum ea lege decretum eſt, ſi id Toloſanis è re ſua eſſe uideretur.Ex quo autem perẽnis curia eſſe cœpit,multo tempore anniuerſario Principis edicto poſtridie diui Martini inſtauratitiam fuiſſe nemo eſt qui ignoret.Quoad haud ita pridem indulgentiorum conniuẽtia Principum perpetuus ille magiſtratus nedum perennis eſſe cœpit: etiamſi quotannis diplomate nonnunquam ut fama eſt inſtaurari, hodie quoque, in more ſit curiæ.Proinde ſimile ueri eſt, curiam hanc noſtram(id quod antè diximus)à conuentibus illis ortam,quos celeberrimos Principes agitare
C ſolebant:eóſque Principes qui eam inſtituerunt, quíque inſtitutam auxerũt ornauerúntque,hoc maximè uoluiſſe,ampliſſimã eam curiam, cauſarúmq; omne genus diſceptatricem iuſtam ac legitimam eſſe. Atque ideo ex iuris omnis hominibus cõſultis,ciuilis,pontificij,militaris, atque adeò rerum omnium politicarum,illum ueluti chorum iudicum concinna mixtura uiſendum inſtituiſſe.Vrgente porrò cauſarum multitudine, & rerum cõmoditate poſcente,hoc(ut ita dicam)corpus in membra quædam diſtractũ eſſe, quas claſſes propriè appellare Decuriáſque poſſumus: cameras appellant,no mine olim indito à locis ſeſſionum concameratis.Hæ tres primùm fuerunt.
D Vna in maximo tribunali conſtituta,quod Parlamentum olim peculiariter ab actionibus altercationibúſque aduocatorum appellatum eſſe uideo. Altera in ſecundo conſilio, quod ab iudicandis inquiſitionibus nomen accepit.Quæ ipſa rurſus conſtitutione Philippi cognomẽto Longi, anno M.trecenteſimo uiceſimo, menſe Februario, urgente cauſarum multitudine in duas claſſes ſubdiuiſa eſt. iis autem uiceni homines diſtributi, octoni iudices,duodeni relatores, id eſt reportatores appellati, quos etiam renunciatores Latinè dicere poſſumus,cauſarúmque expoſitores. Horum enim munus erat inquiſitiones iudicibus renunciare. nunc munus promiſcuum factum
E eſt renunciandi iudicandíque. Eiuſdem Principis conſtitutione anno M. trecenteſimo ſextodecimo,quo tempore nondum Rex Philippus idem ſed rector tantum erat, triginta in prima claſſe iudices fuiſſe uideo, eorúmque principem Cancellarium fuiſſe.In ſecunda,iudices binos epiſcopos abbatéſque,ac cum his tredecim alios,renunciatores octo.Epiſcopi fuerunt Mimaten.& Sueſſionen. abbates diuorum Dionyſij & Germani ad urbem. Alia deinde conſtitutione cum religio Principibus inceſſiſſet diſtineri Antiſtites

Parlamẽtum Toloſanum.

Decuriæ & claſſes.

Parlamentũ.

Inquiſitionũ conſilium.

Relatores.

Renunciatores.

Cancellarius.

Sacerdotes & epiſcopi curiæ electi.

Source : BIU Cujas

munere iudicandi,quo minus liberè diuino cultui uacarent,exacti ſunt cu- F
ria,& ad obſequium diuinum ablegati, præter unicum abbatem diui Dio-
nyſij:cautúmque ne ultrà in curiam adſciſcerentur,eorúmque in loco Can-
cellarius cum uno ex aulicis primariis ſuffecti. Nũc numerus legitimus eſt
octogenarius: cui accedunt octo magiſtri libellorum, qui in primo tribu-
nali ſedendi ius habent inter Præſides & Conſiliarios. Centenarium nume-
rum explent xij primi uel Patricij: ſeni antiſtites & proceres, in quo nume-
ro allectos qui interdum aſcribuntur,nõ adnumero. Adhibitos etiam com-
Philippina conſtitutio. peri nobili illa conſtitutione Philippina anno M.trecenteſimo ſecundo ob-
ſeruatores curiæ ex aulico comitatu,binos antiſtites proceréſque,qui ueluti G
exploratores aſſidui induſtriæ & ſeueritatis eius eſſent, interceſſores etiam
futuri,ſiquando quid decerneretur quod uel è dignitate curiæ, uel è rep.nõ
uideretur.Hos nomophylacas propriè appellare poſſumus, ut paulò pòſt do
cebimus.Quod quidem inſtitutũ proximus principatus approbauit. Mul-
ta autem alia eodem pertinentia conſulto præterimus,quæ hîc commemo-
rare non neceſſe habuimus.Multa ſunt enim quæ huius temporis conditio
haudquaquã ferre poſſe uideatur.Quicquid igitur ſuprà de curia diximus,
de ea ſublimitate & amplitudine, auguſtáque illa maieſtate intelligi uolu-
mus,ad quam memoria noſtra curia,aut certè patrum noſtrorum,indulgẽ- H
tia Principum euaſit.Siquando autem una claſſis ad calculorum æquilibriũ
deuenit,id eſt ad ſententiarum parem utrinque numerum: duo de maiori-
bus curiæ,quaſi ſententiarum auctores mittuntur ad alteram claſſem rela-
turi, qui ſuæ uterque factionis ſententiam tueantur. Quo facto altera illa
Colophonem imponere. claſſis in conſilium mittitur,ut rei ambiguę colophonem imponat:id eſt ut
diſſentiendi inter eos finem faciat,& ultimum calculum ac totius rei defini-
tiuum adiiciat.id lingua forenſis quaſi æquationem ſententiarum dirimere
appellat. Hoc enim uerbo propriè in ea re ſignificanda uti poſſumus: quod
ut obiter dicatur,Colophona,inquit Feſtus, dicũt cum quid finitum eſſe ſi- I
gnificatur. Hoc autem ex more Ionum populorum tractum eſt, ut inquit
Lecapenus Græcus auctor.Siquidem xij urbes Ioniæ conuenire olim ſolitæ
dicuntur ad id cõſilium quod Panionion dicebatur, de rebus communibus
commentaturæ diſceptaturæque: quo in loco ſi forte totidem utrinque cal-
culis diuerſa cenſuerant,aduocatis tum Colophoniis, rem ita componebãt,
ut in utrius partis ſententiam irent Colophonij,illinc uictoria calculorum
Colophonem addere. eſſet.A quo more in prouerbium uenit τὸν κολοφῶνα ἐπιτιθέναι,id eſt colopho-
na imponere, uel colophonem addere, hoc eſt ultimum & potentiſſimum
ſuffragium adiicere,quaſique ultimam manum imponere, poſt quam nihil K
ultrà hæſitandum ſit.Plato in ſecundo de Legibus circa finẽ hoc uerbo uſus
eſt,pro eo quod eſt ſermonem claudere, ac finem diſſerẽdi facere,ultimám-
que commentationem quaſi ultimam manum adhibere, ἐπὶ τοίνυν τῆς μέθης
χρεία τὸν κολοφῶνα πρῶτον ἐπίθωμεν. Et rurſus, κολοφὼν ἐπὶ ᾧ περὶ οἴνου λόγῳ ῥηθέντι εἰρήσθω.
Tertia claſſis eorum eſt,qui requæſtarum, id eſt libellorũ ſupplicũ magiſtri
dicuntur:de quibus mox dicendum.Nunc etiam quarta atque adeò quinta

Ex lege ultima,De Senatoribus. adiecta

A adiecta eſt eorum, qui cauſas perſonalium actionum atque interdictorum retinendæ poſſeſſionis hominibus priuilegio præditis iudicant, id eſt qui aut in muneribus publicis occupati ſunt, aut qui fori priuilegium à Princi- *Priuilegio præditi.*
pe impetrauerũt,ut permulta ſodalitia. hi autem delegatam iuriſdictionem habent,nec de prouocatione iudicant,neque de iniuriarum actionibus,neq; de ui illata,niſi hæ actiones in interdictorum cõtrouerſias inciderint, aut in actionum perſonalium.Nouimus & ab antiquis Principibus aliud eſſe conſilium inſtitutum,quod ſtrictum iam inde appellatur: nos aulicum & inte- *Aulicum & interius conſilium.*
rius conſilium appellare & ſelectum poſſumus, ex propinquis & neceſſariis
B & interioribus amicis Principis proceribus & Antiſtitibus cum Cancellario conſtitui ſolitum,certo tamen numero circunſcriptum. Alibi magni *Magnum cõſilium.*
conſilij monumenta antiqua meminerunt: ad quod ex Parlamento aliquot aſſumi ſolitos eſſe legimus,ita ut promiſcuam operam nauarent & in curia, & in magno conſilio. Nonnullis autem temporibus ſtrictum & magnum *Strictũ conſilium.*
conſilium idem fuiſſe deprehẽdi,niſi fallor.hodie alia eſt ratio.Poſtremò addenda & alia duo capita. Eorum prius eſt ex conſtitutione anni M. ducen. nonag.quarti.Eſt autem eiuſmodi, Sancitum præterea & ſtatutum,ut Princeps Præſidẽnſque Parlamenti de conſidentibus in eo iudicibus ſtatuãt,qui
C cuique muneri obeundo deligi potiſſimum debeant.Qui in maximo conſeſſu retineri, qui ad iuriſdictionem ex iuris præſcripto exercẽdam deſtinari,qui poſtulationibus quotidianis uacare debeant:de reliquis item ſacerdotibus profaníſque in conſilium Regis allectis,& Rex & Præſidentes ſtatuãt, ita ut eorum opera utantur iis rebus diſceptandis conſtituendíſue,quæ ubiuis locorum in regno aliæ atque aliæ extiterint, ſi ita eis uideatur:id eſt(ut uulgo dicimus)ad eas res quæ quotidie de nouo emerſerint. Alterũ caput *Conſtitutio Philippina.*
eſt conſtitutionis Philippinæ in hanc propemodum ſententiam : Sanximus etiam ſtatuimúſque,ut iudicia,areſta,ſententiæ,quæque à curia noſtra,que-
D que à communi conſilio noſtro exierint,rata ſint omnino,iique ad quos ea res pertinebit, exequi ea poſſint prouocatione ſublata. Quod ſi quid in iis extiterit uel ambiguitatis uel erroris, quod modò momentum aliquod habere uideatur,uolumus & ſancimus, ut eorum enarratio, emendatio,interpretatio,atque etiam ſi opus ſit inductio,ad nos ac cõſilium noſtrum commune ad maiorémue partem eius pertineat.Quæ tamẽ omnia cum ingenti animaduerſione,nec iniuſſu noſtro, nec citra reſcriptum noſtrum fieri uolumus iubemúſque .Ex his,ut arbitror, apparet antiquiores illos Principes noſtros numeroſa ſibi conſilia ampliſſimáque inſtituiſſe,à quibus curiam
E noſtram ampliſſimam ortam eſſe diximus: ſed ita ut eam non membrũ ab eo uelut corpore auulſum eſſe dicas,ſed ueluti robur conſilij delectum:reliquos uerò conſiliarios qui ad curiæ numerum conſcripti non eſſent, partim eximios quoſdam fuiſſe , quaſíque extraordinarios, qui latera Principis cingerent,& ab eo pedem latum non diſcederent:partim ſubſidiarios,& (ut ita dicam)ſuccenturiatos,ſicubi ad uarios euentus opus eſſet.Eius autem curiæ ſententiæ,arreſta uulgo dicuntur, cum areſta fortaſſe per unum R dici de- *Areſta.*

Source : BIU Cujas

beant, quo uerbo Græcè placita significantur. Cuius me uerbi dudum Paulus Aemilius admonuit, Gallicarum historiarum scriptor: quæ quidē cum hæc scriberem, in magna expectatione inter nostrates erant. Placitum autem Latinè & decretū dicitur, quod Græcè dogma & psephisma & areston dicitur. Plinius de Thessalo Methodicorū principe, Eadem, inquit, ætas Neronis principatu ad Thessalum transiliuit, delentem cuncta maiorum placita, & rabie quadam in omnis æui medicos perorantem. Placita Plinius appellat maximè ratas opiniones medicorum, sententiásque constantes inter medicos de ratione medicinæ: quales sunt aphorismi Hippocratis. Vt igitur populi scita, & Senatusconsulta, sic curiæ nostræ aresta, id est placita intelligere possumus. Nam placere uerbo pro decernere & statuere Senatuscōsulto antiqui utebantur: ut apud Ciceronem legimus in Philip. 5. De exercitu C. Cæsaris ita censeo decernendum: Senatui placere, militibus ueteranis, eorúmque liberis militiæ uacationem esse. Et Philip. 3. Senatui placere, ut C. Pansa, A. Hircius Coss. designati, & reliqua. Addēdum & illud corollarij nomine, fuisse & celeberrimum conuentum Amphictyonum, quem Plinius lib. 35. publicum Græciæ cōcilium appellat: de quo Sudas & Arpocration in glossematis ita tradunt: Amphictyones consessus quidam fuit Græcus, ad Thermopylas conuenire solitus, ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictus, qui & ipse populos cum regnaret, ad conuentus conuocasse dicitur. Hi autem erant numero xij. Iones, Dores, Perrhæbi, Bœotij, Magnetes, Achæi, Phthiotæ, Melienses, Dolopes, Aenianes, Delphi, Phocenses. Alij, quòd accolæ Delphorum essent, Amphictyonas dictos putant. Amphictyones enim Græcè uicini dicuntur. Legimus apud Demosthenem, Aristidē ut pro communi causa diceret, Atheniensium nomine apud Amphictyonas patronū, id est syndicum esse missum. Inde illa nobilis controuersia, declamatoria tamen apud Amphictyonas Quintiliano referente agitata: Alexander cum Thebas euertisset, inuenit tabulas quibus centum talenta mutua Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Has, quia erat usus commilitio Thessalorū, donauit his ultro. Postea restituti à Cassandro, reposcunt Thebani Thessalos. Apud Amphictyonas agitur. Centum talenta & credidisse eos constat, & non recepisse. Lis omnis ex eo pendet, quòd Alexāder ea Thessalis donasse dicitur. Constat illud quoque, non esse iis ab Alexādro pecuniam datam. In qua controuersia multa de iure belli disputantur. Sed apud Amphictyonas uel potentissima æqui tractatio est. Strabo lib. 9. de Delphico templo loquens, quod ipse τῆς ἑλλάδος ἐν μέσῳ πως εἶναι τῆς συμπάσης, id est in medio quodammodo uniuersæ Græcię esse dicit, quæque intra Isthmum, quæque extra est, & terræ umbilicum appellari, id est τῆς γῆς ὀμφαλὸν καλέσασθαι. Cum huiusmodi autem, inquit, commoditas circa Delphos esset, eò facilè conueniebant finitimi maximè, ex quibus Amphictyonicum consilium constitutū est: quod & de rebus inter eos communibus consilia agitaret, & templi curam susciperet communem, utpote in quo pecuniæ permultæ & donaria recondita essent, cum custodiæ magnæ, tum uerò sacrificiorum indigentia. Acrisius

Decretum. Placitum. Lib. 29. ca. 1. Δόγμα. Ψήφισμα. ἀρεστόν. ἀφορισμοί. Placere. In fine. Cap. 9. Amphictyones. Σύνδικος. Nobilis controuersia. Lib. 5. ca. 10. Vmbilicus terræ.

Ex lege ultima, De Senatoribus. uerò,

A uerò,inquit,eorum qui posteritatis memoriæ traditi sunt,primus instituisse putatur ea quæ ad Amphictyonum consilium pertinent,urbésque destinasse huius consessus participes.Iúsque suffragij illis dedisse.huic per se, illi autem communiter cum altera,uel etiam cum pluribus.Demonstrasse etiam Amphictyonicas causas quæ à ciuitatibus inter se disceptarentur. Post quẽ etiam aliæ deinceps multæ constitutiones factæ sunt, quoad tandem institutum illud dissolutum est.Fertur autem xij primum ciuitates eò conuenire solitas,singuláque Pylagoram mittere,cum bis quotannis conuentus co- Πυλαγόρας.
geretur,uere scilicet,& autumno.postea autem & plures conuenerunt ciui-
B tates.Pylagoræ Cereri immolabant: ad Pylas autem conueniebant, quæ & Thermopylæ dicuntur. *Pylæ. Thermopylæ.*

Ex titulo,De officio Consulis.

Sed non potest qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere. Accursius nomina interpretatur probationes causarum:cum edere nomen,sit curare nomen inscribendum, & ueluti eius nomẽ profiteri in actis,quem manumissuri sumus: id quod fiebat ante cognitionem Consulis. Edere nomina hodie dicere possumus eos prouocatores, qui apud acta *Edere nomina.*
curiæ præsentari dicuntur.Hoc autem etiam dare nomẽ dicitur, ut dare no- *Dare nomen.*
C men militiæ in.l.iij.infrà,De re militari, Qui post desertionem in aliam militiam nomen dederunt,legíue se passi sunt,& reliqua. Liuius lib.5. Omniũ primum Tribunis militum fuit,delectum haberi.Nec iuniores modò conscripti,sed seniores etiam coacti nomina dare, ut urbis custodiam agerent. Inde illa locutio,ad nomina respondere. Idem lib.7. Acerbitas in delectu nõ *Ad nomina respondere.*
damno modò ciuium, sed etiam laceratione corporum lata, partim uirgis cæsis qui ad nomina non respondissent,partim in uincula ductis,inuisa erat. id est,qui non comparuissent, ut uerbis nostris loquar. Et mittere ad no- *Mittere ad nomen.*
men.Quintilianus in Declama.(si tamen is est auctor) Ad nomen mittere fi- *In Milite Mariano.*
D lios parentes festinarunt,quãuis asperrimo bello,ut sub te ponere rudimẽta militiæ contingeret. Inde etiam nomẽ accipere, pro eo quod uulgus di- *Nomen accipere.*
cit,recipere ad monstram, quod & rationem habere dicitur.Liuius lib.7.secundi belli Punici,Itaque si suum nomẽ Dictator acciperet, se comitiis intercessuros Tribuni dixerunt:si aliorum,præterquam ipsius,ratio haberetur, comitiis se moram non facere.Idem lib.4. Vicerunt patres,quia & plebs patriciis seu hunc seu illum delatura honorem, frustra certare supersedit : & *Rationẽ alicuius habere.*
Principes plebis ea comitia malebãt,quibus non haberetur ratio sui, quàm quibus ut indigni præterirentur.

E Ex titulo,De officio Præfecti Prætorio.

Breuiter commemorare,& reliqua.) Nugatur hoc in loco Accursius,ut ferè in iis locis solet quæ ab antiquitate repetenda sunt, utpote qui diuinaci coniectura potius quàm rerum cognitione fretus,nihil ferme intactum relinquere instituerit. Nos autem de Dictatura duo tantum dicenda putaui- *De Dictatura.*
mus:unum, quod Plutarchus in Fabio memoriæ prodidit. Fabius, inquit, *Dictator.*
Dictator designatus, magistrum equitum L. Minutium dixit:à Senatúque

Source : BIU Cujas

petiit,ut equo ſibi uti Dictatori liceret. Non enim antea equitare Dictatori fas erat,ſed per quandam ueterem legem prohibitũ fuerat, ſiue quòd maiores uires ineſſe pediti,ac pedes manúmque conſerere arbitrarentur,ac propter hoc Imperatorem in legione permanere oportere, nec locum deſerere: ſiue quoniam ad alia omnia tyrannica magnáque ſit potentia magiſtratus ille,ut in hoc appareret Dictatorem uolẽte populo indigere. Alterum eſt ex eodem in Probl. Dictator, inquit, creatus omnium magiſtratuum imperiũ inhibet, ad ſeſeque transfert, præterquam Tribunorum pleb. Hi enim ſoli Dictatore creato non ceſſant. οὐδὲ γὰρ παύονται Δικτάτωρος αἱρεθέντος οἱ δήμαρχοι, ἀλλὰ πᾶσαν ἀρχὴν ἐκείνου μεταθέντες εἰς ἑαυτὸν, αὐτοὶ μόνοι διαμένουσιν. Hic creari niſi ſilentio noctis nõ poterat,ut auctor eſt Liuius lib.9. Dicebatur autẽ à Cõſule, ut ipſe magiſtrũ equitũ dicebat. Noctis, inquit,ſilẽtio(ut mos eſt) Fabius L.Papyrium Dictatorem dixit. Cæterum Dictatura poſt mortẽ Cæſaris Senatuſconſulto ſublata eſt in perpetuum.Cicero in Philip.1.Ad ſingulare etiã Marci Antonij factum feſtinat oratio.Dictaturam,quę uim iam Regiæ poteſtatis obſederat,funditus è repub.ſuſtulit: de qua ne ſententias quidem diximus:ſcriptum Senatuſcõſultum quod fieri uellet,attulit.quo recitato, auctoritatem eius ſummo ſtudio ſecuti ſumus, eíque ampliſſimis uerbis per Senatuſconſultum gratias egimus.Lux quædam uidebatur oblata, non modò regno quod pertuleramus,ſed etiam regni timore ſublato: magnúmque pignus ab eo reip.datum,ſe liberam ciuitatẽ eſſe uelle, quòd Dictatoris nomen,quod ſæpe iuſtum fuiſſet,propter perpetuę Dictaturæ recẽtem memoriam funditus ex republica ſuſtuliſſet.Regnum appellat Cicero perpetuam Cæſaris Dictaturam,quæ inuidioſiſſimũ nomen Dictaturæ reddidit. Idem, Maximum autem illud,quòd Dictaturæ nomen ſuſtuliſti. Hæc inuſta eſt à te,à te inquã, mortuo Cæſari nota ad ignominiã ſempiternã. Vt enim propter unius M.Manlij ſcelus, decreto gentis Manliæ,neminem Patricium licet M. Manlium uocari: ſic tu propter unius Dictatoris odium,nomen Dictatoris funditus ſuſtuliſti. De præfectura Prætorij Tranquillus in Tito, Præfecturam quoque,Prætorij inquit,ſuſcepit,nunquam ad id tempus niſi ab equite Ro.adminiſtratam.Vnde Plinius in præfatione ad eũdem Titum loquens,Et quod his,inquit,nobilius feciſti,dum illud patri pariter & ordini equeſtri præſtas præfectus Prætorij eius. Quibus uerbis Plinius ſignificat & equeſtrem ordinem & præfecturam Prætorij Titum ingenti honore affeciſſe,cum præfectus patris ſui Veſpaſiani & dici & eſſe uoluit: quod antè equeſtris tantum ordinis munus fuerat,non etiam Senatorij. Præfectus autẽ Prætorij à cohorte Prætoria dictus eſt. Apud antiquos enim cohors quędam erat quæ Prætoria uocabatur,quæ Conſuli aut Prætori in prouincia præſto ſemper erat,quaſique latus eius cingebat. Cicero ad Quintum fratrem Aſiæ Proconſulem libro primo,Quos uerò aut ex domeſticis conuictoribus,aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe uoluiſti, qui quaſi ex cohorte * Prætoria appellari ſolent:horum non modò facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda tibi ſunt.Itaq; quod Cicero cohortem Prætoriam in Prætura urbana

Tribuni pleb.

Dicere Dictatorem.

M. Manlius. Cap 6.

Præfectura Prætorij.

Cohors prætoria.

Epiſtola 1.

** Prætoris.*

Ex titulo,De officio Præfecti Prætorio, dixit,

A dixit, Asconius Cõsulares comites interpretatur. Veteres enim, inquit, omnẽ magistratum cui parêret exercitus, Prætorem appellauerunt: unde & Prætorium, tabernaculum eius: & in castris porta Prætoria, & hodie quoque præfectus Prætorio. Hactenus Asconius. Cum igitur imperium Romanum ad monarchiam deuenit, Principes Romani equitem unum Romanum Prætoriæ cohorti aut cohortibus etiam præfecerunt, & Prætorio suo, id est aulę, quam lingua Vulgaris hospitium Regis appellat: unde præfectus Prætorio hodie dici potest qui magnus magister hospitij dicitur (nã eum græci ἔπαρχον αὐλῆς uocant) multum tamen ab antiquo differens. Hunc autem antiqui

Prætor. Prætorium.

B Principes potentia militari secundum sibi esse uoluerunt: qualis Burrus primus (ut arbitror) Neroni fuit: de quo Tacitus libro decimotertio ita inquit, Ibatur in cædes, nisi Affranius Burrus & Annæus Seneca obuiam issent. Hi rectores imperatoriæ iuuentæ, & pari in societate potentiáque concordes, diuersa arte ex æquo pollebant. Burrus militaribus curis & seueritate morum, Senecæ præceptis eloquentiæ & comitate honesta. Idem de morte eius loquens ita inquit lib. 14. Ciuitati grande desiderium eius mansit propter memoriam uirtutis, & successorum alterius segnem innocentiam, alterius flagrantissima flagitia & adulteria. Quippe Cæsar duos Prætoriis co-

Paulò pòst initium.

C hortibus imposuerat, Fenium Rufum ex uulgi fauore, quia rem frumentariam sine quæstu tractabat: Offonium Tigillinum, ueterem impudicitiam atque infamiam in eo secutus. Præfecturam igitur Prætorij Titus amplioré honoratioremque reddidit, ut Plinius in exemplo superiore inquit. Plinius uerò iunior in Panegy. Traiani uerbis loquens ita inquit, Ego quidẽ in me, si omnium utilitas ita poscret, etiam præfecti manum armaui: tangens historiam huiusmodi à Dione commemoratam, Traianus cum præfectum Prætorij cingulo donaret, dignitatis eius insigni, ita dixisse ad eũ fertur, Accipe hunc ensem: & si quidem rectè atque è rep. imperauero, pro me: sin se-

Traiani memorabile uerbum.

D cus, in me utere. Huius magistratus meminit Lampridius in Alex. à quo dignationem eius auctam esse refert. Ab aliis autem atq; aliis Principibus auctiorem in annos atque etiam in dies factam esse, ex multis iuris locis cõiicere possumus. Huius autem in Francia instar esse magis quàm similẽ Cancellariatum, haud ab re (ut arbitror) dici potest. A quibus autem initiis ad quantum fastigium euectus sit, nemo mediocri rerum nostrarum cognitione imbutus nescit. Verum eius aliud exemplar apud Platonem reperisse mihi uideor, ídque expressum, nõ adumbratum. Plato igitur in eo libro qui Minos uel de lege inscribitur, Minoem ab Homero tradit laude longè o-

Cancellarius in Francia.

Plato.

Minos.

E mnium præstantissima inter omneis heroas laudatum esse. De Creta enim loquens nonaginta urbibus insigni, earum unam Gnosum urbem ingẽtem esse ait, in qua Minoëm regnasse, Iouis consuetudine ac colloquio nouẽ annos usum. Hoc enim significat, inquit, illud carmen, ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής, Nouennis regnauit cum Ioue commentatus. Quod sic dicere possumus, Ter tribus his annis regnauit cum Ioue suetus. Propterea, inquit, mira laus hæc existimãda est, & supra quã nihil omnino dici cogitariue possit,

Source : BIU Cujas

non modò Iouis esse filium, sed etiam unum omnium ab Ioue institutum. F
Nam quod Hesiodus de eodem loquens inquit,

Ζηνὸς ἔχων σκῆπτρον, ᾧ καὶ πόλεων βασίλευεν,

Sceptra Iouísque tenens, queis urbibus imperitabat:
nihil aliud intelligi uoluit, quàm Iouis habens disciplinam, qua Cretēsium urbibus moderabatur. Hunc igitur Minoëm Plato regēdo regno suo Rhadamanthi opera usum esse, in hanc propemodum sententiam commemorat: Enimuero, inquit, Rhadamāthus ut uir quidem bonus erat, ita artis Regiæ numeros haud omnes perdoctus, Regiæ tamen artis (ipse basilicam uocat) administram quādam operam egregiè nauare didicerat, ab ipso Minoë G
iudiciis præfectus. quare etiam iudex bonus dici uulgo meruit. Hoc enim nomophylace, id est præside custodéq; legum, Minos utebatur in urbe: Taloë uerò extra urbem utebatur. Hic enim Talos ter in singulos annos regionem passim obibat, custodię legum intentus, æreásque legum tabulas pagatim circunferens. Verba ipsa Platonis subiecimus, Ῥαδάμανθυς δὲ ἀγαθὸς μὲν ἦν ἀνὴρ, ἐπεπαίδευτο μέντοι οὐχ ὅλην τὴν βασιλικὴν τέχνην, ἀλλ' ὑπηρεσίαν τῇ βασιλικῇ ὅσον ἠθιστατεῖν ἐν τοῖς δικαστηρίοις, ὅθεν καὶ δικαστὴς ἀγαθὸς ἐλέχθη εἶναι. νομοφύλακι δ' αὐτῷ ἐχρῆτο ὁ Μίνως κατὰ τοῦ ἄστυ· τὰ δὲ κατὰ μὲν τὴν ἄλλην ᾧ Τάλῳ. ὁ δ' Τάλως τρὶς περιήει τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ τὰς κώμας, φυλάττων τοὺς νόμους ἐν αὐταῖς, ἐν χαλκοῖς γραμματίοις ἔχων γεγραμμένους τοὺς νόμους. Aristoteles autē libro quarto Polit. auctor est in quibusdam rebuspublicis Græciæ probulos & nomophylacas institutos fuisse, qui eas rogationes quæ ad populum ferendæ essent, præiudicio quodam disceptarēt examinaréntque, néquando fortè populus contrarium quippiam legibus, aut quod è rep. non esset, sciscere iuberéq; posset. Hi autem nomophylaces Athenis (ut apud Sudam legimus) fasciolis albis pro redimiculis uti solebāt in spectaculis, è regione sedētes nouem magistratuum qui reip. gubernacula tenebant: cogētes magistratus omnia rectè atque ordine, & ex præscripto legum agere. In concionibus uerò cum prohedris considere soliti, intercessuri si quis rogationem promulgationémue quampiam ferret, aut contra instituta patria, aut quæ è rep. è dignitatéue eius futura non uideretur. Prohedri autem dicebantur quasi præsides, magistratus quidam primi subsellij, quibus cæteri omnes sedendi loco cedebant, ἠνάγκαζον δὲ τὰς ἀρχὰς χρῆσθαι τοῖς νόμοις, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν προέδρων, κωλύοντες ψηφίζειν εἴ τι παράνομον εἶναι δόξειε, καὶ ἀσύμφορον τῇ πόλει. Eadem penè Pollux libro octauo de nomophylacibus dicit. Cicero lib. 3. de Legibus, Legum, inquit, custodiam nullam habemus. Itaque hæ leges sunt, quas apparitores nostri uolunt: à librariis petimus: publicis literis consignatam memoriam publicā nullam habemus. Græci hoc diligentius, K
apud quos nomophylaces creantur. Nec ij solùm literas (nam id quidem & apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legésque reuocabant. Si huiusmodi magistratibus Frācia rectè atque ordine uteretur, mores certè & instituta nostra, iúsque omnino moribus nostris introductum receptúmque (quas cōsuetudines dicimus) non tam incerta obscuráque essent, quàm ipsa esse non pridem deprehensum est. Nondum enim

Rhadamanthus.
Nomophylax.
Talos.
Πρόβουλοι.
Prohedri.
Πρόεδροι.
Subfinem.
Nomophylaces.
Consuetudines.

Ex titulo, De officio Præfecti Prætorio. multis

A multis conuentibus actis constitui potuerunt. adeò ad hoc tempus tantum aduocatis ac pragmaticis in iura non scripta licuit, quàm in iura scripta iuris professoribus. id quod antea satis, liberiúsque paulo (ut arbitror) diximus. Neque enim ignoro, siquando libellus hic noster exierit, & aliquo fortè rumore Accursiani rescierint nos in hac doctorum hominum esse hæ- *Accursiani.*
reſi: (Accursianos nunc appello istos non tam ingeniosos quàm fuit Accursius aut Bartolus, aliíque, ut ita dicam, maiorum gentium Accursiani, uiri haud dubiè industrię singularis, si in meliora tempora incidissent, temporum enim ignorantia magis quàm sua lapsi sunt: sed istos stupidiores, qui
B homines Latinè nescientes auctores suos, latinissima Pandectarum scripta optimè interpretari potuisse cõniuentibus oculis credi uolunt.) si igitur isti quoquo modo resciuerint nos hæc & huiusmodi de numinibus suis dixisse (neque enim nostra legent, quæ intellecturi non sint) id est si à politioribus iuris aut peritis aut studiosis (quales iam multi sunt) audierint nos hæc scripsisse, continuo agmine facto in nos, gladiatorio, ut aiunt, animo inuasuros esse suspicor. Nostra autem nunc uoco, quæ ex aliis accepta, nostra fortasse fecimus, si quidem rectè & cõcinnè suo quidque loco accommodauimus.
C Amentata enim tela, ut dicitur, suggerentibus magni nominis auctoribus, nullo aut paruo negocio accipientes, haud incommodè fortasse in istos cõtorsimus. Neque uerò eo ingenio uideri nos uolumus, ex quo ueluti fonte huiuscemodi multa manasse credi possint. Abundéque esse nunc putamus, si classicorum auctorum, primæque auctoritatis antiquorum dicta quasi pluuias aquas colligentes, ingenij nostri ariditatem aliena ubertate adiuuimus. Verumenimuerò isti qui in suorum dicta inquirere nefarium esse putant, nunquam (ut arbitror) collato pede nobiscum manus conferere audebunt: sed missilibus, id est arreptis ex triuio macellóque conuiciis, ut quod-
D que atrociſsimum in buccam quasi ad manus uenerit, depugnabunt. Quorum etsi maledicta non magis me lædere possunt, quàm aquæ pluuiæ fungum: ne tamen bellicum cecinisse uidear, eos oro, obtestórq; eorum æquissimos, ut ne prius dictis nostris obstrepere in animum inducant, quàm ea semel attentius auscultauerint. Tum demum si intellecta displicebunt, ignorantiæ sane aut tarditatis me damnent. Modò ne hoc elogium addant, quod disciplinæ suæ antistitibus non credere sustinuerim: aut quòd deorum suorum Ioui (doctorum enim suorum Idolum Accursium appellant) conuiciũ fecerim, ideò temeritatis esse me aut etiam maiestatis damnandum. Neque enim Pythagorica eorum lege teneor, ut omnia credere ipso dicente, id est
E Accursio, debeam. Accursium tamen auscultare ubique, & plerisque etiam in locis auscultare Accursio soleo, id est ubi Vlpianum & alios iurisperitorum proceres non modò ipse auscultasse, sed etiam exaudisse uidetur. Proinde nisi me priscorum magis propugnatorem, quàm recentium id est suorum impugnatorẽ audierint, (si tamen aures audiendi habent) causam haud dico quin de me excarnificando animis suis obsequantur. Quòd si comminus ipsi pugnare aduersis gladiis in animum induxerint, næ homines ipsos

inermes,aut armis certè nec ualidis nec fulgentibus munitos, ab elegantio- F
ribus eiuſdem iuris ſtudioſis iam diu deſtitutos, ſuo etiam gladio iugulare
In epiſtola Iuſtiniani ad Tribonianũ. poſſumus,id eſt edicto Iuſtiniani (ut alibi diximus) non uno, ſed altero. Id
Edictũ Iuſtiniani contra enarratores. eſt autem huiuſmodi, Noſtram autem conſummationem,quæ à nobis deo
annuente componetur, Digeſtorum ſeu Pandectarum nomen habere ſan-
cimus: nullis Iuriſperitis in poſterum auſuris commentarios illi applicare,
& uerboſitate ſua ſupradicti codicis compẽdium confundere:quemadmo-
dum & antiquis temporibus factum eſt, cum per contrarias interpretantiũ
ſententias totum penè ius conturbatum eſt:ſed ſufficiat per indices tantum- G
modo,& titulorum ſubtilitatem,quæ paratitla Græcè dicũtur, quædam ad-
Paratitla. monitoria eius facere. Paratitla Iuſtinianus ſummas rerum appellat titu-
latim appoſitas,quales extant Azonis:indices autẽ ἐλέγχους. Hoc in loco Ac-
curſius iſtorum Plato,ingenua ſimplicitate manus(ut aiunt)dedit,faſſus ipſe
nec ſua nec aliorum gloſſemata iure ſcripta defendi potuiſſe contra Impe-
ratoris edictum.Iuſtiniani autem auctoritatem refellere,aut quoquo modo
eleuare,homini quidem qui ſe iuris ſtudioſum profiteatur, non minus in-
Axiomata. ter iſtos improbum eſſe putatur,quàm inter philoſophos axiomata quæ di-
cuntur,negare, & propoſitiones quaſdam indemonſtrabiles, quæ in com-
muni ſenſu conceptúque uerſantur: ut ſi quis lineam longitudinem ſine la- H
titudine neget eſſe,aut ſuperficiem longitudinem & latitudinẽ ſine altitudi-
ne,& huiuſmodi alia.Perfricent igitur iſti frontem, & Iuſtiniani imperium
negligendum eſſe, aut quoquo modo refellendum dicere audeant, & una
eadémque opera totam iuris ciuilis auctoritatem ſubuertant:aut etiam Ac-
curſium diſciplinæ ſuæ antiſtitẽ ignauè manus dediſſe contendant. Iam cer-
tè in hoc certamine, cuius inſolentes nos ſumus, herbam eis porrigemus:
tametſi non ad exteriorem nunc ſermonem loquimur, qui auctoribus Ari-
ſtotele & Themiſtio omnia aſſerere atque inficiari poteſt, & ne axiomata
Interior & exterior ſermo. quidem quæ proloquia dicuntur,ore fateri cogitur:ſed ad interiorem illum I
(ut ipſi uocant)ſermonem quaſi ad æquum iudicem, qui interior eſt ſenſus,
& mentis conceptus,qui & proloquiis & rebus demonſtratis contumaciter
obſiſtere nequit.De quo Ariſtoteles in priore poſteriorum Analyticôn, ὁ μὲν
πρὸς τὸν ἔξω λόγον ἡ ἀπόδειξις, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ, ἐπεὶ ὁδὶ συλλογισμός· ἀεὶ γὰρ ὅδ' ἔσται
πρὸς τὸν ἔξω λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸν ἴσως οὐκ ἀεί. Non enim,inquit,ad exteriorem ſermo-
nem demonſtratio eſt, ſed ad eum qui eſt in anima, quando ne ſyllogiſmus
quidem:ſi quidem obſiſtere quiuis poteſt ſemper exteriore uerbo, interiore
uerò non item ſemper. Hæc autem cum ſint eiuſmodi (ingenuè enim fate-
bimur)uertere tamen ſtylum non ſemel in animo nobis fuit, cepítque me K
impetus hæc ipſa interlinendi,quę in offenſionem multorum incurſura ui-
debantur:ne id quidem modò,ſed etiam laborem hunc ſemeſtrem aut pau-
Antaccurſius lo ampliorem perdendi,ne me Antaccurſios ſcripſiſſe homines cauillaren-
tur.Neque enim is ſum,qui nominis mei illuſtrãdi cupidus,innoteſcere uel
indigno aliquo facinore,uel hominum offenſione ſuſtineã. Ibi me anxium
Philepiicia. Philalethia. animi,uelut genij duo(Philepiiciæ Philalethiæq; nomina fuere)oculis meis

 obuerſantes,

Source : BIU Cujas

A obuersantes, altrinsecus certatímque adhortari institerunt, spondentes quicquid candido proposito animi instituissem, id non posse ad extremũ (tametsi interim euariare contigerit) non bene ac fœliciter uertere. Itaque quod fœlix faustúmque esset, pergerem, & deo diuísq; bene iuuantibus, huic qualicunque incepto ultimam manum adderem. Philepiicia æqui boníque studium profitetur: Philalethia præ se fert ueritatis amorem. His auctoribus (id quod cautiores non solent) periclitari quàm hærere malui, aut iam orsa retexere. Ne igitur religione me obstringerem, humanorum iudiciorũ aleam sane ancipitem subeundam mihi putaui. Quanquam etiam non tam peri-

Φιλεπιείκεια. Φιλαλήθεια.

B clitari me puto, quàm accipiendam plagam omnino mihi uideo. Scio certè utcunque bonorum iudicia mihi cesserint, malè me ab iniquis auditurum, atque eo maximè nomine, quòd homo Parisiensis, aliquid in literis promittere audeam, præsertim nulla doctrina fretus peregrina, ut qui domi tantùm literis operam mihíque soli dederim. Sed quid cum illis agas, qui ea quæ ex Græcis feci, ab aliis libris compilasse me dictitarunt, qui tamen nusquã extant? Hi sunt qui alienam industriam ex sua inertia metiri soliti sunt: quorum ego maleuolentiam impudentiorem adhuc putaui, quàm ut ei respondendum haberem. Bonorum tantum iudicium formido, quibus utinã ipsis

Budæus literis sibi soli operam dedit.

C ita libeat primum exporrecta fronte libellum hunc nostrum excipere, ut nullius odio aut offensione adducti ad eum scribendum accessimus: deinde si quod dictum nostrum ut nouum & inauditum explodẽdum mox eis uideatur, id non antè damnare, quàm diligentius æstimauerint. Philippus Alexandri Magni pater, cum causam Machætæ cognoscens dormitare uideretur, nec satis animaduertere quæ ille pro suo iure diceret, ad extremum Machætam damnauit: quo uociferãte, ac prouocare se dictitante, Philippus ira percitus, Ad quem tandem? inquit. Ibi uerò Machætas, Ad te, inquit, ipsum ô bone rex, siquando experrectus animum aduerteris: ἐπί σε ὦ βασιλεῦ αὐτὸν, ἐὰν

Machetæ prouocatio à Philippo ad ipsum Philippum.

Iudicium nõ præcipitãdũ;

D ἐγρηγορὼς καὶ προσέχων ἀκούῃς. Sic ego si à bonis & doctioribus nunc damner nouitate rerum me premente, & reprehensionis licentia, ad eosdem prouocaturum me contestor, cum res primo occursu duras, iterata lectione æstimatas, exolescente sensim nouitatis & audaciæ inuidia mollescere senserint. Vt enim in rebus expendendis necesse est lancem ponderibus impositis pessum ire, sic animus hominũ cogitur perspicuis dictis cedere. Veritati uerò postliminio redeunti, & parum alioqui plerunque gratiosæ, obfutura est fortasse producentis in medium insolentiæ similis fiducia. Si igitur nomophylaces Atheniẽsium similes haberemus, profectò leges morésque & instituta cum

E certa fixáque, tum uerò uoluminibus haud ita multis contenta teneremus: nullíque literato iuris finiti ignorantiam excusare uerecundè liceret. Nunc uerò quotus quisque iuris etiam consultus, consultor tamen esse in suscipiendis litibus erubescit? Nec id magnopere mirãdum. Quis enim securus esse eius rei potest, quæ nulla certa ratione constat, sed in arbitrio sita est hominum alia atque alia in dies comminiscentium? Verùm ista sunt scilicet alimẽta litium, id est eorum hominum pabulum, qui rationes suas in spolia

Lites, procuratorum pabulum.

Source : BIU Cujas

ciuilia coniecerũt: quæ tertia propè pars est nunc hominum qui aliquo no- F
Cancellarij partes. mine esse censentur. Cancellarius igitur in Francia, cuius id munus est, eæ primæ sunt partes, uidere ut nulla principis cõstitutio, nulla sanctio, nullum diploma, nullum rescriptum, nulli codicilli regij, non è republica atque etiã è dignitate reipublicę principalíque exeant: Cuius censuræ aut stylo Principum maiestas acta sua eximi nunquam uoluit: Denique qui Principis præsentis uicarius, & peregrè agente Principe Interrex quodam modo esse cen-
Nomophylax. setur: iure ac propriè (ut arbitror) nomophylax, id est legum præsidium, iuris asylum (id quod de Papiniano quõdam dictum est) morum institutorúmque ueterum ara, æqui boníque columen appellari potest, atque etiam esse G
debet. Id quod etiam credere me cogit consensus ferè hominũ, institutúmque quoddam quasi per manus traditum, caput eum ac uerticẽ iustitiæ appellantium. Antiquissimum autem esse magistratũ, ex uetustis monumentis apparet. Comperi anno M. centesimo undecimo, Stephanum quendam Cancellarium diplomati regio subscripsisse, à Ludouico rege cognomento Crasso monachis diui Dionysij indulto. Legi & multo antiquius diploma Caroli cuiusdam, in quo uerba hæc addita erant, Gauzelinus notarius uice Rogerij archiepiscopi summíque Cancellarij recognouit, indictione octaua anno uigesimooctauo regnãte Carolo rege glorioso. Videtur autẽ fuis- H
se Carolus ille magnus. Anno etiam M. centesimo quinquagesimoseptimo, Hugonem alterum Cancellarium subscripsisse comperi diplomati cuidam, quo Ludouicus qui Pius cognomento dictitatus est, ius regaliorum antisti-
ti Aureliensi remisit, quatenus ad supellectilem elegantiorem & instrumentum fundorum episcopalium attinet. Aliúmque item Bartholomæum anno centesimo quadragesimoseptimo eiusdem generis beneficio principali
Regalia. subscripsisse. Regalia autem (ut obiter id dicatur) plurali numero in antiquis monumentis uocitari ubique uideo, quam regaliã numero singulari uulgo nunc appellamus, uerbo ab errore usurpato. Regalia enim neutro genere ut I
Euangelia. dicatur, Latinitas exposcit, Græcorum more, qui euangelia neutro genere & pluraliter dicunt sacrificium & supplicationes quæ pro iucũdo nuncio decerni consueuerunt, uel etiam mercedem allati iucundi nuncij. Cicero ad Atticum, O suaues duas epistolas, quibus euãgelia deberi fateor. Plutarchus in uita Demosthenis, εὐθὺς οὖν ἔθυον εὐαγγέλια, Athenienses, inquit, audita Philippi morte euangelia sacrificauerunt. Isocrates in Areopag. εὐαγγέλια δὲ δὶς ἢ τρὶς τεθύκαμεν, Ob iucundum huius rei nuncium iterum & tertio sacrificia
Supplicationes. & supplicationes decreuimus. Apud nos hodie struũtur pyræ, id est πυρκαΐαι
Pyræ. decernuntur, & supplicationes indicuntur. Vlpianus in. l. Falsus, De furto. §. K
πυρκαΐαι. Qui alienum quid. Ergo si ea quæ dicunt Græci εὐαγγέλια petat, id est merce-
Μήνυτρα. dem pro rei inuentæ aut repertæ nuncio. Existimo tamen μήνυτρα legẽdum, hoc est indicij præmium. Huius enim uocabuli tenuia quædam uestigia in
Nutricia. antiquissimo exemplari inueni. Simile est nutricia in titulo De uariis & ex-
Τρόφια. traordinariis cognitionibus, circa finẽ, quæ Græcè τρόφια dicuntur, id est nu-
Niceteria. Νικητήρια. tricis merces. Et niceteria pro præmio uictorum, & pro sacrificio uel epulo

Ex titulo, De officio Præfecti Prætorio. uictoriæ

A uictoriæ gratia facto,quod etiam ἀνδρίκια plurali numero dicitur. Iuuenalis, ἀνδρίκια.
Et ceromatico fert niceteria collo. Lucianus, καὶ ἀνδρίκια ἱστῶντο. Regalia igi- Regalia.
tur dicẽda ſunt,cum ius illud utendi fruendi ſignificare uolumus,quod rex Satyr. 3.
in bonis & patrimoniis noſtratium pontificum habet, interim dum alter in
locum demortui ſubſtituitur & admittitur,& iureiurãdo in uerba Principis In uerba Prin
adigitur,quod nunc ſacramentum fidelitatis appellamus. Hoc autem ſacra- cipis adigi.
mento rogare Quintilianus appellat. Quod ius regaliorũ maximum olim Sacramento
fuiſſe, ac quod magnopere fiſcũ adiuuare poſſet,ex antiquis monumẽtis ap- rogare.
paret.Quod autem hodie hoc nomine uocatur, non tam inſtar eſt antiqui
B quàm ueſtigium quaſíque quoddam monumentum. Sed ex hoc diuerticu-
lo in uiam redeundum.Cancellarij nomẽ apud nos uereor ut iam conſen- Cãcellarij ap
taneum tantæ rei eſſe poſſit. Nam ut eſt hoc tempore ἀξίωμα,id eſt dignatio pellatio.
ac maieſtas huius honoris,tenuis hæc appellatio atq; apud alias gentes pro-
culcata,ſignificatum ſuum ſuſtinere ac perferre non poteſt. Latinum certè
nomen non eſt,niſi fortaſſe credimus à cancellando (quod nec ipſum ſatis
latinum eſt)Cãcellarium dictum.Atqui ne iis quidem ſeculis quæ hoc uer-
bum genuerunt,ſatis feſtiuum nomen fuit Cancellarij.Diploma quoddam
legimus Comitis Viromanduani,in quo addita uerba hæc erant, Ego Can
C cellarius ſcripſi ac ſubſcripſi. Fuit autem apud alios honoratioris ſcribæ no-
men,qui Græcè Archigrãmateus dicitur,ut quidam tradiderũt, quaſi Prin- Archigram-
ceps ſcribarum.Apud nos uerò iam inde ab initio magnũ huic magiſtratui mateus.
honorem habitum eſſe, præter ea quæ diximus, etiam ex eo coniicere poſ-
ſumus,quòd anno milleſimo ducenteſimo uiceſimoquinto, Guarinus qui-
dam antiſtes Siluanectẽſis geſſiſſe eum magiſtratum traditur,uir magni no-
minis illo ſeculo,ut cõiicere licet:cuius commentarios ſui ac ſuperioris æui
uidimus, uel collectanea quædam potius, regnante Philippo ſecundo (qui
Auguſti cognomentum meruit)congeſta: quo tempore nondum ille Can-
D cellarius erat.ex quibus multa antiquitatis cõiectura nec dubia fieri poteſt.
Antea autem,id eſt ab anno milleſimo centeſimo nonageſimoquinto in-
terregnum diuturnum Cancellariatus fuiſſe uidetur:diúque nullus Cancel- Interregnum
larius in demortui locum ſuffectus eſt. In codicillis enim regiis illis tempo- Cancellaria-
ribus indultis additũ ferè legimus,uacante Cancellaria regnante tum Phi- tus.
lippo Auguſto,qui annis quatuor & quadraginta imperitauit.Anno autem
milleſimo trecenteſimo uiceſimo cõſtitutione Philippina interdictum eſſe
comperi conſiliariis Parlamenti, ut ne ab urbe abnoctarent, duntaxat quo Abnoctare
minus omnibus conſeſſibus curiæ intereſſent, citra commeatum aut regiũ non licet con-
E aut Cancellarij,cum Principe curiæ, qui tum ſupremus appellabatur. Nunc ſiliariis Par-
uerò cum in curiam ampliſſimam arbitratu ſuo ingredi Cancellario licet, lamenti.
tum uerò à principe curiæ primo ei loco ceditur, quaſi magiſtratuum o- Princeps cu-
mnium antiſtiti.Nec me tamen præterit in celeberrimo trium ordinũ con- riæ.
uentu(quos ſtatus dicimus) uno uerbo fortaſſe Panceltion appellare poſſu- Cancellarius.
mus,ea forma qua antiqui Panionion dixerunt,& Panętolion,id eſt uniuer- Trium ordi-
ſæ Ioniæ Aetoliæque concilium:cuius meminit Liuius libro primo de bel- nũ conuẽtus.
Panceltion.
Panionion.
Panætolion.
Deca. 4. li. 1.

Source : BIU Cujas

Magiſter militum. lo Macedonico. In eo igitur concilio nouimus magiſtrum militum, id eſt F
Conſtabularium, Principis ubique Legatum in re quidem militari, primo
loco inter magiſtratus ſediſſe, proximéq; eum Cancellarium. Sed illius iam
magiſtratus nomen ſublatum eſſe uidetur, quo tãdiu reſpublica caruit. Itá-
que Cancellariatus ſummum eſt hodie honorum faſtigium, ultra quod ni-
hil ſperare licet, homini quidem priuato & togato, quaſiq; quoddam ſum-
ma quæque ambientis animi ſolſtitiũ. Ab eo iam progreſſus nullus, ſed qui
ſe porrò commouerit, regredi tantùm poteſt. Reſtat ut ibi conſiſtere, nec de
gradu (ut dicitur) deiici, feliciſſimum eſſe putetur. quæ enim progredi ne-
Cancellarius qualis eſſe debeat. queunt, ruina quadam retro ferè reuoluuntur. Proinde hunc qui norma eſt G
omnium iura reddẽtium, qui in omni fermè parte conſtituẽdæ reipublicæ
Principis uicem implere aut certè obtinere creditur: Cuius ore facundi re-
ges moribus noſtris eſſe ſolent: cuius oculis uelut emiſſitiis circunſpicere o-
mnia ac perluſtrare creduntur, ne quid uſquam ſubſultet non ſuo loco po-
ſitum: cuius auribus, ut dicitur, perpurgatis, plenam ac iuſtam operam po-
ſtulatoribus dare didicerunt: Qui caput eſt ſanctioris interioríſque conſilij,
Sanctius consilium. (Sanctius nunc appello conſilium τὸν ἀπόλεκτον βουλὴν, quod à noſtris ſtrictũ
appellatum eſſe dixi: quo nomine Liuius libro quinto de bello Maced. Ae-
tolorum conſilium appellauit, ex delectis atque eximiis uiris cõſtans: quos H
Apolecti. Apolectos appellabant.) Hunc denique, qui, ut ita dicã, promus condus cle-
mentiæ benignitatíſque principalis factus eſt, id eſt qui illius æquitatis of-
Officina æquitatis. ficinæ, quam Cancellariam dicimus, liberam adminiſtrationem habet, qui
morum legúmq; regimen perpetuum recepiſſe uidetur, (quod munus pri-
mus omnium Auguſtus Imperator Romanus accepiſſe ſibi delatum, non
ipſe ſumpſiſſe dicitur.) Hunc inquam tot nominibus eximium, multiplicis
ac uariæ prudentiæ fiducia ſubnixum eſſe neceſſe eſt. In hoc uno acumẽ dia-
lecticorum, ſententias philoſophorum, uerba oratorum, memoriam Iuriſ-
conſultorum, ingenium Portianum pariter ad omnia uerſatile, acre, impi- I
grum, indefeſſum eſſe oportet. Hunc omnia quæ ætas iſta capit, complecti
& perdiſcere conuenit: quæ modò ad inſtituendum excolendúmque poli-
ticum uirum ualeãt. Huic omnis antiquitatis memoria, & publici iuris au-
ctoritas, & regẽdæ reipublicæ ratio & ſcientia, tanquam muneris huius ma-
teries quædã ſubiecta eſſe debent, quaſiq́ue in numerato condita. Hunc de-
nique id auctoritatis eſſe oportet, cui omnes magiſtratus honorum ſuorum
faſces ſubmittere non indignentur. Permultũ enim intereſt, quis à quo ma-
Magiſtratus à gerente uel ignominiam accipit, uel decus. giſtratus geratur. Etenim idem honor pro maieſtate contemptúue gerentis
nunc ſublimis & eximius eſſe: nunc, ut ita dicam, in ordinem coactus eſſe K
uidetur. Quantos enim ex quantulis magiſtratus factos uidimus interdum
gerentium eos uirorum claritate? & uice uerſa in ordinem redactos eorũdẽ
obſcuritate? Cæterorum magiſtratuum imperium ſuis ac certis finibus cir-
cunſcribitur: ſub huius iure imperióque omnes noſtræ prouinciæ ſunt, ut
olim omnes erant Romanæ ſub Conſulis. Itaque domum eius, totius im-
perij Gallici conciliabulum quoddam atque adeò oraculum eſſe par eſt, ue-

Source : BIU Cujas

A luti quandam iuris æquitatísque, ut diximus, officinã. Eius ianuam ac ueſtibulum omni poſtulãti, omnibus horis patêre, nulli tamẽ hiare, id eſt à nullo quicquam poſcere oportet. Immo uerò non claudi, ut Romæ olim Tribunorum (ſi Plutarcho auctori grauiſſimo credimus) ueluti perfugium ac portum diſiectis, & leges iuráque implorantibus, quæ ipſe tuenda ſuſcepit, ut diximus, aram atque aſylum iis qui contra uim aut improbitatem ius ſuũ obtinere nequeunt. Hunc deniq; qui tantam, tam auguſtam perſonam ab optimo Principe impoſitã ſibi ſuſtineat, omnibus numeris grauitatis, conſtãtiæ, ſeueritatis, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, integritatis abſolutũ
B eſſe uirum, undecũque doctũm, undique placentem, omnium denique horarum magiſtratum eſſe oportet. Earúmque rerum ſeueritatem multis condimentis humanitatis comitatíſque commitigare. Non pridem enim atque adeò haud ita dudum uidimus quem de cœlo, ut aiunt, detraxit tetrica quędam præduráque ſeueritas: id eſt cuius prędantiſſimas uirtutes, & alioqui in primis commendabiles, ſubinuiſas mox nec ſatis populares reddidit truculentia quædam uultuum & ſermonis. Nec tamen hæc omnia ad Stoicorum normam exigimus, ut eum prudentem quæramus, qui nondum inuẽtus ſit, quaſique mathematicum quoddam ſpecimen, quod nondum natura edi-
C derit: id eſt quod intelligentia percipi, nõ oculis uideri poſſit: & qui uel Ligurino Momo, ut eſt in prouerbio, ſatisfacere uideatur. Eſt enim, eſt quatenus uenia præſtantiſſimis animis dari poſſit, ſi (ut ſunt humana) uitiolum aliquod naturæ obrepſerit. Nec rurſus ex quolibet ligno, ut aiunt, Mercurius fingitur. Hunc igitur eum eſſe uolumus, in quem bonorum ſuorum ſinum natura mira benignitate effuderit: qui (ut ita dicã) magiſtratui, non qui magiſtratu donatus eſſe uideatur. cuius uita cenſura ſit, ut inquit Plinius, eáque perpetua, ad quam cæteri magiſtratus dirigantur, ad quam ij conuertantur, quibus non tam imperio opus eſt quàm exemplo. Cuius tot tãtæq; ſint ani-
D mi dotes, ut cuius eſſe plurimæ maximæque uidentur, profectitiæ illæ quidem & dominicæ, quas gratias uulgo uocãt, non hominum peculiares. Atqui eum qui heroico quodam animo præſtare hæc omnia & poſſit & uelit, peſſimè de ſeſe mereri neceſſe eſt, perpetuúmque ſibi amœnioris uitæ atque omnis hilarioris conuictus exilium conſciſcere, ſola innocentiæ conſcientia gloriáque uirtutis contentum. Quis enim aut quando eo loco poſitus feriari uoluptariis rebus poſſit? Quod qui ſibi facere imperauerit, næ ille in cælum laudibus ferẽdus eſt. Neque uerò periculum erit (ut arbitror) ne tanti non eſſe hoc præmium uideatur uiro ad ueram germanámque gloriã
E nato: quæ ipſa in ſola uirtutis commendatione à ſapientibus ſita eſſe creditur. Ea eſt autem conſentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantium de excellente uirtute. Ea uirtuti reſonat tanquã imago, ut inquit Marcus Tullius. Hic eſt enim unus omnium magiſtratus, cuius res in utrãque partem geſtæ, minimè in tenebris latêre, aut quoquo modo abditæ eſſe poſſint. Quippe qui in luce occidentis, in oculis clariſſimæ omnium prouinciæ, id eſt Galliæ, in auribus tot tantarúmque gentium ſit poſitus, id eſt fini-

Problemate 81.

Mathematicum naturæ ſpecimen.

In Panegyr.

Dotes animi. Gratiæ.

Gloria in uirtute.

Tuſculan. 3.

Source : BIU Cujas

timarum nobis,aut etiam ad quas fama noſtri peruenit. Eſt igitur,eſt planè F
cur homini ab amœnitatibus uitæ & feſtiuiore uictu non abhorrenti, emi-
grandum ex ingenio ſuo ſit,ut dicitur:eſt cur alius,ut ita dicam,induendus
homo ſit. Qui ſi ſe ueluti in medio ampliſſimi imperij theatro poſitum,o-
mnibus conſpicuum eſſe ſecum reputauerit, ad ſpectaculũ coeuntibus non
modò indigenis,ſed finitimis etiam & ulterioribus,nimirum nullum habi-
tum abſurdum,nullum motum inconcinnum,nullum flexum indecorum
ediderit. Antigonus Rex cum filium Demetrium cum magnis copiis ad li-
berãdam ſeruitute Græciam mitteret,dixiſſe fertur (auctore Plutarcho) glo-
riam rerum egregiè geſtarum, è Græcia,tanquam è ſpecula ignẽ,per orbem G
terrarum conſpicuam emicare. Haud alio modo famam rerum in aula ge-
ſtarum,ut è ſpecula prænuncios ignes quoquouerſus latiſſimè pertinere di
xerim. Huic porrò non modò optimatibus atque ſibi,id eſt conſcientiæ in-
ſeruiendum eſt, & ſibi & Muſis canendum, ut dicitur,ſed etiam populo &
ſcenæ,id eſt multorum exiſtimationi,quãtum per naturam rerum licet. Ar-
duum ſane opus,& alioquin etiam intractabile,ſeuerum & popularem eſſe.
Supercilium aduerſus delicta aulicorum diſtringere. Impotẽtiſſimis cœptis
quorundam,opibus atque aulicis factionibus præpollẽtium,obſiſtere. Prin
cipem ira nonnunquam aut alio uehementiore affectu percitũ demitigare, H
& (ut uerbo Ciceronis utar) molli articulo tractare: cautè & circũſpectè fortẽ
& intrepidum,cum opus eſt,ita eſſe,ne fortitudo in neruũ erumpat, ut in-
quit Comicus: ne ſi immani illa & Stoica integritate utatur,nec unquã pro-
cellis temporum cedendum eſſe putet, extemplo à gubernaculis deiectus,
Reip. nauem turbinibus factionũ auferendam relinquat,ueluti è littore pu-
blicum naufragium ſecuris oculis inſpectaturus. poſtremò in comitatu re-
gio philoſophicum animum,integrum,ac ſartum, ut dicitur, & tectum ab
inſidiis aſſentatorum,ab obreptionibus uerſutorum,à formidine potentio-
rum aulica terricula nonnunquam intentantiũ,conſeruare. Mira enim blan I
dimenta genuit aulici uictus ratio,quibus præſtantiſſima etiam uirtus ſæpe
conſopita cõniuere uiſa eſt. Adde quòd (ut inquit Brutus) durior eſt cõditio
ſpectatæ uirtutis,quàm incognitæ. Benefacta enim ab ea pro debitis exigun
tur: quæ aliter eueniunt,ut decepti infeſto animo reprehendimus. Vna ad
hoc cautio,ut arbitror,ſi unde ſurrexerit, aſſiduè meminiſſe: unde caſurus
ſit ſi ſibi ignoſcere cœperit,animo præſentiſcere poſſit. Sed uereor ne qui lit-
tus legere ſcribendo inſtituerã,interim rerum dulcedine captus auferri me
in altum non ſentiam. Cautius enim, ut arbitror,feciſſem,ſi Timanthis no-
bilis pictoris exemplũ ſecutus eſſem: qui (ut Plinius Fabiúſque tradiderunt) K
cum in tabula Iphigeniæ immolatæ, Agamemnonis patris dolorem expri-
mere penicillo arbitratu ſuo non poſſet,uelauit caput eius,ut quammaximũ
mœrorem uniuſcuiuſque animo æſtimandum relinqueret: ſic ego fortaſſe
ea quæ ſtylo aſſequi nequeo,melius uelo quodam ſilentij contexiſſem.

Cicero dicit Molli brachio, & Leui brachio.

Quintilianus Molli articulo.

Phorm. Act. 2. Scen. 2.

Plin. lib. 35. cap. 10. Quintil. lib. 2. cap. Qui modus ſit in arte.

Ex titulo, De officio Præfecti urbis.

Forũ ſuariũ.

Et ideo forum ſuarium.) Forum ſuariũ, inquit Varro libro primo de lin-

gua

Source : BIU Cujas

A gua Latina,in quo ſues uenduntur:ut boarium,in quo boues: & piſcarium olitoriúmque, in quo piſces oleráque: ſicut forum cupedinis, in quo cupedinarij negociantur. Quę omnia,inquit,in unum locum contracta,poſtquã ædificatus eſt locus,appellantur macellum. Forum cupedinariũ Pariſiis Coſ- *Macellum.* ſonaria uocatur,ubi lepuſculi,cuniculi,perdices, phaſiani, & aliæ id genus *Forum cupedinarium.* deliciæ epularum uæneunt.

Ex titulo,De officio Quæſtoris.

Ex Quæſtoribus quidam ſolebant prouincias ſortiri.)

Quæſtoris appellatio apud antiquos latiſſimè patebat. Tacitus lib.11.Iiſ- *Quæſtores.*
B dem Conſulibus Publius Dolabella cenſuit ſpectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum pecunia eorum qui Quæſturam adipiſcerẽtur. Apud maiores uirtutis id præmium fuerat,cunctíſque ciuium, ſi bonis artibus fiderent,licitum petere magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima iuuenta Conſulatus ac Dictaturas inirent. Sed Quæſtores Regibus etiam tum imperantibus inſtituti ſunt, manſitque Conſulibus poteſtas deligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: creatíque primum Valerius Poſthumius, Aemilius Mamercus, anno.lxiij.poſt Tarquinios exactos, ut rem militarem comitarentur. Dein gliſcentibus negoC ciis,duo additi qui Romæ curarent. Mox duplicatus numerus,ſtipendiaria iam Italia, & accedentibus prouinciarum uectigalibus. Pòſt lege Syllæ uiginti creati ſupplendo Senatui,cui iudicia tradiderat. Et quanquam equites iudicia recuperauiſſent, Quæſtura tamẽ ex dignitate candidatorum, aut facilitate tribuentium gratuitò concedebatur, donec ſententia Dolabellæ uelut uenũdaretur. Ex his uerbis apparet,Quæſtores uarij generis fuiſſe. Ii igi- *Varia genera Quæſtorum.*
tur quos Vlpianus dicit prouincias ſortiri ſolitos, comitãdæ rei militari priD mum creati fuerunt: cum Imperatoribus enim populi Romani mittebantur,id eſt cum Conſulibus & Prætoribus,ad adminiſtrandam rem pecuniariam,& prædam ac manubias in rationes publicas referendas, ut uidere eſt apud Liuium multis locis. Pro iis habemus hodie theſaurarios bellicos. Propterea magna eſſe neceſſitudo putabatur inſtituto antiquorum Quæſtori *Neceſsitudo Quæſtoris prouincialis cum Prætore aut Conſule.*
cum Imperatore ſuo, cum quo cõmunem prouinciã ſortitus erat, & diſcrimina bellica obibat. Cicero in Diuinatione, Sic enim à maioribus noſtris accepimus,Prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere: nullam neque grauiorem,neque iuſtiorem cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri,quàm coniunctionem ſortis,quàm prouinciæ,quàm officij,quàm publicam muneris ſocietatem. Quamobrem ſi iure poſſis eum accuſare, tamen cum is tiE bi parentis numero fuiſſet,id piè facere non poſſes. Meminit etiam in libris de Oratore,& Plinius ad Fundanum libro quarto epiſtolarũ. Quemadmo- *Epiſtola 15.*
dum autem in caſtris Prætorium dicebatur Prætoris tabernaculum: ſic etiã *Prætorium.*
Quæſtorium Quæſtoris. Liuius libro decimo, Itaq; captum Quæſtorium, *Quæſtorium.*
Quæſtórque ibi Panſa occiſus. Cicero pro Plancio, Theſſalonicam me in Quæſtorium perduxit. Hi autem Quæſtores,lictores & ueſtem & inſignia quæſtoria habebant:quod Cicero ibidem oſtendit his uerbis,Nam ſimul ac

Source : BIU Cujas

me Dyrrachium attigisse audiuit Plãcius, statim ad me, lictoribus dimissis, F
insignibus abiectis, ueste mutata profectus est. Et paulò pòst, Vi me inquam
Plancius & complexu suo retinuit, multósque menses à capite meo nõ dis-
cessit, abiecta Quæstoria persona, comitísque sumpta. Quibus uerbis expri-
mitur affectus Plancij exilio Ciceronis amici condolentis. Asconius in Di-
uinationem: Hæc erat, inquit, prima Senatoris administratio, Quæstorem
fieri, & in prouincia curam gerere publicæ pecuniæ in usus diuersos erogã-
Vers.3. dæ. Inde Cicero in Prætura urbana, Ne diutius teneam, inquit, pecunia attri-
buta numerata est: profectus est Quæstor in prouinciam: uenit in Galliam
expectatus ad exercitum cõsularem cum pecunia. Qui autem urbani Quæ- G
Quæstores Vrbani. Præfecti ratiociniorum. stores erant, ij ærarium curabant, eiúsque pecunias expensas & acceptas re-
ferre in tabulas publicas consueuerãt. Pro iis nunc Præfectos ratiociniorum
habemus, quos magistros computorum dicimus. Valerius libro secundo,
Memorabilis lex. cap. tertio, de lege triumphi loquens, Cæterùm ne tam præclara lex cupidita-
te laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta est: quam L. Marius &
M. Cato Tribb. ple. tulerunt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut
hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium falsum numerum li-
teris Senatui ausi essent referre: iubétque eos, cum primùm urbẽ intrassent,
apud Quęstores urbanos iurare de utroque numero uerè ab iis Senatui esse H
scriptum. Hi autem Quæstores signa ex ærario promebant exeuntibus ad
bellum Consulibus, aut aliis Imperatoribus. auctor Liuius lib. 7. Iis ærarij cu-
Cap.36. ram Augustus abstulit. Tranquillus in eodem Aug. Auctor etiã fuit, ut cu-
ra ærarij à Quæstoribus urbanis ad Prætorios Prætoréue transiret. Tacitus
in xiij de Nerone loquens, Dein princeps curam tabularum publicarum à
Quæstoribus ad Præfectos transtulit. Variè habita, ac sæpe immutata eius
rei forma. Nam Augustus permisit Senatui deligere Præfectos. Deinde am-
bitu suffragiorum suspecto, sorte ducebãtur ex numero Prætorum qui præ-
essent. Neque id diu mansit, quia sors deerrabat ad parum idoneos. Tunc I
Claudius Quæstores rursus imposuit, iísque ne metu offensionum segnius
consulerent, extra ordinem honores permisit. Sed deerat robur ætatis cum
primum magistratum capessentibus. Igitur Nero Præfectura perfunctos, &
Quæstores ærarij. experiẽtia probatos delegit. Quæstores ærarios hodie uocare possumus eos,
Homines ærarij. quos mulctarum, id est emendarum receptores uocant: unde homines æra-
ὄφλοντες. rij, de quibus alibi diximus, qui à Græcis ὄφλοντες dicuntur, & ζημιωμένοι. Ta-
ζημιωμένοι. citus lib. 13. Censuit Piso designatus Consul, ne mulctam à Tribunis dictam
Quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses referrent: medio
temporis contradicere liceret: déque eo Consules statuerẽt. Apud antiquos K
Quæstores ærarij, qui & Quæstores urbani dicebantur, munera multa obi-
bant, pro quibus nunc Præfectos ratiociniorum, ut diximus, & receptores
mulctarios habemus, diuersissima nunc munera. Erat enim alia prorsus ra-
tio apud eos ærarij administrandi, atque nunc apud nos. Pecunia enim pu-
Aerarium. blica uno in loco condita erat, quod ærarium dicebatur, quam Tribuni æra-
rij cum opus erat, promebant. Nunc autẽ priuatim asseruatur, priuatímque

Source : BIU Cujas

A ratio eius constat. quo fit ut ærariũ nostrum dispersum in potestate sit paucorum. Hæc autem quæ antea de antiquitate Romana diximus, quæq; posthac dicturi sumus, de tempore aut reipublicæ Romanæ, aut monarchię eius intelligi uolumus, quæ Constantinum Principem anteceſſit. Quæ enim in nouissimis libris Codicis leguntur, nihil ferè antiquitatis redolent. à Græcis enim sumpta sunt, & ob id magna ex parte non intelliguntur, auctorũ eius temporis penuria. Cæterùm Imperatores exercituum ex prouinciis decedẽtes, rationes suas ad ærarium referebant, id est computos reddebant, ut nũc loquimur. Cicero in Pisonem, Rationes ad ærarium retuli continuò, Cæsar, B sicut lex tua iubebat: neque alia ulla in re legi tuæ parui. Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quàm mihi literas profuisse. Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, ut scriba ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput siniſtra manu perfricãs, commurmuratus sit: Ratio quidem herele apparet, argẽtum decoctum œchetæ. Quem locum nos (ut arbitror) primum restituimus. In omnibus enim exemplaribus legitur argentum & doctum tethechæ. Verba sunt Plauti in Trinummo à Cicerone per Parodian in orationem illam suam traducta: hoc sensu, ratio quidem comparet, sed reliqua nõ extãt. ὀίχωται œchetæ, abiit, excessit, non extat. Verba sunt enim Pisonis ex prouincia reuersi significãtis rationes se optimè cõfeciſſe, sed reliqua consumpsisse: ita secum rationibus paria facere non posse, ut Columellæ uerbo utar. Erat autem ærarium in æde Saturni, ut auctor est Macrobius in pri. Saturn. Cuius rei hãc rationẽ affert, Aedẽ uerò, inquit, Saturni, Romani ærarium esse uoluerunt, quòd tempore quo incoluit Italiam, fertur in eius finibus nullum esse furtum commissum: aut quia sub illo nihil erat cuiusquam priuatum.

Referre rationes ad ærarium.

Locus apud Ciceronẽ restitutus. Act. 2. Sce. 4.

Columel. lib. 1. cap. 8.

Ærarium in æde Saturni. Cap. 8.

Ante Iouem nulli subigebant arua Coloni:
Nec signare quidem, aut partiri limite campum
D Fas erat, in medium quærebant: ipsaque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Georgic. 1.

Meminit & Plutarchus in Probl. Eò autem Senatusconsulta deferebantur. Tranquillus in Claudio, Collegio Quæstorum pro stratura uiarum gladiatorum munus iniunxit: detractáque Hostiensi & Gallica prouincia, curam ærarij Saturni reddidit, quam medio tempore Prætores, aut utique tũc Prætura functi, sustinuerant. Aerarium etiam apud Athenienses cella erat post ædem Mineruæ, ob id Opisthodomos dictum, ut apud Demosthenem ὀπισθοδόμου τάξεως. De ærario ita inquit Plutarchus in Publicola, In Quæstoria etiam ὁπισθόδομος E lege ferenda maximam est laudem consecutus. Vbi enim opus erat ad bellum pecunias pro facultatibus ciues conferre, cum neq; ipse id munus obire uellet, & ab eo obeũdo amicos deterreret, nec omnino publicas pecunias priuatam in domum inferri æquum duceret: ærarium Saturni ædem constituit, itáque hodie manet. Præfectos autem ærarij hodie, ut arbitror, uocare possumus quos Generales finantiarum dicunt: qui etiam Quæstores uocitari possunt: quod munus olim Prætores Prætoriíque uiri obibant. Tribu-

Cap. 24.

Codicis libri à Græcis, etc.

Præfecti ærarij. Quæstores.

Source : BIU Cujas

Tribuni ærarij. nos uerò ærarios,quos Receptores generales appellãt,ut ſtatim oſtendemus. F

Coactores. Coactores dicebantur,qui nunc Receptores particulares,ut apud Tranquillum in Veſp.& Ciceronem pro Cluen.Et coactio argẽtaria pro ipſo munere cogendi pecunias. ἀκροδίκται à Græcis dicuntur.Aeſchines, ἦρχον δὲ τῶν ἀκροδίκτην ἀρχήν. Vtitur & Demoſthenes καὶ τιμοκράτης. In titulo, De defenſoribus ciuitatum,Cod.Suſceptores uocãtur,ex imitatione Græci uocabuli. Eorum autem obſeruatores,quos nunc Contrarotulatores dicunt, ἀντιγραφεῖς dicebantur à Græcis:atque eorum ἀντίγραφα,quaſi cõtraſcripta. Nos antigrapharios appellare poſſumus & cuſtodes. Demoſthenes contra Androtionem, ἕκαστος ἀντιγραφεὺς ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰσενεγκόντων: Vnuſquiſque,inquit, futurus erat G antigrapheus eorum qui in publicũ conferebant. Hos Cicero cuſtodes appellat in Oratione pro lege agraria cõtra Rullum,& de reditu ſuo,& Vlpianus in.l.iij.De adminiſtr.tutorum.De antigrapho Ariſtoteles in Polit. τῶν μὲν οὖν μὴ κλέπτεσθαι τὰ κοινὰ ἡ παράδοσις γινέσθω παρόντων τῶν πάντων τῶν πολιτῶν, καὶ ἀντίγραφα καὶ φράτρας καὶ φυλὰς πλήθουσιν: Ne igitur interuertãtur(inquit Ariſtoteles) pecuniæ publicæ,inſtitui oportet ut palam omnibus ciuibus tradantur,antigrapháque earum fiant per phratrias & tribus ſingulas,id eſt phratriatim tributímque.Sunt autem phratriæ apud Ariſtotelẽ(ut id obiter dicam)conuentus quidam hominum, aut etiam conuenticula quaſi pagi,propria ſibi H ſacra peculiariáque communiter habentiũ:ab eo dicta phratriæ,quòd communi puteo utãtur,quod Græcè φρέαρ dicitur. Quo nomine primùm quas confratrias hodie dicimus,id eſt communem quandam religionem,appellatas eſſe puto,nõ autem ab eo quòd fratres ſint illi inter quos cultus ille ſanctorum quorundã intercedit. Phratores autẽ Græcè dicũtur,id eſt eiuſdem phratriæ,ut tribules: hodie epulones coepulonéſque dici fortaſſe poſſunt,ut qui plerunque epulandi magis,quàm cultus diuini gratia conueniant more gentilium epulonum.Sed redeundum ex diuerticulo in uiam.Quos hodie Theſaurarios dicimus Franciæ, Præfecti fiſci appellari poſſunt. Differt I enim fiſcus ab ærario. Aerarium dixerunt pecuniam publicam & imperij: fiſcum uerò pecuniam Imperatoris,quam domanium dicimus:quod uerbũ à fiſcis dictum eſt,id eſt ſportulis,ut docet Aſconius his uerbis: Sportæ,ſportulæ,ſportellæ,nummûm ſunt receptacula:& Sacci,ſacculi,ſacelli, crumenæ ex uellere,& ſcorteæ,& manticæ, & marſupia. Fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ ſpartea ſunt utenſilia ad maioris ſummæ pecunias capiẽdas. Vnde quia maior ſumma eſt pecuniæ publicæ quàm priuatæ,factum eſt ut fiſcus pro pecunia publica,& inde confiſcare dicatur. Hactenus ille.Fiſcus & priuata ratio idem ſunt,ut ſatis ſignificat Alexãder Auguſtus in.l.Procurator, Cod.De edendo: K licet Accurſius aliter cenſuerit. Vlpianus in.l.ſecunda, Ne quid in loco publico fiat,Res,inquit,fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt. Fiſcus etiam priuata ratio uocatur in.l.pri. De fundis rei priuatæ,lib.11. Codicis.In Pandectis Græcis πατειμωνιάλια καὶ ἰδιόκτητα χωρία uocantur fundi fiſcales, & priuatæ rationis. Variè autem appellantur fundi patrimoniales,& rei priuatæ,& dominici,pro locorum fortaſſe diuerſitate.Dicitur & ærarium priua-

Præfecti fiſci. *Fiſcus.* *Aerarium.* *Sportæ.* *Sacci.* ** & uellereæ* *Fiſci.* *Confiſcare.*

Source : BIU Cujas

A tum in.l.ulti. De locatione prædiorum ciuilium. Strabo de Aegypto prouincia loquens sub Augusto, Qui uerò recturus, inquit, prouinciam mittitur, is uicem principis obtinet: sub eóq; est is qui dicæodotes dicitur, id est iura reddens, & iurisdictionem habens, in cuius potestate sunt iudicia. Est & alius magistratus qui priuata ratio dicitur, earũ rerum indagator & explorator, quæ assertorem nullum habent, quasi nullius dominio mancipatæ (à Græcis adespotæ dicuntur) & earum omnino rerum, quæ in Cæsarem recidunt. ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστὴς ἐστι. Fiscis hodie Quæstores & coactores pecuniam publicã

Lib. 17.

Dicæodotes.

Priuata ratio

B deferunt, binos fiscos singulis clitellariis equis imponentes. Cicero in Verr. acti.pri. Reperiebam fiscos complures cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad equitem Ro. esse trãslatos. Ex iis quasi decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse comitiorum nomine. Post tempora autem Ciceronis, fisci nomen ad eam significationem traductum est, qua nunc utimur. Vnde fisci aduocatus dictus, ab Adriano primùm institutus. Asconius tria pensitationum genera apud antiquos fuisse dicit, canonem, oblationem, indictionem: ut sit hodie Canon, quod Domanium dicitur, ut portoria, uectigalia, & huiusmodi. Oblatio, quæ auxilia nunc dicimus, ut octaua uini heminatim di-

Verr. 2.

Tria pensitationũ genera.

C uenditi, & uicesima eius quod cuppatim caleatímque uænit, reliquarúmque mercium, quæque à solidariis negociatoribus uenduntur, quos grossarios appellant: quæque à minutariis & uenditatoribus, qui & propolæ dicũtur, hoc est non sua uendẽtes, sed à negociatoribus emptitata pluris postea uenditantes. Indictio est quam Taleam uocamus, antiqui collationem uocabant, Cicero etiam collectam dicit, Græci ἔρανον appellant, & συμβολὴν. Hodie igitur coactores canonarios, oblationales, indictionales, & fiscarios, & ærarios, aliísque nominibus appellare licet Latinè loquentibus. Sed de ærarij fiscíque differentia exemplum est apud Tranquillum in Aug. Tertio, inquit,

Solidarij.

Minutarij.

Vẽditatores.

Propolæ.

ἔρανος καὶ συμβολή.

Collecta.

Collatio.

Canonarij.

Oblationales.

D uolumine confecit breuiarium totius imperij, quãtum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & uectigaliorum residuis, Plinius in Panegyrico, At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua ærariũ cohibes? immo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Et paulò post, Quæ præcipua tua gloria est, sæpius uincitur fiscus, cuius mala causa est nunquam, nisi sub bono Principe. Meminit & Spartianus in Adriano. Breuiarium autem in proximo Tranquilli exemplo id uolumen est fermè aut libellus, quem statum generalem uocamus, quo singulis annis Princeps tam de ærarij pecunia, quàm de fiscali statuit, quid eo an-

Indictionales.

Cap. ult.

Breuiarium principale.

E no fieri uelit: quam summam instrumento ministerióque omni aulico expensam ferri placeat, argentariam nunc & officiales domesticos uocant. quã etiam rei militari attribui, quam stipendiis, quam liberalitatibus, quam uenatico apparatui, quam auitio equitióque, id est falconariæ scutariæque, ut uerbis nostris loquar (dici etiam potest accipitraria ratio) quam denique in euentus uarios, & ad incerta rerum casuúmque (quo nomine præfecti ærarij immaneis summas suæ potestatis faciunt) in legationes dimittẽdas admit-

Instrumentũ aulicum.

Auitium & Equitium.

Lautia. tendásque, atque etiam in lautiam destinari. Sic enim appellátur munera & F
xenia quæ legatis exterarum gentium dono mittuntur. Plutarchus in Pro-
Λαύτεια. ble. Romanis, ἐκαλεῖτο δὲ λαύτεια τὰ πεμπόμενα τοῖς πρεσβεῦσι ξένια. Liuius libro o-
ctauo secundi belli Punici, Aedes, libera loca, lautiæ, legatis decreta. Alibi,
Libera loca, lautiæ, legatis decreta. Et libro uigesimooctauo, Lautia & locus
legatis præberi iussa. Lautiæ igitur appellatione continetur ea pecunia, quæ
in legationes suscipiendas quouis modo consumitur. In eo etiam breuiario
Princeps anniuersaria constitutione stipendia quædam augeri, quædam cir-
Erasi. cuncidi, quædam expungi eradíque iubet. Vnde erasi appellati à Plinio in
Panegy. quos extra statum positos dicimus. Ex quo uelut archetypo quini G
quotannis ueluti traduces ducuntur, quorum unum Pręfecti fisci commu-
nem inter se sumunt: reliquos Præfecti quatuor ærarij habét, suum quisque
Secundaria breuiaria. cum suo Tribuno communem. Ex quibus rursus secundaria quædam bre-
uiaria coactoribus prouinciæ suæ faciunt, in quibus attributas prouinciæ
suæ pecunias uariis nominibus expensant, ut Plautino uerbo loquar. No-
Nomina. mina nunc intelligenda sunt capita breuiarij, id est rationis argentarię, titu-
líque earum rerum & huiusmodi, quas paulò antè enumerauimus, quibus
expensæ pecuniæ feruntur. Ex his autem ueluti subbreuiariis fiunt rursus
Pyctacia. Breuia. Breues. quæ pyctacia breuiáque dicuntur & breues, uulgò nostri borderellos appel- H
lant, id est commétariolos summam rerum continentes. Cuius significatio-
nis exempla sunt in. l. Actuarij, &. l. Iubemus, &. l. Excellentia, De erogatione
militaris annonæ, libro duodecimo Codicis. πυκτὰς καὶ πυκτία Græci uocant.
Attributa pecunia. Assignatio. Tributum. Attributæ autem pecuniæ ab antiquis dicebantur, quas nunc assignationes
latino uerbo dicimus. Varro libro primo de lingua Latina, Tributum, in-
quit, dictum à tribubus, quòd ea pecunia quæ à populo imperata erat, tribu-
tim à singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat,
attributum dictum. Ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia, ut militi
Aes militare. Verr. 3. reddant, Tribuni ærarij dicti. Id quod attributum erat, æs militare dictũ. Ci- I
cero in Prætura urbana, Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est:
profectus est Quæstor in prouinciam. Quæ uerba explanans Asconius, Pe-
cunia, inquit, attributa est, quæ in stipendium militum de ærario à Tribunis
ærariis adnumerari Quæstori solet. Cicero in Pisonem, Nónne sestertiûm
centies & octogies ex ærario tibi attributũ Romæ in quæstu reliquisti? Erat
igitur propriè attributa pecunia ea, quæ Imperatoribus ad prouincias eun-
tibus assignabatur. Sed in quodcũque negocium assignetur, attributum ho-
Tribuni ærarij. die uocari potest. Tribuni igitur ærarij secundum Asconiũ ea munera ob-
ibant, quæ nunc generales receptores obeunt, attributam pecuniam Quæ- K
storibus prouincialibus adnumerantes ex ærario promptam. Secundũ Var-
ronem ij erant, qui militibus ipsis protinus adnumerabant, qui nunc The-
saurarij sunt bellici. Hæc igitur diuersis temporibus uariè cõstituta fuerũt.
Lex Aurelia. Lib. 1. epistol. cuius initium Quæris ex me. Tribuni autem ærarij lege Aurelia cum Senatoribus Equitibúsque iudica-
bant, id est iudicia publica exercebant, ut auctor est Asconius in Diuinatio-
nem Ciceronis. Vnde Cicero ad Atticum quadã epistol. de Clodiano iudi-

Ex titulo, De officio Quæstoris. cio

Source : BIU Cujas

A cio tanquam corruptiſſimo loquens, Vt primum, inquit, iudices conſederunt, ualde diffidere boni cœperunt. non enim unquam turpior in ludo talario conſeſſus fuit: maculoſi Senatores, nudi equites, Tribuni non tam ærarij, ut appellantur, quàm ærati. Aeratos tribunos Cicero pro obæratis dixit, id eſt ære alieno obrutis. Gallia uerò memoria noſtra alterius generis æratos huiuſmodi Tribunos, omnéſque argentariam factitantes ſemper habuit, id eſt bene nummatos. Quæſtores etiam orationes epiſtoláſque Principum in Senatu recitabant. Tranquillus in Nerone, Orationes ad Senatũ miſſas, præterito Quæſtoris officio, per Cõſulem plerunque recitabat. Idem in Tito, Vt

Aerati.
Obærati.
Tribuni ærarii.
Cap. 15.
Cap. 6.

B orationes etiam recitaret Quæſtoris uice. Tacitus libro decimoſexto, Oratio Principis in Senatu per Quæſtorem eius audita eſt. Nemine nominatim compellato Patres arguebat, quòd publica munia deſererẽt, eorúmq; exemplo equites Romani ad ſegnitiem uerterentur. De Quæſtoribus candidatis Lampridius in Alexandro, Quæſtores, inquit, cãdidatos ex ſua pecunia iuſſit munera populo dare, ſed ut poſt Quæſturam Præturas acciperent, & inde prouincias regerent. Aerarios uerò inſtituit, qui de ære fiſci ederent munera, eáque parciora. Fuerunt autem & alij, qui candidati Principis aut Cæſaris potius dicerentur, non Quæſtores quidem, ſed quicunque candidati, id

Quæſtores candidati.
Candidati Principis. Cap. 56.

C eſt magiſtratuũ petitores in comitiis. Tranquillus in Auguſto, Quoties magiſtratuum comitiis intereſſet, tribus cum candidatis ſuis circuibat, ſupplicabátque more ſolenni. Ferebat & ipſe ſuffragium in tribu, ut unus è populo. Candidatos Auguſti Tranquillus appellat eos petitores, quos ipſe populo commendabat, & quibuſcum ſingulos ex more ambientium prehẽſabat, ciuilem perſonam aſſumens interim, & principis deponens, tanquam princeps nõ eſſet. Inde iocus ille apud Quintilianum in ſexto: Iungitur, inquit, amphiboliæ ſimilitudo: ut Lucius Galba, qui pilam negligenter petenti, Sic, inquit, petis, tanquam Cæſaris candidatus. Nam illud petis, ambiguum eſt,

Cap. De riſu.
Prouerbium.

D ſecuritas ſimilis. Cæſaris autẽ candidati propterea negligenter petebant, ambibántque, quòd Principum commendationem non fruſtra futuram confidebant. Noſtro tamen ſeculo Principis candidati, id eſt, pontificatus aliáque primi nominis ſacerdotia ambientes, non negligenter petunt. Cum literis enim Principum ſatis per ſe imperioſis, legationes etiam undique expediẽdas ad collegia ſodalium quibus legendi ius eſt, id eſt ad comitia ſacerdotũ curant nonnulli: emiſſarióſque eblandiendis ſuffragiis, ac mãcipes etiam (ſi res ita tulerit) redimendis allegant, homines ad unguẽ factos, dũtaxat quod ad hoc artificium attinet. Quòd ſi hæc quoque fruſtra ſint, ſunt qui ad ualidiora machinamenta quaſi ad ſacram (ut dicitur) anchoram confugiant, li-

Petere.
Ambire.

E teris Principi ex palpatis ſupera infera territantes, intra quas paracletum inuolutum eſſe conditúmque homines cauillãtur. Quæſtor etiam Quæſitórque dicebatur Prætor, qui publicis iudiciis præerat, de quo ſæpe diximus. Virgilius, Quæſitor Minos urnam mouet.

Quæſtor.
Quæſitor. Aeneid. 6.

Ex. l. obſeruare, De offic. Proconſulis.

Hoc etiam eum obſeruare oportet, ut per eam partem prouinciã ingre-

Source : BIU Cujas

diatur,per quam ingredi moris eſt,quam Gręci appellant)In annotatiuncu- F
ἐπιδημία. lis Politiani manu ſcriptis hunc locum ita legi, Et quas Græci ἐπιδημίας ap-
Κατάπλους. pellant, ſiue κατάπλουν obſeruare. Quæ uerba hoc ſignificant, & quas Græci
epidemias appellãt,id eſt acceſſus. Eſt enim epidemia acceſſus ad ciuitatem
aliquam,obſeruari plerunque ſolitus. Siue cataplum obſeruare,id eſt portũ,
ad quem plerunque Proconſules applicare ſolent. De maritimo enim terre-
ſtríque acceſſu Iulianus loquitur. Et paulò pòſt,Reſcripſit Proconſuli neceſ-
ſitatem impoſitam,per mare Aſiam applicare, & primam attingere. Legen-
dum,pro more Aſiam applicare, καὶ τὴν μητροπολέων ἔφεσον primam attingere:
Lib. 10. epiſtola 15. & metropoleon Epheſon primam attingere.Plinius ad Traianum,cum ipſe G
in prouinciam iret, Quia confido domine ad tuam curam pertinere, nun-
cio tibi me Epheſum cum omnibus meis ἐπὶ Μαλέαν nauigaſſe. Epheſus
urbs erat Ioniæ clariſſima,ut eſt auctor Stephanus de Vrbibus.Plinius libro
Cap. 29. quinto de Aſia loquens, Smyrnæum conuentũ magna pars Aeoliæ frequẽ-
tat.Epheſum uerò alterum lumen Aſiæ,remotiores conueniunt Cæſarien-
ſes,Metropolitæ,Cylbiani,inferiores & ſuperiores Myſomacedones. Epheſi
Metropolis. igitur conuentus erat,id eſt ſumma iuriſdictionis Ioniæ. Metropolis autem
dicitur urbs ex qua coloniæ deductæ ſunt, quales multæ Athenis,& ab urbe
Roma.Sic enim ſe habet metropolis ad coloniam,ut mater ad filiã.id quod H
illo Thucydidis loco manifeſtè declaratur, ἀποικία εὖ μὲν πάσχουσα, τιμᾷ τὴν μητρό-
πολιν· ἀδικουμένη δὲ, ἀλλοτριοῦται.Colonia,inquit,beneficio quidem affecta, honore
metropolin ſuam proſequitur:iniuria autem affecta,ab ea alienatur.Metro-
poleis (inquit Sudas) dicuntur quæcunque ciuitates colonias deduxerunt.
Non igitur metropoleis à menſura dicuntur urbium, ut Gratianus uerbis
Iſidori dixit diſtinct.xxj.alioqui primam breuem natura haberet, cum ha-
beat longam.Melius igitur illud dictũ eſt diſtinctione lxiij ad epiſcopi ele-
ctionem ſufficere eccleſiæ matricis arbitrium. Matrices enim urbes Latinè
Matrices urbes. dicuntur,quas Græci metropoleis appellãt. Inde Ortygometra,id eſt cotur- I
Ortygometra. nicum matrix,& Tettigometra cicadarum,& ſimilia nomina,quæ legimus
Tettigometra. apud Plinium & alios.Tranquillus in Auguſt.cap.94. Ex ea arbore cõtinuò
Li. 11. ca. 26. nata ſoboles adeò in paucis diebus adoleuit, ut non æquipararet modò ma-
tricem,uerùm etiam obtegeret. Matricẽ arborem dicit,ex qua ſtolones ſuc-
creuerunt.Fuerunt etiam urbes proprio nomine ſic appellatæ, quas Stepha-
Rectè atq; ordine facere. nus enumerauit.Cæterum quod paulò antè in hac lege dicitur, Rectè autẽ
atque ordine faciet,ſi edictum deceſſori ſuo miſerit:uerba ſunt certę cuiuſ-
dam ſignificationis, quibus Senatus uti ſolebat, interdũ cum abſolutè com-
mendare res alicuius geſtas uolebat. Cicero Philippica quinta, Quamobrẽ K
his uerbis Patres conſcripti Senatuſconſul.faciendum cenſeo: Cum D. Bru-
tus Imperator Conſul deſignatus, prouinciam Galliam in Senatus populíq;
Romani poteſtate teneat: cúmque exercitum tantum, tam breui tempore,
ſummo ſtudio municipiorum, coloniarúmque prouinciæ Galliæ optimè
de republica meritæ merentíſque conſcripſerit,compararit: id eum rectè &
In fine. ordine,éxque republica feciſſe. Et rurſus in decima, Quintum Hortenſium

Ex titulo,De officio Quæſtoris. Proconſulem

Source : BIU Cujas

A Procōsulem rectè & ordine éxque republica fecisse. Et itidem in tertia. ubique Senatusconsultorum uerba concipiens. Verùm quòd successorum in prouincias, decessorúmque è prouinciis officium olim fuerit moribus institutum, ex epistola Ciceronis ad Appium Pulchrum intelligi potest, quæ libro tertio epistolarum eius legitur: cuius initium est, Cum meū factum. *Subfinem.* *Successores in prouincias.* *Decessores è prouinciis.*

Ex. l. Solet. §. Quantum ad exenia pertinet.)

Legendum Xenia. Politianus autem hunc locum in Miscel. ex Pādectis Florentinis ita legit: Vetus prouerbium est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων: Id est, Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Xenia autem dona sunt B hospitibus dari solita. Martialis librum alterum distichorum, Xenia inscripsit. Libro etiam Maccabæorum pri. undecimo cap. enxenia corruptè pro xenia legitur. Hic autem error inualuit à similitudine uerbi encænia, quod Ioannis decimo legitur. Apuleius xenium munus hospitale appellat. Demosthenes περὶ παραπρεσβείας, Xenia appellat dona, quæ à Philippo Rege legatis Atheniensium donabantur. Lautia à Romanis uocabantur, ut paulò antè diximus. Volens autem Philippus Legatos Atheniensium corrumpere donis, xenia splendidissima eis mittebat: quod Demosthenes unus ipse Legatorum cauere uolens, orare cœpit Philippum, ut iis xeniis captiuos Athe- C niensium redemptos Legatis dono mitteret, καὶ φίλιππον, inquit, ἠξίουν ὧν ἡμῖν ἐδίδου ξενίων τούτους λύσασθαι. Propterea falsæ peruersæque legationis Aeschinē collegatum insimulans, xeniorum eum obtentu corruptum esse à Philippo donis ingentibus dicit, ξένια δ' ἦν πρόφασις, Xeniorū, inquit, color à Philippo quęsitus est. Hoc est autem (ut arbitror) quod Vlpianus significare his uerbis uoluit: Sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem, hoc est, munusculorum prætextu quæsito non sunt aucupanda munera, quæ sumptu onerare prouinciales possint. De xeniis Vitruuius libro sexto ita inquit, Nam cum fuerunt Græci delicatiores, & ab fortuna opulentiores, hospitibus ad- D uenientibus instruebant triclinia, cubicula, & cum penu cellas: primóque die ad cœnā inuitabant, postero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquásque res agrestes. Ideo pictores ea quæ mittebantur hospitibus, picturis imitantes, Xenia appellauerūt. Ita patresfa. in hospitio non uidebantur esse peregrè, habētes secretam in hospitalibus libertatem. De huiusmodi hospitalibus loquitur Vlpianus in. l. Si uero, infrà De iis qui deiecerunt. Erant autem hospitia priuata apud antiquos, quæ magna erat necessitudo. propterea hospitium persæpe pro amicitia ponitur. Fuit autem antiqui moris tesserā dari hospitibus dimidiatam, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuò E agnosci posset, & hospitio accipi tanquam amicus & uetus hospes. Hoc autem ius necessitudinis ad posteros transibat. Propterea tesseram hospitalem diligenter obseruabant. Plautus in Pœnulo, Deum hospitalem & tesseram mecum fero. Qui autem ius hospitij uiolabat, is tesseram hospitalem confregisse dicebatur. Idem in Cistel.

Xenia. *Lautia.* *Xenia. Cap. 10.* *Hospitalia.* *Hospitia priuata.* *Tessera hospitalis.* *Act. 5. Sce. 1.* *Tesseram cōfringere.* *Act. 2. Sce. 1.*

A bi, quære ubi iureiurando tuo satis sit subsidij.

Hîc apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram.

Source : BIU Cujas

Deus hospitalis. *Iupiter Xenius.* *Philius.* *Hetærius.* *Homognius.* *Phratrius.* *Enhorcius.* *Renunciare hospitium.*

Deus autem hospitalis dicitur,quẽ hospites inuocabant,siquando hospitium uiolaretur,qui Iupiter Xenius dicitur,quemadmodum amici φίλιον Iouem inuocabant, & sodales ἑταιρεῖον,& gentiles,id est cognati ὁμόγνιον, & qui eiusdem phratriæ erant φράτειον, & fœdere coniuncti ἐνόρκιον, quasi iurisiurandi uindicem. Siquem igitur contracti hospitij pœnituisset, renunciare hospitium solebat,ne hospitij ius uiolaret. Cicero in Verrem acti.tertia,Itaque iste uehementer Sthenio infensus,hospitium ei renunciat, domo eius emigrat.Et apud Liuiũ libro quintò secundi belli Punici, Badius ciuis Campanus Quinto Crispino Romano in conspectu duorum exercituum hospitium renunciasse solenniter perhibetur,ut cum eo hostili animo congredi posset.Erat autẽ sanctissima hospitij necessitudo, ut ipse paulò pòst inquit. F G

Proxenia.

Hospitium autem publicè interdum contrahebatur, quæ Græcè proxenia dicitur.Liuius libro quinto de Timasitheo quodam Liparensi, qui Legatos Romanorum Delphos prosecutus, Romam inde sospites restituit à piratis liberatos:Hospitium,inquit, cum eo Senatusconsulto est factum, donáque publicè data.Enimuerò Consulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur aduentitium illud donum quod honorarium dicitur: qualia hodie Principibus suas primum urbes ingressis porrigi ueluti bene ominandi gratia solent.Honorarium ob id dictum,quòd honoris causa dabatur,nõ tanquam debitum exigebatur.Quo modo & honorarium aduocationis patrociniique gratia præberi solitum, quod tamen hodie priscum nomen prorsus retinere non potest.Non enim iam honorarium,sed arbitrarium iure uocari debet,id quod arbitratu eorum statuitur qui accipiunt,nõ eorum qui præbent.Proinde Aemylio dabitur quantũ petet.Tanti est enim honorarium,quãta est fama cuiusque. Nunc igitur Sallustianum illud uel potius Catonianum succurrit, Iampridem quidem nos uera uocabula rerum amisimus:ex quo bona aliena largiri,liberalitas: malarum rerum audacia,fortitudo uocari cœpit. De honorario prouinciali ita inquit Cicero in Pisonem,Qui modus tibi fuit frumẽti æstimandi?qui honorarij? si quidem potest ui & metu extortum honorarium nominari. Quod cum peræquè omnes,tum acerbissimè Bœotij,Byzantij,Thessalonica sensit.Inde honorariũ dictum id quod à Decurionibus pro curiæ introitu dari solitum est. Plinius ad Traianum,Supereſt ergo,ut ipse dispicias,an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes,qui deinde buleutæ leguntur,debeant pro introitu dare.Ad quam epistolam rescribens Traianus, Honorarium,inquit, Decurionatus omnes qui in quaque ciuitate Decuriones fiunt,inferre debeant nécne,in uniuersum à me non potest statui.βουλὴ in ciuitatibus Græciæ & Asiæ dicebatur Senatus & consilium,& βουλευταὶ Senatores & Decuriones.Quod autem hîc legitur,ut neque modose in totum abstineat:legẽdum puto morosè,ut sit quod Græci δυσκόλως dicunt. H I K

Honorarium. *Aduentitium munus.*

In oratione Catonis apud Sallustium in Catilin.

Lib.10.epistola 116.

Honorarium Decurionũ.

Βουλὴ καὶ βουλευτήριον. Buleutæ.

Ex.l.sequenti.

Cum plenissimam autem iurisdictionẽ Proconsul habeat, omniũ partes qui Romæ uel quasi magistratus.) Accursius excipiendũ putat Consulem &

Source : BIU Cujas

A præfectum Prætorio,quasi Cõsul maioré Romæ potestatem haberet,quàm Proconsul in prouincia,aut etiá præfectus Prætorio:cum tamen nullus magistratus iniussu Senatus intra urbem statuere de capite ciuis Romani præter Dictatorem posset,à quo non erat prouocatio.Decuriæ autem iudicum, quæ publica iudicia præside Prætore exercebant,inter magistratus non numerabantur.Lex autem de prouocatione ad populum,lata est aduersus magistratus à Valerio Publicola,ut docet Liuius libro secundo ab urbe condita.Hæc autem prouocatio intra urbem tantùm erat, & extra ad mille passuum,quam nunc Banleucam uocamus.Idem libro tertio, Igitur Tribuni,
B ut impediendæ rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis quòd & augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat, locúmque inaugurari,ubi auspicatò cum populo agi posset:ut quicquid Romæ ui Tribunitia rogatum esset,id comitiis ibi abrogaretur:omnes id iussuros, quod Consules uellent. Neque enim prouocationem esse longius ab urbe passuũ mille:& Tribunos,si eò ueniant,in alia turba Quiritiũ subiectos fore Consulari imperio.Terrebãt hæc:sed ille maximus terror animos agitabat,quòd sæpius Quintius dictitabat,se Consulum comitia non habiturum,Dictatore opus esse reipublicæ,ut qui se mouerit ad solicitandum statum ciuitatis,
C sentiat sine prouocatione Dictaturam esse.His uerbis significatur terror Tribunorumpleb. qui uerebantur,ne si exercitus extra primum lapidem,id est extra Banleucam educeretur, Consules in se & alios Quirites animaduertere possent, aut si Dictator intra urbem crearetur. De Dictatura ita idem inquit in secundo,Creato Dictatore primùm Romæ, posteaquam præferri secures uiderunt,magnus plebem metus incessit, ut intẽtiores essent ad dicto parendum.Neque enim ut in Consulibus, qui pari potestate essent,alterius auxilium,neque prouocatio erat:neq; ulla usquam,nisi in cura parendi auxilium.Cicero tamen decreto Senatus Lentulum & alios coniurationis affi-
D nes per Triumuiros interfecit,ut auctor est Sallustius. Multíque alij itidem pernicioſos ciues,prouocationi ipsi non cedẽtes,supplicio affecerunt.Quod tum fieri solebat,cum Senatusconsulta in hanc formam facta fuerant, Videant Consules ne quid respub.detrimenti capiat. Cicero in Catil. Decreuit quondam Senatus,ut L.Opimius Consul uideret ne quid resp.detrimẽti caperet.nox nulla interceſſit: interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones Caius Gracchus clarissimo patre natus,auis, maioribus. Occisus est cum liberis M.Fuluius Consularis.Simili Senatusconsulto C.Mario & L. Valerio Coss.permissa est resp.&c. Idem pro Milone, Quanquam quis hoc
E credat,Cn.Pompeium iuris publici,moris maiorum,rei deniq; publicæ periti ſſimum,cum Senatus ei commiserit,ut uideret ne quid respublica detrimenti caperet,(quo uno uersiculo satis armati semper Consules fuerunt, etiam nullis armis datis) hunc exercitu, hunc delectu dato, iudicium expectaturum fuisse in eius consiliis uindicandis, qui uel iudicia ipsa tolleret? Tunc autem commissa respublica Consulibus dicebatur, permissaque: ut apud eundem Philip.quinta, Quapropter ne multa nobis quotidie decer-

Prouocare ad populum.

Prouocatio ad mille passuum.

Extra primũ lapidem.

Dictatura.

Interdũ prouocationi magistratus non cedebant.

Videant Consules ne quid resp.detrimẽti capiat. Catil.1.

Consulibus permissa resp. & cõmissa.

Source : BIU Cujas

nenda ſint,Conſulibus totam rempublicam committendam cenſeo, iiſque F
permittendum,ut remp.defendant, prouideántque ne quid reſpublica de-
Catilin.1. trimenti capiat.Idem in Catil.Caio Mario & Lucio Valerio Cõſulibus per-
miſſa eſt reſpublica.Num unum diem poſtea L. Saturninum Tribunũpleb.
& Caium Seruilium Prætorem mors,à reipublicæ pœna remorata eſt?Ex eo
inſtituto emanauit, ut arbitror,l. Conſtitutiones, infrà, De appellationibus.
Fiebat autem & Senatuſconſultum ſub aliis uerbis, ut in tumultu urbano:
ut apud eundem Ciceronem pro Rabirio perduellionis reo,Fit Senatuſcon-
ſultum,ut C.Marius,L.Valerius Cõſules adhiberent Tribunoſplebis & Præ-
tores,quos eis uideretur:operámque darent,ut imperium Populi Romani, G
maieſtáſque conſeruaretur : adhibent omnes Tribunoſplebis præter Satur-
ninum,præter Glauciam. qui rempublicam ſaluam eſſe uellent, arma cape-
re,& ſe ſequi iubent.Maximum autem in prouincia Proconſulis imperium
fuiſſe,uel ex hoc uno intelligi poteſt, quòd Principes Romani in auſpicãdo
Proconſulare imperium. imperio proconſulare ius & imperium cum Tribunitia poteſtate aſſumere
Ius Proconſulare. ſolebant,ut ſe auguſtiores ſacroſanctóſque facerent. Capitolinus in Marco
philoſopho, qui Antoninus cum Seuero fratre in multis iuris noſtri locis
uocitatur: Poſt hæc,inquit, Fauſtinã duxit uxorem: & ſuſcepta filia, Tribu-
nitia poteſtate donatus eſt, ac imperio extra urbem Proconſulari. Lampri- H
an ipſo penè initio. dius in Alexandro,Accepit imperium Alexander,cum antè Cęſar eſſet à Se-
natu appellatus, mortuo ſcilicet Macrino: Auguſtúmque nomen idem re-
cepit,addito,ut & Patris patriæ nomen,& ius Proconſulare,& Tribunitiam
poteſtatem, & ius quintæ relationis deferente Senatu uno die aſſumeret.
Et rurſus Capitolinus in Maximo & Bal.Decretis ergo omnibus imperato-
riis honoribus atque inſignibus,percepta Tribunitia poteſtate,iure Procon-
ſulari,Pontificatu maximo,Patris patriæ nomine,meruerũt imperium. Vo-
piſcus in Probo,Decerno igitur, Patres cõſcripti, uotis omnium concinen-
tibus,nomen Cæſareum,nomen Auguſtum: addo Procõſulare imperium, I
Patris patriæ reuerentiam,Pontificatum maximum,ius tertiæ relationis,tri-
bunitiam poteſtatem. Neque uerò mirum eſt pleniſſimam uocitari Procõ-
ſulis iuriſdictionẽ:cum Proconſul is ſit,qui pro Conſule,id eſt conſulari im-
Conſulis imperium. perio in prouincia præerat. De Conſulis porrò imperio in xij tab. ſcriptum
erat,Regio imperio duo ſunto:iíque præeundo,iudicando, conſulẽdo,Præ-
tores,Iudices,Conſules appellantor: militiæ ſummum ius habento:nemini
parento.Cicero in Philip.iiij.Hunc ſi Cõſulem illa prouincia putaret,neque
* aſtringeret. eum reciperet,magno ſcelere ſe * obſtringeret. Omnes enim ſub Conſulis
iure & imperio debent eſſe prouinciæ. Quod dictum Ciceronis intelligen- K
dum eſt,ubi Conſul ipſe adeſt. Tunc enim in ſua prouincia eſſe cenſetur,
cum omnes prouinciæ populi ſint Romani. Conſularis etiã cognitio,ſum-
Cap.5. ma cognitio uocabatur,ut auctor eſt Quintilianus lib.3.Hic etiam Prætoris
ſententias reſcindere poterat,& Prætori etiam iuriſdictionem abrogare: ut
ex Valerio intelligimus lib.7.cap.7.ubi de Genutio loquitur. Itaque Plinius
in Panegyrico compellãs quoſdam Principes Romanos, qui aut perpetuos

Source : BIU Cujas

A Consulatus gerebant,aut quotannis nouis assumptis Consulatibus,post aliquot menses alios sibi sufficiebant Consulatibus iam delibatis:O miseros, inquit,ambitionis,qui ita Cõsules semper,ut semper Principes erant. Quanquam non ambitio magis quàm liuor & malignitas uideri potest,omnes annos possidere, summúmq; illud purpuræ decus nõ nisi præcerptum præfloratúmque transmittere.Summum decus purpuræ prætextam purpuream appellans, id est Consularem togam. Omnes autem annos possidere dixit, quia anni Consulum nominibus notabantur. Hic tamen tantus,tam augu- *Consul iussu Tribuniplebis in carcerẽ duci poterat.*
B sto magistratus, Tribuniplebis iussu in carcerem duci poterat. Vnde Cicero pro lege Agraria contra Rullum,Ego is Consul,qui concionẽ metuam? qui Tribunos pleb.perhorrescam? qui sæpe & sine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitãdum sit,si Tribunus pleb.duci iussisset? Ego nondum uestris armis armatus ,insignibúsque amplissimis ornatus, imperio,auctoritate,non horrui in hunc locum progredi posse,uobísque auctoribus improbitati hominis resistere: nunc uerear, &c. Verba sunt Ciceronis ad populum,cum Consulatum agens Tribunopleb.Agrariam legem ferẽti obsisteret. Porrò prouinciæ quædam Consulares, quædam Proconsulares *Prouinciæ Cõsulares & Procõsulares.*
C fuerunt.Capitolinus in M.Philosopho,Prouincias, inquit,è Procõsularibus Consulares,aut ex Consularibus Proconsulares, aut Prætorias pro belli necessitate fecit.Senatores uerò prouincias sortiri Proconsulares solebant. Plinius in epistolis libro secundo,Firminus inductus in Senatũ, respondit cri- *Ad Arrianũ epistola 12.*
mini noto.Secutæ sunt diuersæ sentẽtiæ Coss.designatorum.Cornutus censuit ordine mouendum: Nerua in sortitione prouinciæ rationem eius non habendam:quæ sentẽtia tanquam mitior uicit,cum sit alioqui tristior, duriórque: & reliqua quæ Plinius prosequitur,significans Firminũ Prisci Consulis Legatum à Senatu damnatum, illa irrogata pœna, ut in sortitione qua uiri Senatorij Proconsulari imperio prouincias sortiebantur, ratio eius non *Rationem alicuius habere.*
D haberetur:id est nomen eius non reciperetur in sortibus ducẽdis.Hoc enim significat hoc uerbum.Priuatus est igitur facultate tenendi Proconsulatus, ut uulgo loquimur: uel ut antiquitas locuta est, ablata est ei potestas capiẽdi Procõsulatus.Cicero pro lege Manilia, Quid tã singulare,quàm ut ex Senatusconsulto legibus solutus,Consul antè fieret,quàm ullum alium magistratum per leges capere licuisset?Propterea Cicero in eadem oratione,Pom- *Capere magistratum.*
peio propter singularem eius uirtutem, à Senatu concessum hoc esse affirmat,ut eques Romanus,ac nondum Senator,proconsulare imperium acciperet.Quid tam inusitatum,inquit,quàm, ut cum duo Consules clarissimi
E fortissimíque essent,eques Romanus ad bellum maximum formidolosissimúmque pro Consule mitteretur?missus est.Dicebant autẽ ueteres Procon- *Pro Consule esse.*
sulem aliquem esse,& pro Consule esse, licet frequentius pro Consule dicerent,id est Consulari imperio.Cicero in eodem loco, Quo quidem tempore cum esset non nemo in Senatu,qui diceret non oportere mitti hominem priuatum pro Consule,L.Philippus dixisse dicitur,Non se illum sua sententia pro Consule,sed pro Consulibus mittere. Tanta in eo reip.bene gerendæ

Source : BIU Cujas

ſpes conſtituebatur, ut duorum Conſulum munus unius adoleſcentis uir- F
tuti committeretur. Vopiſcus in Probo, Accepto igitur hoc Senatuſconſul-
Senatus aucta poteſtas. to permiſit Patribus, ut ex magnorum iudicum appellationibus ipſi cogno-
Status procōſulis in prouincia. ſcerent, Proconſules crearent, Legatos Cōſulibus darent, ius prætorium Præ-
ſidibus darent, leges quas Probus ederet, Senatuſconſultis propriis conſecra-
rent. Quis autem fuerit ſtatus Procos. in prouincia, ex epiſtolis Ciceronis ad
Q. fratrem libro primo intelligi poteſt, quibus eum docet, (interim artifi-
cioſiſſimè caſtigans) quæ ſint Procos. partes in regenda prouincia ſua: quem
unicuique adire licet, qui hoc plenè intelligere concupierit. Quem locū to-
tum utinam memoriter tenerent, qui Præſides à Regibus noſtris regendis G
Harmoſtæ. prouinciis mittuntur: quos gubernatores nationum appellamus. Harmoſtę
uerbo Græco dici poſſunt, quaſi prouinciarū conſtitutores. Licet enim hinc
copiosè ſumere adminiſtrādæ prouinciæ præcepta iis qui ſe inculpatos pro-
uinciarum rectores eſſe atque uideri uolunt. Quo in loco ſummum impe-
rium Proconſulis appellat. Quidam opinantur Proconſules dici poſſe eos,
quos Balliuos, Seneſcallóſque uocamus. Ego uerò eos non modò Proconſu-
les, ſed ne iuſtos quidem Præſides eſſe cenſeo, ut qui ſummam cognitionem
ſecundum Principem in ſuis prouinciis non habeant. (Quanquam eorum
Prouinciolæ. ditiones non tam prouinciæ, quàm prouinciolæ appellari debeant.) Curia H
enim ampliſſima ſummam in omnibus iis ciuitatibus iuriſdictionē habet
(nullo etiam reclamante) quæ ad diſceptandas prouocationes Pariſios con-
ueniunt. Appellatione Præſidis, inquit Martianus, & Proconſules, & Legati
Legati principis. Cæſaris, id eſt quos locum tenētes Regis dicimus, & omnes prouincias re-
gentes continentur. Regere autem prouincias de his dici non poteſt, quorū
præter iuriſdictionem, eámque obnoxiam, nullæ ferè ſunt partes in prouin-
Rectores prouinciarum. Cap. 47. cia. Rectorum autem munus laxioribus finibus circunſcribitur. Tranquil-
lus in Auguſto, Prouincias ualidiores, & quas annuis magiſtratuum impe-
riis regi nec facile nec tutum erat, ipſe ſuſcepit: cæteras Proconſulibus ſorti- I
tò permiſit. Adde quòd Macedonia una prouincia erat, & Syria & Aſia, &
huiuſmodi, ut ex oratione Ciceronis de prouinciis Conſularibus apparet: &
Gallia comata. Gallia denique comata, quæ nunc Francia dicitur, una prouincia erat: quas
nunc in plurimas prouincias inſcita appellatione partiri ſolemus. Proinde
Balliuos & Seneſcallos noſtros præfectos potius appellandos cenſuerim, aut
Præfecti & iuridici. Præfecturæ. Præſides prouinciarum. etiam iuridicos, quàm Præſides aut Proconſules: eorúmque ditiones præfe-
cturas potius quàm prouincias. Præſides uerò nō alios eſſe, quàm quos tum
gubernatores, id eſt rectores dicimus, tum locum tenētes, id eſt legatos Re-
gis: quos & uicarios Regis dicimus, id eſt uicereges. Hi enim demū omniū K
magiſtratuum Romanorum uicem implere uideri poſſunt. Spartianus in
Hadriano, auctor eſt Hadrianum Imperatorem quatuor Conſulares iudices
Italiæ regendæ conſtituiſſe, quorum Antoninus Pius unus fuit: ut etiam au-
ctor eſt Capitolinus in Antonino. Itaque idem de Marco Philoſopho lo-
quens, Datis, inquit, iuridicis Italiæ conſuluit, ad id exemplum quo Hadria-
nus Cōſulares uiros reddere iura præceperat. Præfecturarum autem memi-

Source : BIU Cujas

A nit Cicero in Pisonem, Neque enim, inquit, regio fuit ulla, neque municipium, neq; præfectura, aut colonia, ex qua non publicè ad me uenerint gratulatum. Idem Philip. secunda, Horum flagitiorum iste uestigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impressit. Fuerũt præfecturæ in Aegypto, quæ Nomarchiæ dicebãtur, & Nomi. Plinius lib. quinto de Aegypto loquens, Summa pars contermina Aethiopiæ, Thebais uocatur. Diuiditur in prefecturas oppidorum (quas nomos uocant) duodecim. Traianus ad Plinium, epistola septima, quæ uulgo non reperitur, Ciuitatem Alexandrinam secundum institutionem Principum non temerè dare pro-
B posui. sed cum Harpocrati Iatraleptæ tuo ciuitatem Romanam impetraueris, huic quoque petitioni tuæ negare non sustineo. tu ex quo nomo sit, notum mihi facere debebis. Diodorus libro secundo Aegyptum in sex & triginta nomos diuisit: sed interpres æquiuocatione deceptus, leges pro præfecturis transtulit: cum tamen apud Græcos nomos pro præfectura accentum in posteriore syllaba habeat, pro lege uerò in priore. Nomos Herodotus & satrapias pro eodem posuit, Darij regnum in uiginti satrapias diuidens, totidémque nomos, id est regiones: unde Nomarchæ, earum regionum præ-
C fecti. Diodorus pro regiunculis accepit, quo modo & Plinius præfecturas, & nos nunc accipere possumus, Galliam in triginta plus minus nomarchias diuidentes.

Nomi & Nomarchiæ. Cap. 9.

Satrapia.

Nomarchæ.

Ex. l. Nec quicquam est.

Vbi decretum necessarium est, per libellum id expedire Proconsul non potest.) Accursius multus est in interpretatione istius uocabuli libellus, quasi in uerbo abstrusissimo: ac ne sic quidem sibi constat, quadruplici expositione uix contentus: cum tamen sensus huius loci latinè scientibus (nisi longe fallor) planus sit ac dilucidus. Libellus est enim, quam uulgo requæ-
D stam appellamus. Tranquillus in Augusto, Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem. Libellum Tranquillus uocauit schedulam supplicem, qua postulata populares Principibus exponere solent. Idem in Domitiano, Stephanus professus conspirationis indicium, & ob hoc admissus, legenti traditum à se libellum, & attonito, suffodit inguina. Et in Augusto, In diplomatibus libellísque & epistolis signandis, initio sphinge usus est, mox imagine magni Alexandri. id est, ut nunc dicimus, in respondendis requæstis.

Libellus. Cap. 53.

Cap. 17.

Cap. 50.

Vnde à libellis dicti ministri, qui Principi in hoc negocio subseruiunt.
E Idem, Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. Lampridius in Alexãdro, Postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita ut ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent: nonnunquam etiam si stare per ualetudinem non possent, sederent: relegentibus cuncta librariis, & iis qui scriniũ gerebant: ita ut Alexander sua manu adderet siquid esset addendum, sed ex eius sententia, qui disertior habebatur. Sic autem accipitur in lege Rescriptũ, infrà De distractione pigno-

Ministri à libellis. In Domitiano cap. 14.

Source : BIU Cujas

rum,Reſcriptum eſt ab Imperatore libellos agente Papiniano: id eſt libellis F
apud Imperatorem præfecto.Erat autem Seuerus Pertinax,à cuius deinde fi-
lio Antonino Caracalla tyrannica ſęuitia Papinianus contrucidatus eſt.Nõ
Magiſtri requæſtarum. pœniteat igitur,quos hodie magiſtros requęſtarum uocamus,poſt Papinia-
Iuris aſylum. num tanti nominis Iuriſconſultum,qui iuris aſylum dictus eſt,ex cuius of-
ficina quaſi ex equo illo Troiano,Vlpianus,Pomponius,Celſus,aliíque per-
Præfecti libellorum. multi interpretandi iuris proceres prodierunt, præfectos ſe libellorum uo-
citari,aut etiam poſtulationum magiſtros:Qui tamen(ni fallor) aliquando
Magiſtri ſcriniorum. magiſtri ſcriniorum appellati ſunt,qualis Vlpianus ſub Alexandro fuit,qui
Scrinia. etiam tutor eius fuerat.Scrinia autem ſunt plutei & armaria, quibus com- G
Cap.25. mentarij & libelli literariáque monumenta cõcludi ſolent. Plinius libro ſe-
ptimo,Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi ſublimitas,captis apud
Pharſaliam Pompeij Magni ſcriniis epiſtolarum, iterúmq; apud Thapſum
Scipionis,ea optima concremaſſe fide, atque non legiſſe.Sunt & ſcrinia un-
guentorum,& rerum quæ in deliciis habẽtur, apud eundem ubi de ſcriniis
Scrinia duorum generum fuerunt. Darij loquitur ab Alexandro captis. Hæc autem duorum ſunt generũ.quæ-
dam enim ſunt ſcrinia ſtataria,in Regia uel alibi condita,in quibus monu-
menta antiqua ad imperium regnúmue pertinentia,&(ut ita dicam)inſtru-
mentum imperij regníue aſſeruatur: qualia ſunt Pariſiis in receſſu editiore H
ſacelli palatini.Theſaurus chartarum appellatur.Scriniarium dici Latinè po
Præfectus ſcriniorum. teſt:& præfectus ſcriniorum, qui theſaurarius chartarum nunc dicitur.quo
munere auus olim meus Draco Budæus, & deinde Ioannes pater,cum alio
maiore munere functi ſunt: nunc uerò frater meus nomine Draco, Regis
Chartophylax. Secretarius fungitur. Qui etiam uerbo Græco Chartophylax appellabatur,
id eſt chartarum principaliũ cuſtos: & locus ipſe Chartophylacion. Aliud
autem erat munus chartulariorum in lege tertia, De canone largiti.tit.libro
decimo Codicis. Huiuſmodi ſcriniorum exemplum eſt apud Plinium in
Lib. 10.epiſtola 69. epiſtolis ad Traianum,his uerbis,Recitabatur autem apud me edictũ, quod I
dicebatur diui Auguſti ad Anniã pertinens:recitatæ & epiſtolę diui Veſpa-
ſiani ad Lacedæmonios,& diui Titi ad eoſdem, dein ad Achæos, & Domi-
tiani ad Auidium Nigrinum & Armenium Brochum Proconſules: quæ
ideo tibi non miſi,quia & parum emendata, & quædam non certæ fidei ui-
debantur:& quia uera & emẽdata in ſcriniis tuis eſſe credebam.Altera ſunt
ſcrinia uiatoria,quæ in comitatu principali circũferuntur, in quibus libelli
ſupplices Principi à poſtulantibus porrecti cõduntur,quoad ſubſcribantur:
id eſt quoad Principi uacet libellis & poſtulantibus operam dare,libellíſque
reſponſitare,cuiuſmodi exempla ſuperius appoſuimus.Hæc autem ſubſcri- K
ptio duobus modis fiebat:aut ſpõte Principis,ut in iis aſſolet, quæ Principes
liberalitatis ſuæ,aut beneficij ſui fecerunt,id eſt, quæ ſui tantùm arbitrij eſſe
uoluerunt:aut ex conſilij ſententia,in iis quæ diſceptationis ſunt.quo in lo-
co primæ erant partes eorum,quos præfectos libellorum, & magiſtros ſcri-
niorum appellatos eſſe diximus. Libellorum in hoc ſignificatu,& ſcriniorũ
in utroque fortaſſe,exempla ſunt in titulo,De proximis ſacrorum ſcriniorũ,

Ex titulo,De officio Quæſtoris. libro

Source : BIU Cujas

A libro duodecimo Codicis. Poſtulationibus etiã uacare dicitur, pro eo quod expedire requæſtas dicimus. Plinius in epiſtolis, Senecio cum exploraſſet Cõſules poſtulationibus uacaturos, conuenit me. Adeamus, inquit, Conſules, petamúſque, ne bona diſſipari ſinant, quorum eſſe in cuſtodia debent. Inde poſtulationes iudiciales. Tranquillus in Nerone, In iuriſdictione * poſtulationibus niſi ſequenti die, ac per libellos non temerè reſpondit. Antiquitatis autem ueſtigium, aut certè inſtar quoddam in antiquis monumentis noſtris inueniſſe mihi uideor. Siquidem anno ſupra milleſimum circiter trecenteſimo uiceſimo conſtitutum eſſe comperi, ut quicunque libelli per dies

B ſingulos à poſtulantibus Principi porrigerentur, qui quidem certè gratiæ, ac liberalitatis, aut etiam clementiæ principalis eſſent (Iuridiciales enim primo quoque tempore diſceptari placuit) ad finem cuiuſque menſis reiicerentur, ac tum demum Princeps ex conſilij ſententia, ſi tamen ita ei uideretur, de omnibus ſtatueret. Moris autem fuit, ut in ſingulos menſes conſilium aulicũ cognomento magnum, in aulam indiceretur: ibíque omnis generis poſtulata recitarentur: atque ita ſententiis conſilij diſquiſitis, Princeps tamen (ut ferè aſſolet in regno) de iis omnibus ex animi ſui ſententia ſtatueret, ſicque aut diplomata & codicillos & reſcripta pro rerum uarietate concederet, aut

C quouis alio pacto poſtulantes dimitteret. In hoc menſtruo conuentu, qui per aliquot dies (ſi res ita tuliſſet) inſtaurabatur, uariis de rebus referri ſolitũ fuit. De ratione atque habitu diſpenſationis aulicæ, quæ deſcriptio miniſterij, quis modus inſtrumẽti aulici, de rationibus ad fiſcum referendis, de reſiduis, de omni denique apparatu & inſtrumẽto regni, ſi quid perperam poſitum aut inſtitutum eſſet, id ut ibidem agitatum cõſtitueretur, id eſt reformaretur: ſimul ut huius cenſuræ metu non modò aulica miniſteria in officio retinerentur, ſed cuiuis etiam curæ præfecti accuratius munera ſua obirent, diutius fallẽdi ſpe præciſa in poſterum. uſqueadeò frugalitatis ſtudio-

D ſi fuimus, antequam hæc, quæ nunc eſt ærarij opulentia, luxum incuriámque peperit, ac fiſci (prope dixerim) nomẽ rationémque obliterauit. Eodem etiam tempore conſtitutum eſſe comperi, atque etiam antea anno trecenteſimo ſeptimo, ut eorum magiſtratuum qui magiſtri requæſtarum dicũtur, duo omnino à comitatu regio non abnoctarent: quorum alter ſacerdos, alter profanus eſſet: quibus ea cura iniũcta erat, ut quotidie ſtatis horis in loco patenti ſederent, audituri ac lecturi quod quiſque poſtulaſſet. Qua in re uicarij Principis haud dubie fuerunt. Eis enim licebat poſtulationes admittere, & libellis ſubſcribere, ſi iuri aut æquitati conſentanea uiderentur, atque

E etiam intercedere, morámque eis facere, qui contra conſtitutiones aliquid impetrauiſſent. Iiſdem autem conſtitutionibus contubernales eſſe iubẽtur: id eſt eodem hoſpitio uti, comitéſque habere eodem contubernio totidem ſecretarios, quorum collegium ſexagenarium fuit ab initio inſtitutũ. Hos uerò ius rectæ cœnæ habuiſſe cum ſingulis aſſeclis inuenio, id eſt buccã ad curiam, & præterea ſportulas iumentorum nomine: id eſt id genus erogationis, quod liberatas liberationéſque uocabant. At uerò extra comitatum

Poſtulationibus uacare. *Lib. 7. epiſtola ult.*

Cap. 15. ** poſtulatoribus.*

De magiſtris libellorum.

Recta cœnã & ſportulæ.

Source : BIU Cujas

regium hanc eorum conditionem fuisse nouimus constitutione Philippi- F
na,ut quinque semper in eo loco essent,apud quem curia,id est Parlamentũ
haberetur:quorum duo profani,tres sacerdotes essent: iique omnes ut matu
tino ad locum statutum uentitarẽt,atque eadem hora,qua curia cogeretur,
ibi iugi animaduersione postulationibus uacarent,uel ad meridiem usque,
siquando aut per frequentiam postulantium, aut alio quouis modo citius
defungi non possent.Qua in re administranda,notariorum,qui nunc secre-
tarij dicuntur,opera uterentur: qui pro rerum uarietate libellorũ argumen-
ta hac aut illa formula in rescripta regia componerent:strenuam in eo operã
nauare ipsi quoque obstricti. Hanc autem magistratuum Decuriam am- G
plissimæ curiæ appendicem fuisse, atque adeò tertiam tum classem, cum ex
aliis multis,tum ex eo coniicere possumus:quòd si quid maioris difficultatis
in eorum munere obeundo accidisset, ad primum illum curiæ cõsessum,id
est ad magnum tribunal referre antiqua constitutione iubentur: duntaxat à
meridie,id est curia iam dimissa,ne quid interpellarent.Quòd si aut per ma-
iorem rei difficultatẽ, aut quia res forte ad exemplum pertineret,ne sic qui-
dem explicari id potuisset:tum demum inter medium consessum,atque iis
etiam diebus quibus illud tribunal admissa circunstantis populi corona iu-
ra reddere solet,referre de ea re iubentur.Mitto & alia eodem pertinentia,ut H
ius ingrediendæ curiæ etiam non accersitis,prẽter causam prædictam,etiam
si eorum interesset, aut sui negocij gratia, aut cuiusuis amicorum. Non me
latet eo tempore requæstarum magistros(nisi me antiqua scripta fefellerũt)
non esse appellatos,sed à requæstis potius,ut apud priscos à libellis, aut etiã
uiri requæstarum. Sed rara tum erat hæc, quæ nunc est passim honorificen-
Numerus libellus præfectorum. tia appellationum.Numerus autem eorum alius atque alius diuersis tempo
ribus fuit.Anno ducentesimo octogesimoquinto,paulò ante tempora Phi-
lippi Pulchri constitutum esse comperi,ut duo literati uiri Cancellario assi-
sterent:tres autem iura redderent ad uestibulum regiæ: quos libellorum po- I
stulationúmue fuisse magistros propterea existimo, quòd in antiquitatum
commentario,inter uiros requæstarum eorum fit mentio. Antea Triumui-
ros audiendis admittendísque libellis creatos fuisse lego. Anno autem tre-
centesimo quadragesimo secundo numerum eorũ ad sex auctum esse, quo
tempore requęstarum magistros uocitari cœpisse uideo.Postea constitutio-
ne Regis Ioannis quatuor ea lege creatos, ut bini in comitatu regio alternis
mensibus essent.Postremò anno quadringẽtesimoseptimo, octo (quot nun-
Octo libellorũ magistri. quam antea)creatos esse.Alia deinde constitutione ad eos delata est officio-
rum cognitio,& earum litium disceptatio,quæ iis intenderentur qui in co- K
mitatu Principis officio aliquo fungerentur. Nunc & in curia & in aulico
consilio honoratissimo loco sentẽtiam dicunt, atque in ordine magistratuũ
secundas partes ac proximè primas obtinere uidentur, si modò Cancellariũ
numero exemeris. Verum quandoquidem aulici illius consilij mentio in
ordinem incurrit, hoc etiam addendum, eodem etiam tempore constitutũ
fuisse ad antiquitatis(ut uidetur) effigiem,ut earum rerum quæ in consilio

Source : BIU Cujas

A decernerentur, Diarium fieret (Iornale appellabant) in quod acta cuiuſque conſeſſus referrentur, duntaxat quæ memorabilia uiderentur, adderenturq; eorum nomina qui in eo decreto affuiſſent. Creatus autem primùm actuarius Petrus conſilij Prætoriani quidam Barrierius, cui hoc munus iniunctũ, ut commentarios illos & conficeret & aſſeruaret: quem morem ſi ad hoc ævi Principes tenuiſſent, antiquorum ſane Principum acta non uſqueadeo ignorarentur, ſciréque noſtra hæc ætas poſſet, quantum quiſque maiorum noſtrorum de rep. meritus eſſet. Nunc uerò omnia in tenebris latent incuria temporum, in patriáque ſua Galli peregrinari uidentur, ſoli propè homi-
B num rerum ſuarum ignari. Itaque inſtrumentum regni nullum ne publicũ quidem habemus, quod quidem certè magnopere memorandum ſit. Sed hic eſt perpetuus huius regni Genius, rerum geſtarum monumenta ut nihil ad remp. pertinere uideãtur. Quo enim unquam ſeculo hiſtoriarum etiam noſtrarum ſcriptor, gregarij militis ſtipẽdium, aut etiam uenatoris meruiſſe uiſus eſt? In diem certè uiuimus, futuri ævi ſecuri, nihil per literarum monumenta cõſecrandũ eſſe memoriæ putantes. Macrobius tamen libro primo Satur. Ad Ianum, inquit, ſolum Italiæ regnum redactũ eſt, qui creditur
C geminam faciem prætuliſſe, ut quæ ante, quæque poſt tergum eſſent, intueretur. Quod procul dubio ad prudentiam Regis ſolertiámque referendum eſt, qui & præterita noſceret ex annalibus, & futura proſpiceret. Antiqui igitur noſtri illi reges eius inſtituti auctores, rerum à ſe geſtarum rationem, atque etiam ſuorum temporũ poſteritati conſtare omnino uoluerunt. Fuiſſe autem huiuſmodi inſtitutum apud priſcos, multis monumentis literarum probatur: quale eſt illud Taciti, Signo ultionis in * delatores dato, petit à Cæſare Iunius Mauricus ut commẽtariorum principalium poteſtatem Senatui faceret, per quos noſceret quem quiſque accuſandũ popoſciſſet. Traianus ad Plinium, Dediſſe me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea
D conditione qua aſſueui, referri in commentarios meos iuſſi. Dicemus alibi nonnihil de huiuſmodi commentariis. Non me præterit libellum nõ unius eſſe ſignificati, ut γραμματεῖον Græcè: ſed hoc in loco clara mihi eſſe ſignificatio eius uiſa eſt. In l. Si publicanus, infra, De publicanis, pro epiſtola aſſertoria accipitur, quam uulgò certificationem uocamus.

Diarium. Inſtitutũ antiquum.

Acta conſilij Prætoriani.

Cap. 7. Ianus bifrõs.

*Lib. 20. * accuſatores.*

Lib. 10. epiſtola 99.

Ex lege, Legatus.

Legatus mandata ſibi iuriſdictione, iudicis dandi ius non habet.) Politianus in Miſcellaneis affirmat negationem hîc non legi in archetypis Florentinis, maléque hic additum.

E Ex lege, Proconſules.

Proconſules non amplius quàm ſex faſcibus utuntur.) Accurſius faſcibus pro menſibus interpretatur, & citat locum quẽdam Pomponij, De orig. iuris, de Dictatura ſemeſtri, quaſi Procõſulatus ſit ſemeſtris: cum tamẽ Proconſulatus non ante reuocationem, id eſt ſucceſſoris miſſionem, deſinat. Faſces, faſciculi erant uirgarũ, intra quas uirgas ſecuris obligata erat, ita ut ferrum in ſummo faſce extaret, ut in antiquis picturis uidemus. Plutarchus in

Faſces.

Source : BIU Cujas

Proble. Διά τι τῶν στρατηγῶν αἱ ῥάβδοι σὺν ἀξινίοις πρὸς πρώτην μίξιν τῶν πολέμων φέρονται; F
Cur Prætorum,inquit,Romanorum uirgę colligatę adnexis ſecuribus ferũtur?nimirum hoc indicium eſt,magiſtratuum iram promptam ac ſolutam minimè eſſe debere:aut certè ideo id conſtitutũ eſt,ut mora tantiſper magiſtratuum iræ fiat,dum uirgæ diſſoluantur:id quod ſæpe pœnitẽtiæ occaſionem magiſtratibus attulit. Enimuero quoniã facinoroſi partim ſunt emendabiles,partim perditiſſimi:ut uirgæ admonendis illis,ſic ſecures his tollendis de medio inſtitutæ ſunt: ἐπὶ μὲν τὴν πρώτην ἁμαρτίαν οὐ μὴ ἱκανόν ἐστι, τὸ δὲ ἀνήκεστον, αἱ μὴ ῥάβδοι τὸν μὲν πρῶτον σὺν ἀξινίοις, αἱ δὲ πελέκεις ἀφαιροῦσι τὸν ἔσχατον. Hactenus ille.

Lictores. Hos autem faſces lictores magiſtratibus præferebant, id eſt magiſtratuum G
uiatores,qui ob hoc à Græcis Rhabduchi dicuntur, id eſt uirgas tenẽtes.Li-

Decad.1.li.1. uius de Romulo loquens,Vocatáque ad * conſilium multitudine,quæ coa-
* *concilium.*
leſcere in populi unius corpus nulla re præterquam legibus poterat,iura dedit:quæ ita ſancta generi hominum agreſti ratus fore, ſi ſe ipſe uenerabilẽ inſignibus imperij feciſſet, cùm cætero habitu ſe auguſtiorem,tum maxime lictoribus xij ſumptis fecit. Idem in ſecundo de primis Conſulibus lo-

* *tenuere.* quens,Omnia iura,omnia inſignia primi Cõſules * retinuere.id modò cautum eſt,ne ſi ambo faſces haberẽt,duplicatus terror uideretur. Brutus prior concedente Collega faſces habuit.Hactenus Liuius. Bini igitur Cõſules xij H
faſces habebant,non duodenos.Vnde ibidem libro octauo,Aemilius,cuius tum faſces erant,Collegam Dictatorem dixit:id eſt, qui ea die imperiũ habebat. Alternis enim diebus imperabant Conſules cùm ambo aderant. Ab

Summittere faſces. huiuſmodi faſcibus ſumpta eſt illa locutio Summittere faſces. Plinius lib.7.
Cap.30. Cn.Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Poſidonij profeſſione ſapientiæ clari domum,fores percuti de more à lictore uetuit, & faſces lictorios ianuæ ſubmiſit,is cui ſe oriens occidénſque ſubmiſerat. Cicero in Bruto,Nam mihi Brute in te intuẽti,crebrò in mentẽ uenit uereri, ecquodnam curriculum aliquando ſit habitura tua & natura admirabilis, & exqui- I
ſita doctrina,& ſingularis induſtria. Cum enim in maximis cauſis uerſatus eſſes,& cùm tibi ætas noſtra iam cederet,faſcéſque ſubmitteret,ſubitò in ciuitate cùm alia ceciderũt,tum etiam ea ipſa,de qua diſputare ordimur, elo-
quentia obmutuit.Eſt autẽ faſces ſubmittere,inſignia uímque imperij maieſtati uel reuerentiæ alicuius ſubmittere, ut Publicola, qui primus hoc inſtituit.cum enim poſſet imperij ſummi, id eſt Conſulatus iure uti agendo cum populo: faſces tamen maieſtati populi Ro.ſubmiſit, hoc eſt lictores à ſe tantiſper abire iuſſit,quoad concionatus eſſet:ut auctor eſt Liuius in ſecũdo.Et Pompeius laureatos faſces,id eſt triumphum expectantes, ianuæ phi- K
loſophi Poſidonij ſubmiſit.Noſtro tempore ſi Princeps ad curiam ueniens, ſtipatores ſuos & omnem illum regium ac terrificum comitatum ſubſiſtere in area palatina iubeat,& ciuiliore habitu aſſumpto conſeſſus iuridici reuerentia,aut reddere ipſe iura, aut etiam audire reddentes ſibi iura aut fiſco ſuo uelit,iuſtitiæ faſces ſubmittere dici poſſit,id eſt,ſi cum legibus non teneatur,immodicam illam ac regiam potentiam,quam abſolutam dicimus,

Source : BIU Cujas

A id eſt legibus non obſtrictam,inhibere in animum induxerit, & iuri æquitatíque cedere ciuili animo conſtituerit. Vt ad rem redeamus, Proconſul cum pro Conſule præſit, & Conſulare imperium habeat, ſex tamen lictores non duodecim habet,ut meminerit iuſtum Conſulem ſe non eſſe.

Ex lege,Diuus Marcus,De officio Præſidis.

Textus hic duobus in locis uulgò corruptè legitur. Cum forte eo momento,legendum num forte,ex emendatioribus libris.&, Cum ſi poſſit uideri ſentire,commiſerit.legendum,ſi cum poſſit. Minutula ſunt iſta, aliáq; huiuſmodi,ſed quæ lectorem remorentur, ſtilúmque Iuriſcõſultorum de-

B honeſtent. quorum tamen pleraque conniuẽtibus oculis tranſmiſſuros nos teſtamur.Et paulò pòſt,Cum autem ex literis tuis cognouerimus tali eum loco atque ordine eſſe. Ordo hîc ponitur pro eo quod uulgus ſtatum uocat.Græci taxin appellant. Diximus alibi tres fuiſſe Romæ ordines, Senatorium(qui ampliſſimus dicebatur)equeſtrem,& plebeium,ſuis quẽque inſignibus diſtinctos,ut ex Plinio docuimus. Vitruuius in præfatione libri ſecundi,Dinocrates architectus,cum Alexander rerum potiretur, profectus à Macedonia ad exercitum Regis,à propinquis & amicis tulit ad primos ordines & purpuratos literas.Cicero in Diuinatione, Vobis autem tãta inopia

C reorum eſt,ut mihi cauſam præripere conemini potius,quàm aliquos à columna Menia ueſtri ordinis reos reperiatis? Id eſt fures & ſeruos nequam, qui apud Triumuiros capitales puniri ſolent ad columnam Meniam, ut inquit Aſconius.Et in Verrem acti.2. Homo autem ordinis ſui frugaliſſimus P.Tettius hæc eadem ſe Lampſaci cognoſſe dixerit:id eſt(ut nunc uulgus loquitur)homo ſtatus ſui honeſtiſſimus.Sic intelligendum illud Apoſtoli.1. ad Corinth.15.de reſurrectione generali, Et ſicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur:unuſquiſque autem in ſuo ordine.ubi Græcè ſcripſit Apoſtolus, ἕτω καὶ οἱ ἐν Χριϛῷ πάντες ζωοποιηθήσονται, ἕκαστος δὲ

D οἰ ἐν ἰδίῳ τάγματι. Diximus etiam alibi prouerbiale antiquis fuiſſe cum furere aliquem ſignificare uolebant,aut mente captum eſſe,ut dicerent ad agnatos & gentiles deducendum eſſe: honeſtiores enim furioſi, qui gentilitatis ius habebant,ſuorum cuſtodiæ permittebantur:quo modo iſte Aelius Priſcus,cuius hîc meminit Iuriſconſultus, in uilla ſua continebatur à neceſſariis ſuis,tanquam ordinis honeſtioris furioſus.Cæterùm antiqui cum ſignificare uolebant hominem inter ſuæ conditionis homines retinendum continendúmque,id eſt(ut uulgò loquimur)ſuo ſtatu contentum eſſe cogendũ, in ordinem eum redigendum,uel etiam cogendum dictitabant,hoc eſt in-

E ter uulgares & gregarios adnumerandum.Plinius ad Falconem,Conſulis an exiſtimem te in Tribunatu cauſas agere decere. Plurimum refert quid eſſe Tribunatum putes:Inanem umbram,& ſine honore nomen:an poteſtatem ſacroſanctam,& quam in ordinem cogi ut à nullo, ita ne à ſe quidẽ deceat. Idem libro ſecũdo Epiſtol. frugalitatem ſuam oſtendere uolens,& in uictu parſimoniam, eleganter hoc uerbo uſus eſt: Liberti,inquit, mei non idem quod ego bibunt,ſed idem ego quod liberti, & me hercule ſi gulæ tempe-

Ordo. Taxis.

Tres Romæ ordines.

In ipſo ſtatim initio.

Menia colũna.

Verr.3.

Τάγμα.

Ad agnatos & gentiles deducere.

In ordinẽ redigere uel cogere.

Lib.1.epiſtola.23.

Epiſtol.6.ad Auitum.

Source : BIU Cujas

res,non est onerosum,quo utaris ipse,communicare cum pluribus.Illa ergo F
reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est,si sumptibus parcas. Id est,
de rango aliorum ponenda est,ut uulgus loquitur:hoc sensu,Si parsimoniã
consectari uelis,satius est te iisdem cibis potúque eodem cum quolibet cõ-
uiua uesci utique,quàm tibi primarium panem uinúmque cum reliquorũ
contumelia stomachationéque seponi, quos non iisdem cibis digneris. Bi-
bendum igitur cum quolibet conuiua tuo, id est populari uino utendum.
Eximere numero. Sunt & exempla crebra apud Liuium. Huic autem opponitur eximere nu-
Cap. De grãmatica. mero.Quintilianus in primo de Criticis loquens,Iudicio quidem ita seue-
rè sunt usi ueteres grammatici,ut non uersus modò censoria quadam uirgu- G
la notare,& libros qui falso uiderentur inscripti, tanquam subdititios sum-
mouere familia permiserint sibi : sed auctores alios in ordinem redegerint,
alios omnino exemerint numero. Eximere igitur numero,est eximium ha
bere,id est non inter uulgares connumerare, sed tanquam præcipuum ha-
ἔγκριτοι. ἐντεταγμένοι. ἐγκύκλιοι. ἔκκριτοι. προκριτοι. bere.Græci eadem ratione ἐγκρίτους appellant, & ἐντεταγμένους,in ordinẽ in nu-
merúmque redactos, quos & ἐγκυκλίους dicunt,id est circulares, hoc est uiles
& uulgares,ut inquit Priscianus. Contrà uerò numero exemptos ἐκκρίτους &
προκρίτους,id est eximios & præcipuos.

Ex.l.Illicitas,in fine. H

Reprehensa exactorum auaritia.) Legendum,repressa.

Ex.l.Diem functo.De officiis assess.

Salarium comitibus residui temporis quod Legatis præstitum est, debe-
tur.) Accursius præstitum est pro præstandum intelligi uoluit,pugnante La-
Præstitutum. tinè loquentium cõsuetudine.Malim igitur præstitutum legi,ut ad tempus
referatur,Legatis præstitutum,id est præfinitum.

Ex.l.secunda,De in ius uocando.

Haloãder rectius, Nec eũ qui equo publico in causa publica trãsuehitur. certè illud,cum, nõ est tolerabile. Transuectio. Cap.38. Sed nec eum qui cum equo publico in causa publica transuehatur.) Ac-
cursius præconem Theobaldum intelligit.Nos trãsuectionem equitum in- I
telligimus,à Fabio Maximo institutam. Liuius libro nono in fine,Ab eodẽ
Fabio institutum dicitur, ut equites Idibus Quintilibus transueherentur.
Tranquillus in Augusto,Equitum turmas frequenter recognouit,post lon-
gam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed neque detrahi quẽ-
quam in transuehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat. Valerius
libro secundo,cap.De institut.antiquis, Trabeatos uerò equites Idibus Iulij
Q.Fabius transuehi instituit.Idem,Equestris uerò ordinis iuuẽtus omnibus
annis bis urbem spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat, die Lu-
percalium,& equitum probatione.Equitum probationem huiusmodi trãs- K
ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς. uectionem appellans:à Græcis ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς dicebatur.Demosth. κατὰ Μειδίου, ἐχειροτονήσατε τοῦτον ἵππαρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον, Hunc,
inquit,equitũ præfectum creauistis, qui ne in transuectione quidẽ quæ per
forum fieri solet,equo uehi potest. Similem autem legẽ fuisse apud Athe-
nienses testis est idem Demosthenes in eadem oratione:qui etiam eius legis
uerba ponit, cuius Euagoram latorem fuisse dicit, ne scilicet in pompa Li-
beri

Source : BIU Cujas

A beri patris prehendi aliquem,aut pignora capi eius liceret.Transuectionem hodie monſtram uocamus,cum equites ſolenniter recenſentur. *Monſtra.*

Ex eadem.l.Iuſtáue mortuo facientem.

Idem Accurſius obſequia intelligit,ut lauare corpus,quod pollinctoris officium eſt:ignorans quid ſint funebria iuſta. Liuius libro primo,Nec cœ- *Funebria iuſta.*
leſtes modò cęremonias,ſed iuſta quoque funebria,placandóſque manes ut idem Pontifex edoceret.Iuſta,ſunt exequiæ,id eſt ſacrificia quę mortuis im- *Iuſta facere.*
penduntur, & funerandi ſolēnitas. Et iuſta peragere, eſt funerandi officium *Iuſta peragere.*
implere,quod & parentare dicitur,quo Plinius uſus eſt cap. ultimo libri ſe- *Parentare.*
B cundi,& Vlpianus in.l.Pro hærede, De acquirenda hæred.à Græcis id ſumptum,qui ὁσίας appellant τὰς κηδείας, quaſi ſanctum iuſtúmque officium. pro- *ὁσία καὶ κηδία.*
pterea Cicero ſoluere iuſta dixit, quaſi officium debitum exhibere.pro Roſcio Amerino,Hunc miſerum,luctu perditum,qui nondū etiam omnia paterno funeri iuſta ſoluiſſet, nudum eiicit domo: atque focis patriis, diiſque penatibus præcipitem exturbat. Sunt enim iuſta, id eſt officia quæ deo, ſunt *Iuſta.*
quæ parentibus debentur. Plutarchus, καὶ ἀφόβως τὰ πρὸς θεὸς καὶ τὰ πρὸς γονεῖς καὶ φίλους ἀφυλάκτως, id eſt iura ſiue iuſta & officia in deos hominéſque
& amicos eximiè conſeruans. Cui conuenit parentandi uocabulum ab an- *Parentatio.*
C tiquis uſurpatum.Liuius ſecūdi belli Punici libro quarto, Vociferatúmque ferociter,parentandum Regi ſanguine coniuratorum eſſe.

Ex.l.Sed ſi hac lege.§.Primo.

At ſi uenditor,qui manus iniectionē excepit.) De manus iniectione nos alibi ſatis diximus. Recipere autem manus iniectionem,eſt retinere facul- *Recipere manus iniectionem.*
tatem reprehendendæ rei alienatæ,uel ut citra ullam in ius uocationem alienator poſſit in prædium alienatum, ſi quid factum aut non factū fuerit,rurſus ingredi,& in poſſeſſionem ſeſe ipſe mittere: hoc eſt ſuapte poteſtate ſæſi- *Sæſire ſuapte ſponte.*
re,ut noſtri loquuntur: ut fieri aſſolet in alienatione prædiorum quæ aut in
D emphyteuſin dantur,aut uectigali impoſito emancipātur,ut Cod. Si ſeruus exportandus uæneat. Hoc autem Accurſius non intellexiſſe uidetur: quemadmodum & ſuggillare pudorem circa finem legis: quanuis hoc uerbū ſæ- *Suggillare pudorem.*
pe in iure legatur,pro quo imperiti ſigillare dicunt. Suggillare autem propriè de facie dicitur,cum contuſa facies liuidis maculis dehoneſtata eſt. Sic *Suggillata.*
enim ſuggillata in facie dicūtur, ut uibices in corpore. Plinius libro xxxj. de *Vibex.*
ſale loquēs,Vtilis ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſuggillatíſque cum myrrhæ *Cap.9.*
pari pondere. Inde metaphoricôs pro inuſta infamiæ nota ponitur: ut Plinius lib.7.de Auguſto loquens, Iuxta hæc Variana clades, & maieſtatis eius *Cap.45.*
E fœda ſuggillatio. Vtūtur Liuius & Valerius ſæpe.Tertullianus, Atque ideo *In Apologetico aduerſus gentes nō ità procul ab iniquitatem.*
præfatus hæc ad ſuggillādam odij erga nos iniquitatem, iam de cauſa innocentiæ conſiſtam.Ad ſuggillādam inquit,id eſt ad notandam & carpendam *tio.*
gentilium iniquitatem in nomen Chriſtianum. Suggillata à Græcis ὑπώπια *ὑπώπιον.*
dicuntur,ob eam cauſam, quòd ſub oculis maximè appareāt. hoc autem *Hypopion.*
uerbo μεταφορικῶς Cicero uſus eſt libro primo ad Atticum, Auli uerò,inquit, *Epiſtola ult.*
filius ita ſe gerit,ut eius Cōſulatus non Conſulatus ſit, ſed Magni noſtri hy-

Source : BIU Cujas

popion. Id eſt, ita ſe gerit Aulus in Conſulatu, ut Conſulatus eius nihil aliud F
quàm ſuggillare Pompeij pudorem uideatur, qui eum Cõſulem interpoſita
Ibidẽ, ſed ali quanto pòſt. auctoritate ſua fecit. hòc Latinè Tertullianus ſuggillationem dixit. Suggil-
Suggillatio. latio eſt, inquit, in cœlo iuſtitia ueſtra. hoc ſenſu, Cũ uos Romani legibus
ueſtris in facinoroſos homines animaduertere ſoleatis ſeueriſſimè, diis ue-
ſtris inuidiam facitis, ac notam inuritis infamiæ, utpote qui de hominibus
ipſi flagitioſiſſimis in deos recepti ſunt errore antiquorum, & conſenſu ta-
In aulicos qui indignos promouent. men gentium. Secundum hæc Ciceronis uerba interiores aulici, id eſt aures
& oculi Regis, qui primos ordines ſanctioris conſilij ducunt: qui indignos
homines ſuffragatione ſua nonnunquam promouent, & primariis ſacerdo- G
tiis & magiſtratibus, aliiſque uirtutis præmiis ornatos nebulones colendos
populo nonnũquam fremente Nemeſi præbuerunt: perpetuis notis faciem
ſuam inuſſiſſe uidentur, memoriámque nominis ſui multiplici liuore atque
indelebili ſuggillaſſe. Quid enim ij in ſeſe admiſiſſe exiſtimẽtur, quibus ex-
cutiẽda dedit iuuenum præcordia princeps, ſi aut ſtudio aut offenſione ali-
qua ducti, præteritis & ingentis meriti & cõpertæ integritatis uiris, aut iner-
tiſſimos homines, aut indigniſſimos, atque interdum nõ tam nobiles quàm
notos, ad rerum adminiſtrationem obtrudũt, diris omnibus cunctis hos il-
lóſque proſequẽtibus? (In quo quidem genere nonnulli pſeudocatones per- H
nicioſiſſimi, qui bonis uiris fronte magis quàm mente ſtudent.) Nónne tot
ſuggillata in facie geſtare uideri poſſunt, quot huiuſmodi non dico homi-
nes promouerunt, aut uirtute præditos facta Principi impoſtura ſuppreſſe-
runt: ſed quot huiuſmodi homines indigna facinora ediderunt, quótque in
rep. errata grauiorum meliorúmque uirorum inopia contigerunt? Cuius di-
cti ratio Ciceronis uerbis reddi poteſt libro tertio de Legibus: Ego autem,
inquit, nobilium uita uictúque mutato, mores mutari ciuitatum puto: quo
perniciosius de rep. merentur uitioſi ſummi in ciuitatibus uiri, quòd nõ ſo-
lum uitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem. Neque ſolùm ob- I
ſunt, quòd ipſi corrumpuntur, ſed etiam quòd corrumpunt, plúſque exem-
plo quàm peccato nocent. Eorum aulicorum opera factum, ut omnem non
modo ſuccum & ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſcam amit-
teremus adminiſtrandæ reipublicæ, quam tamẽ propediem inſtauratum iri
ſperamus, niſi hominum de ſe expectationem ij qui primos ordines ducũt,
quoquo modo deſtituerint. Cæterùm Lucæ xviij. de malo iudice. Etſi deum
non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia moleſta eſt mihi hæc ui-
ὑπωπιάζειν. dua, uindicabo illam, ne in nouiſſimo ueniens ſuggillet me. ὑπωπιάζῃ με: re-
ctè ab interprete uerſum, ſed perperam à Lyrano enarratum. Oratores Græ- K
Λοβὸν. Προσπλακισμὸς. Suggillatio. Suggillare. ci hoc uerbo rarò utuntur, quantum ego memini, ſed pro ſuggillatione λο-
βὸν dicũt, & προσπλακισμὸν: & ſuggillare ἐφυβρίζειν, καθυβρίζειν, λοβᾶσθαι. Huiuſ-
modi tamen multa ſilentio prætereunda nobis ſunt, quæ iam niſi ab indo-
ctioribus ignorari non credimus.

Ex lege ultima, In ius uocati ut eant.

Ex promiſſione nõ uidetur eos ſtetiſſe.) Sic quidem hîc & in multis lo-

cis

Source : BIU Cujas

A cis titulorum ſequentiũ legitur. Sed ſtitiſſe fortaſſe legendum. Gellius lib.2. Indocti,inquit,ignorãt ſtitiſſes uadimonium à Catone dictum, nõ ſtetiſſes: quoniam ſiſteretur uadimonium, non ſtaretur. Apud Ciceronẽ tamen pro Quintio ſtetiſſe ubique legitur,fortaſſe eodẽ errore. Si ſtitiſſe legamus, uadimonium ſubintelligendum eſt, & homo enim & uadimonium ſiſtitur. Cic. Venit Romam Quintius:uadimonium ſiſtit. Plautus in Curculione, *Stitiſſe. Cap.14.*

Actus 1. ſcena ult.

V bi tu es,qui me conuadatus Veneriis uadimoniis?
V bi tu es,qui me libello Venerio citaſti?ecce me ſiſto,ades contrà.
S iſto ego tibi me:& mihi contrà itidem ut ſiſtas,ſuadeo.

B Ex lege ſecunda.Siquis cautionibus.

Si iudex,uel alteruter ex litigatoribus morbo ſontico impediatur, lex iubet diẽ iudicij eſſe diffuſum. Politianus in Miſcellan. capite xlj.legẽdũ exiſtimat diffiſſum, ſicque in archetypis Florẽtinis legi affirmat. Diffindi enim non diffundi diem dicendum eſſe contendit. Gellius lib.xiiij.cap. ſecundo. Sed enim ego homines cum conſiderabam, alterum fidei, alterũ probri plenum,ſpurciſſimæque uitæ ac * diffamatiſſimę,nequaquam adduci potui ad abſoluendum.Iuſſi igitur diem diffundi: atque inde à ſubſelliis pergo ire ad Phauorinum philoſophum. Vbi etiam corruptum eſſe uerbum Politianus

Diffuſus dies

** defamatiſſimæ.*

C contẽdit.Et apud eundem quod uulgò legitur,Atque in rerum quidem definitionibus comperẽdinationibúſque & aliis quibuſdam legitimis rebus: legendum exiſtimat,atque in rerum quidem diffiſſionibus.Nec aliud quicquam aut ipſe aut alius quiſpiam,quod equidem ſciam,de hoc uerbo dixit. Ego uerò ne Politiano in totũ aſſentiar, eo loco Liuij adducor libri noni ab Vrbe cond.Papyrius Dictator Iunium Bubulcum magiſtrum equitum dixit:atque ei legem Curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffudit, quòd Faucia curia fuit principiũ duabus inſignibus cladibus,captę urbis,& Caudinæ pacis:quòd utroque anno eiuſdem curiæ fuerat principium. Ma-

D cer Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta eſt, abominandã eam curiam facit.Dictator poſtero die auſpiciis repetitis pertulit legem. Ex hoc Liuij loco & illo Gellij coniicere facilè poſſumus, diffundere diem id eſſe aut olim fuiſſe, quod nos rem in craſtinum continuatam dicimus uel remiſſam. Tria enim erant apud antiquos pronunciandi genera: aut enim dies diffundebatur,id eſt res in poſterum diem reiiciebatur: aut comperendinabatur,id eſt in tertium diem differebatur:aut iudex non liquere pronũciabat,quod & amplius pronunciare dicebatur, unde ampliatio in publicis iudiciis dicta:de qua ipſa & de comperendinatione nos alibi diximus. Gel-

Diffundere diem.

Tria pronũciãdi genera.

Comperendinare.

Amplius pronunciare.

Ampliatio.

E lius igitur cum diem diffundi iuſſiſſet,ut eo die Phauorinum cõſulere poſſet,poſtridie ad iudiciũ reuerſus iurauit ſibi non liquere. Erat enim res eiuſmodi,ut neque abſoluere petitione actoris reum, neque damnare commodè poſſet.Vt abſoluerem tamen,inquit,in animum inducere non quiui: & propterea iuraui mihi non liquere·atque ita iudicatu illo ſolutus ſum. Defunctus eſt igitur Gellius iudicandi neceſſitate inter priuatos iudices à Prætoribus lectus,iurando ſibi non liquere de iure litigantium. Ex quibus uer-

Source : BIU Cujas

bis intelligere poſſumus quid illa ſignificent Vlpiani uerba in. l. Si de meis. F
infrà, De receptis arbitris. Proinde ſi fortè urgeatur à Prætore ad ſentẽtiam:
æquiſſimum erit, ſi iuret ſibi nondum de cauſa liquere, ſpatiũ ei ad pronun-
Cap. 21. ciandum dari. Auguſtinus lib. 17. de Ciuitate, uſus hoc uerbo mihi uidetur:
Iudæorum, inquit, populus propter Solomonis offenſam tempore filij eius
Roboam, qui patri ſucceſſit in regnum, deo uindicante diffuſus eſt: id eſt in
Iudam & Iſrael diductus. In recentioribus tamen exemplaribus non diffu-
Dirimere tempus. ſus, ſed diuiſus legitur. Dirimere tempus, & diffundere uel diffindere diem,
Διακόπτειν. cognata ſunt uerba. Cicero de Diuinatione libro primo, Quid enim habet
Διαλαμβάνειν. Aruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis, dirimat tempus, & proferat G
Διῃρῆσθαι. diem? Eſt enim dirimere ἀφαιρεῖν, ἀφαλαμβάνειν, διῃρῆσθαι, ἀφαιρεῖν. Sic dirimi au-
Διαλύειν. ſpicia dicuntur, cum rata eſſe nequeunt. Plinius libro 8. Nam ſoricum occẽ-
Cap. 57. Dirimi auſpicia. tu dirimi auſpicia, annales refertos habemus.

Ex lege prima, De edendo.

Eum quoque edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ſuum ad aliũ.)
Legendũ, album, ut Politianus in Miſcel. adnotauit, intelligẽdúmque de al-
Album prætoris. bo Prætoris, in quo edicta Prætorum proponebantur: cuius crebra in iure
Albũ iudiciũ. mentio. Erat etiam album Iudicum, de quo illud Plinianum in præfatione
intelligendum, Quid te iudicem facis? cum hanc operam condicerem, non H
Matrix. eras in hoc albo. Album uulgò matricula dicitur, ut album decurionum, &
Pyctatium. ſimilia. A quibuſdam matrix, à quibuſdam recentiorum pyctatium, à Græ-
Leucoma. cis leucoma quaſi album, & λιξιαρχικὸν γραμματεῖον. Vnde apud Pollucẽ παρὰ
λιξιάρχων legimus, ἐγγεγραμμένοι εἰς τὸ λευκώματα.

Ex. l. Veluti, eodem in titulo, De edendo.

Hæc uox ITERVM, duas res ſignificat. Altera eſt qua demonſtratur
tempus ſecundum, quod Græci dicunt.) Legendum ex ueſtigiis antiquo-
Δεύτερον. rum exemplarium, quod Græci δεύτερον dicunt, id eſt ſecundo, hoc eſt ſecũ-
da editione. Et paulò pòſt: Altera, quæ ad ſequentia quoque tempora perti- I
πάλιν. net, quæ Græcè.) Legẽdum, quæ Græcè dicitur πάλιν, hoc eſt rurſus. Hoc ſen-
ſu edicti, iterum edi iubebo, hoc eſt altera editione: & iterum, hoc eſt rurſus,
quod ſignificat iterum iterúmque.

In. l. Cum ij quibus. §. Sed & perſonarum, De tranſactionibus.

Vtrum frugi uitæ ſint, & qui aliàs ſufficere ſibi poſſint: an obſequioris,
qui de alimentis pẽdeant.) Legi poteſt ſequioris, pro deterioris: qua dictio-
Sequior. ne aliqui recentiorum uſi ſunt: fit enim à ſecus ſequior. Hermolaus Barba.
Nequam & nequitia. in Themiſt. uſus eſt. Vel legẽdum nequioris. Nequitia enim frugalitati op-
ponitur apud Ciceronem, & nequam frugi. K

Ex. l. prima, De iis qui notantur infamia.

In uiolatores mandati & ſocietatis. Qui pro ſocio, tutelæ, mandati.) Huc pertinere uidetur Ciceronis illud
Mandati iudicium. dictum pro Roſcio Amerino, In priuatis rebus ſi qui rem mandatam non
modò malitioſius geſſiſſet ſui quęſtus aut commodi cauſa, uerumetiam ne-
gligentius: eum maiores ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Itaque
mandati conſtitutum eſt iudiciũ, non minus turpe quàm furti. Credo pro-
pterea,

Source : BIU Cujas

A pterea,quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus,in iis operæ nostrę uicaria fides amicorum supponitur:quam qui lędit,oppugnat omnium cōmune præsidium:&,quantum in ipso est,disturbat uitæ societatem. Non enim possumus omnia per nos agere: alius in alia est re magis utilis.Idcirco amicitiæ comparātur,ut commune commodum mutuis officiis gubernetur.Paulò pòst,Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quòd duas res sanctissimas uiolat,amicitiam,& fidem: nam neque mandat quisquam ferè,nisi amico: neque credit,nisi ei quem fidelem putat.Et paulò pòst, In rebus minoribus socium fallere turpissimum est,æquéque turpe atque illud de quo antè dixi:
B neque iniuria,propterea quòd auxilium sibi se putat adiunxisse,qui cum altero rem communicauit. Ad cuius igitur fidem confugiet, cum per eius fidem læditur,cui se commiserit? Atqui ea sunt animaduertenda peccata maxime,quæ difficillime præcauentur. Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora uideāt necesse est:socium uerò cauere quî possumus? quem etiam si metuimus, ius officij lædimus.Rectè igitur maiores eum qui sociū fefellisset,in uirorum bonorum numero nō putarunt haberi oportere.Idem pro Roscio Comœdo,Si qua enim sunt priuata iudicia summę existimationis,& penè dicā capitis,tria hæc sunt,fiduciæ,tutelæ,societatis. Aequè enim
C perfidiosum & nefarium est,fidem frangere, quæ continet uitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & socium fallere, qui se in negocio coniunxit.De fiducia nos alibi diximus.

Ex lege secunda.

Sed & si eum exauctorauerit,id est insignia militaria detraxerit, infamē efficit. Auctorare obligare est:& auctorati milites, sacramento astricti, & quasi obærati,hoc est ære stipēdiario obstricti, ac iam nō sui arbitrij. Cuius exempla multa apud Liuium & alios.Vnde auctoramentum.Cicero in pri. Offic. Illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum omnium,quorū
D operæ,non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramētum seruitutis. Tranq.in Tyb.Munus gladiatorium dedit, primum in foro, secundum in amphitheatro, rudiariis quibusdam reuocatis auctoramento * centum millium. Inde exauctorare, auctoratum & astrictum dimittere, & abire sinere,& suo arbitrio reddere. Id quod citra ignominiā fieri potest, & fit hodie,quod quictare sacramentum dicimus lingua uernacula. Liuius lib.8.Sine commeatu uagi milites in pacato, in hostico errent: immemores sacramenti, licentia sola se ubi uelint,exauctorent: infrequentia deserantur signa,neque conueniatur ad edictum. Idem libro.6.de bello Macedonico,
E Postero die concione aduocata de rebus ab se gestis cum disseruisset, milites exauctoratos dimisit.Hi Græcè ἀφειμένοι ab Aristotele in tertio Politicôn dicuntur:ab aliis ἀφειμένοι τοῦ στρατεύεσθαι:& aliter ἀπεζωσμένοι,id est discincti.Herod. τότε Σεβήρου ὑπόδειγμα, ὃς τοὺς Περτίνακα ἀπεκτείναντας ἀπέζωσεν, εἰσήει αὐτούς. Id est, Exemplúmque Seueri subit eorum in mentem, qui eos exauctorauit qui Pertinacem interemerant. Ignominiosæ autem exauctorationis exemplum est apud Lampridium in Alexandro,Seueritatis autem,inquit,tantæ fuit in

Auctorare & auctorati.
Auctoramentum.
Cap.7.
** centenùm.*
Exauctorare.
ἀφειμένοι.
ἀπεζωσμένοι.

milites,ut legiones integras exauctorauerit,ex militibus Quirites appellans. F
Idem de exauctorata legione apud Antiochiam, cum nihilo minus fremerent,exclamauit, Quirites discedite,atque arma deponite.Mirãdo exemplo depositis armis,depositis etiam sagulis militaribus,omnes non ad castra,sed ad diuersoria uaria recesserunt.Simile illud Lucani in quinto,

V adite,méque meis ad bella relinquite fatis:
I nuenient hæc arma manus. Et paulò pòst,
V os defecta senes exhaustáque sanguine turba
C ernetis nostros,iam plebs Romana,triumphos. id est,iam pagani & Quirites ex militibus facti. Et rursus, G
I am certè mihi bella geram:discedite castris,
T radite nostra uiris ignaui signa Quirites.

Est etiam apud Herodianum in secundo circa finem, exauctoratorum prætorianorum exemplum.Trãquillus in Augusto, Legiones immodestè missionem postulantes, citra commoda emeritorum præmiorum exauctorauit. Quanta autem fuerit seueritas castrensis apud Romanos,ex his uerbis Ciceronis pro Cluentio intelligi potest:Statuerunt enim ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur: ut metus uidelicet ad omneis,pœna ad paucos perueniret. H Quibus uerbis Cicero morem antiquum significat,quo more in decimũ quẽque militem sortitò animaduertebatur capitaliter: unde decimatas legiones legimus. Cæterum quos quassatos nunc dicimus, antiqui ære dirutos uocabant.Festus,Aere dirutum,inquit, militem dicebant,cui stipendiũ ignominiæ causa non est datum, quòd æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.Hoc uerbo Cicero facetissimè in Verrem usus est act.sexta, Dij faciant,ut rei militaris,ut belli mentionem facere audeas. Cognoscẽtur enim omnia istius æra illa uetera: ut non solum in imperio, uerumetiam in stipendiis qualis fuerit,intelligatis.Renouabitur prima illa militia,cum iste I è foro abduci,non(ut ipse prædicat) perduci solebat.Aleatoris Placentini castra commemorabuntur,in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus est.id est,quãuis non esset emansor, sed frequens in castris aleatoriis, tamen ære dirutus est:id est stipendia perdidit, alea scilicet omnia absumẽte. Idem in Antoniana decimatertia, Fraudator creditorum Trebellius, & homo diruptus dirutúsque Quintus Cælius: id est tum hernioſus,tum dissipato patrimonio expeculiatus,atque omni ære exhaustus.Lusit enim Cicero per paronomasiam dirupti,id est hernioſi,& diruti.Siquidẽ ære diruti milites æra non merebant,& quasi sine ære erant.Tales autem sunt quibus nihil reliqui K esse dicimus,id est quibus ad manticam res rediisse uulgari prouerbio dicitur.antiqui ad incitas redactos dicebant, uel etiam ad incitos,si Isidoro credimus,id est ad ultimum inopiæ. Quod prouerbium à calculis lusoriis deductum est,qui loco cieri nequeunt.

Cap.24.

Seueritas castrensis.

Decimatæ legiones.

Sortitò in milites animaduertebatur.

Quassati. Aere diruti. Verr.7.

Diruptus. Hernioſus.

Ad manticã res rediit. Ad incitos redactus.

Ex.l.Athletas.

Neque themelici neque sexustici.) Thymelici & xysticilegendum ne-

Ex titulo,De iis qui notantur infamia. mo

Source : BIU Cujas

A mo non nouit. Quanquam ego xuſtici ab Vlpiano ſcriptum eſſe cenſeo,ut Sullanus dicitur,quo Cicero ad Atticum utitur:& ſullaturit,à Sylla deducta uocabula:& polupoſus in.l.Qui clauũ.infrà, de Aedilitio edicto: (ſic enim habẽt uetuſtiſſima exemplaria)& purrhicharius pro pyrrhicharius,in.l.Aut damnum,De pœnis.Verum ut locus iſte melius intelligatur, & quædã alia etiam iuris loca,complectenda ſemel compendio quodam genera ludicrorum duxi,quibus antiqui Græci ac Romani ſunt uſi. Theatricorũ igitur artificum partim gymnici,partim ſcenici fuerunt:nam gladiaturam & agitatoriam ſatis erit perſtringere. Scenici ſunt qui ſcenicos agonas exercent,qui

B & muſici agones & Dionyſiaci dicuntur,quaſi Libero patri dicati.Quare & homines ipſi ſcenici uno uerbo à Græcis Dionyſiaci artifices dicuntur,auctore Ariſtotele & Gellio libro uigeſimo. In his ſunt comœdi & tragœdi,id eſt fabularum actores, mimi,pantomimi,archimimi,ethologi,ethopœi:omnes uno nomine hypocritæ,id eſt alienæ perſonæ ſimulatores dicti: & eorum actio hypocriſis,id eſt alienæ perſonæ ſimulatio. Latinè hiſtriones,ludionéſque,aut etiam ludij dicuntur. Mimi imitatores ſunt. Pantomimi, omnium perſonarũ imitatores effictoréſque.Plinius in Panegy.Idem ergo populus ille aliquando ſcenici Imperatoris ſpectator & applauſor, nunc in

C pantomimis quoque aduerſatur, & damnat effœminatas artes, & indecora ſeculo ſtudia. Tranquillus in Calig. Neſtorem pantomimum etiam inter ſpectacula oſculabatur. Archimimi,principes ſunt hiſtrionum.Tranquil. in Veſpaſ.In funere Fauo archimimus perſonam eius ferẽs, * ſuſtinénſque (ut eſt mos)facta ac dicta * uiri,interrogatis palàm procuratoribus quãti funus & pompa conſtaret,ut audiuit ſeſtertiũm centies, exclamauit cẽtum ſibi ſeſtertia darent,ac ſe uel in Tyberim proiicerẽt. Verba ſunt hiſtrionis ſignificantis extremam Principis parſimoniam. Ethologi, morum ſunt effictores affectuúmque cuiuſcunque perſonæ.Cicero libro ſecundo de Oratore,Mimorum eſt enim ethologorum,ſi nimia eſt imitatio, ſicut obſcœnitas.Quibus uerbis Cicero nimiam in Oratore imitationẽ reprehendit,quaſi mimicam,non oratoriam.Hæc eſt enim huius generis, inquit, uirtus,ut ita facta demonſtres, ut mores eius de quo narres, ut ſermo, ut uultus omnes exprimantur,ut his qui audiunt,tum geri illa fieríque uideantur. Ethologos Sudas inter theatriſtas enumerat. Sunt & Ethopœi iidem,ut opinor, atque ethologi,id eſt hiſtriones qui mores imitantur eius perſonæ quam ſuſtinẽt, auctore Suda. Vnde Ethopœia Quintiliano lib.9.id eſt morum alienorũ imitatio,cuius exempla licet apud eundem uidere. Meminit & Priſcianus

E in Præexercitamentis.Ethos autem,inquit Quintilianus, uno uerbo Latinè dici non poteſt:hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam ſtatuariíque Ethici dicti ſunt,ut Polygnotus,& alij nonnulli,in quorum operibus mores & ſenſus expreſſi cernebantur. Huiuſmodi enim artifices non modò iconicas imagines effingunt,id eſt omnibus lineamentis ad exemplar expreſſas : ſed etiam ethicas,id eſt ſenſibus expreſſis propemodum ſpirantes. Sunt & inter ſcenicos thymelici, ſaltatores, chironomi.

Sullanus. *Sullaturire.* *Polupoſus.* *Ludicrorum genera.* *Gymnici.* *Scenici.* *Dionyſiaci artifices.* *Cap.3.* *Hypocritæ.* *Hypocriſis.* *Hiſtriones.* *Ludiones.* *Ludij.* *Mimi.* *Pantomimi.* *Archimimi.* *Cap.19.* *imitánſque.* *uiui* *Ethologi.* *Ethopœi.* *Ethopœia.* *Cap.2.* *Ethos.* *Lib.6. cap.3.* *Ethici ſtatuarij.* *Iconici pictores.* *Iconicæ imagines.*

Source : BIU Cujas

Thymelici. Citharœdi. Citharistæ. Thymelici sunt citharœdi, citharistæ, psaltæ, lyristæ, tibicines. Citharœdi, F
qui & fidicines dicuntur, citharæ accinũt. Citharistæ citharam tantum pulsant, non etiam accinunt. Thymelici in orchestra actiones suas peragebant:
Comici autem & Tragici actores (qui propriè scenici dicuntur) in scena, ut
Lib. 5. cap. 8. auctor est Vitruuius. Propterea, inquit, apud Græcos thymelici à scenicis se-
Proscenium in scena. parantur. Erat enim in scena proscenium, id est locus ante scenam porrectus,
Orchestra. ubi pulpitum excitatum erat, quò actores fabularum prodirent, ita ut scena
Pulpitum. altior esset pulpito, pulpitum autem altius orchestra: quæ ipsa locus erat saltantium, ob id orchestra dicta, quasi saltatorium. Eodem errore themelici
apud Augustinum lib. 6. cap. 7. de Ciuitate circa finem legitur, glossulariis G
ipsis ita lectitantibus. Conformationem uerò theatri ac omnium partium
eius descriptionem scire cupientibus, Vitruuius adeundus est libro quinto
de Architectura: tametsi non cuiusuis est hominis adire Corinthum, ut est
Chironomi. Chironomia. Maurica. in prouerbio, ὐκ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς. Chironomi sunt gesticulato-
res, & Chironomia saltatio gesticulatrix: qualis est quam Mauricam uoca-
Satyr. 6. mus. Iuuenalis,

Chironomon Ledam molli saltante Batillo,
Tuccia uesicæ non imperat.

Leda. Leda autem Chironomica erat saltatio. Alioqui chironomia lex gestus à H
Cap. De prima pronunciatione, & gestus institutione. Quintiliano dicitur in primo, ab heroicis ipsa temporibus orta, & à summis
Græciæ uiris, atque ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoque in nu-
mero ciuilium posita uirtutum, à Chrysippo in præceptis de liberorũ edu-
catione compositis non omissa. Quam artem oratori necessariam esse ipse
Palæstra. Palæstrici. idem latè in undecimo docet. Hæc etiam Palæstra uocatur: & qui eam do-
cent, Palæstrici dicti sunt. Ab his enim præceptoribus motus gestúsque for-
mantur, ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæue manus, ne status indeco-
rus, nequa in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculíque ab alia corpo-
ris parte dissideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter edu- I
catis necessaria cognitu existimauerunt. Nostrate uulgus uno uerbo conti-
Continentia. nentiæ hæc omnia significat. De hac intellexit Cicero primo de oratore his
uerbis, Sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non
sit omnibus iis artibus quæ sunt libero homine dignæ, perpolitus: quibus
ipsis si in dicendo non utimur, tamẽ apparet atque extat utrum simus earum
rudes, an didicerimus: ut qui pila ludunt, non utuntur in ipsa lusione arti-
ficio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus didicerint ne palęstram, an ne-
sciant. Et in Oratore perfecto, Vt enim, inquit, athletas, nec multo secus gla-
diatores uidemus nihil nec uitando facere cautè, nec petendo uehementer, K
in quo non motus hic habeat palæstram quandam: ut quicquid in his re-
bus fiat uiriliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit uenustum: sic ora-
**rectè* tio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta: nec satis *rectè declinat
impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat intelligit. Propterea idem in
Bruto de Phalereo loquens, Sed non tam armis, inquit, institutus, quàm pa-
læstra. itaque delectabat magis Athenienses quàm inflammabat. Quãquam

Source : BIU Cujas

A hoc in loco palæſtram pro luctatorũ certamine accipi puto: hoc ſenſu, circo magis ac ludicris certaminibus Phalereũ, quàm iuſto ac uero prælio ac certamini uulnifico aptum fuiſſe: hoc eſt concionibus magis & epidictico dicendi genere ualuiſſe, quàm forenſi & concitatiore, ut ex ſequentibus apparebit. Palæſtra igitur decentiam illam ſignificat, qua ſtatus, motus, flexúſque corporis, ac omnes omnino habitus uenuſtatem quandam leporémque prę ſe ferunt: quã qui non didicerunt, ij apalæſtri ab antiquis dicti ſunt: ut apud eundem Ciceronem in Oratore perfecto, Itaque qualis eorum motus, quos apalæſtros Græci uocant, talis horũ mihi uidetur oratio, qui non claudunt B numeris ſententias. Itaque Quintilianus in nono, ſignificare uolens orationem foréſem nec planè numeroſam eſſe debere, qualis Panegyricus ille eſt nobilis Iſocratis, nec rurſus numeris uacare, ita inquit, Sicut enim quos palæſtritas eſſe nolumus, tamen eſſe nolumus eos qui dicuntur apalæſtri, & reliqua. Hodie autem huiuſmodi inſtitutores nulli ſunt, id eſt palæſtrici, quẽadmodum nec Phonaſcos habemus, id eſt formandæ uocis magiſtros, quales apud antiquos fuerunt, quorum ars Phonaſcia à Theophraſto dicitur. Qui tamen utrique hodie non inutiles (ut opinor) eſſent iis qui cauſas in foro agunt, aut quibus in magna hominum celebritate aliquando dicẽdum C eſt. Saltationis antiquæ ſpecies tres fuerũt, Pyrrhicha, quæ & enoplia à quibuſdam dicitur, id eſt armata: à quo pyrrhicharij uel purrhicharij dicti, in lege, Aut damnum, De pœnis: ubi corruptè puricharij legitur: ſunt enim pyrrhicharij, qui à Græcis pyrrhichiſtæ dicuntur, hoc eſt ſaltatores armati. Cordax, ſaltatio eſt obſcœna & comica. Tertium genus ſaltationis Sicinnis appellatur, quæ ſatyrica eſſe dicitur. Plinius libro ſeptimo, Saltationem armatã Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus. Eſt & alia quæ emmelia dicitur, id eſt pacata ſaltatio. Plato libro tertio de Legibus, δύο δὴ τῶν ὀρχήσεων τὴν καλὴν εἶδη, τὸ μὲν πολεμικὸν, τυφόϊκιον, τὸ δὲ εἰρηνικὸν, ἐμμέλειαν ἐπωνόμαζον. Duo, inquit, ſaltationis honeſtæ genera. unum quidem bellicum, quod pyrrhichẽ: alterum pacatum, quod emmeliam appellauerunt. De generibus ſaltationum multa Lucianus in capite περὶ ὀρχήσεως, id eſt de ſaltatione. Idem Plato lib. ſeptimo de legibus. In gymnicis artificibus ſunt athletæ, qui & pyctæ, id eſt pugiles dicuntur: quod nomen & ad gallinaceos pugnaces tranſlatum eſt, cuius exempla ſunt apud Columellam libro octauo: quod genus & apud Græcos frequentabatur, ut idẽ Columella & Lucianus dialogo de gymnaſiis docẽt. Pollux athletarum nomine gymnicos omneis intelligi uoluit. Hi autem ſunt παλαισταὶ, id eſt luctatores: δρομεῖς, id eſt curſores: πυκτὰι, id eſt pugiles: δισκοβόλοι, qui diſcum in ſublime iaculantur: ἅλτικοὶ, qui ſaltus pernicitate contendunt. Plautus de antiqua puerorum inſtitutione loquens:

Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram ueneras,
Gymnaſij præfecto haud mediocreis pœnas penderes.
Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila,
Saliendo ſe exercebant magis quàm ſcorto, aut ſauiis.

Quod de inſtitutione Græcorum intelligendum. Romani enim id genus

Palæſtra. *Apalæſtri.* *Cap. 4.* *Phonaſci.* *Phonaſcia.* *Saltationis antiquæ ſpecies.* *Pyrrhica & enoplia.* *Pyrrhicharij.* *Cordax.* *Sicinnis.* *Pyrrhichiſtæ* *Satyrica.* *Cap. 56.* *Emmelia.* *Pyctæ.* *Cap. 2.* *Athletæ.* *Gymnici.* *Palæſtæ.* *Diſcoboli.* *Haltici.* *Bacchid. Act. 3. Scen. 3.*

Source : BIU Cujas

exercitamentis non utebantur. Gymnici autem agones dicũtur, quia nu- F
Cap.56. di athletæ iis ludis exercebãtur. Plinius in ſeptimo. Ludos gymnicos Lycaõ
Gymnaſia. in Arcadia primus inuenit. Inde gymnaſia dicta, exercitationis loca: quæ tria
λύκειον. Athenis fuerunt, Lyceon, Academia, Cynoſarges: quæ tamen ipſa ab exerci-
Academia. tatione corporum ad animorum poſtea traducta ſunt: unde Academia pro
Cynoſarges. philoſophorum ſchola ponitur. Cicero in Acad. Nam cum Speuſippum ſo-
Academ.1. roris filium Plato philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet: duos autem præ-
ſtantiſſimos ſtudio atque doctrina Xenocratem Chalcedonium, & Ariſto-
Peripatetici. telem Stagiritem: qui erãt cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſpu
*Lycio. tabant inambulantes in *Lyceo: illi autem qui Platonis inſtituto in Acade- G
mia, quod eſt alterum gymnaſium, cœtus erãt & ſermones habere ſoliti, ex
Cynoſarges. loci uocabulo nomen habuerunt. Apud Cynoſarges pueri nothi exercebã-
tur, qui nec à patre nec à matre ciuitatis ius habebant, auctore Suda. Luc-
Ceroma. turi uerò antiqui, ceromate, id eſt oleo cerato perfundebantur. unde qui eos
Ceromatiſtæ. ungebant, Ceromatiſtæ dicti. Aphe puluis dicitur, quo poſt unctionem in-
Aphe. ſpergebantur, ut corpora ceromate & ſudore lubrica, mutuas luctantiũ pre-
henſiones admitterent. Vnde prouerbium illud natum, Citra pulueris ta-
ἀκονιτὶ. ctum: quod Græci ἀκονιτὶ dicunt, id eſt ἄνευ ἀγῶνος, ſine certamine: quod de iis
dicitur qui facile aliquid aſſecuti ſunt, & citra ſudorẽ: quod & citra pulueré H
Not Cap.11. dici poteſt. Plinius lib.35. Citra pulueris tactum, quod Græci uocant ἀκονιτὶ.
Citra pulue- Quidam tamen citra pulueris iactum legunt, quod Græci dicunt ἀμαχεὶ, id
ris tactum. ἀμαχὶ. eſt citra pugnam. Puluis enim à pugnantibus excitari ſolet. Sed melius tactũ
ἀφὴ. legitur. Aphe enim tactus Græcè dicitur, quo nomine puluis ille inſperſus
ſignificatur: quod Ouidius lib. nono Metamorphoſeôn expreſſit his uerbis
de lucta Herculis & Acheloi loquens,

Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis,
Inque uicem fuluæ tactu flaueſcit arenæ.

De ratione autem ac modo huiuſmodi inſtitutorum, Lucianus multa dixit I
Palæſtra. in tractatu de gymnaſiis. Hoc autẽ genus luctæ palæſtra dicitur, unde pa-
Palæſtritæ. Palæſtrici. læſtritæ dicti, qui eius ſunt periti, & palæſtrici. Quintilianus de palæſtra illa
Lib.1.cap. De prima pronũciatione &c. loquens, de qua paulò antè diximus, cuius pars eſſe chironomia dicitur, Ne
illos quidem, inquit, reprehendẽdos puto, qui paulum etiam palæſtricis ua-
cauerint. Non de his loquor, quibus pars uitę in oleo, pars in uino conſumi-
tur: qui corporis cura mentem obruerunt: hos enim abeſſe ab eo quem in-
ſtituimus, quàm longiſſime uelim. ſed nomen eſt idem iis à quibus geſtus
Cap.2. motúſque formãtur. Idem lib.12. Et ut palæſtrici doctores, illos quos nume-
*ut his omnibus ij qui dicerunt. ros uocant, non idcirco diſcentibus tradũt, * ut iis omnibus quæ didicerint, K
in ipſo luctandi certamine utãtur (plus enim pondere, & firmitate, & ſpiritu
Not agitur) ſed ut ſubſit copia illa, ex qua unum aut alterum cuius ſe occaſio de-
derit, efficiant. His uerbis Quintiliani ſatis apparet quid palæſtra athletica à
palæſtra illa differat quæ motus & flexus decentiã docet. Paleſtræ tamen ap-
Cap.9. pellatio artem omnem athleticam complectitur: ut apud eundem lib.2. Vt
ſi quis, inquit, palæſtræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnaſium

Source : BIU Cujas

A uenerit,expertus eorũ omni modo corpus animúmque, diſcernat cui quiſque certamini præparandus ſit. Et rurſus, Nanque erit alius hiſtoriæ magis idoneus, alius compoſitus ad carmen, alius utilis ſtudio iuris, & nonnulli rus fortaſſe mittendi. Sic diſcernet hæc dicendi magiſter, quo modo palæſtricus ille curſorem faciet, aut pugilem, aut luctatorem, aliúdue quid ex iis quæ ſunt ſacrorum certaminum. Eodem pertinet illud Ciceronis ſupradictum de Demetrio Phalereo. At uerò pugillatus, quem Græci πυγμὴν appellant, cæſtibus exercebatur, quales à Virgilio libro quinto Aeneidos deſcribuntur, In medium geminos immani corpore cęſtus: & reliqua. Qui au- *Pugillatus.*

B tem halmate, id eſt ſaltu certabant, ij halteribus utebantur (ſic enim uocabant plumbeas pilas maſſiláſue, quibus utraque manu ſe librabant, ut certius aſſilirent.) Iuuenalis, *Halteres.*

Satyr.6.

C um laſſata graui ceciderunt brachia maſſa.

Diſcoboli diſcum iaculabantur, id eſt lapidem rotundum ac pertuſum, ut inquit Ammonius. Quintilianus in ſecundo, Quid tam diſtortum & elaboratũ, quàm eſt ille diſcobolos Myronis? Curſores pars Stadiodromi uocitati, ſtadium percurrebant: pars Diaulodromi dicti, cum ad metam peruenerant, flectentes, eò rurſus recurrebãt, unde curſum inierant. Diaulus enim dicitur huiuſmodi circumactus curriculi, id eſt curriculũ duplum. Vitruuius libro quinto, In palæſtris periſtylia quadrata ſiue oblonga ita ſunt facienda, uti duorum ſtadiorum habeant ambulationis circuitionem, quam Græci uocant diaulon. Erant & Dolichodromi, qui ſexies, ut quidam putant, ſtadium curriculo obibant. Dolichus certè longiſſimus curſus dicebatur. Inter Athletas etiam erant qui Acrochiriſtæ dicebantur, ſummis inter ſe manibus depugnãtes, nullo complexu hærẽtes, ut palæſtritæ. Erant & Pancratiaſtæ, qui manibus pedibúſque quaſi omni ope, omnibúſque (ut dicitur) ungulis connixi certabant, à Pancratio, id eſt huiuſmodi certamine dicti, de quo latius dicendum cum locus occurrerit. Auctor eſt Feſtus pentathlos Græcè dictos eſſe, & Latinè quinquertiones, qui generibus quinq; certarent, id eſt lucta, pugillatu, curſu, ſaltu, & pancratio. Et pentathlon Latinè quinquertium dictum, quòd certamina quinque complectitur. Plinius lib. 34. de Myrone, Fecit & canem & diſcobolon & Mineruam, Delphicos pẽtathlos, pancratiaſtas. Xyſtici à xyſto, id eſt porticu dicti ſunt, in qua per hyemem ſub tecto exercebantur. Tranquillus in Aug. Nec tamen eo minus xyſticorum certationes, aut gladiatorum pugnas ſeueriſſimè ſemper exegit. Vitruuius lib. 6. de græcanicis ædificiis loquens, Xyſtos, inquit, Græca appellatione, porticus ampla latitudine dicitur, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Noſtri autẽ hypætras ambulationes * xyſta appellant, quas Græci * παραδρομίδας dicunt. Idem libro quinto, de palæſtrarum ædificatione loquens, Hæc autẽ porticus ξύστος apud Græcos uocitatur, quòd athletæ per hyberna tempora in tectis ſtadiis exercentur. Idem, Proxime autem xyſtum & duplicem porticum deſignentur hypætræ ambulationes, quas Græci paradromidas, noſtri Xyſta appellant, in quas per hyemem ex xyſto ſereno cœ-

Diſcoboli. *Cap. Quis modus in arte.* *Stadiodromi.* *Diaulodromi.* *Diaulus.* *Cap.11.* *Dolichodromi.* *Dolichus.* *Acrochiriſtæ.* *Pancratiaſtæ.* *Pancration.* *Pentathli.* *Quiquertiones.* *Pentathlon.* *Quinquertiũ.* *Cap.8.* *Xyſtici.* *Cap.45.* *Cap.10.* *Xyſtos.* *Hypætræ ambulationes.* *xyſtos.* *Παραδρομίδας.* *Cap.11.* *Παραδρομίδα.*

Source : BIU Cujas

Xyſtum. lo athletæ prodeuntes exercentur. Xyſtus igitur & Xyſtum ſignificatione F
differunt,cum tamen ambo Græcè ſint idem,ſed aliter Latinè uſurpata ſunt.
Palæſtræ autem,id eſt ædificia exercendis & corporis & animi uiribus accõ-
modata,Græcorũ conſuetudinis erant,Romanorum non erant : apud quos
Ephebion. Ephebia non erant, id eſt loca puberibus exercendis conſtructa , ut in illo
Exhedra. Plautino exemplo uidimus: nec etiã Exhedræ , in quibus philoſophi apud
Lib.5.cap.11. Græcos in palæſtra ſedentes diſputabant,ut docet Vitruuius.Quidam Scia-
Sciamachia. machos adiiciunt.Eſt autẽ ſciamachia umbratilis pugna,ut Gellius trãſtu-
Lib.13.ca.21. *Satyr 7.* lit,ad quam Iuuenalis alludens dixit, Ad pugnam qui rhetorica deſcẽdit ab
Vmbratilis pugna. umbra. Vmbratilis autem pugna propterea dicebatur, uel quia quaſi cum G
umbra ſua,id eſt nullo aduerſario depugnabãt, ut Plato utitur in Apologia
Socratis:uel quia huiuſmodi pugnæ ſimulacra ſub tecto fieri ſolita erant,nõ
ut uera pugna in ſole & puluere. Hinc illud à Cicerone libro tertio de Le-
gibus μεσαφοεικῶς dictũ eſt,Pòſt à Theophraſto Phalereus ille Demetrius mi-
In ſolem & puluerem. rabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum ocióque, nõ modo in ſolem
atque puluerem,ſed in ipſum diſcrimẽ aciémque perduxit.Nam & media-
criter doctos magnos in rep.uiros,& doctiſſimos homines nõ nimis in rep.
uerſatos,multos commemorare poſſumus. Qui uerò utraque re excelleret,
ut & doctrinæ ſtudiis , & regenda ciuitate princeps eſſet, quis facilè præter H
Demetrius Phalereus. hunc inueniri poteſt?Demetrius,inquit Cicero,non modò contentiones il-
las diſputatrices & philoſophicas , in ſcholis & ſub tecto quaſi umbratilia
prælia exercuit,ſed etiam in uerum iuſtúmque prælium deſcendit armis il-
lis philoſophici ſtudij inſtructus, id eſt ad concertationes contentionéſque
adminiſtrandæ reip cuiuſmodi multæ in democratia maximè exiſtere ſo-
lent,qualis erat Athenienſis reſp.ubi Phalereus uitam egit. Plinius in nono
Epiſtola 2.ad Sabinum. epiſtolarũ,Niſi fortè uolumus ſcholaſticas tibi, atque (ut ita dicam) umbra-
ticas literas mittere.Sed nihil minus aptum arbitramur, cum arma, cum ca-
ſtra,cum denique cornua,tubas, ſudorem,puluerem, ſoles cogitamus.Id eſt I
cum ea meditamur,quæ in Senatu & in luce forẽſi dicẽda nobis ſunt. Vm-
Vmbratilis pugna. bratilis pugna eſt hodie eorum laniſtarum,qui digladiandi artem profiten-
tur.Qui cum omnes numeros impetendi cedendíque, uulnera inferẽdi ui-
tandíque,egregiè tenere uideãtur,aut etiam ubi punctim cæſimque ferien-
dum:ſiquando in ſolem puluerémque prodeundum ſit, id eſt ex illa prolu-
ſione ad uerum uulnificúmque diſcrimen ueniendum,animo plerique con
Athletarum uictus. cidere uidentur,nec artis ſuæ præceptorum meminiſſe. Enimuero athletæ
certo quodam uictu utebantur, & neceſſario ad comparandas uires,firmita-
Cap.10. témque corporis.Quintilianus libro duodecimo de iis loquens,qui igno- K
rantiæ ſuæ atque inertiæ patrocinantes, nullam eſſe eloquentiam niſi natu-
ralem dictitant,ita inquit,Contenti illi quidem promere animi uolũtatem,
nihílque accerſiti & elaborati requirentes:quicquid huc ſit adiectum,id eſſe
affectationis,& ambitioſæ in loquendo iactantię,remotũ à ueritate,fictúm-
que ipſorum gratia uerborum,quibus ſolum à natura ſit officium attribu-
tum,ſeruire ſenſibus:ſicut athletarum corpora etiam ſi ualidiora fiant exer-

Source : BIU Cujas

A citatione, & lege quadam ciborum, non tamen esse naturalia, atque ab illa specie quæ sit concessa hominibus, abhorrere. Huiusmodi uictum athleticũ Aristoteles ἀναγκοφαγίαν appellat in Politicis, quasi cibi sumẽdi necessitatem. Panis quo utebantur, coliphium dicebatur, ἀπὸ τῆ κώλα καὶ τῆ ἴφι, id est robore membrorum. Iuuenalis, Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ: Vos lanam trahitis. Celsus libro quarto, Si malum, inquit, inueterauit, athletico uictu corpus firmandum est. Athletico pro ualido & ad uires firmandas accommodato dixit. Quintilianus de scribendi exercitatione loquens, Quapropter historiæ nonnunquã ubertas in aliqua exercendi styli parte ponenB da est, & dialogorum libertate gestiendum. Ne carmine quidem ludere, contrarium fuerit: sicut athletæ remissa quibusdam temporibus ciborum atque exercitationum certa necessitate, ocio & iucundioribus epulis reficiuntur. Vnde athletica habitudo pro corpulenta & firma dicitur, quam Aristoteles ἀθλητικὴν ἕξιν appellat. Inde apud Plautũ pugilicè & athleticè ualere, pro optimè & firmissimè. De huiusmodi anancophagia loquens Apostolus prioris ad Corinthios nono, ita inquit, πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται· ἐκεῖνοι μὲν ἵνα φθαρτὸν στέφανον λάβωσιν, ἡμεῖς δὲ ἄφθαρτον. Qui locus trãsferri sic potuit, Omnis agone contendens, in omnibus abstinens esse didicit: illi quidem ut corruC ptibilem coronam accipiant, uos autem ut immarcescibilẽ. Quo loco Apostolus eleganti metaphora usus est, quam semel susceptam ad extremũ pertulit. ἐγὼ τοίνυν οὕτω τρέχω, ὡς οὐκ ἀδήλως· οὕτω πυκτεύω, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων, Ego uerò sic curro, quasi non temerè: sic pugillor, quasi non inaniter aerem cædens: ἀλλ' ὑποπιάζω τὸ σῶμά μου, καὶ δουλαγωγῶ, Sed diligenter obseruo corpus meum, & seruiliter exerceo: id est, sed instο corpori meo, & obnoxium mihi reddo acerbè omnia officia exigendo. Sic enim hic locus à Suda enarratur. His autem uerbis Apostolus uitam nostram instituendam esse docet ad exemplar athleticæ. Cum enim paria nobis athleticis certamina obeũda sint, cautione cerD tè pari & obseruatione uictus simili nobis quoque utendum est, scilicet ne corpus nostrum continentiæ & seuerioris uitæ lacertos in delicias mutet, atque in imbelliam uanescat licentioris uitæ. Interpres uerò locũ illum parum scitè transtulit, quare enarrator Lyranus nõ satis intellexit. Agitatores dicti sunt aurigæ in curuli certamine, & ludis Circensibus, quorum factiones erant ruffati, albati, prasini, ueneti, à colore panni dicti, quibus Domitianus duas addidit. Iuuenalis Satyra undecima,

Totam hodie Romam circus capit, & fragor aurem
Percutit, euentum uiridis quo colligo panni.

E Plinius libro nono epistol. de Circensibus loquens, Quo magis miror tot millia uirorum tam pueriliter idẽtidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines uidere. Si tamen aut uelocitate equorum, aut hominum arte traherẽtur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant, & si in ipso cursu medióque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, studium fauórque transibit, & repẽte agitatores illos, equos illos quos procul noscitant, quorum clamitant nomina, relinquet. Tanta auctoritas, tanta

Anancophágia. Coliphium. Satyr. 2. Cap. 6. Lib. 10. ca. 3. Athletica hábitudo. Pugilicè aut athleticè ualere. Locus Apóstoli enarrátus. Agitatores. Epistola 6. ad Caluisium.

Source : BIU Cujas

gratia in una uiliſſima tunica. Hæc ille de factionibus agitatorum loquens F
in ludis Circenſibus, quibus quiſque fauebat obtrectabát ue pro ſuo arbitra-
Cap 55. * Eutycho. tu. Trãquillus in Calig. Agitatori * Cythico comeſſatione quadam in Apo-
Deſultores. phoretis uicies ſeſtertiũm contulit. Erãt & Deſultores, qui duos equos abſq;
ephippiis agitantes, ex altero in alterum ſubinde mira pernicitate deſiliebãt.
Decad. 3. li. 3. Liuius, Quibus deſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acer-
rimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſſultare mos
ἀμφίστομοι. erat. Hos Aelianus de aciebus inſtruendis ἀμφίστομους appellat de antiſtomo
phalange loquens: Valet autem hoc, inquit, inſtruendæ aciei genus potiſſi-
mùm contra barbaros, qui loca Hiſtro amni uicina incolũt, quos Amphip- G
Amphippi. pos cognominant à mutatione equorum: ex aliis enim equis in alios tranſ-
Deſultoria leuitas. ſultare conſueuerunt. Ab iis deſultoria leuitas prouerbialiter dicitur. Ioan-
nes Picus, Homo, inquit, uariæ ac multiformis & deſultoriæ naturę animal.
Deſultoriam hominis naturam dixit quaſi uerſipellẽ, & ſubindè ſeſe in aliã
aliámque formam mutantem, ut Proteum factitaſſe fabulantur. A Martia-
no Capella hoc ſumptum, qui leuitatem deſultoriam dixit, Leuitate, inquit,
pernix deſultoria geſtiebat. Vſus eſt etiam Apuleius in principio Aſini ſui.
Celetes. Deſultores ab aliis dicuntur, quos Græci Celetes dicunt, id eſt equites non
bigis aut quadrigis in certamine utentes, ſed equo uno inſidentes, cuiuſmo- H
Cap. 39. Equi deſultorij. di certamẽ hodie quoq; nonnullis in locis celebratur. Trãquillus in Cæſare,
Quadrigas bigáſque, & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes.
Cap. 5. Deſcribit Plin. quæ quibus dicarentur ſtatuæ. Plinius libro triceſimoquarto, Græci κέλητας tantùm dicabãt in ſacris uicto-
res: poſtea uerò & qui bigis uel quadrigis uiciſſent. unde & noſtris currus in
his qui triumphaſſent. Eoſdem celetas interdum Plinius Celetizontas uocat
Celetizontes. participio Græco. Varro libro ſecundo de re ruſtica, Equi, quòd alij ſunt ad
Lib. 34. ca. 8. Cap. 7. rem militarem idonei, alij ad uecturam, alij ad admiſſurã, alij ad curſuram,
alij ad prædam: nõ itidem ſunt ſpectandi atque habendi. Itaque peritus bel-
li alios eligit, atque alit, ac docet: aliter quadrigarius ac deſultor. Hoc uerbo I
uſus eſt Papinianus in. l. Apud Labeonẽ, infrà De præſcriptis uerbis. Gladia-
Gladiatorum genera. torum genera, retiarij, ſecutores, mirmilones, hoplomachi, Thraces: quorũ
exempla apud auctores crebra ſunt. Horum autem magiſtri atque inſtitu-
Laniſtæ. tores Laniſtæ dicebãtur. Verùm ut ad ſenſum Vlpiani prædicta accommo-
dare poſſimus, adnotãdum id quod Pollux libro tertio de uocabulis rerum
Agones Stephanitæ & Phyllinæ. ad Commodum Cæſarem ſcripſit, agonum quoſdam Stephanitas & Phyl-
Thematici. linas, qui ſacri dicuntur, appellatos: quorum præmia in corona & frondibus
Argyritæ. erãt: quoſdam Thematicos dictos quaſi poſititios, qui etiam Argyritæ dice-
bantur ab argenteo pecuniarióque præmio. Demoſthenes πρὸς Λεπτίνην, εἶτα K
μεγίστας δίδοτε ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου δωρεὰς τοῖς τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας νικῶσι τοὺς στεφανίτας. Qua-
Certamina ſacra. tuor autẽ in Græcia certamina ſacra fuerũt, quos agonas appellãt, nemeæa,
Hieronicæ. pythia, iſthmia, olympia. Inde hieronicæ dicũtur, qui in illis ſacris certami-
Olympionicæ. nibus uicerant, quo modo Olympionicæ, qui in olympico. Tranquillus in
Cap. 24. Nerone, Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria aut ueſtigium extaret
uſquam, ſubuerti, & unco trahi, abiicíque in latrinas omniũ ſtatuas & ima-

Source : BIU Cujas

A gines imperauit. Qui uerò quatuor hæc obierãt & uicerant, periodouictores dicti ſunt, auctore Feſto. Ingentes autem honores habitos eſſe olim hieronicis teſtis eſt Vitruuius lib. nono his uerbis, Nobilibus athletis, qui olympia, pythia, iſthmia, nemeæa uiciſſent, Græcorum maiores ita magnos honores conſtituerunt, uti non modò in conuentu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam cum reuertantur in ſuas ciuitates cum uictoria, triumphantes quadrigis in mœnia & in patrias inuehantur, éque rep. perpetua uita conſtitutis uectigalibus fruantur. Qui locus à Vitruuio ex Panegyrico Iſocratis ſumptus eſt. Trãquillus in Nerone, Reuerſus è Græcia, Nea- *Cap. 25.*
B polim albis equis introiit, diſiecta parte muri, ut mos hieronicarum eſt. Plinius in libro ſeptimo de Pompeio loquens, Poſtea ad tot maria, & deinde *Cap. 26.* ſolis ortus miſſus, hos retulit patriæ titulos, more ſacris certaminibus uincentium. Neque enim ipſi coronantur, ſed patrias ſuas coronant. Idem libro *Cap. 4.* decimoſexto de coronis frondeis loquẽs, Nouiſſimè, inquit, & in ſacris certaminibus uſurpatæ, in quibus hodiéque non uictori * dant, ſed patriam ab ** datur* eo coronari pronũciatur. Cicero pro Flacco, Quid ſi etiam occiſus eſt à piratis homo nobilis Acinas pugil olympionices? Hoc eſt apud Græcos (quoniam de eorum grauitate dicimus) propè maius & glorioſius, quàm Romæ
C triumphaſſe. Hactenus ille. Oleaſtri frondibus olympionicæ coronabantur. Plinius libro decimoquinto, Athenæ quoque uictores olea coronant, Græ- *Cap. 4.* ci uerò oleaſtro Olympiæ. Lucianus περὶ γυμνασίων auctor eſt, hieronicarum præmium fuiſſe Olympiæ coronam ex oleaſtro: apud Iſthmum ex pinu: in Nemea ex apio: in Pythiis mala ex fano Apollinis: Athenis uerò in Panathenæis oleum. Plinius de apio lib. 19. Honos ei in Achaia coronare uicto- *Cap. 8.* res ſacri certaminis Nemeæ. Iuuenalis, Atque apium Graiæ meruiſſe coronæ. Ex ſupradictis apparet quomodo intelligenda ſit lex unica De athletis, libro decimo Codicis. Cæterùm muſicis agonibus, id eſt ſcenicis, præerant
D critæ, id eſt iudices, à quibus Critici poëmatum iudices dicti ſunt, quales *Critici.* Ariſtarchus & Ariſtophanes grammatici fuerũt, de quibus Fabius libro de- *Cap. 1.* cimo, Apollonius, inquit, in ordinem à grammaticis datum nõ uenit, quia Ariſtarchus atque Ariſtophanes poëtarum iudices, neminem ſui temporis in numerum redegerũt. Et in primo, Iudicio quidem ita ſeuerè ſunt uſi ue- *Cap. De grãmatica.* teres grammatici, ut non uerſus modò cenſoria quadam uirgula notare, & libros qui falſo uiderentur inſcripti, tanquam ſubditicios ſummouere familia permiſerint ſibi: ſed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Gymnicis agonibus præerant Brabeutæ, qui & Maſti- *Brabeutæ. Maſtigonomi.*
E gonomi & Rhabduchi dicuntur à Græcis, auctoribus Polluce & Suda: Latinè deſignatores ab Vlpiano dicuntur. Legendum igitur hîc, deſignatores *Rhabduchi.* quos Græci brabeutas appellant, ſic enim in antiquo exemplari legimus literis pſeudogræcis, ut ab imitante exaratis. Tranquillus in Nerone, Luctaba- *Cap. 53.* tur aſſiduè, nec aliter certamina gymnica Græcia tota ſpectauerat, quàm brabeutarum more in ſtadio humi aſſidens: ac ſiqua paria longius receſſiſſent, in medium manibus ſuis protrahens. Brabeutæ à uerbo brabeuo dicti ſunt,

Source : BIU Cujas

quod constituere & arbitrari significat. Isocrates in Panegyrico, ἐν μὲν γὰρ τῇ κληρώσει τὴν τύχην βραβεύειν, In sortitione enim fortunã omnia arbitrari & constituere. Inde brabium, quod & brauium dicitur, præmium Hieronicarum, hoc est corona: ut apud Apostolum ad Corinthios, Omnes quidem currũt, unus uerò brabium capit, πάντες μὲν τρέχουσιν, εἷς δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον. Athlothetæ etiam in gymnicis ludis dicti, ut agonothetæ in musicis, hoc est curatores constitutorésque certaminum, iidem scilicet qui brabeutæ. Arcadius in lege ultima De muneribus & honoribus, Mastigophori quoque, qui agonothetas in sacris certaminibus comitantur. Quo in loco anothetas corruptè in uulgatis exemplaribus legitur. Agonothetæ & athlothetæ Decemuiri erant sacris certaminibus præpositi, ut inquit Pollux. Eorum autem uiatores mastigophori dicuntur à flagris quæ gestabant, quasi flagriferi. Videamus cur designatores dicti sint Latinè, quos Græci βραβευτὰς appellant. Designare (inquit Donatus in Adel.) est rem nouam facere, in utranque partem: id est & bonam & malam. Etenim designata, rectè & prauè facta dicebãtur. Inde illud Terentianũ, Nam illa quæ antehac facta sunt, omitto: modò quid designauit! fores effregit, atque in ædes irruit alienas. Nam & designatores, inquit, dicti, qui ludis funebribus præsunt: credo ob eam causam, quòd in ipsis ludis multa fiant noua & spectanda, ut turba retineatur. Idem, Puto autem designationem, contractionem cõductionémque populi in unum intelligi. Hoc enim cõtingit ei, qui aliquo flagitio populi in se oculos oráque conuertit, & spectaculo est uulgo: quẽadmodũ designatores, qui ludis funebribus multitudinẽ retinent. Apuleius libro octauo de Asino, Infit uaticinatione clamosa conficto mẽdacio semetipsum incessere atq; criminari, quasi contra fas sanctæ religionis designasset aliquid: & insuper iustas pœnas noxij facinoris, ipse de suis manibus exposcere. Idem lib. decimo, Post dies plusculos ibidem designatum scelestum & nefariũ facinus memini. Horatius,

Quid non ebrietas designat? operta recludit:
Spes iubet esse ratas: ad prælia trudit inermem.

Designat, τί ἡ μέθη οὐ καινοτομεῖ; Designare etiam est ἀποδεικνύειν καὶ παρασκευάζειν καὶ ποιεῖν. Cicero in primo de natura Deorum, Anaxagoras primus omnium rerum descriptionem & modum, mentis infinitæ ui ac ratione designari & confici uoluit. Idem alibi, Non intelligens cœlum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit deũ: id est ὃν ἀπέδειξε καὶ ἐποίησε θεὸν, & designatio ἀπόδειξις καὶ παρασκευὴ καὶ ποίησις. Idem Cicero in eodem, Requiro ministros, machinas, omnem totius orbis designationem atque apparatum. Et de diuinatione quodam loco, Neque enim ignorant dij ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt: hoc est ἀποδεδειγμένα καὶ παρεσκευασμένα, uel potius eo in loco pro προωρισμένα ponitur, quæ uulgò prædestinata dicuntur. de signis enim rerum futurarum ibi loquitur. Designati autem consules uel prætores sunt ἀναδεδειγμένοι & ἀποδεδειγμένοι. Sũt qui designatores esse putẽt (& rectè nostra quidem sententia) eos qui constituendæ funebri pompæ, aut etiam cuicunque præsunt, unicuique incedendi locum ordinémque præscribẽtes: simili ferè mu-

Brauium. βραβεῖον. Athlothetæ. Agonothetæ. Magistophori. Designatores Designare. Act. 1. Sce. 2. Non procul ab initio. Lib. 1. epistola 5. Lib. 1. 140.

A nere eorum qui Romæ magiſtri cæremoniarũ uocantur: qui etiam Taxiarchi dici poſſunt. Cuius ſignificationis exemplũ inuenimus apud Plautum, qui deſignatores ludorum ſcenicorum uocat his uerbis in prologo Pœnuli, *Magiſtri cæremoniarum. Taxiarchi.*

- neu lictor uerbum aut uirgæ mutiant,
N eu deſignator præteriens obambulet,
N eu ſeſſum ducat, dum hiſtrio in ſcena ſiet.

Propterea Vlpianus brabeutas nõ iudices & agonothetas intellexiſſe uidetur, ut Tranquillus in loco ſupradicto: ſed maſtigonomos & rhabduchos, qui uirgas geſtantes, ſpectatores (ut fit) in officio continent in ſpectaculis,
B præſertim cum ipſi inter miniſteria nominentur. Sudas tamen rhabduchos, ῥαβδοῦχοι. id eſt uirgas geſtantes, etiam pro iudicibus intelligi uoluit, ut fortaſſe deſignatores utrunque munus obire ſolitos exiſtimare poſſimus, iudicandi arbitrandíque ludorum rationem, & ſpectatoribus moderandi uirgarum terriculo. Verumenimuero quod paulò antè in fine legis ſecundæ dicitur, omnes in ſcenam propter præmium deſcẽdentes, famoſos eſſe, mirari quiſquam iure poſſit quomodo intelligendum ſit: an quòd in ſcenam ambitioſa oſtentatione prodeuntes, infames non ſint? Auguſtinus libro ſecundo de Ciuitate dei, docet artem omnem ſcenicam probroſam Romæ fuiſſe, atque *Cap. 11.*
C etiam omnes ſcenicos Cenſoria nota tribu moueri ſolitos. apud Græcos uerò etiam in honore, nec eo quidem paruo, habitos. Liuius tribu moueri ſolitos eſſe ait libro ſeptimo ab urbe condita circa principium. Nos certè hũc locum in compendio iuris ciuilis, quod eſt Romæ in bibliotheca Pontificis per indicis ſeriem ordine alphabeti ſermone Græco compoſitum, in hæc uerba legimus, ὅτι πάντες οἱ ἀπὸ πόρνου εἰς ἀγῶνα καταίοντες ἄτιμοί εἰσι, καὶ οἱ διὰ φιλοτιμίαν ἐπὶ σκηνῆς προϊόντες. ἐστὶ δὲ παγκρατὴς πύξ καὶ τῇ ἀθλητῇ, καὶ τῇ ἄλλως ὑπουργοῦντων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀγῶσιν, Quòd omnes qui quæſtus gratia in certamen deſcendunt, infames ſunt, ſimul qui in ſcenam per ambitionem prodeunt. uerùm ludicra
D athletica ars non eſt, nec eorum qui quouis modo ſacris certaminibus ſubſeruiunt. Hæc igitur ſemel de ludis & agonibus antiquorum dicta ſint, non modò ad hunc locum pertinentia, ſed & ad alia multa, & Pandectarum, & Codicis Iuſtiniani. Quibus tamen & alia addemus, ſiquando locorum interpretandorum ratio id tulerit.

Ex l. Non debet, in titulo, De dolo malo.

Sed nec humili aduerſus eũ qui dignitate excellit, debet dari: utputa plebeio aduerſus Conſularem præceptæ auctoritatis.) Præceptæ, inquit Accurſius, id eſt præ aliis acceptæ. Ego uerò non præceptæ, ſed receptæ legendum
E affirmauerim, ea coniectura ductus, quòd nemo unquam Latinus aliter locutus eſt. Receptum enim id dicitur, quod à pleriſque prudentium approbatum eſt. Fabius in primo, Cædi uerò diſcipulos quanquam & receptum ſit, & Chryſippus non improbet, minimè uelim. Et libro ſecundo, Libera enim uel contra receptas perſuaſiones rationem ſequenti ſententia eſt. Et rurſus in undecimo de Chironomia oratoria loquens, Auerſo pollice demonſtrare aliquid, receptum magis puto, quàm oratori decorum. Dicitur & ab *Receptum. Cap. Tradito ſibi puero. Cap. 9. Cap. uls.*

Source : BIU Cujas

Lib.5.ca.10. eodem,in mores aliquid receptum esse, pro eo quod Græci dicunt εἰς τὸν βίον F
Recipere. παραδοῦχθαι. Inde recipere pro approbare. Idē libro octauo de Metonymia lo-
Cap.6. quens,Ex eo quod continet,id quod continetur, inquit,usus recepit: ut Be-
In moribus receptum,& in mores. ne moratas urbes,& Poculum epotum, & Seculum fœlix. Inde ius moribus receptum,ut alibi diximus.

Ex lege prima,De minoribus.

Et ideo hodie in hanc usque ætatem adolescentes curatorum auxilio reguntur,nec antè rei suæ administratio eis committitur. Hunc locum Accursius ita intelligendum putauit, duntaxat ut gestum ab adolescētibus ratum sit: non enim cogi adultos curatorem accipere,ut libro primo Instit.ca- G
uetur,in titulo De curato. Ego autem in hoc loco hærere soleo, moueórque testimonio Capitolini,qui in Marco Philosopho(qui diuus Marcus uocitari in iure solet)ità inquit, Prætorem tutelarem primus fecit, cum antè tutores à Consulibus poscerentur. De curatoribus uerò,cum antè non nisi ex lege Lectoria,uel propter lasciuiam, uel propter dementiam darentur, ita statuit,ut omnes adulti curatores acciperent non redditis causis.

Ex lege tertia,in.§.Minore.eodem in titulo,de bisexto.

Nam id biduum pro uno die habetur, & posterior dies Calendarum intercalatur) id est,ut inquit Accursius,de medio tollitur, ut pro die non com H
Intercalare. putetur. Intercalare interserere est,si Macrobio credimus:& mensis Februa-
Intercalarius mensis. rius intercalaris ob hoc dicitur,quòd ei dies unus interseritur: diésque ipse insititius intercalaris Latinè dicitur, & Græcè ἐμβόλιμος,atque etiā ἐμβολιμαῖος
Emboliſmos. eadem ratione:& ἐμβολισμὸς intercalatio. Quanquam apud antiquos præsertim Græcos non eadem ratio intercalationis erat,id quod Libanius docet in argumento orationis Demosthenis,quæ κατ' ἀνδροτίωνος inscribitur, & apud nos Macrobius:apud eos enim & dies & menses non intercalares dicti sunt,
Exhæresimi dies. sed exhæresimi,id est exemptiles: propterea sic dicti,quòd ex mēse eximi so-
Verr.4. lebant,ut annus cum solis ac lunæ ratione congrueret.Cicero in Verrē acti. I
tertia,Cōsuetudo Siculorum est,cæterorúmque Græcorum, quòd suos dies mensesque congruere uolunt cum solis lunæque ratione,ut nonnunquam, si quid discrepet,eximant unum aliquem diem, aut summum, biduum ex mense,quos illi exhæresimos dies nominant. Intercalare igitur, interponere
ἐμβάλλειν. est & inserere, quod Græci ἐμβάλλειν dicunt,& παρεμβάλλειν. Vnde quod Elia-
Παρεμβάλλειν. nus de aciebus instruendis παρεμβολὴν appellat, Theodorus eius interpres
Παρεμβολή. intercalationem dixit. Est autem huiusmodi intercalatio in re militari, cum
Intercalatio. inserimus per directum interuallis præpositorum militum aliquos ex iis quos postponi placuerat. Sensus est autem in hoc loco,etiam si bisextili an- K
no & intercalari die natus est minor,id est sexto Calendas Martij, qui dies est quartus & uicesimus Februarij, nihilominus maiorē censeri anno quinto & uicesimo eodem die & momento, quippe sextus dies Calendarum pro uno die cedit. Posterior enim dies Calendarum intercalatur,id est posterior dies bidui(quod biduum pro sexto die Calendarum cedit) intercalari inseríque fingitur,nō prior,sicque cum priore in unū diem confundi. Malè igitur

Accursius

Source : BIU Cujas

A Accurſius & inſcitè intercalare de medio tollere interpretatus eſt,cum ſit nō eximere, ſed inſerere interponeréque. Proinde nec ſenſum huius loci ſatis aſſecutus eſſe uidetur.

Ex.l.Minor,eodem titulo.

Dum ea quæ pro cauſa ſunt dicta non allegat.) Accurſius hunc locum quadrupliciter interpretatur,& in eodem tamen luto,ut aiunt, hærere mihi uidetur. Ego uerò inuerſum textum arbitror,qui ſi rectè legatur, dilucidus apparebit,hoc modo, Dum ea quæ pro cauſa ſunt, non dicta allegat: id eſt dum omiſſa eſſe cauſatur ea quæ cauſæ conductura erant. Accurſius uerò *Haloander legit ut Bud. reponit.*

B quemcūque textum arripuit, tuendum ad extremum arbitratur, etiam pugnante loquendi conſuetudine,ut cum dicta pro dicēda ab Vlpiano uſurpatum eſſe credi ſibi uoluit,& alibi præſtitum pro præſtandū.Cum interim multa comminiſcēdo,tam fœdè ſeſe implicet in huiuſmodi mendis, quàm mus in pice ſolet,ut Græci in prouerbio dicunt. Cæterùm allegare pro in medium afferre,& uoce nūcupare,uerbum eſt poſt Ciceronem (ut opinor) receptum.Quintilianus de exordio loquens:Nam tum dignitas eius allegatur:tum commendatur infirmitas.Idem, Sed ſi laudem eius ad utilitatē noſtræ cauſæ coniunxerimus,ut allegemus pro honeſtis dignitatem illi ſuam, *Allegare.* *Lib. 4. cap. 1.* *Ibidem.*

C pro humilibus iuſtitiā.Tranquillus in Aug. Cum Lectorius adoleſcens patritij generis,in deprecanda grauiore adulterij pœna,præter ætatem atq; natales,hoc quoque patribus conſcriptis allegaret, ſe eſſe poſſeſſorem ac uelut ædituum ſoli quod diuus Auguſtus naſcens attigiſſet.Plinius Proculo,Adhibes preces,allegas exemplum.hoc Cicero nō allegare, ſed proferre appellat,ut lib.de Inuentione poſter.Oportebit eum igitur, qui ſibi ut ignoſcatur poſtulabit,commemorare,ſiqua ſua poterit beneficia: & ſi poterit, oſtendere ea maiora eſſe, quàm hæc quæ deliquerit, ut plus ab eo boni quàm mali profectum eſſe uideatur.Deinde maiorum ſuorum beneficia,ſiqua extabūt, *Cap. 5.* *Lib. 3. epiſtola. 15.* *Proferre.*

D proferre. Idem, Deinde cæteros proferre oportebit, quibus maiora delicta conceſſa ſunt. Quod ex more Græcorum tranſlatum eſt, qui προφέρειν id dicunt,hoc eſt προτείνειν, προβάλλεσθαι, δικαιολογεῖσθαι. Quare & in iudicio prolata dici poſſunt τὰ δικαιολογήματα. Et allegare citaréque leges, eſt Ciceroni proferre,ut in eodē libro,Deinde poſtulabit ut legem,qua lege fecerit, proferat. Et pro Sylla,Multa mea in ſe,nonnulla etiam ſua in me proferebat officia.In Philip.ſecunda, Quid prandiorum apparatus? quid furioſam uinolentiam tuam proferam? Plinius ad Traianum utroque eodem in loco uſus eſt, de Archippo Philoſopho:Ille nihil proferebat,quo reſtitutum ſe doceret: allegabat tamen pro reſtitutione libellum à ſe Domitiano datum. Prætendere autē,eſt cauſari, προφάσεσθαι, σύμπλεσθαι. Cicero in Vati. Tu qui te Pythagoricum ſoles dicere,& hominis doctiſſimi nomen tuis immanibus ac barbaris moribus prætendere. Quintilianus de falſis Philoſophis, Sed uultum & triſtitiam,& diſſentientem à cæteris habitum peſſimis moribus prætendebant.Liuius in tertio, Appius decreto præfatus, quàm libertati fauerit, eam ipſam legem declarare,quam Virginij amici poſtulationi ſuæ prætendant. *Lib. 10. epiſtola 58.* *Prætendere.* *In præfat. lib. 1.*

Source : BIU Cujas

Obtendere. Lib.12.ca.10

hoc eſt obtendant. Quintilianus, Hi ſunt enim qui ſuæ imbecillitati, ſanitatis appellationem, quæ eſt maximè contraria, obtendant: & obtentus πρόφασις, πρόσχημα, prætextus, color. Allegare autē Ciceroni eſt ſummittere, & deprecatores mittere, ut in Prætu. urbana, Petit à me Rabonius, & amicos allegat: facile impetrat. Et allegatio in eadem, Cum ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius intercluſos uiderent: id eſt amicorum interceſſiones, τὴν φίλων ὑποδεικτικήν. Idem in eundem Verrem, O dij immortales, quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationem expugnauit? ποίαις παραγγελίαις. Multa ſunt huiuſmodi uerba uocabuláque, quæ poſt Ciceronem in uſum frequentem recepta ſunt, ut quidē ipſe arbitror: quorum quædam hic enumerabo, quæ in mentem mihi uenerunt. Suggillare, pro pudorem & exiſtimationē lædere. Vlpianus, Si famoſa actio non ſit, uel pudorē non ſuggillet. Et ſuggillatio maieſtatis Plinio lib.7. λοιδορία, πρόσκλησις. quo etiā uerbo Valerius ſæpe uſus eſt. Et Liuius lib.8. Viros domi militiæque ſpectatos, primis annis ſuggillatos, repulſos, riſui patribus fuiſſe. καθυβρισμένους, λελοιδορημένους, ἐφυβρισμένους, ὠθρισμένους. Cicero ad Atticum libro primo, Auli filius ita ſe gerit, ut eius conſulatus, non conſulatus ſit, ſed Magni noſtri ὑπόπτου. Græcè dixit, quod Plinius ſuggillatum ſæpe uocat. Inceſſere, pro laceſſere, inſectari, moleſtiam exhibere, conturbare: nunc datiuo, nunc accuſatiuo iunctum. Liuius, Tanta cura patres inceſſit, ut pariter eam ſuſceptam neglectámque timerēt. Idem, Timor inceſſit Liuium, ne auxiliares circunuenirentur. φόβος ἐπέσκηψεν λιβίῳ. Salluſtius, Mulieribus inſolitus timor inceſſerat: ut Virgilius lib.4. Georg.

Verba poſt ætatem Ciceronis in uſum frequentē recepta.

Suggillare. In l. Sed ſi hac lege. ff. de in ius uocando. Cap.45.

Epiſtola ult.

Inceſſere. Deca.1.lib.8. Decad.4.li.7

In coniurat. Catil.

S in autem ad pugnam exierint (nam ſæpe duobus
R egibus inceſſit magno diſcordia motu)
C ontinuóq; animos uulgi, &c. de apibus loquitur. Idē lib.1. Georg.
N ec tibi regnandi ueniat tam dira cupido.

Lib. 10. ca.1. ſub finem. Exprobrare.

Quintilianus de Seneca, Sed potioribus præferri eum non ſinebam, quos ille non deſtiterat inceſſere. λόγῳ βάλλειν, πρόσκλησις. Exprobrare ἐλέγχειν, cum refit exprobratio, non uerbis: ut Seneca, Non te fœcunditatis tuæ, quæ exprobraret ætatem, puduit. ἢ πῶς ἀλλήλων ἐξελεγχόσης. Liberi enim grandiores coarguunt matrem non eſſe iuuenem. Sic Plinius iunior, ſic Tacitus, ſic Tranquillus uſi ſunt. Cicero coarguere & arguere id uocat. Pro Sylla, Illum multorum literæ ac nuncij coarguerunt. Pro Rabir. Non intelligis quos homines, & quales uiros mortuos ſummi ſceleris arguas? Dicitur & ab eodem refutare & refellere, ut in libro 2. de Finibus, Ita enim uiuunt quidā, ut eorum uita probetur, refellatur oratio.

Pro Rabirio perduell. reo.

Prætexere. Aeneid.4.

Prætexere pro obtendere, προφασίζεσθαι, colorem quærere. Virgilius, Non tamen Anna nouis prętexere funera ſacris Germanam credit. Et prætextum pro obtentu.

Prouocare. Cap.1. In proœmio.

Prouocare pro uincere. Quintilianus in decimo, Elegia Græcos quoque prouocamus. Plinius lib.33. Acceſſit ars picturæ, & aurum argentúmque cælando carius fecimus. Didicit homo naturam prouocare. Quo modo intelligi poteſt illud Lucani in nono,

- Cogit tantos tolerare labores

Ex lege, Minor, titulo de Minoribus.

Summa

Source : BIU Cujas

A Summa ducis uirtus, qui nuda fusus arena
Excubat, atque omni fortunam prouocat hora.

Facere ad stomachum, & similia. Martialis in Xeniis, Prætereas, si quid non facit ad stomachum. Dioscor. ποιεῖ δὲ πρὸς ἐπιληπτικοὺς. Quintilianus in decimo, Nec uersicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, uestem bene ad forensem puluerem facere. id est accommodatam esse. Seneca de Trãquil. uitæ, Quorundam parum idonea est uerecundia rebus ciuilibus, quæ * promptam frontem desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam. id est incõmoda est & inepta. Auspicari pro incipere & aggredi, utiq; B Plinius, Tranquillus, Seneca utuntur, & Liuius ut opinor quodam loco, pro quo Græci κατάρχεσθαι, ὁρμᾶσθαι, ἐναρχεσθαι, ἐπιβάλλεσθαι, ἐξαρχειν, ἐνίστασθαι dicũt. Nusquam Cicero in ea significatione. Appetere pro instare, aduentare. Liuius, Iam nox appetebat, cum Thraces prælio decedunt. Curtius libro nono, Et fatum iam, cuius ineuitabilis sors est, appetebat. Cæsar lib. sexto belli Gal. Iámque dies appetebat septimus, quem ad diem ad impedimenta Cæsar reuerti statuerat. Nusquam autem Cicero, quod meminerim usus est. Tolerare pro ἀρχῶν, & uitam quoquo modo agere, & per inopiam traducere & prorogare Cæsar non semel dixit, ut libro tertio de bello ciuili, Libẽter etiam ex per- C fugis cognoscebant, equos eorum tolerari: reliqua uerò iumenta interiisse. Et rursus, Erat summa inopia pabuli, adeò ut foliis ex arboribus strictis, & teneris * arborum radicibus contusis equos alerent, & cogerentur iis rationibus equitatum tolerare. id est, in summa pabuli inopia alere, ἐστενωμένως θρέψαι. Tacitus, Multos militia, quosdam exercendis agris tolerare uitam. Hoc est διακαρτερεῖν ἑαυτοὺς πονήρως ἀπαλλάττειν. Terentius lana ac tela uictum quæritans dixit, συλλεγομένη τὸν βίον, τυχόντως τὸν βίον περιζομένη, ὅπως δήποτ' οὖν διαζῶσα, uel τὸν βίον ἐργαζομένη. Columella libro septimo, Pinguis, & cãpestris situs proceras oues tolerat: gracilis, & collinus quadratas, διακαρτερεῖ. Plinius libro septimo, pro D uno spiritu currere dixit, Nunc quidem in circo quosdam centum sexaginta passus tolerare nõ ignoramus. ἀπνευστὶ τρέχειν, uel quod illi dicunt, πρὸ τὸν δρόμον καρτερεῖν, uel ἐν ᾧ τρέχειν καρτερεῖν,, unde & ἀποκαρτερούντες dicti, qui inediam ad exitum usque tolerãt. Quintilianus in octa. ἀποκαρτερήσιν luxuriosus simulauit. Vnde ille apocarteros apud Ciceronem libro primo Tuscul. Imputare pro exprobrare, & præmium reposcere. Tacitus lib. undeuices. Reip. haud dubiè intererat Vitellium uinci: sed imputare perfidiã non possunt, qui Vitellium Vespasiano prodidere, cum à Galba desciuissent. id est, speciosè nõ possunt à Vespasiano gratiam reposcere perfidiæ suæ. Idem lib. 17. Non tamẽ E quisquam in modum concionis, aut è suggestu locutus: neque enim erat adhuc cui imputaretur. Spectator flagitij Hordeonius aderat, non compescere ruẽtes ausus. Id est, nondum erat quisquam in locum Galbæ designatus aut destinatus imperio, à quo inire gratiam uiderentur ob defectionem à Galba, οὔπω γὰρ ἦν ᾧ τινι ἐνδείκνυσθαι δύναιντ' ἄν. Trãquillus in Tyber. Nurũ Agrippinam, Pandatariam relegauit: cõuiciantíque oculum per Centurionẽ uerberibus excussit. Imputauit etiam quòd non laqueo strangulatam in Gemo-

Facere ad stomachum, & similia. Cap. 1. *Lib. 1. cap. 4.* ** firmam* *Auspicari.* *Appetere.* *Decad. 4. lib. 8.* *Tolerare.* ** arundinum* *Andr. Act. 1. Scen. 1.* *Cap. 2.* *Cap. 20.* *Cap. 5.* *Imputare.* *In fine.* *Cap. 53.*

Source : BIU Cujas

Cap.36. nias abiecerat.Idem in Nerone, Cum quidam crimen ultro faterentur,non- F
nulli etiam imputarēt,tanquam aliter illi non posſent, niſi morte,ſuccurre-
Cap.1. re dedecorato flagitiis omnibus.Plinius lib.undetriceſ.Stertinius imputauit
principibus,quòd quingenis ſeſtertiis contētus eſſet. χαίρειν ἔφη.Sic Plinius
Breuiare. iunior in Panegy.Imputanti ſimilis.ἀφελομένῳ εἰκώς.Breuiare etiam Cice-
ro non utitur,quod meminerim, quo Quintilianus ſæpe uſus eſt. Figura-
Renunciare. re uerbo rariſſimè uſus eſt,eiúſque compoſitis. Renunciare pro nuncium
Cap.7.penè remittere,& ſalutem ultimùm dicere, Cicero nunquam dixit.Quintilianus
in principio. in decimo,Mea quidem ſententia ciuilibus officiis renunciabit. Impone-
Imponere.
Viſere. re pro fallere. Viſere pro uidere, quo Liuius & Plinij duo uſi ſunt,& alij: G
ſeu pro ad uidendum adire,uel uidere cupere,ut in Verrem de ſimulachro
Verr.6. Dianæ,Colebatur à ciuibus,ab aduenis uiſebatur. Alibi, Propter hoc unum
Viſendus. uiſuntur Theſpiæ.hoc eſt ἰσχροῦνται. Et uiſendus.Idē, Nihil Syracuſis quod
Verr.6.
Subſcribere. magis uiſendum putaretur. Subſcribere pro fauere,& aſtipulari & aſſenti-
Lib.3.cap.4. ri,Cicero non uſus eſt.Celſus de Aſclepiade loquēs, Vlterioribus diebus cu-
bantis etiam luxuriæ ſubſcripſit, primis uerò tortoris uicem exhibuit. Mar-
cel.in.l.Non aliter,ſupra,De adoptio. Non aliter enim uoluntati eius qui ar-
rogare pupillum uolet,etiam ſi cauſam eius ob alia probabit, ſubſcribendū
erit. συγκατάθεσιν. Traianus ad Plinium:Tuo tamē deſiderio ſubſcripſi.Co- H
Lib.1. cap.2. lumella,Quòd ſi uoto fortuna ſubſcribet, agrum habebimus ſalubri cœlo.
Liuius libro decimo ab urbe, Subſcripſit orationi eius conſul: id eſt fauit,
adiuuit.Et ſubſcriptio,approbatio, aſtipulatio, ut Græcè ἐπιγραφή. Subſcri-
bere uerò cum accuſatiuo eſt cauſam ſententiæ teſtari & addere.Cicero pro
Cluen.Video igitur Iudices, animaduertiſſe Cenſores in Iudices quoſdam
illius conſilij Iuniani,cum iſtā ipſam cauſam ſubſcriberent.Idem, Nam hæc
quidem quæ de iudicio corrupto ſubſcripſerūt,quis eſt qui ab illis ſatis co-
gnita & diligenter iudicata arbitretur? In Marcum Aquilium, & in T. Gut-
Subſcriptio. tam uideo eſſe ſubſcriptum. Et ſubſcriptio pro cenſura. Idem, Ne ſubſcri- I
ptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus,quàm proſcriptio acerbiſſima
Subſcriptor. poſſit afferre. Subſcriptores etiam erant aduocati,& adiutores patronorum
in cauſis:qui etiam tanquam cuſtodes patronorum adhibebantur, ne cor-
rupti præuaricarentur. Qui defendit alterum in iudicio, inquit Aſconius,
Patronus, aut patronus dicitur,ſi orator eſt:aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præ-
Aduocatus, ſentiam ſuam commodat amico : aut procurator, ſi negocium ſuſcipit: aut
Procurator,
Cognitor. cognitor,ſi præſentis cauſam nouit,& ſic tuetur ut ſuam. Cicero in Diuina-
tione,At uenit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis. Eſt tamen
hoc aliquid,tametſi nō eſt ſatis:omnibus enim rebus is qui princeps in agē- K
do eſt,ornatiſſimus & paratiſſimus eſſe debet.Subſcribere etiam eſt iudiciū
Epiſtola 1. dictare,quaſiq; dicā ſcribere, ut Cicero loquitur. Plinius libro quinto epiſt.
Poſt hoc ille cum cæteris ſubſcripſit centumuirale iudicium, mecum non
ſubſcripſit. Appetebat dies iudicij : cohæredes mei componere rem cupie-
bant.Idem,Scis te non ſubſcripſiſſe mecū,& iam biennium tranſiſſe, omniá-
Deſpondere animum. que me uſu cepiſſe. Deſpondere animū,apud Ciceronem, ut opinor,nuſ-

Source : BIU Cujas

A quam legitur, pro eo quod Græci dicunt ἀπεγνωκότως ἔχειν, θαναταῦ, ἀχρηνονημένως πρὸς τὸ ζῆν διακεῖσθαι, hoc est deplorata spe uitæ esse, tædio lucis affectum esse. Plautus in Menæch. Pater eius postquam perdidit puerum, animũ despondit. τοῦ βιῶναι ἀπέγνω, ἀλύειν ἤρχετο. Idem alibi, Quæso hercle animum ne despõde. Vtuntur Varro, Liuius, & Columella. Facessere pro concedere & abire, quo Terentius & Liuius usi sunt, puto Ciceronem nõ usum, uel rarissimè. Fragrare non memini apud eundem me legisse, cum apud Virgilium legatur, Redoléntque thymo fragrantia mella. Non quiritare aut quiritari pro κωτλιάζειν, & κοτνιᾶσθαι, quo & Varro, & Plinius iunior, & Quintilianus usi

In prologo. *Facessere.* *Fragrare.* *Lib. 4. Geo rg* *Quiritari & queritari.*

B sunt. Apud Liuium lib. 9. de bello Macedo. queritari legitur, Ne uox queritantis audiretur. Et lib. 10. Si comploratione nocturna excitus mihi queritãti interuenisses. Candidus apud omnes ferè præter Ciceronem, est qui à Græcis εὐγνώμων, ἠθικὸς, χρηστὸς, ὑγιὴς τὴν γνώμην, & ἀφελὴς dicitur. At Cicero Græcè maluit dicere ad Atticum scribens, Illud de gestu histrionis tu scelestè suspicaris: ego ἀφελῶς scripsi. Sũt & permulta quibus uti noluit, uel nõ ausus est: ut refragari uerbo, quo tamen Liuius usus est, pro ἀντιπράττειν καὶ ἀντιπολιτεύεσθαι. Et Quintilianus, & Plinius iunior consumatum pro absoluto omnes præter eum dixerunt. Quintilianus in pręfatione, Est certè aliquid consumata elo-

Candidus. *Lib. 6. epist. 1.* *Refragari.* *Consumare.*

C quentia, ἀχρηστελεσμένη πάντῃ πάντως τελείᾳ. Præsumere Quintilianus, & æquales eius dixerunt, quod Cicero & eius ætas dixit præcipere: ut præsumere cogitatione, quod nondum usu habeas, Quintilianus, & Plinius Octauio, Vt tandem percipias gaudium, quod ego olim pro te præsumo. Et præsumere spe, προκατελπίζειν. Et præsumptiones Quintiliano libro nono, id est ἀντιλήψεις. Cicero in primo Officiorum, Illud etiam ingenij magni est, præcipere cogitatione futura: & aliquanto antè constituere, quid accidere possit. Liuius, Quanquam famâ prius præcepta res erat. Idem, Spem uniuersę uictoriæ, tentato paulatim euentu certaminum, præcipere. Cæsar in septimo, Quoniam

Præsumere. *Præcipere.* *Lib. 2. epistola 10.* *Præsumptiones.* *Decad 1. lib. 4.*

D hæc usu uentura opinione præceperat. προειλήφει. Grauari pro ægro animo aliquid facere uel ferre, cũ accusatiuo Cicero nõ dixit, nisi me fugit. Quintilianus in quarto, Præterea in omni partitione est utique aliquid potentissimum, quod cum audiuit iudex, cætera tanquam superuacua grauari solet, τ' ἄλλα βαρύνεσθαι εἴωθε. Plautus in Milite, Oro & quæso, ut eius mihi sit copia: quod cupiam, ne grauetur. Vtitur & Virgilius. Infestare, Plinius, Celsus, Tranquillus, & alij dixerunt pro ἐνοχλεῖν, ἐπηρεάζειν, κακουργεῖν, λυμαίνεσθαι, quod apud Ciceronem non legitur. Boni consulere, quo & Fabius, & Plautus, & Seneca utuntur, pro in bonam partem interpretari, & benigne iudicare, Ci-

Grauari. *Cap. 5.* *Act. 4. Sce. 6.* *Infestare.* *Boni consulere.*

E ceroni uidetur non placuisse. Quintilianus in præfatione sexti, Boni autem consulere nostrum laborem, uel propter hoc certum est, quòd in nullũ iam proprium usum perseueramus, εὐλογιστεῖν μέν τοι πρὸς τὰ ἡμῖν πεπονημένα, οὐχ ὑγιές. Gliscere etiam apud eundem non legitur, nisi me fefellit obliuio: quo Liuius & Virgilius pro augeri usi sunt. Quidam ἀντὶ τοῦ εὐθηνεῖν καὶ εὐημερεῖν utuntur, & πληθύειν. Idem pro substantia naturam semper dixit, nec essentiam: id est οὐσίαν καὶ ἀνθυπόστατον. Quo modo & Græci φύσιν pro substantia dicũt: ut Ari-

Gliscere. *Substantia.*

Source : BIU Cujas

stoteles in quarto τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, naturæ significationes exponens, his uerbis significat, μεταφορᾷ δ' ἤδη καὶ ὅλως πᾶσα οὐσία φύσις λέγεται διὰ ταύτην, ὅτι καὶ ἡ φύσις οὐσία τίς ἐστιν. Non potest naturæ uocabulo id omne exprimi, quod ipse οὐσίαν uocat, ut ex eodem libro & sexto apparet eiusdem tractatus. Quare hac dictione substantia, lingua latina carere non potest. Quare Quintilianus non uerecundè usus est. Nam & substare uerbo Cicero non abstinuit, ut in Topicis, Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrarique non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt: ut si usucapionem, si tutelam, si agnationem definias: quarum rerum nullum substet quasi corpus. hoc est substantia sit. Vbi in aliquibus exemplaribus subest legitur. Translatitium Cicero ἀντὶ τοῦ ἐπεισάκτου, & aliunde sumpto dicere solet, ut edictum translatitium in Prætura urbana, & translatitium caput legis ad Atticum. Recentiores autem translatitium dicunt εἰκαῖον, ἐπιτυχὸν, ἐγκύκλιον, & quasi triuiale, usitatum, obsoletum. Huius etiam nomenclaturæ sunt nouissimus, ciuilitas, id est πολιτικὴ. Principalis pro primario, uniuersalis, uisibilis, intelligibilis, sensibilis, possibilis, genuinus, id est αὐτοφυὴς, causidicus, legalis, id est νόμιμος. Pullatus pro plebeio, ut pullata turba, ὁ εὐτελὴς ὄχλος καὶ συρφετώδης, quo omnes post eum usi sunt.

Translatitius. *Pullatus.*

Deprehendi pro æstuare dubitatione, conturbari, labascere, hærere. Quintilianus de patronis qui causam non satis cognouerunt, Deinde (inquit) deprehenduntur: & causam quam ex suis litigatoribus discere noluerunt, ab aduersariis discunt, διαφορεῦνται. Idem, Vt parua quædam animalia, quæ in angustiis mobilia, in campo deprehendũtur, id est, ἀφορεῦνται, & non habent quò confugiãt, inopia præsidij anguntur. Significat etiam ex tempore & nec opinatò aliquid cogi agere. Plinius Arriano, libro sexto episto. Quid enim iucundius, quàm sub alterius inuidia, quandiu uelis, & in alieno auditorio, quasi deprehensum, commodè dicere? καθαπορεῖ αὐτοσχεδιάζοντα λέγειν. Quintilianus in decimo, Scribendum ergo quoties licebit: si id non dabitur, cogitandum: ab utroque exclusi, debent tamen adniti, ut neque deprehẽsus orator, neque litigator destitutus esse uideatur. Ab eodem deprehensi testes dicuntur, titubantes in testimonio dicendo, quos uariare uocamus. In quinto, Turbantur enim (inquit) & à patronis * aduersæ partis * deducuntur in laqueum: plúsq; deprehensi nocẽt, quàm firmi & interriti profuissent. Exemplum pro pœna & supplicio. Tacitus de Christianis, Vnde, quanquã aduersus sontes, & nouissima exẽpla meritos, miseratio oriebatur. Liuius, Omnia belli exempla edita in se, cædibus, ruinis, incendiis, direptione urbis. Sic Aristid. πάντα τὰ ἔσχατα ἀπειλεῖν. Cur id in usum uenerit apud antiquos, docet Gellius libro sexto. Quibusdam uerbis idem Cicero rarissimè usus est, ac uix iterum fortasse: ut in Tuscul. Apud quos autem uenandi & equitandi laus uiget, qui hanc petessunt, nullum fugiunt dolorẽ. τῆς δόξης ταύτης ἐφίενται. Plautus, Vltro amas, ultro expetessis. Alibi, Quãquam illum multæ sibi expetessunt. In tertio de legibus, Domum cum laude repedandum, οἴκαδε ἀξιεπαίνως ἀναφοδιστέον. Et in tertio Tuscul. Non est enim in nostra potestate, fodicantibus iis rebus, quas malas esse opinemur, dissimulatio uel obliuio: lacerant, uexãt,

Deprehendi. *Deprehẽsus.* *Lib. 12. ca. 8.* *Epistola 2.* *Cap. ult. sub finem.* *Cap. 7.* ** diuersæ* ** inducuntur.* *Exemplum.* *Lib. 15.* *Decad. 4. li. 8* *Cap. 14.* *Lib. 2. sub finem.* *Petesso.* *Asinar. Act. 3. Scen. 1.* *In Milite. Act. 4. Sce. 6.* *Repedo.* *Fodico.*

A stimulos admouent, οὐ γὰρ ἔστιν ἐφ' ἡμῖν τὸ μὴ προσοιεῖσθαι, ἢ ἀμνημονεῖν νυττόντων ὧν εἶναι δοξάζομεν κακά. Refractarius ad Atticum. Fuit enim mihi commodum, quòd in iis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerit ciuis ille tuus Demosthenes, & quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit, ut σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος uideretur. Refractarium σκληρὸν, χαλεπὸν, ἀντίτυπον, ἀπεμφαῖνον. Iniurium ἄδικον in tertio de Offi. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebítne eam sapiens, si potuerit? negat, quia est iniurium. Terentius, Tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum fecisti inopia: iniurium est. Cicero pro Cornel. In socios uerò ipsos iniuriosum & contume-

B liosum est. Indulgere pro addictum esse, uehementius studere, & propensè incumbere: ut, Indulge ordinibus, apud Virgilium. Cicero in Lælio, Videre licet eos prosperis rebus immutari: sperni ab iis ueteres amicitias: indulgeri nouis. Quintilianus, Non multum indulsere eloquentiæ Stoici ueteres, οὐκ ἄγαν προσέθεντο. Valere pro posse cũ infinitiuo usus est libentius: ut pro Cluẽtio, Nec Metellus, nec Popilius clarissimi uiri uim tribunitiã sustinere * ualuerunt. Et de senectute, Nemo adhuc conuenire me * ualuit, quin fuerim occupatus. In Lęlio, Amicos quot haberet, dicere nõ ualeret. Culpare in Sallustium iterum dixit. Plautus, Hoc etiam ipsi culpabunt mali: κακιοῦσι. Prædi-

C ctus pro supradicto non adeò frequenter legitur, ut in Academ. Quæque ab iis dicuntur, sic persequamur, ut nihil in prædictis relinquamus. Et pro domo sua, Si omnia solennibus uerbis * ueteribus, & * prædictis institutis acta esse dicerem. Liuius, Quintilianus, Plinius, Columella, & alij frequentius usi sunt. Munerare, pro Deiotaro: Munerari in præfatione poster. de inuentione. Sanequam, ad Quintum fratrem. Et Brutus ad Ciceronem, & Sulpitius. Cicero, Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanequam refrixit. Sulpitius ad Ciceronem, Sanequam pro eo ac debui, grauiter molestéque tuli. Brutus, Sanequam sum gauisus. Temere pro fere, contra quàm Valla censuit. Ad

D Quintum fratrem, Id maiores non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris non temere nisi libertis suis deferebant. Liuius, Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nũquam decepit. Minus autem in epistolis religiosus fuit: ut ad eundem Quintum, Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quòd sine te, cæterum satis commode * oblectabam. id est alioqui. Et ad Atticum lib. 7. Cum sit necesse persuaderi Cæsari, ut tradat prouinciam atque exercitum, & ita Consul fiat: aut si id ei nõ persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione, illo patiẽte, atque obtinente prouinciam: aut si per Trib. pleb. non patiatur, tamen quiescat rem adduci ad interregnum.

E quiescat pro sinat dixit. Plautus in Mercatore, Quiesce inquam, isthanc rem ego rectè uidero. Multiiugis pro multiplici. Ad Atticum libro 14. Verũtamen de republica multa cognoui ex tuis literis, quas quidẽ multiiuges accepi uno tempore. Dignationem pro dignitate & maiestate, hoc est, τὸ ἀξιοματικὸν, semel ad Atticum dixit: ut Plinius, Tranquillus, Tacitus. Calculus pro ratione consilij capiẽdi. Idem ad eundem libro octauo, Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiecimus: ut non solùm glo-

Refractarius Lib. 2. epistola 1.
Iniurius.
Adelph. Act. Scen. 2.
Indulgere.
Lib. 2. Georg.
Lib. 10. ca. 1.
Valere.
* potuerunt.
* alij legũt uoluit
Culpare.
Bacchid. Act. 3. Scen. 2.
Academ. lib. 4. siue in Lucullo.
* præteritis
* priscis
Munerare.
Sanequam.
Ad Q. fratrẽ lib. 2. epist. 6.
Lib. 4. epist. fam. epist. 5.
Temere.
Lib. epistol. fam. 11. ep. 13.
Lib. 1. epist. 1.
Decad. 3. lib. 10. in oratione Annibalis ad Scipionẽ.
Li. 2. epist. 12
Cæterum.
* oblectabar.
Epistola 8.
Act. 2. Scen. penult.
Quiescere.
Multiiugis.
Dignatio.
Calculus.
Epistola 16.

Lib.2.epistola penult. rioſis conſiliis utamur,ſed etiam paulo ſalubrioribus. Plinius in epiſtol. Sed F
planè an ſit recitandum, examina tecum: omnéſq; quos ego moui in utra-
que parte calculos pone, ídque elige in quo uicerit ratio. Ab eadem liber-
Tricari. tate eſt illud,Tricatus eſt, ad eũdem libro decimoquarto,Publius tecũ trica-
Punitus eſt. tus eſt. Et libro ſequenti, Vectenum accuſat. tricatur ſcilicet. Punitus eſt,
pro Milone,pro puniuit.Quintilianus figuratũ eſſe ait.Et punitus ſit, in ſe-
Lib.2.de Inuent. cundo Rhetoricorum,Leges quoque & iudicia demonſtrãda ſunt,per quæ
potuerit id peccatum,quod ſponte ſua reus punitus ſit, moribus & iudicio
uindicari, ἐτιμωρήσατο. Citat & punitur pro punit Nonius in primo Officio-
Suppeditatus. rum. Suppeditatus es,pro ſuppeditaſti. Ad Atticum lib.decimoquarto,De G
Epiſtola cuius initiũ Sæpius, Petulciano nomine,quòd mihi ſuppeditatus es,gratiſſimũ eſt,& ſimile tuo-
rum omnium. Antiquarij etiam hominis illud eſſe uidetur in Piſonem, Vt
caput ſiniſtra manu perfricãs,commurmuratus ſit:Ratio quidem hercle ap-
Verr.5. paret,argẽtum decoctum οἴχεται. Eiuſdem generis eſt Faxint in Verrem:&
Cuia res,cuium periculum,in Frumẽtaria,Apronius certiorem facit iſtum,
cuia res erat,quid rei eſſet.Sunt etiam quædã ipſius Ciceronis,quæ admodũ
placuiſſe poſteris non uidentur,ut inualetudo,inſanitas,inſcientia,infinitio,
Li.4.Tuſcul. immoderatio,tactio,inuidentia,confiſio,fidentia:ut in Tuſculanis,Fidentia
Sermocinor. eſt firma animi confiſio. De ſermocinari uerbo Quintilianus dubitaſſe ui- H
Cap.4. detur,ut in tertio,Tertiam adiecit προσομιλητικὴν, quam ſanè nobis permitta-
Lib.9.cap.2. mus dicere ſermocinatricem. Idem, Sermones hominũ aſſimulatos dicere
ἀλαλόγους malunt,quàm,quod Latinorum quidam dixerunt, ſermocinatio-
Verr.3. nem.Cicero in Prætura urbana, Reſpondit illa, ut meretrix, non inhuma-
nè : libenter ait ſe eſſe facturam, & ſe cum iſto diligenter ſermocinaturam.
Lib.2.de Inuent. Et in ſecundo Rhetoricorum, Cùm quibus in rebus homines in conſuetu-
dine ſcribendi aut ſermocinandi uti eo uerbo ſoleant, conſiderabitur. In-
Inſatiabilis. ſatiabili,nouo more pro non ſaturante dixit in ſecundo de natura Deorum,
Quorum omnium incredibilis multitudo inſatiabili uarietate diſtinguitur. I
tur.Idem de ſole & ſideribus, Hæc enim quanquam ad mundi cohærẽtiam
pertinent, tamen & ſpectaculum hominibus præbent. Nulla eſt enim inſa-
tiabilior ſpecies, nulla pulchrior. οὐδεμία γὰρ ὄψις ἥδιον κορεσικὴ. Contrà autem
Intolerans. intolerantem pro intolerabili dicere ſolitus eſt, ut in ſecundo de Oratore,
Sed etiam ſuperioribus inuidetur ſæpe uehementer, & eo magis, ſi intole-
rantius ſe iactant. Et in Vatinium, Quoniam pecuniam aliorum deſpicis,
Intolerantia. de tuis diuitiis intolerantiſſime gloriaris. Et intolerantiam pro intempe-
rantia,inſolentia. De lege agra.Perſpicite quanta poteſtas permittatur: non
priuatorum inſaniam,ſed intolerantiam Regis eſſe dicetis. Quod imitatus K
Cap.51. eſt Tranquillus in Tybe.Protulit Auguſti codicillos de acerbitate & intole-
Li.9.ab Vrbe rantia morum eius. A quo haud ita multum abeſt quod Liuius intoleran-
tem pro impotente dixit. Et loquimur(inquit)de Alexandro nondum mer-
ſo rebus ſecundis, quarum nemo intolerantior fuit. Tacitus libro duodeci-
mo,Clementiam ac iuſtitiam, quanto ignoratiora barbaris, tanto toleran-
tiora capeſſeret:id eſt tolerabiliora.

Ex lege,Minor,titulo de Minoribus. Ex

Source : BIU Cujas

A Ex.l.Succuritur.Ex quibus causis maiores.

Nam etiam inclusus ueluti latumiis uinculorum numero haberi placet: quia nihil intersit, parietibus, &c.) Lego, Nam etiam inclusos (ueluti latumiis)uinctorum numero, & reliqua. Latumiæ, inquit Asconius, * lapidicinæ dicuntur, & loca cæsis lapidibus execta, & carcer Syracusanus. Cicero in Prætura urbana,Lucius Suetius homo omnibus ornamẽtis præditus,iuratus apud uos dixit,multos ciues Romanos in Latumiis istius imperio crudelissimè per uim morte esse mulctatos. Idem in eundem, actione ultima, Latumias Syracusanas omnes audistis: plerique nostis.Opus est ingens,magnificum,regum ac tyrannorum: totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso,& multorũ operis penitus exciso. Nihil tam clausum ad exitus,nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias, nec fieri nec cogitari potest.Sed ubique lautumiæ pro latumiæ legitur. Erat & carcer Romæ sic dictus,cuius meminit Liuius. Sic autẽ appellari possunt omnia hypogea quæ in saxo incisa sunt. Sunt alioqui latumiæ uel latomiæ lapidicinę, uel potius,ut Plautus protulit, lapicidinæ,id est metalla saxaria, & ueluti saxifodinæ, cuiusmodi sunt ad urbem Parisiensem.Et latomi artifices ipsi, id est lapicidæ,quo uerbo Liuius utitur. Philoxenus poëta in latumias Syracusanas Dionysij tyranni iussu detrusus est ob egregium & memorabile facinus huiusmodi. Dionysius in poëtica laude præter modum ambitiosus, tragœdiam quandam parum emendatã composuerat:quam cum ab omnibus laudari uellet & obtinuisset,nouissimè Philoxeno nobili poëtæ,egregiíque spiritus uiro emendandam tradidit.Homo assentationis imperitus,tragœdiam protinus totam à fronte ad calcem,ut dicitur,una litura circunduxit.Sic enim inquit Plutarchus, ὅιος ἦν ἀνάπαλιν Διονύσιος ὁ τὸν ποιητὴν Φιλόξενον εἰς τὰς λατομίας ἐμβάλλων, ὅτι τὴν τραγῳδίαν αὐτοῦ διορθῶσαι κελευσθεὶς, εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλην μέχρι τῆς κορωνίδος περιέγραψεν.Ferunt eum cum aliquanto pòst ex tenebris illis extractus,à Dionysio interrogaretur, quale sibi uideretur poëma quoddã eius (existimabat enim ferociam illam spirituum Philoxeni in carcere perdomitam)confestim exclamasse, Γέμψον εἰς τὰς λατομίας, id est,Mitte me in latumias, uidelicet significans nullum carceris teterrimi cruciatum uiro celsi animi tam grauem esse,quàm ad laudes indignissimas cogi more assentatorum.Si duos Philoxenos ætas nostra in comitatu regio, uel in aula potius interiore habuisset, quingenariam illam cohortem assentatorum, quæ moribus nostris ne digitum quidem trãsuersum discedere ab iis solet,qui primos ordines aulicæ auctoritatis ducunt, ingenti omnium approbatione exauctoratam ignominiosè uideremus.Modò diuorum aliquis præstitisset,ut ne quouis aulico machinamento(ut assolet)deturbari inde pręcipites possent,&(ut ita dicam)excuriari:sed rara hæc fœlicitas:quæ ut omnibus seculis exoptanda,sic paucis speranda est.

Haloander utitur hac parenthesi.
Latumiæ.
** Lapicidinæ scribit Paulus Manutius, à lapidibus cædendis.*
Verr.3.
Latumiæ.
Latomiæ.
Lapidicinæ.
Lapicidinæ.
In Capti.
Act.3.Sc.ult.
Latomi.
Philoxenus.
Πριγράφειν.
Mitte me in latumias.

Ex.l.Abesse,eodem titulo.

Qui ad ærarium delati,aut in commentariũ Principis delati sunt.) Hãc legem Accursius prorsus non intellexisse uidetur.Nos igitur alibi multa de

ærario diximus, in queis & illud ex Cicerone & Tranquillo docuimus, Se- F
natuſconſulta ad ærarium deferri ſolita olim eſſe, legéſque in æreis tabulis
inciſas. In eodem autem ærario quod erat in æde Saturni, acta quoq; publi-
ca recondebantur ad memoriam publicam poſteritati prodendam. Com-
Commentarius. mentarius autem liber eſt quem ſibi quiſque noſtrum priuatim facere con
ſueuit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, id eſt
Diarium. Ephemeris. Diarium & Ephemeris actionum noſtrarum. Regiſtrũ uulgò uocatur, quod
Regiſtrum. Regeſtum. Latinè Regeſtum dici poteſt, cum Quintilianus regerẽdi uerbo utatur. Hu-
iuſmodi autem librum factitaſſe ſibi Principes Romanos, multis auctorita-
Cap. 61. tibus probari poteſt. Tranquillus in Tyber. Commentario, inquit, quem de G
uita ſua ſummatim breuitérque compoſuit, auſus eſt ſcribere, Seianum ſe
puniſſe, quòd comperiſſet furere aduerſus Germanici liberos filij ſui. Taci-
Lib. 20. tus, Signo ultionis in * delatores dato, petit à Cæſare Iunius Mauricus, ut cõ-
** accuſatores.* mentariorum principalium poteſtatem Senatui faceret, per quos noſceret
quem quiſque accuſandum popoſciſſet: de commentariis Claudij & Nero-
Commentarioli. Acta. nis loquens. Cicero in pri. Antoniana, An in commentariolis, & chirogra-
phis, & libellis ſe uno auctore prolatis, acta Cæſaris firma erunt? quæ ille in
æs incîdit, in quo populi iuſſa perpetuáſque leges eſſe uoluit, pro nihilo ha-
bebuntur? Quibus uerbis Cicero ſignificat commẽtarios priuatam eſſe me- H
moriam, acta autem debere eſſe memoria publica teſtata, quæ in ærario eſſe
Li. 10. ep. 99. ſolebat. Traianus ad Plinium. Dediſſe me ius trium liberorum Suetonio
Tranquillo ea conditione qua aſſueui, referri in commentarios meos iuſſi.
Improbãdus mos Gallorũ. Huiuſmodi commentarios aut publicos aut priuatos Principes noſtri nec
à maioribus accipiunt, nec poſteris relinquũt. Ita rerum noſtrarum eatenus
memoriam habemus, quatenus ab auis tantùm ad nepotes per manus tradi
poſſunt. Vnde fit ut fabulamenta multa pro rebus geſtis recepta ſint, uno-
quoque auditis aliquid affingente: quibuſdam etiam noua atque inaudita
(quæ modò commoda uideantur aut plauſibilia) comminiſcẽtibus. Com- I
Commentarius & commentarium. mentarius igitur & Commentariũ dicitur quicquid ita conficimus, ut me-
moriæ tantùm gratia, nõ plenæ narrationis facere uideamur, in quo ſcilicet
capita tantum & ſummas rerum adnotare ſolemus. A Græcis dicũtur ὑπο-
Lib. 15. μνήματα, quo uerbo Cicero ad Atticum uſus eſt, de commentario conſulatus
ſui loquens. Inde Commẽtarij Cæſaris dicti, in quibus res eius in Gallia &
bello ciuili geſtæ, non late & plene enarrantur, ſed ueluti perſtringuntur, id
quod ex Cicerone in Bruto, & Tranquillo in Cæſare apparet. Plutarchus
In Bruto. ἰσοεικὰ ὑπομνήματα uocat. Idem Cicero alibi, Ipſa illa Cenſoria contra Cn. Do-
mitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis com- K
mentarium paulo plenius. Commentarium paulo plenius appellat id quod
uulgò dicunt memorias bene amplas, quales aduocatis dari ſolent cum cau-
Commentarienſes. ſas acturi ſunt, aut iis qui reſcripta regia conficiunt. Inde Commentarien-
ſes non à commentario carceris loco dicti ſunt, ut Accurſio diuinare libuit,
ſed quia in commentarium cuſtodias referebant, & ueluti diarium cuſto-
diarũ conficiebant. In propoſito igitur ſenſus eſt, Proconſulares, Legatóſque

Source : BIU Cujas

A eorum,& prouinciarum præſides, procuratores principum, Tribunos Præfectóſque militum, eorúmque omnium comitatum, non aliter reipublicæ cauſa abeſſe cẽſeri, quàm ſi in acta ærarij quæ publica ſunt, aut in priuatum commentarium Principis referẽdos ſe curarint:id eſt regiſtrandos, ut uulgò dicimus:ut in commentarium relati potius quàm delati legendum ſit in fine legis,hoc modo:Qui ad ærarium aut in commentarium principis relati ſunt.Similis error inter iuriſperitos inualuit, cum inter reos delatos dicunt,qui iam in reatu ſunt,hoc eſt, quorum nomina delata ſunt, & in acta iudiciorum relata.Cicero philip.ſecunda. Abſentem credo in reos relatum,
B rem indicta cauſa iudicatam, nullum fuiſſe de alea lege iudiciũ, ui oppreſſum & armis. Sic Vlpianus infrà ad.l. Iuliam De adulte. Ne quis inter reos referat eum,qui tunc ſine detrectatione reip. cauſa aberit. Poſt delationem enim,inter reos & in reos referebantur olim.Deferre enim in ærarium dicebant,& referre in commentarios.An autem hunc ſenſum Accurſius uel olfecerit tantum,ex gloſſematis eius intelligere licet. L. *Si maritus.* *Deferre in ærarium.* *Referre in cõmentarium.*

Ex.l.ſequenti.

Eos qui notis ſcribũt acta Præſidum,reip.cauſa non abeſſe certũ eſt.) Notis ſcribere, eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo uti. Tranquillus
C de Tito Principe Romano,E pluribus comperi, notis quoque excipere uelociſſime ſolitum,& cum amanuenſibus ſuis per ludum iocúmque certantem,imitari chirographa quæcunque uidiſſet. Huiuſmodi exceptores ſunt hodie in curia Parlamenti,miranda ſolertia omnia propemodum dicta aduocatorum quoque,nedum Iudicum, excipientes,quales olim etiam in iudiciis fuiſſe Romanis, multis teſtimoniis conſtat. Tranquillus in Cæſare, Cap.55. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædã feruntur,ut pro Q. Metello : quam non immeritò Auguſtus exiſtimabat magis ab actuariis exceptam malè ſubſequentibus uerba dicentis, quàm ab ipſo editam. Et Pedia-
D nus auctor eſt orationem Ciceronis pro Milone exceptam eſſe, quæ adhuc tempore ſuo extaret:& alteram quam nunc habemus, à Cicerone ſcriptam, illa multo abſolutiorem. Quidam autem oratores (ut Cicero docet in Bruto)orationes ſuas non edebant,contenti in foro egiſſe:quidam domi confectas in publicum emittebant. In curia autem noſtra aduocati actiones ſuas ab actuariis exceptas, ocioſe recognoſcere ſolent poſtridie,aut alio quouis die.Olim uerò in officio actorum,id eſt apud acta erãt qui actuarij,qui ſcribæ,qui exceptores,quíq; etiam aliquando ſubadiuuæ dicti ſint. Quæ miniſteria hodie ferè omnia,aut eis ſimilia in officio actorum ampliſſimæ curiæ
E eſſe cernimus.Huiuſmodi autem exceptores, quorum hoc in loco meminit Modeſtinus,prouinciales fuiſſe crediderim,qui illã ſolertiã in qualibet prouincia profiterentur,& præſidibus in prouinciam aduenientibus operã nauarent:ideóq; reipublicæ cauſa abeſſe non uideri, licet in comitatu præſidis eſſent.Exceptores ἀπογραφεῖς à Græcis dicuntur,& ἀπογραφαι uerbum. *Notis ſcribere.* *Cap.3.* *Notis excipere.* *Exceptores.* *Cap.55.* *Edere.*

Ex.l.ſequenti.

Qui operas in publicum, quod uectigalium cauſa locatum eſt, dat:reip.

Source : BIU Cujas

Publicum. causa non abest.) Publicum non pro rep. accipitur hîc, ut Accursius censuit, F
Publicani. sed pro uectigali, unde publicani dicti. Cicero ad Quintum fratrem, Hic te
Lib. 1. epistola 1. ita uersari, ut & publicanis satisfacias, præsertim publicis male redemptis, ac socios perire non sinas, diuinæ cuiusdam uirtutis esse uidetur, id est tuæ.
Cap. 40. Tranquillus in Caligula, Additúmque ad caput legis, ut tenerentur publico, & quæ meretricium, & quæ lenociniũ fecissent. Tacitus lib. 13. de Publicanis loquens, Ergo edixit Princeps, ut leges cuiusque publici occultæ ad id tempus, proscriberentur: omissas petitiones non ultra annum peterent. Vlpianus etiam alicubi usus est. Publicum aliquando pro populi conuersa-
Prodire in publicum. tione & frequentia ponitur, ut cum dicimus prodire in publicum, abstinere G
Abstinere publico. publico, uel non credere se publico, quod uulgo dicunt non se monstrare.
Non credere se publico. Tranquillus in Claud. Senatum per præcones propere conuocauit, lachrymísque & uociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti usquam esset: ac diu publico abstinuit. Et in Nerone, Quare nunquam postea
Publico se cõmittere. publico se illud horæ sine Tribunis commisit, procul & occultè subsequẽtibus. Hoc à Græcis ἐπιδημεῖν dicitur. Demosthenes κατὰ Μειδίου, Μυστηρίοις ἐπιδημοῦντος ἐπελάβετο. Dicitur & in medium prodire.
In medium prodire.

Ex. l. tertia, De receptis arbitris, in fine.

Et quidem arbitrũ cuiuscunque dignitatis coget officio quod susceperit H
perfungi, etiã si sit Consularis, nisi fortè sit in aliquo magistratu positus, Consul fortè, & reliqua.) Hunc locum Accursius ignorantia uerborum non intellexit, pudendo errore, ac fustuario propemodum digno. Nemo enim hodie ignorat Consulem tum dici, cum est in Consulatu, hoc est ὑπατεύοντα:
Consul. Consularem, cum magistratu abiit, τὸν ὑπατευκότα καὶ ὑπατικὸν ἄνδρα. Spartianus
Consularis. in Adriano, Consulares quatuor per omnem Italiam iudices constituit. Va-
Cap. 1. lerius libro septimo de Quinto Metello, Fecit ea ut eodẽ tempore tres filios Consulares, unum etiam Censorium, duos Triumphales, & quartum Prętorium uideret. Consul igitur & Prætor & Dictator & Censor & Quæstor, à I
Consulari, Prætorio, Dictatorio, Censorio, Quæstorio differunt.

Ex lege prima, Nautæ, caupones, stabularij. §. Qui sunt igitur.

Nec enim debet (inquit Pomponius) per remigẽ aut mesonautam obli-
Haloan. uel nauis magistrum. gari, sed per se, uel per nauis magistros.) Mesonauta (ut Hermolaus existi-
Mesonauta. mauit) ita in naui uilis mancipij nomen est, ut mediastinus domi. Est enim
Mediastinus. mediastinus mancipium abiectius, quòd uilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur, domum uerrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere. Ipsum ob hoc ita dictum, quòd in media do-
mo ad imperia omnium nutúsq; excubare soleat. Exempla sunt apud Co- K
lumellam libro primo cap. 9. & libro secũdo cap. decimotertio. Sunt & apud Ciceronem, & apud Vlpianum in. l. Item apud. infrà De iniuriis, & in. l. Cum de serui. De operis seruorum. Sic dicti sunt mesonautæ, qui in media naui simili seruitutis conditione omnibus præsto sunt. Hoc tamen uerbum alibi nusquam legi, ne apud Græcos quidem. Verùm in naui multa sunt mini-
Proreta. steria. Proreta est qui prorę præfectus est, quemadmodum Gubernator qui
Gubernator.

puppi.

A puppi. Plautus in Ruden. Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero, ἐγὼ δὲ πρωρατεύσω. Vsus est Vlpianus hoc uerbo in titulo De publicanis. Græcè Γρωρεὺς & Γρωράτης dicitur. Remiges sunt qui scalmis hærent: id est labro nauis, ubi remi adnexi sunt, à quo Interscalmia spatia inter remiges dicta sunt. Celeustes est qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ uerbo Græco celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Hoc uerò celeusma, quod & celeuma dicitur, in nauibus classiariis assa uoce interdum, interdum tibia canebatur, ita ut remiges pro modulorum atque harmoniæ ratione uel concitarẽt uel

B inhiberẽt remos. Pedianus auctor est cani remigibus celeuma per symphoniacos seruos solitum olim esse, & per assam uocem, id est ore prolatam, & (ut in Argo naui) interdũ per citharam. Cicero in Diuinatione, Ab hac muliere præfectus Antonij quidam symphoniacos seruos abducebat per iniuriam, quibus se in classe uti uelle dicebat. Quem locum Pedianus enarrans, Possumus, inquit, intelligere ad hoc symphoniacos seruos capi solere, ut in classe pugnantibus classicum canant, unde ipsi tubæ classis classicum nomẽ est positum. Hieremiæ uicesimoquinto cap. Celeuma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. Quo uerbo allegoricôs Propheta

C significauit hortamentum mutuum populos contrucidantium, quod per celeuma uuas calcantium quasi sanguinem exprimentium intelligitur. Sic enim solẽt celeuma facere & nautæ & helciarij, id est qui onera funibus moliuntur, uel qui naues deducunt, subducúntue, ad officia inuicem adhortãtes: ut uno connixu pariter conspirantes, admoliri uniuersis uiribus possint, quod singulis nequeunt, ut fieri interim uidemus. Et cap. duodetricesimo, Nequaquam calcator uuæ solitum celeuma cãtabit. Sunt etiam in naui qui uectores dicuntur, qui ob hoc tantùm in naui sunt, ut uehantur, quo modo hoc in titulo accipiuntur: qui si milites sunt, Epibatæ dicuntur uerbo Græ-

D co, sed Latinis usitato, Latinè Classiarij uocantur. Quanquam epibates & uectorem & classiarium significat apud Demosthenem: ac ne uectorem quidẽ modò, sed etiam equitem, qui equo uehitur. Gregorius, Μηδὲ καθάπερ ἵπποι θερμοὶ καὶ δυσκάθεκτοι τὸν ἐπιβάτην λογισμὸν ἀχρρίψαντες. Et uerbũ ἐπιβατεύειν in utraque significatione accipitur apud auctores magnos Græcorum. Nauicularij nauium sunt domini, qui Græcè naucleri dicuntur, meritorias naues habẽtes, quos patronos appellamus. Tacitus, Atq; inde decursu in littora aut urbes, uim cultoribus ac oppidanis, ac plerunque in mercatores & nauicularios audebant. Vnde nauiculariam facere. Cicero in Verrem actione ulti-

E ma, Quid eos loqui, qui uidebant: quid existimare eos, qui audiebant, arbitrabare? inanem te nauem esse in Italiam deducturum? nauiculariã te, cum Romam uenisses, esse facturum? Hi & nauiculatores ab eodem dicuntur in oratione pro lege Manilia. Vegetius tamẽ libro quarto, nauicularios eos esse dicit, qui in classe singulis nauibus præsunt, quos Græci nauarchos uocant. Cæterùm uerba quædam Græca hîc desunt, quæ restitui nisi ab eo qui Florentinas Pandectas adierit, non possunt.

Act. 4. Sce. 3. Πρωρεὺς. Γρωράτης. Remiges. Scalmus & Interscalmiũ. In Mercator. Act. 4 Sce. 2. Celeustes & Hortator. Assa uox. Celeusma. Symphoniaci serui. Celeuma calcantiũ apud Hieremiam. Helciarij. Vectores. Epibatæ. Classiarij. ἐπιβατεύειν. Nauicularij Naucleri. Lib. 12. Nauiculariã facere. Nauiculatores. Cap. 32. Græca reposita sunt in Haloandro.

Ex.l.prima,De Iudiciis. F

Qui tribunali præeſt,uel aliam iuriſdictionem habet.) Accurſius parum conſtare ſibi uidetur in huius uocabuli interpretatione. Videndum igitur
Subſellia. quid ſit tribunal. Aſconius Pedianus in Diuinationem Ciceronis, Subſellia, inquit,ſunt Tribunorum,Triumuirorum, Quæſtorum,& huiuſmodi mi-
Tribunalia. nora iudicia exercentium: qui non in ſellis curulibus,nec tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. Erant & ſubſellia iudicum,id eſt eorum qui publicis iudiciis diſceptandis operam dabant, auctore eodem Aſconio in quarta in Verrem act. Cicero pro Cluentio, Accuſabat Tribunus pleb. idem in concionibus,idem ad ſubſellia. Ad iudicium non modò de concione,ſed etiam G
cum ipſa cõcione ueniebat. Idem in Vatinium, Quæro ex te,num quis reus poſt Vrbem conditam in tribunal ſui quæſitoris aſcenderit, eúmque ui deturbarit,ſubſellia diſſiparit,urnas deleuerit,eas denique res in iudicio diſturbando commiſerit,quarum rerum cauſa iudicia ſunt conſtituta? Hoc in loco tribunal Cicero Prætori aſſignauit,qui iudiciis publicis prę erat, & Quæſitor uocabatur: ſubſellia uerò iudicibus qui reos ſententiis ſuis tabellaribus
Verr.4. iudicabant. Itaque in Verrem actione quarta,aram legum tribunal Prætoris
Cap.ult. & iudicum ſubſellia uocat. Fabius libro undecimo, Multa ex his quæ præcipimus,mutari neceſſe eſt ab iis qui dicunt apud tribunalia. Nam & uul- H
tus erectior,ut eum apud quem dicitur,ſpectet: & geſtus,ut ad eum tendens elatior ſit,neceſſe eſt. Tribunal Fabius ad differentiam ſubſelliorum ſignificandam dixit. Plinius minor,Cum dicturus,inquit,apud Centũuiros eſſem,
Li.4.epi.17. adeundi mihi locus, niſi à tribunali,niſi per ipſos iudices non fuit: tanta ſtipatione cætera tenebãtur. Hoc in loco tribunal Prætoris intelligo, qui Centumuiris præſidebat,ut ſuprà dixi. Quæ autem forma tribunalis fuerit, Vi-
Tribunalis forma. Cap.1. truuius libro quinto de Architectura docet,de baſilica Iulia loquens,quam ipſe architectatus erat. In baſilicis enim iura ferè reddebantur. In ea baſilica ædem Auguſti fuiſſe dicit,& in ea tribunal. Verba autẽ eius hæc ſunt, Item I
tribunal eſt in ea æde hemicycli ſchematis, minore curuatura formatum. Eius autem hemicycli in frõte eſt interuallum pedum quadraginta ſex, introrſus curuatura pedũ quindecim, uti eos qui apud magiſtratus ſtarẽt, negociantes in baſilica ne impedirent. Quibus uerbis Vitruuius ſignificat formam illius tribunalis non ſemicircularem fuiſſe, ſed arcuatam. Non enim iuſti ambitus pleníque centri hemicyclium illud fuiſſe, ſed ita modulatum ut in fronte,id eſt(ut mathematici dicunt)in chorda, ſex & quadraginta pedes: introrſus uerò,id eſt in linea perpẽdiculari,quæ quaſi ſagitta eſt in arcu, quindecim pedes pateret. Si enim iuſtum plenúmque hemicyclium fuiſſet, K
linea hæc perpendicularis trium & uiginti pedum eſſet introrſus, quæ media pars eſt diametri. Propterea ſchema uocauit Vitruuius curuatura hemicyclio minore formatum. Ex his dictis apparet magnificũ aſpectum tribunalis fuiſſe, nec immeritò maioribus iudicibus aſſignatum. In hunc uerò locum Accurſius multa cerebri afflictatione incurriſſe uidetur,nec ad extremum etiam intellexiſſe, quem tamẽ nemo poſthac uolens,ac niſi obaudiẽs

non

Source : BIU Cujas

A non intelliget.Erat enim tribunal Consulum,Prætorum,Præfecti urbis,Proconsulum & Præsidum in prouinciis,& Imperatoris in castris,quod cespititium dicebatur.Plinius in Panegyri. Decora facies Consulis,multa post secula tribunal uiridi cespite extructum, nec fascium tantum,sed pilorum signorúmque honore circũdatum.Et ad tribunal igitur & ad subsellia, in iudicem litigatoribus consentientibus, haud dubie iusta & plena est iurisdictio,quanquam alioquin non futura. *Cespititium.*

Ex.l.secunda,in fine,eodem titulo.

Iis datur mulctæ dicendæ ius, quibus * publicè iudicium est.) Mulctam B dicere antiqui tum dicebant,cum ad populum & in comitio mulcta disceptanda irrogabatur,quod ipsi certare mulctam dicebant.Liuius libro quinto secũdi belli Punici,Sp.& L.Caruilij cum rem inuisam infamémque cernerent,ducentûm millium æris mulctam Marco Posthumio dixerunt.Cuius certandę cum dies aduenisset,conciliúmque frequens plebis adesset:una spes uidebatur esse,si Casca Trib.pleb.qui propinquus cognatúsque Posthumio erat,prius quàm ad suffragiũ tribus uocarentur,intercessisset.Idem paulò pòst, Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta essent, uímque eam contra remp.pernicioso exemplo factam Senatus decerneret: cõfestim C Caruilij Tribb.pleb.omissa mulctę certatione,rei capitalis diem Posthumio dixerunt:ac ni uades daret,prehendi à uiatore, atque in carcerem duci iusserunt.His uerbis apparet moris fuisse,ut Tribb.plebis mulctã dicerent, quæ postea populi suffragiis uel irrogaretur uel abrogaretur , uel etiã remitteretur:quo tempore mulcta certari dicebatur:nõ enim Tribuni damnare mulctæ poterant,sed tantùm rogare populum , apud quem cum reus non iure mulctatum se contẽderet,lis illa mulctatitia disceptabatur.Sic fit hodie cum iudicum edicta gestantes uiatores iubent uetántue quid fieri, mulctam dicentes ni edicto pareatur.Cui si nõ paruerint ij ad quos ea res pertinet, diem D tum ad iudices dicunt à quibus edicta manarunt, quo die commissam esse mulctam pronunciatione iudicum amplius audituri sint, id est se incurrisse pœnas,ut nunc diximus.Cicero in Antoniana xj.Crassus Consul Pontifex maximus,Flacco collegæ flamini Martiali mulctam dixit,si à sacris discessisset:quam mulctam populus Romanus remisit, Pontifici tamen flaminem parêre iussit.Plinius in epistolis, Licinius Nepos Prætor, acer & fortis uir, mulctam etiam dixit Senatori. Egit ille in Senatu causam suam,egit autem sic,ut deprecaretur:remissa est mulcta. In Duodecim autem de magistratuũ imperiis ita cautum olim esse legimus,Iusta imperia sunto,iisque ciues mo- E deste ac sine recusatione parento. Magistratus nec obedientem & noxium ciuem mulcta,uinculis,uerberibúsue coercẽto,ni par maiórue potestas prohibessit: ad quos prouocatio esto. Cum magistratus iudicassit irrogassitue, per populum mulctæ pœnæ certatio esto. * Militi ab eo qui imperabit, prouocatio ne esto. De hoc uerba Ciceronis hæc sunt in tertio de Legibus, Nec uerò solum ut obtemperẽt obediántque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligántque, præscribimus, ut Charondas in suis legibus facit. Noster

** publicum Mulctam dicere.*

Mulctam certare.

Tribuni plebis mulctam dicebant.

Committere mulctam.

Lib. 4. epistola penult.

De magistratibus.

** Militiæ*

Source : BIU Cujas

uerò Plato Titanum è genere ſtatuit eos, qui ut illi cœleſtibus, ſic hi aduer- F
ſantur magiſtratibus. Plato de magiſtratibus loquẽs in libris de Legibus, ita
inquit, δεῖ γὰρ ὥσπερ ἐξ ἑτέρου τὸ στημόνιον ἐρίου γίνεται τοῖς κρόκοις, οὕτω καὶ τοὺς ἄρχοντας ἔχειν
πρὸς τοὺς ἀρχομένους: Quo modo enim ſtamen ex alia ab liciis lana factitari ui-
demus, eandem rationem eorum eſſe oportet qui remp. regũt, ad eos qui re-
guntur. Hoc autem dictum ad cenſus differẽtias referendum eſſe, ex Ariſto-
Claſſes & timemata. tele apparet libro ſecundo Politicôn. A Græcis τιμήματα dicuntur. Quemad-
modum enim Romani Seruij Tullij inſtituto ex cenſu in claſſes quinque
diſtributi erant, (id quod docet Liuius) ſic Solon Athenienſes in quatuor ti-
memata diſtribuiſſe dicitur, ut auctor eſt Ariſtoteles. Is autem politiæ ſuæ G
rationem ita moderatus eſt, ut magiſtratus omnes ex optimatibus, iiſq; qui
facultatibus excellerent, conſtitueret, qui ex tribus primis cenſibus conſta-
rent: quartam autem claſſem, quæ mercenariorum ordinem complectitur,
Τὸ θητικόν. à magiſtratibus ſummoueret. τὸ θητικὸν Græcè dicitur. Propterea Ariſtoteles
in tertio eorundem librorum dubitans utrum in bene conſtituta rep. opti-
mates an populum dominari pręſtantius ſit, Solon, inquit, & nonnulli legũ-
Magiſtratus cauſam dicebãt finito magiſtratu. latores creandis magiſtratibus populum, & cauſæ à magiſtratibus dicendæ
præficiunt: ſingillatim autem imperium habere non ſinunt. Etenim omnes
in unum conuenientes ſatis intelligere credũtur, & cum melioribus mixti, H
ciuitatibus uſui eſſe poſſunt: (non aliter quàm impurum alimentum cum
puro mixtum, uniuerſum alimentum utilius pauciore alimento facit) ſin-
guli autem diſceptandis rebus non ſufficiunt. Hanc tamen quæſtionem ut
dubiam Ariſtoteles copiosè ibidem exequitur. Alibi autem de hoc eodem
loquẽs ita inquit, Solon autem uidetur poteſtatem maximè neceſſariam po-
pulo tribuiſſe, ut & magiſtratus crearet, & eos ad dicendam cauſam cogeret,
id eſt, ut eos magiſtratus geſti rationẽ expoſceret. Qui autem populus harũ
rerum compos non fuerit, eum ſeruum neceſſe eſt eſſe, & hoſtili animo in
magiſtratus affectum. Apud nos uerò cum magiſtratus creandi poteſtas ad I
Principem, qui populi loco eſt, delata ſit, cauſæ dicendæ ratio omnino exo-
leuit, ut alibi diximus. Huius autem inſtituti ratio (ſyndicationem nunc ap-
pellant) ex his uerbis eiuſdem auctoris, ubi de pleno regno loquitur, intelli-
De imperio legis & hominis. gi poteſt, ὁ μὲν οὖν τὸν νόμον κελεύων ἄρχειν, δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους. ὁ δ' ἄν-
θρωπον κελεύων, προστίθησι καὶ τὸ θηρίον. ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον, καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντας διαστρέ-
φει καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας· διόπερ ἄνευ ὀρέξεως νοῦς ὁ νόμος ἐστί. Enimuero, inquit, qui legẽ
Lex. uolunt ciuitati dominari, ij uidẽtur deum & leges dominari uelle. Qui ue-
rò hominem dominari uolunt, ij addũt & feram. Siquidẽ huiuſmodi quid-
dam eſt cupiditas, excandeſcentiáque magiſtratus ipſos deprauat, & uiros K
quãlibet etiam bonos. Atqui lex mens eſt appetitione uacans. Eodem perti-
net illud Iſocratis in Panegyrico, quod etiam in Panathenaico repetiit, ut
Πολιτεία. ſcite dictum, ἐστὶ γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἄλλο ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν, ὅσην περ
ἐν σώματι φρόνησις: Eſt enim anima reip. nihil aliud quàm politia, tantam in ea
Præceptum Catonis. uim obtinens, quantam habet in corpore prudentia. Non omittendum au-
tem uidetur bimembre præceptum Marci Catonis, uel oraculum potius ad

Ex titulo, De iudiciis.

magiſtratus

A magiſtratus pertinens,quod quidem Plutarchus ita Græcè retulit,τὸν δὲ ἄρχοντα μὴ κελεύειν ἔλεγε δεῖν μὴ δὲ παρὰ τοῦ δικαίου λιπαρεῖσθαι,μὴ δὲ παρὰ τοῦ ἀδίκου ἐκλιπαρεῖσθαι, Magiſtratum autem,inquit, & iudicem dictitabat nec de obtinendo iure orari oportere,nec de iniuria exorari. Quod utinam præceptum magiſtratus ac iudices meminiſſe ita inſtituiſſent, (mitto nũc alia) ut ærumnoſa antelucanarum ſalutationum neceſſitate litigatores defungerentur, porrigendorúmque ſupplicum libellorum ſolenni inſtituto. Alibi in XII.ita additũ fuit,Omnes magiſtratus auſpicium iudiciúmque habento, éxque iis Senatus eſto: de quo Cicero libro ſupradicto, Deinceps igitur omnibus magi-

B ſtratibus auſpicia & iudicia dãtur.Iudicia,ut eſſet populi poteſtas,ad quam prouocaretur: Auſpicia,ut multos inutiles comitatus probabiles impedirẽt moræ. Sæpe enim populi impetum iniuſtum auſpiciis dij immortales repreſſerunt. Quo in loco comitatus pro conuentibus intelligo, hoc ſenſu, quòd ſæpe comitia populi temere coacta,auſpicia diſturbauerunt: quod fieri ſolebat obnunciatione Augurum. De hoc autem iure auguratus loquens in ſecũdo,ita inquit,Quid enim maius eſt,ſi de iure quærimus, quàm poſſe à ſummis imperiis & ſummis poteſtatibus comitia tollere? concilia uel inſtituta dimittere,uel habita reſcindere? quid grauius, quàm rem ſuſceptã

C dirimi,ſi unus Augur aliter dixerit? quid magnificentius,quàm poſſe decernere ut magiſtratu ſe abdicent Cõſules?Idem libro tertio de magiſtratuum imperio loquẽs,ita inquit,Videtis igitur,magiſtratus hanc eſſe uim,ut præſit, * præſcribat quæ recta, & utilia,& coniuncta cũ legibus. Vt enim magiſtratibus leges,ita populo præſunt magiſtratus. Veréque dici poteſt, magiſtratum legem eſſe loquẽtem,legem autem mutum magiſtratum. De mulctarum generibus & mulcta dicenda,Gellius ſatis multa dixit libro undecimo Noctium Atticarum.

Iudicia & auſpicia omnibus magiſtratibus data.
Comitatus.
De iure auguratus & obnunciatione.
** præſcribátq;*
Cap.1.

Ex.l.Hæres.§.Si quis tutelam.

D Et quaſi à uiatore emit,uel ab eo qui trãſuehebatur.) In Annotationibus Politiani,& in antiquo exemplari legimus, uel ab eo qui παρέπλει,id eſt ab eo qui præternauigabat.

Sic & Haloan.

Ex.l.Sed & ſi ſuſceperit.eod.tit.De iudi.

Si libertis ſuis teſſeras frumentarias emi uoluerit.) Teſſeræ frumentariæ ſigna erant frumentaria,quibus exhibitis frumentum à principe dabatur populo Ro.ut hodie quibuſdam in locis nummi plumbei uel ærei, uel quid ſimile quod pro ſymbolo ſit.Ex quo factum eſt ut teſſera pro iure percipiendi frumentũ ponatur.Trãq.in Aug.populi Romani * cenſum uicatim egit:

E ac ne plebs frumentationum cauſa frequentius à negociis auocaretur,ter in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit.Sed deſideranti conſuetudinem ueterem,conceſſit rurſus,ut ſui * cuiuſque mẽſis acciperet. Alibi frumentationes appellat his uerbis,Impetum ſe cepiſſe ſcribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quòd earum fiducia cultura agrorũ ceſſaret. Idem, Frumentũ quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo, interdum nullo precio uiritim admenſus eſt:teſſeráſque nummarias dupli-

Teſſeræ frumentariæ.
*Cap.40. *recenſum*
** quiſque.ſic mauult Sabellicus.*
Cap 42.
Cap.41.
Teſſeræ nũmariæ.

Source : BIU Cujas

Cap.11. cauit. Et rurſus in Nerone, Sparſa & populo rerum omnium miſſilia per o- F
mnes dies, ſingula quotidie millia auium cuiuſque generis, multiplex pe-
nus, teſſeræ frumentariæ, ueſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabu-
læ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam feræ manſuetæ, nouiſſime naues,
inſulæ, agri. Quibus uerbis intelligimus teſſeras argentarias, iumẽtarias, ue-
ſtiarias, nauicularias, agrarias, inſularias, & huiuſmodi alias. Eæ autem Ro-
mæ tantùm dari ſolebãt: ut non ſit mirum id quod Vlpianus hîc cenſet, fru-
mentariæ teſſeræ legatum Romæ tantùm, non etiam in prouincia, deberi.
Non admodum diſſimiles erant teſſeris frumentariis quæ apud Atheniẽſes
Σιτήσεις. σιτήσεις dicebantur, id eſt annonæ, quæ bene de rep. meritis dabantur, & ius G
epulandi publicè in Prytaneo. Itaque Socrates in iudicio reus factus, inter-
rogatus à iudicibus ex more Athenienſium, quam pœnam commeruiſſe ſe
maximè fateretur, reſpõdit ſe meruiſſe ut ampliſſimis honoribus & præmiis
decoraretur, & ut ſibi uictus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur,
qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cuius reſponſo ſic exarſerunt
iudices, ut capitis innocentiſſimum hominem condemnarent. Auctor Ci-
cero libro primo de Oratore. Teſſeræ tamen frumentariæ (ut arbitror) à Græ
Σιτηρέσια. cis σιτηρέσια dicuntur, id eſt τὰ διδόμενά τισιν εἰς τροφὴν, quæ Pollux lib. 8. inter ho-
nores publicos enumerat. H

Ex. l. Antiqui, Si pars hæreditatis.

Sed & tres geminos Senatores cunctos uidimus Oratios.) Non tres gemi-
nos, ſed tergeminos legendum cenſeo, atque etiam affirmo, ne hoc in loco
Cap. 3. miſerè cum Accurſio conflictemur. Plinius lib. 7. Tergeminos naſci certum
Tergemini. eſt Oratiorum Curiatiorúmq; exemplo: ſuprà, inter oſtenta adducitur, præ-
terquã in Aegypto, ubi fœtifer potu Nilus. Proximè ſupremis Auguſti an-
nis Fauſta quædam è plebe Oſtiæ, duos mares, totidem fœminas enixa, famẽ
Ibidem. quæ ſecuta eſt portendit. Idem, In Aegypto ſeptenos uno utero ſimul gigni
auctor eſt Trogus. Liuius libro primo de Romanis & Albanis loquens, For- I
*trigemini tè, inquit, in duobus tum exercitibus erant * tergemini fratres, nec ætate nec
uiribus diſpares. Oratios Curiatióſque fuiſſe ſatis conſtat, nec ferè antiqua
res eſt alia nobilior: tamen in re tam clara nominum error manet, utrius po-
puli Oratij, utrius Curiatij fuerint: auctores utroque trahunt: plures tamen
*trigeminis inuenio, qui Romanos Oratios uocẽt. Cum * tergeminis agunt reges, ut pro
*dimicent ſua quiſque patria * dimicet ferro: ibi imperium fore, unde uictoria fuerit.
Cap. 3. ſub fi- Apud Solinum tamen Fauſta quædam ex plebe quatuor geminos edidiſſe
nem. legitur, corrupte (ut arbitror) pro quatergeminos. Idem Solinus, Trogus au-
ctor, inquit, affirmat in Aegypto ſeptenos uno utero ſimul gigni: quod ibi K
minus mirum, cum fœtifero potu Nilus non tantùm terrarũ, ſed etiam ho-
minum materna fœcundet arua. Senſus igitur eſt Pauli, Sed & nos tergemi-
nos Oratios uidimus, in ordine omnes ſenatorio. Quod de aliis Oratiis qui-
buſdam intelligendum, quàm quorum Liuius Pliniúſque meminerunt,
quanquam uerbum cunctos ſuſpectum mihi uidetur. Verum quandoqui-
Superfœtatio. dem Paulus hic ſuperfœtationis meminit (Sic enim uocatur ſecõdarius con-

ceptus

Source : BIU Cujas

A ceptus prægnantis,quam ſuperimpręgnationem uulgus appellat,ut hic eius mulieris Alexãdrinæ,quæ poſt quadrageſimum diem, quintum edidiſſe dicitur)pauca hîc Ariſtotelis uerba eò pertinentia ſubiicienda putaui,ex libro quarto de generatione animalium, in quo libro Ariſtoteles de ratione conceptuum copioſiſſime diſſeruit. Homo autem,inquit, cum omnibus generibus ambigit.Nam & uniparum,& pauciparum,& multiparum interdum eſt(animal ſubaudiendum) ſed maxime ſua natura uniparum eſt. Humore profectò caloréque corporis multiparum eſt: ſeminis enim natura humida & calida eſt:ſed ſuæ magnitudinis ratione pauciparum,atque uniparum eſt. *Cap 4.*

B Hinc tempus etiam uteri ferendi enorme unum hoc animal ſortitum eſt. Cæteris enim unum eſt tempus: homini uerò plura ſunt. Quippe cum & ſeptimo menſe,& decimo naſcatur: atque etiam inter ſeptimum & decimũ poſitis.Qui enim octauo menſe naſcuntur,etſi minus,tamẽ uiuere poſſunt, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπαμφοτερίζει πᾶσι τοῖς γένεσι. καὶ γὰρ μονοτοκεῖ, καὶ πολυτοκεῖ καὶ ὀλιγοτοκεῖ ἐστι, μάλιστα δὲ μονοτόκον πέφυκεν εἶναι. ἔχει μὲν γὰρ τὴν ὑγρότητα τοῦ σώματος καὶ θερμότητα, πολυτόκον. τοῦ γὰρ σπέρματος ἡ φύσις ὑγρὰ καὶ θερμή. ἔχει δὲ τὸ μέγεθος, ὀλιγοτόκον, ἔχει δὲ τοῦτο καὶ τῶν τῆς κυήσεως χρόνος μόνῳ τῶν ζώων ἀνωμάλως ἔχειν συμβέβηκε. Ambigere autem cum omnibus generibus, Theodorus Ariſtotelis in iis libris interpres pro eo accepit, *Ambigere.*

C quod eſt ancipitem naturã habere ad omnia animalium genera,uerbo non minus apto,ut uidetur,quàm Ariſtoteles uſus.Cuius uerba ideo huc trãſtulimus,quòd ille optimus Græcorum interpres fuiſſe à doctiſſimis exiſtimatur.Idẽ de urtica piſce, ἡ δὲ ἀκαλήφη ἐπαμφοτερίζει φυτῷ καὶ ζώῳ, Vrtica autẽ, inquit, ἐπαμφοτερίζειν. eſt ambigens & plantæ & animali:id eſt medium quiddam inter animal & plantam,cuiuſmodi ſunt quæ mediam naturam inter ſenſibilia & uegetabilia habent,ob hoc Zoophyta dicta(nos fortaſſe plantanimãtes dicere poſſumus,uel plantanimalia)ut oſtrea,ſpongiæ,& ſimilia inter animalia & ſtirpes ambigua.Non aliam ob cauſam illud Marci cap. ultimo,dictum eſſe af- *Zoophyta. Plantanimãtes. Marci locus.*

D firmant,πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει, Euntes in mundum uniuerſum prædicate euangelium omni creaturę.Homini enim cum plantis anima uegetabilis,cum brutis ſenſus,cum naturis intelligibilibus, id eſt cum angelis, mens & ratio conuenit: propterea omnis creaturæ appellatione ſignificatur.Idem Ariſtoteles de ſuperfœtatione loquens,Animalium uerò,inquit,alia nunquam ſuperfœtant,alia ſuperfœtant. Quæ autem ex iis magnitudine prędita ſunt,ut homo,ſi alter coitus proxime ab altero acceſſit, enutrire quod ſuperfœtatum eſt,poſſunt. iam enim id eueniſſe uiſum eſt.Sed ſi iam aucto conceptu coitus adhibetur,ſuperfœtari quidem *Omnis creatura. De generat. animal. lib. 4 Cap. 5.*

E poteſt,ſed raro:quoniam uterus magna ex parte ad partum uſque ſe comprimit.Si tamen aliquãdo accidit ut ſuperfœtetur(iam enim id eueniſſe cõſtat)perfici non poteſt:ſed conceptus abiguntur ſimiles iis quos abortus uocamus.Et paulò pòſt,Sola,inquit,animalium mulier & equa,grauida coitũ patiuntur.Homo enim ſua natura præfœcundum animal eſt.Aliquid etiam in utero tum ſpatij tum excrementi ſupereſt,quanquam non tantum ut uel alterum poſſit alere.Mulier itaq; ob eam cauſam coitum recipit. Equa autẽ

Source : BIU Cujas

ſoliditate ſuæ naturæ,& quòd aliquid ſpatij in utero ſuperſit,amplius quidē F
quàm ut ab uno occupetur,ſed arctius quàm ut alterum perfecte poſſit ſuperfœtari. Μόνα τὴν τῶν ζώων ὀχείαν ὑπὸ δέχονται κυοῦντα, γυνὴ καὶ ἵππος, διὰ δὲ τὸν ἄνθρωπον φύσει πολυτόκον εἶναι, καὶ περιεῖναι τε ᾧ μεγέθει τῆς ὑστέρας καὶ τοῦ περιτωμάτος, μὴ μέντοι τοσοῦτον ὥστε ἐκτρέφειν. Et rurſus,Sunt autem nonnulla ſuperfœtantia, quæ longo etiam interpoſito tempore coeundi poſſint enutrire cōceptum quem ſuperfœtarint: uidelicet ea quorū genus ſemine genitali, & corporis magnitudine caret, & multa generat. Ita enim corpus eorū principio conſtitutū eſt, quale corpus leporū eſt: hoc enim animal ſuperfœtat. uteri enim eorum nō ſe comprimunt,quoniam excrementum purgationis ſupereſt. quod mulie- G
ribus quoque euenit:fit enim grauidis nōnullis purgatio, & interdum quæ ad finem uſque perſeueret. Sed iis præter naturam hæc euenit, quamobrem fœtus afficitur detrimento. Hæc nos ex Ariſtotele pauca de multis tranſcripſimus,non quidem eo ordine quo ab eo ſcripta ſunt:quæ enim ſparſim ab
Cap.4. eo dicta ſunt,nos in unius ſententiæ ſeriem collegimus. Idem libro 7.de hiſtoria animalium, Mulier & equa,inquit, omnium maximè animaliū grauidæ coitum patiuntur:cætera ubi grauida fuerint,fugiūt mares, ea ſcilicet quorum natura ſuperfœtare more léporis recuſat. Verum equa nunquam ſuperfœtat,ſed magna ex parte unum tantummodo generat. At uerò in mu- H
liere rarò quidem euenit ut ſuperfœtetur, ſed factum tamen aliquando eſt. Qui itaque longo pòſt tempore cōcepti ſunt,nihilo perfici poſſunt:ſed præmaturius dolorem, quo & ipſi, & primus fœtus intereat,mouent. At uerò ſi proximè à primo conceptu ſecundus ſit factus, abſolui edíque poteſt quod
Gemini. Hercules & Iphicles. ſuperfœtarit, ut quaſi gemini naſci uideātur: quo modo Herculem & Iphiclem procreatos eſſe fabulantur.nam id etiam conſtitit adultera quadā,quæ alterum ſuo marito,alterum adultero ſimilem peperit.Iam & cum geminos quædam ferret,primum uitalem peperit,ſecundum quinto menſe eliſit,qui ſtatim mortuus eſt, Μοιχευομένη γάρ τις, δὲ μὲν ἐν τῶν τέκνων ἐοικὸς ᾧ ἀνδρὶ ἔτεκε, τὸ δὲ ᾧ I
μοιχῷ. ἤδη δὲ καὶ δίδυμα κυοῦσά τις ἐπεκύησε τρίτον. γενομένου δὲ χρόνου τοῦ καθήκοντος τὰ μὲν, τελεόγονα ᾧ χρόνῳ ἔτεκε, δὲ δὲ πεντάμηνον, καὶ τοῦτ' ἀπέθανεν εὐθύς. His Ariſtotelis uerbis ap-
An gemini uno concubitu concipiantur. paret geminos pleroſque uno cōcubitu concipi,nonnullos tamen pluribus. Id quod diuus Auguſtinus ignoraſſe uidetur,qui lib.5.de Ciuitate,cap.6.cōtra Chaldæos loquens,qui ſe ex Geneſi hominum fata prædicere poſſe profitentur,ſic inquit, Atenim, inquiunt, plurimum uis horoſcopi ualet. Hoc quàm nihil ſit,iam ſatis diſſerui. Sed qualecunque ſit, in ortu ualere dicunt.
** concubitum* Nunquid non & in conceptu? ubi & unum * conceptum eſſe manifeſtum eſt.Et tanta naturæ uis eſt,ut cum conceperit fœmina, deinde alterum con- K
cipere omnino non poſſit: unde neceſſe eſt eadem eſſe in geminis momenta cōceptus. Verùm hoc fortaſſe ſecutus eſt Auguſtinus,quod idem Ariſto-
Cap.4. teles libro quarto de generatione dixit, Τῆς δὲ νῦν ῥηθείσης ἀπορίας μᾶλλον ἄν τις θαυμάσειεν ὑπὸ τῶν πολυτοκούντων, ἐπειδὴ φαίνεται πολλάκις ἀπὸ μιᾶς ὀχείας κυϊσκόμενα τὰ τοιαῦτα. Huius autem quæſtionis,inquit, maxime quis miretur in iis quæ multa pariunt, quòd plerunque uno initu id genus animalia impleri cernuntur.

Ex lege,Antiqui.tit.Si pars hære.petatur.

Plinius

Source : BIU Cujas

A Plinius libro ſeptimo naturalis hiſtoriæ, uelut hæc ab Ariſtotele lib.7.de hiſtoria animalium mutuatus, Præter mulierem, inquit, pauca animalia coitũ nouere grauida. Vnum quidem omnino aut alterum ſuperfœtat. Extat in monumẽtis etiam medicorum, & quibus talia conſectari curæ fuit, uno abortu duodecim puerperia egeſta. Sed ubi paululum temporis inter duos cõceptus interceſſit, uterque perfertur: ut in Hercule & Iphicle fratre eius apparuit, & in ea quæ gemino partu, alterum marito ſimilem, alterum adultero genuit. Item in Proconneſia ancilla, quę eiuſdem diei coitu, alterum domino ſimilem, alterum procuratori eius. Et in alia, quæ unum iuſto partu, B quinque menſium alterum edidit. Ariſtoteles, ἤδη δὲ γενομένης διαφθορᾶς, καὶ δέκα συνέβη καὶ δώδεκα ἐμπεγεῖν ἠθικυνηθέντα. Idem lib.8. Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter Daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in utero pilis ueſtitum, aliud implume, aliud * inchoatam gerens partem. Et rurſus libro x. Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant ſicut lepores: à partu ſtatim implentur. In quibus duobus locis Plinius hallucinatus eſſe creditur, qui daſypodem & leporẽ diuerſa animalia eſſe putauerit, cum idẽ ſit. Theodorus certe daſypodem ubique leporem ex Ariſtotele uertit: & ex Ariſtotele id ſatis percipitur, qui in locis ſupradictis daſypoda non lagon dicit. Duo- C bus id prouerbiis oſtendi ſatis putant: uno, πρότερον χωλώνη παραδραμεῖν τὸν δασύπουν. id eſt, Prius teſtudo curſu leporẽ præuerterit: quod in rebus quas uſuuenire non poſſe contendũt, uſurpare ſolent. Altero, δασύπους τῶν κρεῶν ἠθιθυμεῖ, quod Terentius trãſtulit, Lepus tute es, & pulpamẽtum quæris. Si igitur Auguſtinus & Plinius uiri tanti, cum opera nobilia conderent, in rebus tam apertis hallucinari potuerunt: næ homunculis nobis dari ueniam candidis à lectoribus par eſt eorũ, quæ nonnunquam inſcitius dicta à nobis uidebuntur. Quibus utinam ipſis ita hoc opere delectari, atque nonnunquam adiuuari etiam contingat, ut cum primum in manus id ſumpſerint, ni- D hil præiudicatæ opinionis in utranuis partem ad eius iudicium æſtimationémque attulerint. Verum illi officij ſui rationem uiderint: nos ad inſtitutum reuertamur. Quod igitur circa finem huius legis dicitur, Quid ergo? Prudentiſſimi iuris auctores medietatem quandam ſecuti ſunt, ut quod fieri non rarò admodum poſſet, intuerentur: id eſt, quia fieri poterat ut tergemini naſcerentur, quartam partem ſuperſtiti filio aſſignauerũt, ut ait Theophraſtus. Ego hunc locum ita lego, ut poſt uerbum aſſignauerunt, hanc lacunam his uerbis impleam, τὰ γὰρ δίκαια ἐν τοῖς ἠθιτοπλεῖστον καθεστηκέναι δεῖ, οὐκ ἐν τοῖς ἐκ παραλόγου, ut ait Theophraſtus. Eſt enim dictum Theophraſti ex libris E de Legibus, quorum meminit Cicero lib.5. de Finibus, quod Pomponius retulit ſuprà in titulo De legibus, & nos illic ex Pandectis Florẽtinis reſtituimus. Sic igitur uertenda Latinè hæc uerba ſunt, Iura enim conſtitui oportet in iis quæ plerunque, non in iis quæ necopinatò accidunt, ut ait Theophraſtus. Quoniam igitur plures quàm tergeminos naſci portentificum eſſe ſolet, ut ſupra ex Plinio uidimus, ideo Iuriſconſulti rationem eius ſpeciei habendam non putauerunt.

Cap.11.

Cap.55. Daſypodes.

* inchoatum gerẽs pariter.

Cap.63. Plinius hallucinatus.

Eunuch. Act. 3. Scen. 1.

Sic Haloãder aſſignauerũt. ὃ δὲ ἅπαξ ἢ δὶς (ut ait Theophraſtus) παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. quæ quidem uerba ipſe ſic uertit, Quod enim ſemel tãtùm, aut iterũ extitit, id legum latores prætereunt.

Ex.l. Vtique, De rei uendicatione. F

Culpa non intelligitur, si nauem petitam tempore congruo nauigationis trans mare misit, licet ea perierit.) Vegetius lib.4. de mensibus loquens quibus tutius nauigatur, Ex die, inquit, tertio Iduum Nouembris, usque ad diem sextum Iduum Martij, maria clauduntur: nam lux minima, nóxq; prolixa, nubium densitas, aëris obscuritas, uentorum, imbrium, uel niuium geminata sæuitia, non solùm classes à pelago, sed etiam commeantes à terrestri itinere deturbat. Post natalem uerò (ut ita dicam) nauigationis, qui solenni certamine publicóque spectaculo multarum gentium celebratur, plurimorum siderum, ipsiúsque temporis ratione usque in Idus Maias periculosè maria tentantur. His uerbis apparet quod tempus nauigationis Paulus hîc intellexerit. G

Cap.39.

Maria claudi.

Nauigandi tempus.

Ex.l. Vsufructu legato, De usufructu.

Hactenus tamen, ut sartatecta habeat.) Accursius nec hîc, nec usquam alibi in iure quid sint sartatecta percepit. Sartè (inquit Festus) ponebant pro integrè: ob quam causam opera publica quæ locantur ut integra præstentur, sartatecta uocantur. Sarcire enim est integrum facere. Hactenus ille. Sartatecta exigendi cura ad Censores spectabat, interdum etiam ad Aediles, ratò ad Prætores, nec nisi cum Senatus decreuerat. Cicero in Prætura urbana, H Cum L. Octauius, C. Aurelius Consules, ædes sacras locauissent, neque potuissent omnia sartatecta exigere, neque ij Prætores quibus erat negocium datum: factum est Senatusconsultum, quibus de sartistectis cognitum & iudicatum non esset, uti C. Verres, P. Cælius Prætores cognoscerent & iudicarent. Idem paulò pòst, Verres quęsiuit quis ædem Castoris sartamtectam deberet tradere. Et rursus: Monumentum illa amplitudine, illo opere quāuis sartumtectum integrúmque esset, tamen aliquid se inuēturum in quo moliri prædaríque posset, arbitrabatur. Ex cuius orationis lectione facilè intelligimus quomodo sartatecta locari solerēt, exigíque. Simile est enim atque si I hodie ædes diuæ Mariæ Parisiensis, aut etiam Basilica Palatina tuenda locaretur ea lege, ut redēptores suo lapide, sua calce, ac sua etiā materia sartamtectam præberent, certo precio in annos singulos addictam: quod fieri Romæ solebat minimo licitantibus: curáque exigendorum huiusmodi operū ad eos quos diximus pertinebat. Locādorum uerò cura ad Censores spectabat, ut & uectigalium antequam Censura sublata esset. Vnde in xij.tab. de Censorio munere ita cautum legimus, Censores, populi æuitates soboles, familias, pecuniásque censento. Vrbis templa, uias, aquas, ærarium, uectigalia tuento: Populíque partes in tribus distribuūto. & reliqua. Quod utinam in- K stitutum in Francia hodie esset, ne Basilicæ & Regiæ ædes & magnificentissima proauorum atauorúmque nostrorum memoriæ monumenta, uetustati exedenda nostri seculi incuria relinquerētur. Huiusmodi sartorumtectorum exemplū est in lege secunda De conditis in publicis horreis, Cod. Nam si per incuriam officij grauitatis tuæ sartorumtectorū neglecta procuratione, aliqua pluuiis infecta perierint, ad damnum tuum referentur. Marcel. Ad

Sartè.

Sarcire. Sartatecta.

Apud Cic. lib.3. de legibus.

legem

Source : BIU Cujas

A legem Iuliam repetũd. Ne in acceptum ferantur ſartatecta tuenda, antequã perfecta, probata, præſtita lege erunt. Et libro quarto Regum, Quare ſartatecta non inſtauratis templi? Et rurſus, Vt inſtaurent ſartatecta domus, ſi quid neceſſarium uiderint inſtauratione. Vbi ſartatecta pro ſarciendis tegendíſque diuus Hieronymus antiquitatis peritus poſuit, quod interpres Lyranus inſcitè enarrauit. Itaque idem Hieronymus libro ſecundo Paralipom. quaſi ſeſe interpretans, Vt inſtaurent, inquit, templũ, & infirma quæq; ſarciant. Dicitur autẽ interdũ cum coniunctione, ſarta tectáque, & ſartum & tectum cum plena eſt locutio, ut inquit Aſconius, quo modo Cicero ſæpe uſus eſt.

Cap. 12. *Ibidem.* *Cap. 34.* *Sarta tectáque: & ſartũ & tectum.*

B Ex hoc autem factum eſt, ut ſartum tectum habere, ſit integrum & incorruptum ſeruare, &, ut uulgus loquitur, intertenere, quod Latinè tueri dici debet, in qua ſignificatione hic accipitur, & alibi non ſemel in Pandectis. Vtũtur & hac locutione antiqui metaphoricôs. Cicero ad equites Rom. pridie quàm iret in exilium, Si igitur aliquo tempore iis hominibus conſuluiſtis, quorum animus * religione pietatis eſt defunctus, debetis mihi quoq; proſpicere, qui numini deorum cõſecratum * ſartum ac tectum ab omni periculo conſeruaui: &, uos ut tutam tranquillámque fortunam traheretis, mea perfeci uigilantia. Quo tamen in loco non periculo, ut in omnibus exem-

** eſt religionis pietate* ** ſartum tectũ*

C plaribus legitur, ſed piaculo lego: hoc ſenſu, ut Cicero ſignificet animũ ſuũ integrum intactúmque ab omni piaculo cõſeruaſſe: id eſt indigno facinore, & graui aliqua pœna expiando, ac nihil in ſeſe ſceleſtum admiſiſſe. Idem ad Ariſtum, lib. 13. epiſt. Si ullam in amicitia mea ſpem habes, ſi ea quæ in me officia & ſtudia Brunduſij contuliſti, uis mihi etiam gratiora efficere, quanquam ſunt gratiſſima: ſi me tuis omnibus amari uides, hoc mihi da atque largire, ut Marcum Curium ſartum & tectum, ut aiunt, ab omníque incommodo, detrimento, moleſtia ſyncerum integrúmque conſerues, ὅπως αὐτόν τε δορυφορῇς πάσῃ ὠθιμελείᾳ, ἀβλαβῆτε παρέχῃς. Plautus in Trinum: ioculari metapho-

Ciceronis locus. *Epiſtola 50.* *Act. 2. ſce. 2.*

D ra uſus eſt hoc uerbo, Sartatecta tua præcepta pater uſque habui mea modeſtia. Hoc eſt, exacta & undique conſtãte obediẽtia præceptis tuis parui: nec unũ iota (ut uulgo dicitur) pręteriui: quod Latinè dicitur, omnibus numeris obedientiæ tibi parui: unguẽ latum aut digitũ trãſuerſum à tuis præceptis non diſceſſi. Hæc habui quæ de ſartiſtectis in præſentia dicerẽ, uerbosè fortaſſe, ſed ex his aliíſque quæ diximus dicemúſque, intelligi uolumus quàm multa uerba in iure aut perperã aut parum intelligantur à multis: quorũ nõ pauca ſcientes prudentéſque prætereunda duximus, ne uolumen in immenſum excreſceret. Cæterùm ex inſtituto noſtro etiam hoc addemus, quòd ſar-

E tatecta à Græcis ὠθισκευαὶ καὶ κατασκευαὶ τῶν δημοσίων dicuntur. Polyb. Γολλῶν ἔργων ὄντων τῶν ἐκδιδομένων ὑπὸ τιμητῶν διὰ πάσης ἰταλίας εἰς τὰς ὠθισκευὰς καὶ κατασκευὰς τῶν δημοσίων, id eſt cum multa opera locata eſſent à Cenſoribus per omnẽ Italiam ad ſartatecta publica. Dicitur & ὠθισκευή. Plutarchus, τῇ πόλει δοὺς εἰς ὠθισκευὴν πεντήκοντα τάλαντα. Demoſthenes, γενόμενος ὠθιμελητὴς τῆς τῶν τειχῶν ὠθισκευῆς.

Ex. l. item Si fundi. §. Seminarij etiam, eodem tit.

Debet tamen conſerẽdi agri cauſa ſeminarium paratum ſemper renoua-

re,quasi instrumentum agri.) Accursius hunc locum de frumento semina- F
rio intellexit,ut ex scholio uel glossula eius apparet super uerbo,Instrumentum,citata per eum lege,Quæsitum,infrà De fundo instructo, ubi & hunc locum allegat.Qui etiam quodam in loco Pandectarum, seminarium locũ esse dicit,ubi frumentum electum ad seminanda arua reponitur.Quod eius dictum quantum à uero aberrauerit,ex iis quæ dicemus apparebit. Semina-
Seminarium. rium igitur locus est subactus, in quo semina aut uitium aut arborum panguntur: ut cum ad certam quantitatem excreuerint, in uinetum, uel arbustum,uel pomarium transferantur:quo tempore quæ prius semina diceban
Viuiradices. tur,Viuiradices uocantur:id est plantulæ cum sua radice translatæ in aliud G
φυτευτήριον. solũ.Græce φυτεύτηριον dicitur.De seminario uitiario & arbustiuo Columella
Columel.in lib. De arboribus. cap.1. lib.3.Qui uineam uel arbustum cõstituere uolet, seminaria prius facere debebit.Sic enim sciet cuius generis uitem positurus sit.Nam quæ precio para-
est autem ab aliis 12.libris separatus. ta disponitur,certam generositatis fidem non habet: quoniam dubium est,
Semina. an is qui uendidit,legendis seminibus adhibuerit diligentiam.Semina Columella appellat non grana,sed surculos depactos, qui cum radices egerunt, in uinetum transferuntur. Idem paulò pòst, Optimum est itaque eodem a-
Lib.5.cap.9. gro,quo uitem positurus est,uel certe uicino facere seminarium.Idem libro sexto de oleis loquens, Seminarium oliueto præparetur cœlo libero, terreno H
modicè ualido,sed succoso, neque denso neque soluto solo. Idem de pomario loquens,Semina lege crassa non minus quàm manubrium bidentis, recta,læuia,procera, sine ulceribus,integro libro: ea bene & celeriter compre-
Planta. hendent.Semina huiusmodi aliquando etiam plantæ dicuntur, & semina-
Cap.4. Plantarium. ria plantaria. Plinius libro decimotertio, de palmis loquens, Ergo plantaria instituunt,anniculásque transferunt,& iterum bimas:gaudent enim muta-
Cap.1. tione sedis.Et libro decimoquinto, At nunc etiam in plantariis serũt oleas,
Cap.33. translatarúmque altero anno decerpuntur baccæ.Et rursus libro decimosex-
Stolones. to.Vulgóque dotem filiarum antiqui plantaria appellabãt. Idem de stoloni- I
Li.17. ca.10. bus loquens,& arborum sobole,Omnia ea non statim moris est in sua locari,sed prius nutrici dari,atque in seminariis adolescere, iterúmque migrare.
Nutrix. Nutricem appellat Plinius seminarium in quo tenella adhuc semina educã-
Li.17. ca.10. da depanguntur deponuntúrque. Vnde ipse alibi, Quamobrem & semina-
*Nanque ad id præcipuũ rij curam antè conuenit dici,quàm transeatur ad alia genera. *Nam & huic principio eligi solum refert,quoniam nutricem indulgentiorem esse quàm
Lib.2.Georg. matrem sæpe conuenit.Inde illud Virgilij,Mutata ignorent subitò ne semina matrem.Seminarium nec uitiarium nec arbustiuum nostrates nunc fa-
Arbustiua uitis. ciunt,ut qui arbustiuas uites nullas habeant,quæ à Græcis ἀνασυρράδες dicun- K
Malleoli. tur,quasi arbores scandentes,instituendísq; ipsi nouelletis malleolis &
Mergi. mergis utantur, Marquotas Sotellásque uocantes, quos humi depactos postea non transferunt, ut Itali solebant: quem morem nostrum Columella non
Cap.14. ignorasse uidetur,qui lib.3.de uite ponenda loquens,sic inquit, Sationis autem duo genera,malleoli,uel uiuiradicis, quod utrunque ab agricolis usurpatur,& in prouinciis magis malleoli: neque enim seminariis student, nec

Source : BIU Cujas

A usum habent faciendæ uiuiradicis. Pomariorum autem seminaria nonnulli nostrorum instituere solent, ut Normanni, quæ pepinaria appellant, ex quibus uiuiradices adultas in pomaria transferunt. Theophrastus in libris de plantis, serendi genera multa tradit. Quædam enim plantæ deposito semine seruntur, id est plantula: (σπέρμα etiam Græcè dicitur) unde seminariũ quasi surcularium. nam legumina ferè & segetes fusim seri solent. Quædam igitur surculo seruntur, qui Græcè κλάδος dicitur. Quædam talea, quam Theophrastus ξύλον appellat, id est lignum, ut olea & salix, Plantale uulgus appellat. Quædam auulso ramo ab arbore, παραπὰς Græcè dicitur. Quædam præ-

Serẽdi genera multa.
Sperma.
Κλάδος.
Talea.
Ξύλον.
Παραπὰς.
Ακρέμων.

B grandi ramo, qui ἀκρέμων dicitur. Quædam ramulo, id est ἀπὸ τῶν βλαστῶν. Quędam multipliciter, de quibus idem lib. pri. de causis plantarum ita inquit, ὅσα δὲ πλείους γεννᾶται τρόπους, ἔχει καὶ ἐν αὐτοῖς διαφοράν. τὰ μὲν ἀπὸ παραπάδος καὶ ῥίζης καὶ κλῶνος, οὐ πάντως δύναιτ' ἂν καὶ ἀπὸ ξύλου καὶ ἀκρέμονος, καθάπερ ἄμπελος καὶ συκή· τὰ δὲ πάλιν ἀπὸ τῶν βλαστῶν, ὥσπερ καὶ ἔλαια, Quę autem pluribus exeunt modis, differentiam in iis quoque ipsis habere uidentur. Non enim quod auulsione & radice & ramulo prouenit, ligno etiam prægrandíque ramo exurgere potest, ut uitis & ficus. Neque quod cõtrà his ipsis proueniat, ramulis etiam potest, ut olea. Sunt etiam quædam quæ radice proueniũt, id est ἀπὸ τοῦ μοσχεύματος, qua-

Βλαστὸς.
Μόσχευμα.

C les sunt mergi, qui ubi radices egerũt, transferũtur: unde μοσχεύειν τὰ κλήματα, id est uiuiradices ex sarmentis efficere. Theophrastus de palma loquens, τάς τε μὲν ῥάβδους φασὶ μοσχεύειν περὶ Βαβυλῶνα τὰς ἀπαλωτάτας, καὶ ὅταν ἐμβιώσωσι, μεταφυτεύουσιν, id est uirgas etiam tenerrimas Babylonios uiuiradices efficere aiunt, adultásque transferre. Hæc autem omnia Plinius libro 17. à Theophrasto, Catone, Varrone, & Columella accepta, copiose prosequitur. Verumenimuero seminarij significatio eleganti metaphora ad alia transfertur. Cicero in Antoniana. 13. Huc accedunt Alaudæ, cæteríque ueterani, seminarium iudicum tertiæ Decuriæ: qui suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris deuoratis, fortu-

Μοσχεύειν τὰ κλήματα.

D nas nostras concupierunt. Alaudarum legio Gallica quædam erat, ex quibus Antonius tertiam iudicum Decuriam fecit: quapropter iudicum seminarium legionem illam appellat. Quemadmodum enim ex seminario pomaria arbustáque cõseruntur translatis inde stirpibus, sic ex Decuria illa iudicum forẽsium numerus supplebatur. Idem in Pisonem, de prouincia Macedonia loquens, quam Piso pro Consule obtinuerat: Ex illo, inquit, fonte & seminario triumphorum cum arida folia laureæ retulisses, cum ea abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te sententiam tulisse uideris, tum iudicium pronuntiauisti. Macedoniam Cicero seminarium triumphorum uo-

Alaudæ.
Non procul à fine.
Seminarium triũphorum.

E cat, significans prouinciam bellicosam, & identidem rebellem, triumphorũ materiam nunquam nõ affatim Rom. Imperatoribus suppeditasse, qui quidem strenui ipsi impigríque essent. Curtius lib. 8. de cohorte regia apud Macedonas loquens: Hæc cohors, inquit, uelut seminarium ducum præfectorúmque apud Macedonas fuit. Id est hinc duces præfectíque sumi solebant. Vnde Alexãder Princeps Romanus dicere solebat seminarium Senatorum, equestrem ordinẽ esse, auctore Lampridio: Propterea, inquit, libertinos nus-

quam in equeſtrem locum redegit. Et nos alicubi diximus honeſtiorũ cauſidicorum ordinem Pariſiis ſeminarium ampliſſimæ curiæ eſſe. Qui enim & ingenij & facundiæ & honeſtatis ſpecimen patrociniis aduocationibúſque officiosè benignéque præſtãdis dederunt, ij popularem fauorem emeriti, eóque apud aulam innoteſcẽtes, Principis mox beneficio in curiam adſciſcuntur. Proinde ſeminarium (inquit Celſus) quaſi inſtrumẽtum eſt agri. Quemadmodum enim inſtrumentum id dicitur, ſine quo re aliqua uti cõmodè non poſſumus, ita ſine ſeminario utilis ſatis arboratori aut uinitori ager eſſe non poteſt: ut ex iis quæ diximus apparet, duntaxat in iis locis ubi ſeminaria inſtitui ſolent: ut hodie apud Normannos. F G

Seminarium curiæ.

Ex l. ſequenti.

Ex ſylua cædua pedamenta & ramos.) Accurſius hoc uerbum perperã intellexit: quod etſi hodie nemo niſi planè indoctus ignorat, tamen ut hæc res tota innoteſcat, aliquid ab auctoribus rerum ruſticarum repetendũ. Columella lib. 4. * Adminiculandæ, inquit, uineæ melior eſt ridica palo: neque ea quælibet. nam eſt præcipua cuneis fiſſa olea, quercus, & ſuber. Tertiũ obtinet locum pedamen teres. Varro lib. pri. de re ruſt. Pedamentum item ferè trium generum. Vnum robuſtum, quod optimum ſolet afferri in uineam è quercu ac iunipero, & uocatur ridica. Alterum palus è pertica, melior è dura. Tertium quod horum inopiæ ſubſidio miſit arundinetum. Pedamẽtum igitur & adminiculum, aut fiſſile eſt, ut ridica, quo hodie plurimũ utimur: aut teres, ut palus. Statumen etiam pedamentum dicitur. Columella lib. prędicto, Cum mẽſem triceſimum exceſſit poſita uinea, id eſt tertio autumno, uehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt. Sic enim lego, non impedienda, ut uulgò impreſſum eſt. Vitium quædam pedatæ ſunt, ut noſtræ: quædam ſubrectæ, quæ adminiculo nõ egent, ut Plinius lib. 7. docet. Et multæ ſunt huiuſmodi in Gallia. Pedatarum autem quædam iugatæ, quædam compluuiatæ ſunt, quædam neutrum, ut circa Pariſios. Sed nihil nunc ad rem. Et iſta uix digna ſunt quæ attingantur, quemadmodum & ſpecularia in lege, Sed & ſi, hoc eodem titulo: quæ Accurſius inſtrumenta domus eſſe dicit ab inſpiciendo dicta. Plinius libro 36. Specularis, inquit, lapis facillimè in quanlibet tenues cruſtas finditur. Idem de Phengite lapide, Hoc, inquit, Nero conſtruxerat ædem Fortunę, quam * Seiani appellatione dicebat, à Seruio rege ſacratam, aurea domo complexus. Quare etiam foribus opertis interdiu claritas ibi diurna erat, haud alio quàm ſpecularium modo, tanquam incluſa luce, non tranſmiſſa. Ab hoc lapide ſpecularia dicebantur integumenta ex ſpeculari lapide, quibus ambulationes in hortis tectæ erant. Iuuenalis Satyr. 4. Quæ uehitur clauſo latis ſpecularibus antro. Hîc autem Vlpianus de iis ſpecularibus intelligi uoluit, quibus feneſtrarũ hiatus obſtruebantur ad tranſmittendam lucem: quæ tamen exemptilia erant, ut cum liberet auferrentur. Nunc uitro utimur. Plinius, In Arabia eſſe lapidem aiunt uitri modo trãſlucidum, quo utuntur pro ſpecularibus. Poſſumus & de ſpecularibus intelligere, quibus pars quædam domus ad uoluptatem operiebatur, H I K

Cap. 26. ** Stabiliendæ* *Pedamen.* *Cap. 8.* *Pedamẽtum.* *Quatuor genera facit Varro. quartũ tacet Bud.* *Ridica & Palus.* *Adminiculũ.* *Statumen.* *Lib. 4. ca. 16.* *Impedata uitis.* *Pedata uitis & ſubrecta.* *Specularia.* *Cap. 22.* *Li. 36. ca. 22.* ** Seiam appellant.* *Ibidem.*

Ex lege, Si fundi. tit. De uſufructu.

Source : BIU Cujas

batur,uarium enim uſum ſpecularia præſtabant.Martialis, *Lib.8.epigr.*

Hybernis obiecta Notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles,& ſine fæce diem.

Eſt etiam exemplum apud Plinium lib.19.ubi de cucumeribus loquitur. *cap.5.*
Huiuſmodi autem ſpecularia hyeme uſui erant, æſtate eximebantur interdum.Simile eſt illud in.l. Malum. infrà De uerborũ ſignificationibus. Structuram loci alicuius ex tabulis factam,quæ æſtate tollerentur,& hyeme ponerẽtur,ædium eſſe ait Labeo,quoniam * perpetuo uſui parata eſſent: neque ad rem pertinere,quòd interim tollerentur.Et in eadẽ paulo ſuperius,Plumbum quod pro tegulis poneretur,ædificij eſſe Labeo ait.Sed id quod in ripatheij tegendi cauſa poneretur,contrà eſſe.Vbi in antiquo exemplari legitur hypa ethrij tegẽdi,neutrobi rectè.Itaque locus ille ſic à nobis reſtitutus eſt, Sed id quod hypæthrij tegendi cauſa poneretur. æ enim diphthongus in ſecunda ſyllaba ab ignaris in duas ſyllabas diuiſa eſt. Sũt autem hypæthria hypæthráque loca ſub dio expoſita,id eſt cœlo patente.Vitruuius lib.pri.Iouí,Fulguri,& Cœlo,& Soli,& Lunæ, ædificia hypæthra conſtituentur. horũ enim deorum & ſpecies & effectus in aperto mundo atque lucenti * perlucentes uidemus.Idem lib.5.Media uerò ſpatia quæ erunt ſub diuo inter porticus,adornanda uiridibus uidentur, quòd hypæthræ ambulationes habent magnam ſalubritatem. Latinè ſubdialia dicuntur & ſubdiualia: unde ſubdiuales deambulationes Plinio lib. 14.& ſubdialia pauimenta lib.36.huiuſmodi ſunt loca quas terracias uocamus. Quod igitur ad obtegenda huiuſmodi loca comparatum eſt,ſiue uelum, ſiue aliud integumentum, Iabolenus ædificio non accedere cenſuit. Quo in loco Accurſius hoc uerbum ſe non intelligere faſſus eſt.

Locus ex quinquageſimo Digeſtorũ libro reſtitutus.
Hypæthrion. Hypæthron. Cap.2.
** præſentes*
Cap.9.
Subdialia. Subdiualia. Cap.1. Cap.25.

Ex.l.Si cuius rei.§.Sed ſi ædium,eodem titulo.

Nerua ſcribit nec obſtruere eum poſſe)id eſt claudere lumina,inquit Accurſius. Obſtruere luminibus uerbum eſt antiquum iuris. Cicero pro domo ſua ad Pontifices: Habitare,inquit, laxè & magnificè uoluit, duáſque & magnas & nobiles domos coniungere.à Q.Seio contendit, ut ſibi domum uenderet.Cum ille id negaret, primo ſe luminibus eius obſtructurũ minabatur.& reliqua. Idem in Bruto per metaphoram uſus eſt. Nam ut Philiſti, inquit, & Thucydidis conciſis ſententiis, interdum etiam non ſatis apertis officit Theopompus elatione atq; altitudine orationis ſuæ (quod idem Lyſiæ Demoſthenes) ſic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. Qui locus Ciceronis corruptè impreſſus eſt. Quẽadmodum enim,inquit,claritati antiqui nominis Thucydidis tanquam luminibus Theopompus officit hiſtoricus grandiloquẽtia ſtyli tanquam altitudine ædificij,& Demoſthenes orator Lyſiæ: ſic fuſciorem illum ſplendorem orationis Catonianæ recentiores oratores ſublimiore ac florido dicendi genere quaſi præumbrantes obſcurauerunt. Proinde proprietatis dominus obſtruere luminibus uſufructuarij nõ poteſt.Propterea in.l. Si is qui binas,infrà eodem titulo,non obſcurare luminibus, ut ubique legitur, ſed

Obſtruere luminibus.
Ciceronis locus.

Source : BIU Cujas

Halcāder habet obscurare. obstruere legendum contenderim. Hoc in Pandectis Græcis ἐμποδίζειν τῇ ἀπόψει dicitur. Elegantius tamen ἐνθιπροσθεῖν à Gregorio dicitur, οἷς ὁ ζόφος οὗτος ἐπιπροσθεῖ τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν. Alibi, ἐπιπροσθοῦντος ὄρους φιλόπου, ἐπιπροσθεῖται ὁ ἥλιος ὑπὸ τῆς σελήνης ἐν τῇ ἐκλείψει. Dicitur & ἐπισκιάζειν, quasi præumbrare: & ἀγκρύπτειν. Cum *Obstruere.* accusatiuo obstruere etiam significat contrastruere, quasi obædificare: quod Græci παροικοδομεῖν uocant: quod etiam ἐπισκοτεῖν significare potest, & hoc in loco obstruere.

Ex.§.proximo.

Nec per cœnacula diuidere domum. Atqui locare potest: sed oportebit quasi domum locare.) Hunc locum haud dubiè Accursium nō intellexisse *Cœnacula.* affirmare ausim. Cœnacula, loca sunt altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascenditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini, ut Iuuenalis Saty.10.docuit, - & egregias Lateranorum obsidet ædes

Tota cohors, rarus uenit in cœnacula miles.

Cœnationes. Id est, ad inquilinos & pauperes qui in cōducto habitant. Cœnatio uerò potentiorum erat, ut apud eundem, Et algentem rapiat cœnatio solem. Tertij *Satyr.7.* Regum cap.sexto, Et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum. Cicero de lege Agraria, Romam in montibus positam & conuallibus, cœnaculis sublatam atque suspensam, non optimis uiis, angustissimis semitis, præ sua Capua planissimo in loco explicata, ac præ illis semitis irridebunt atque contemnent. Quibus uerbis Cicero indecoram urbis Romæ formam fuisse significat propter cœnaculorū frequentiam, qualem Parisiis uidemus. quod *Cap.8.* etiam Vitruuius lib.2. Architecturæ dicit his uerbis, Cum enim aucto mirū in modum Romano populo necesse fuisset in cœnaculis habitari, (Nam antea cum per urbis laxitatem licebat, unius tantum cōtignationis erant ædificia) ad ædificiorum altitudines deuētum, & ædium frequentiam. Inde Cœ- *Cœnacularius.* nacularius Vlpiano, infrà De pignor.acti.in.l.Solutum: Videtur, inquit, tacitè & cum domino ædium hoc conuenisse, ut non pactio cœnacularij proficiat domino, sed sua propria. Quo in loco Accursius modestè obmutuit. *Cœnaculariā facere.* Propterea cœnaculariam facere dicebantur, qui domus totas conductas, per singula cœnacula inquilinis locabant, ut inde quæstum facerent pluris in summam locando: quo modo accipitur in.l. Si uero, infrà De iis qui deiecerunt. Ita enim cœnaculariam facere dicitur, ut argentariam & furnariam apud Ciceronem & Tranquillum. Cœnaculum à Græcis ὑπερῷον dicitur, uel ut Marci ultimo ἀνώγεων. Ipse uobis demonstrabit cœnaculum grande stratū, *Marci locus.* illic parate nobis, ἀνώγεων μέγα, ἐστρωμένον, ἕτοιμον, ἐκεῖ ἑτοιμάσατε. Sic autē uerti debuit, uel etiam uersum est, sed postea corruptum, ut quædam alia loca, Cœnaculum grāde, stratum, paratum, illic parate. Et paulò antè, Vbi est refectio mea, ubi pascha manducem? Diuersorium non refectio uerti debuit, ἢ κατάλυμα. Sed & totum illud caput oscitāter uersum est. In proposito autē sensus est, usufructuariū ut locare posse uniuersam domū, ita distrahere diuelleréq; locationibus cœnaculatim cubilatímq; nō posse: quod sine incōmodo domus fieri non potest, quæ à domus uniuersæ forma ad cœnacula transfertur.

Ex lege, Si cuius rei.tit.De usufructu.

Ex

A Ex.l. Vsufructuarius, eodem titulo.

Quia tametsi meliorem, excolendo ædificium, domini causam facturus esset, non tamen id iure suo facere potest.) Meo iure, tuo iure, suo iure, uerba sunt apud doctos frequentissima, sed certæ cuiusdam significationis. Est enim meo iure aliquid agere faceréue, idem quod mea facultate uel auctoritate, uel concessa mihi omnium cõsensu libertate & potestate. Cicero in.2. de Oratore, Duo illa quæ facillima uidẽtur (quoniam quæ difficiliora sunt, non possum) mihi pro meo iure sumo. Idem pro Roscio Amerino, Tametsi meo iure possum, si quid in hac parte mihi non placeat, uituperare. Non e-
B nim uereor, ne quisquam alienum me animum habuisse à causa nobilitatis existimet: id est, quanquam ego is sim, cui maxime omnium id facere licet citra reprehensionem. Et illud Terentianum in Adelphis, Do, prætermitto, non necesse habeo omnia pro meo iure agere. Verba sunt patris indulgentissimi. Ius est (inquit Donatus) quod omnia recta & inflexibilia exigit: æquitas est, quæ de iure multum remittit. Nõ necesse est ergo sæuire patrem, tametsi potest suo iure. Cicero pro Marcello, Certè in armis militum uirtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multũ iuuant: maximam uerò partem quasi suo iure fortuna sibi uendicat: & quicquid est
C prosperè gestum, id penè omne ducit suum: ac si diceret, nemo unquã fortunæ in bello non primas detulit partes. Vnde illud Satyr.

Meo iure, tuo iure, suo iure.

Act. 1. Sce. 1.

Iuuenal. Satyr. ult.

- Plus etenim fati ualet hora benigni,
Quàm si nos Veneris commendet epistola Marti.

Inde iure suo decedere dicitur, qui non omnia pro iure suo agit. Idem pro Roscio Amerino, Esto, causam proferre nõ potes: tametsi statim uicisse debeo, tamen de meo iure decedam, & tibi quod in alia causa non concederẽ, in hac cõcedam, fretus huius innocentia. Liuius lib.3. Caius Iulius Decemuir diem Sextio dixit, & accusator ad populum extitit, cuius rei iudex legi-
D timus erat: decessitq́; iure suo, ut demptum de ui magistratus, populi libertati adiiceret. ὑφίεσθαι τῶν δικαίων τῶν ἰδίων dicitur: uel τῶν ἐμαυτοῦ. Plutarchus, καὶ ταῦτα λέγω τῶν δικαίων τῶν ἐμαυτοῦ ὑφιέμενος. Potest & multis aliis modis dici. Vulgò dicunt præterire ius: uel, hæc est iuris præteritio, quam ego concedo. Cui opponitur iure suo agere, uel pro iure suo agere: quod etiam summo iure agere dicitur, id est rigorẽ tenere, ut alibi docuimus. Hoc uerbo diuus Augustinus libro decimoquarto de ciuitate usus est pereleganter: de membro enim genitali loquens, Meritò, inquit, huius libidinis maximè pudet, meritò & ipsa membra quę suo quodam (ut ita dixerim) iure, non omni modo ad
E arbitrium nostrum mouentur, aut non mouentur, pudenda dicuntur, qualia ante peccatum hominis non fuerunt. Quinetiam ius pro potestate ponitur interdum. Liuius, Quæ ex iis habere uictos, quibus mulctari eos uelit: ipsius ius atque arbitrium esse. Plinius lib. secundo naturalis hist. Imperfectę uerò in homine naturæ præcipua solatia, ne deum quidẽ posse omnia, nullúmque habere in præterita ius, præterquam obliuionis. Idem de inerticula uite loquens lib.14. Carbunculari hæc negatur, magna dote, si uerum est ali-

Decedere suo iure.

Suo iure agere.

Cap.17.

Ius.

Cap.7.

Cap.2.

qua in uite cœlo non esse ius. Quid sit autem carbunculatio, nos alibi dice- F
Matt.locus. mus. Matthæi septimo, Et admirabantur turbæ super doctrinam eius: erat enim docens sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ & Pharisæi, ἦν γὰρ διδάσκων ὡς ἐξουσίαν ἔχων. Nisi ad uerbum transferretur, trãsferri fortasse sic significantius potuit, Erat enim ueluti iure suo docẽs. Vnde Marci primo, & Lu-
ἐξουσία. Lucæ locus. cæ quarto, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo eius. Admirabantur enim omnes Christum dissentem, & merito, utpote qui de diuinis iure suo dissereret, quæ ipse unus omnium
Ius. hominum perfectè nosset. Ius etiam pro conditione ponitur. Cicero de le-
Conditio. Causa. ge agr. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione G sunt. Libera meliore iure sunt, quàm serua. Paulò post causam pro iure dixit, Soluta meliore in causa sunt, quàm obligata. Immunia cõmodiore con-
Verr.5. ditione sunt, quàm illa quæ pensitant. Idem in Verr. Quæ est ista conditio Siciliæ? Cur quæ optimo iure propter uetustatem, fidelitatem, propinquitatẽ esse debet, huic præcipua lex iniuriæ definitur? Ius etiam uocatur quod uim
Lib.3. habet sanctionis & legis. Idem de legibus, citans uerba xij. tabul. Quod is
Lege.13. qui bellum geret, imperassit: ius ratúmq; esto. Sic Vlpianus De legibus, Non ambigitur Senatum ius facere posse: id est Senatusc õsulta omnes tenere, qui imperio Romano parent. H

Ex.l. Quid ergo, eodem titulo.

Interim tamen quãdiu summittantur & suppleantur capita quæ demor-
Submittere. tua sunt, & reliqua.) Iurisc õsultus hîc proprio uerbo usus est. Est enim submittere, propagandæ sobolis gratia matribus supponere atque alendos præ-
Cap.3. bere fœtus. Columella libro 7. de ouibus loquens, Hoc qui faciet, seruare debebit, ne minori quadrimę, néue ei quæ excessit annos octo, prolem submit-
Lib.6.ca.25. tat: neutra enim ætas ad educandum est idonea. Idem de bobus, Sed non est dubium, ubi pabuli sit lætitia, posse omnibus annis partum educari: at ubi
Lib.7.cap.3. penuria est, alternis submitti. Idem, Summitti tamen etiam in uicinia Vrbis I quandoque oportebit. Nam uernaculum pecus peregrino longè est utilius. Nec committi debet, ut totus grex effœtus senectute dominum destituat: cum præsertim boni pastoris uel cura prima sit, omnibus annis in demortuarum uitiosarúmue ouium locum, totidem uel etiam plura capita substituere. Virgilius in iij Georgicorum,

Tu modò quos in spem statuis submittere gentis. Et in Tityro,
Pascite, ut antè, boues pueri, submittite tauros.

Cap.24. Quod uerbũ etiam ad uites transfertur. Columella lib. 4. At econtrariò ad meridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem feruori- K bus æstiuis opacẽt. Idem, Itaque una tantùm materia iugo proxima, & unus infra eam custos erit submittendus, qui uitem mox in annum renouet.

Ex.l. Quidam Iberius nomine. De serui.præ.ur.

Non licet autem tribulos habere admotos.) Sic quidem in multis libris
Tubulus. legitur: sed in emendatis tubulos legimus. Tubi & tubuli, id est σωλῆνες, ca-
Tubus. Tribulus. nales sunt fictiles uariis usibus accommodati. Tribuli uerò, uel ut Græcè dicitur,

Source : BIU Cujas

A citur τρίβολοι, machinulæ ſunt ferreæ, doloſæ, trigona aut tetragona forma, quæ in quãcunque partem incubuerint, unum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Plutarchus in Apophth. καταπεῖραι τριβόλους σιδηροῦς, ὅπως μὴ διαμένοντες οἱ πολέμιοι προσμάχωνται τοῖς χώμασιν, Spargere tribulos ferreos, ne hoſtes aggeribus inſiſtẽtes pugnam illinc ciere poſſent. Polit. in Herodiano lib. quarto, Simulata fuga tribulos, aliáque ferramenta acuminata proiiciebant. Latinè murices dicuntur. Curtius libro quarto, Bion quidam transfuga nunciat regi murices ferreos in terram defodiſſe Darium, quà hoſtem equites emiſſurum eſſe credebat. Valerius libro tertio, de Scipione Aemiliano loquens, Τρίβολος. Murices. Cap. 7.

B Suadentibus quibuſdam ut circa mœnia urbis, quam obſideret, ferreos murices ſpargeret, ne ſubita eruptione hoſtes impetum in pręſidia noſtra facere poſſent, & reliqua. Hinc muricati greſſus Fulgẽtio, id eſt formidoloſi & pauendi: Intuemur, inquit, arua quibus adhuc impreſſę bellantium plantæ muricatos (quod aiunt) ſigillauerunt greſſus, & formidine menti nondum exterſa, hoſtes in ueſtigiis pauebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis hęredem reliquerat. Tribulorum meminit Vegetius libro tertio. Lingua uernacula calciatrappæ uocantur. A cuius ſimilitudine eodem nomine herba ſpinoſa uocatur utraque lingua. Matthæi ſeptimo, μήτι συλλέγουσιν ἀπὸ τῶν τριβόλων σῦκα? Nunquid colligunt de tribulis ficus? Hanc lingua uernacula eodem etiam nomine quo decipulam ferream appellat. Muricati greſſus. Mytholog. lib. 1. cap. 1. Cap 24. Matt. locus.

C

Ex. l. Si arborem, eodem titulo.

Sin uerò Heliocamino uel ſolario.) Heliocaminus ad uerbũ ſolaris fornax dici poteſt. Eſt autem ſolare, uaporarium in aprico loco ſitum ad calorem ſolis excipiendum, quo antiqui utebantur. Plinius in epiſt. lib. ſecundo de diæta quadam loquẽs, In hac heliocaminus quidem aliâ xyſtum, aliâ mare, utrâque ſolem proſpicit. Id eſt utraq; parte ſoli oppoſita eſt. Solarium autem præter alia ſignificata locum ſignificat in quo horæ ad ſolem denotantur, ueruto umbram faciente, uel pinnula: cuius rei inuentionem & rationẽ gnomonici profitentur. Cicero pro Quintio, Non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuiis uerſatus eſt: id eſt in foro Romano, ubi erat ſolarium. Solaria etiam ſunt ipſa horoſcopa uaſa. Eſt etiam ſolarium, uectigal ſolo impoſitum: quo uerbo Vlpian. uſus eſt in tract. Ne quid in loco publico. Heliocaminus. Ad Gallum epiſtola 17. Solarium.

D

Ex. l. Qui in ſella, De ſeruitu. ruſt. præd.

Qui in ſella aut lectica uehitur, ire nõ agere dicitur.) Accurſius malè de equo intellexit. Sella enim curulis intelligenda eſt, ut ſella qua magiſtratus Romæ uehi ſolebant. Iuuenalis,

E Vís ne ſalutari ſicut Seianus? habere
Tantundem? atque illi ſellas donare curules?
Illum exercitibus præponere?

Satyr. 10.

Sella enim curulis uectabulum erat, quo ſedentes magiſtratus geſtabantur: quod geſtatorium etiam dicitur, & geſtatoria ſella. Tranquillus in Nerone, Interdiu quoque clàm geſtatoria ſella delatus in theatrum. Et geſtationes, loca geſtandis hominibus apta, quod ſanitatis cauſa factitabant, ea for- Sella curulis. Geſtatorium. Cap. 26. Geſtationes.

Ad Gallum lib. 2. epist. 17

ma qua cœnationes ambulationésque dicuntur. Plinius in epistolis,Ortum F
& cœnationem uidet,qua ortus includitur: gestatio buxo, aut roremarino
ubi deficit buxus,ambitur. Idē, Adiacet gestationi interiore circuitu uinea
tenera & umbrosa. Sícque illud intelligi debet in lege, Aequissimum, suprà
De usufructu, Viridaria uel gestationes arboribus infructuosis opacas. Ge-

Ephippium. Genera equorum.

stari autem, ἐφιππεύεσθαι à Græcis dicitur, & διφροφορεῖσθαι. Ephippium autem de
equo dicitur,non sella: unde ephippiarij equi dicuntur, ut clitellarij & dor-
suarij,qui & dossuarij dicuntur, & iugales,& qui desultorij uocantur, id est
quibus equites sine ephippiis insident,ut suprà diximus.

Ex lege,Lucius,eodem titulo. G

Et dono tibi digitum in domum tuam quæ in hysothomo est.) Digi-
tus hîc modulum aquariū significat, cuius diametros digitalis est. Omnis

Digitus, modulus aquarius.

autem modulus aquarius(inquit Frōtinus)colligitur aut diametro, aut peri-

De aquæ ductibus.

metro. Digitus igitur pro fistula digitaria intelligendus, aut etiam unciaria.
Vnciæ enim modulus habet diametri digitū unum,& digiti trientem. Ve-
rùm de modulis alibi fortasse uidendum erit. Accursius nescio quid nuga-
tur hîc diuinaciter(ut solet)de digitis & rostris statuarum. Hysothomum au
tem terram inter duo maria interpretatur: quod si est,non hysothomum,sed

Isthmus.

isthmum legendum. Isthmus autem propriè collum significat, à cuius si- H
militudine terra oblonga & angusta inter duo maria isthmos etiā dicitur.

Porthmos.

Cui porthmos,id est fretum etiam opponitur,maris scilicet inter duos con
tinentes angustiæ. Vnde per antonomasiam isthmus Peloponnesi dictus in-
ter Aegæum & Ionium mare quinque millium passuum interuallo, cuius

Lib. 4. cap. 4.

fauces Corinthus obsidet. Plinius de Peloponneso loquēs, Angustiæ, inquit,
unde procedit, Isthmos appellatur. Et paulò pòst, Angusta ceruice Pelopon-
nesum contingit Hellas: Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatus si-
nus. Quibus uerbis Plinius significationē Isthmi expressit. Sic enim Isthmus
à latiore terra protinus gracilescit, ut ceruix à corporis compage deductior I

Paristhmia.

eminet. Vnde Paristhmia partes quædam in homine dicuntur à medicis

Tonsillæ.

circum fauces,quæ Latinè Tonsillæ dicuntur.

Ex l. Proprium. in titulo, Communia prædiorum.

Seruitutem recipere, nisi sibi, nemo potest. Et paulò pòst, Ita ut tota ser-

Recipere.

uitus ad eum qui receperit,pertineat. Aliàs excipere,inquit Accursius: uide-
licet id commentus,quia uerbum hoc non intelligebat. Recipere (inquit

Act. 1 scen. ult. non procul à fine.

Nonius)est exceptū facere. Plautus in Trinummo, Vbi nunc adolescens ha-
bet? posticulum hoc recepit,cum ædes uenderet. Quo in loco habet pro ha-
bitat intelligendum. Est autem recipere antiquū uerbum iuris. M. Cato Vo- K
coniam legem suadens,uerbis hisce usus esse dicitur, Principio nobis mu-
lier,cum magnam dotem attulit,tamen magnam pecuniam recipit, quam
in uiri potestate nō committit,eam pecuniam mutuam dat uiro: postea ubi
irata facta est,seruum receptitium sectari atque flagitare uirum iubet. Gel-

Gellius li. 17. cap. 6.

lius, Quando mulier,inquit,dotem marito dabat,tum quæ ex suis bonis re-
tinebat,neque ad uirū trnsmittebat,ea recipere dicebatur. Sicuti nunc quo-

que

Source : BIU Cujas

A que in uenditionibus quæ excipiuntur, neque uæneunt. Receptitius ergo seruus mulieris est proprius, quem cum pecunia reliqua mulier receperat, neque dixerat doti, sed retinuerat. Græcè ἐξαίρετος dicitur. Recipere etiam re- promittere significat, & in sese suscipere. Marcus Tullius in primo de Orato- re. Quo quidem in genere Marcus Bucculeius homo neque meo iudicio stultus, & suo ualde sapiens, & à iuris studio non abhorrēs, simili in re quo- dam modo nuper errauit. Nam cum ædes L. Fusio uenderet, in mācipio lu- mina uti tum essent, ita recepit. Fusius autem simul atque ædificari cœptum est in quadam urbis parte, quæ modò ex illis ædibus conspici posset, egit sta-
B tim cum Bucculeio, quòd cuicunque particulæ cœli officeretur, quanuis es- set procul, mutari lumina putabat. Recipere ergo est, pręstaturū se promitte- re: sic Græci ἀναδέχεσθαι dicunt τὸ ἐφ' ἑαυτῷ δέχεσθαι. Inde actio receptitia olim di- cta, in tractatu De constituta pecunia, in Cod. Iustin.

Receptitius seruus.

ἐξαίρετος.

ἀναδέχεσθαι, & ἐφ' ἑαυτῷ δέχεσθαι.

Actio recep- ptitia.

Ex. l. Venditor, eodem titulo.

Legem dederat, ne cōtra eum piscatio tignaria exerceretur.) Sic quidem Accursius legit, & nescio quid de huiusmodi piscatione dicit. Nos uerò nō tignaria, sed thynnaria legendū arbitramur, haud dubia cōiectura. Thyn-
C ni enim pisces sunt prægrandes, à quibus Thynnoscopi dicti homines è lit- tore editiore thynnos speculari soliti, Latinè thynnarij thunnariique dicū- tur: quo uerbo Theodorus Aristotelis interpres in libris de Animalibus usus est. Est & uerbum apud Græcos θυννοσκοπῶ, id est thunnos capto obser- uóque. Aristophanes ἰπποβότα de Cleone Atheniēsi demagogo loquens, id est homine populariter factioso, quasi quodam plebicola: sic enim apud Athe- nienses uocabantur duces quidam uulgi, popularem auram cōcionibus au- cupātes, κἀπὸ τῆν σκέψιν ἄνωθεν οἷν φόρκις θυννοσκοπῶν, id est peruigili speculatione obseruans. Siquidem, ut inquit enarrator, thunnarij in editiore rupe stantes, subeuntes retia thynnos tanquam è specula despectant. Propterea factū est,
D ut Thynnoscopia pro accurata & inconniuēti obseruatione accipiatur. Sy- nes. ἀφ' θυννοσκοπείας ἐπὶ τὴν πολιτικὴν ἀλάμενος, è piscatore dux designatus. Thyn- nos autē simul atque in retia insinuasse uidebant, fuscinis eos conficere ado- riebantur: unde thynnizo uerbum, & thynnazo apud Græcos, pro lancino & configo. Vtuntur & hodie in Hispania huiuscemodi piscatione, ut ex Hispanis hominibus audiui.

Thynni.

Thynnoscopi.

Thynnarij.

Θυννοσκοπῶ.

Demagogi. Δημάγωγοι.

Thynnoscopia.

Θυννίζω.

Θυννάζω.

Ex. l. Sicuti. Si seruitus uendicetur.

Supérque eum parietem columnas structiles imponere, quæ tectū porti- cus ambulatoriæ sustineant.) Columnæ structiles sunt, quæ aut lapide qua-
E drato, aut laterculis extructæ sunt, quæ pilæ etiam dicuntur. Est enim hæc differentia inter columnas, quæ à Græcis κίονες, & pilas, quæ στῆλαι ab illis dicū- tur. Columnæ uno scapo constāt, id est lapide oblongo perpetuo. Pilæ stru- ctura constant aut lapidea, aut cęmentitia, aut lateritia. Propterea hîc ab Vl- piano structiles columnæ dicuntur. Nostrates pilaria uocant. Plinius Græcè stelas uocat libro sexto, capite uigesimooctauo, & uigesimonono. Stelæ au- tem sunt propriè lapideæ pilæ surrectæ, in quibus fœdera inscribi solebant,

Columnæ & pilæ.

Κίονες.

Στῆλαι.

Stelæ.

Source : BIU Cujas

ut omnibus innotescerent: & in quibus etiam homines proscribi solebant. F
Isocrates in Panegyr. circa finem utitur, & Demosthenes identidem. Hodie
stelæ propriè uocari possunt lapideæ cruces, uel huiusmodi monumēta quæ
in militaribus uiis extructa uidemus, literis interdum insculptis ad memo-
Cippi. riam alicuius rei prodendā. Latinè Cippi dicūtur, quales super sepulchra ex-
truuntur. Pausa: ὠθὶ δὲ τῷ τάφῳ στῆλαι τὰ ὀνόματα τῶν ἀρχθανόντων ἔχουσαι. Persius,

Satyr. 1. A ssensere uiri: nunc non cinis ille poëtæ
Satyr. 8. Felix? nūc leuior cippus nō imprimit ossa? Et apud Horatiū in 1. Sermo.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat, hæredes monumentum ne sequerentur. G

Et στηλίτης apud Demosthenem ἄτιμος, καὶ ἐν στήλῃ ἀναγραφεὶς. unde στηλιτευτικοὶ λόγοι,
Colūnæ partes. orationes infamātes, & programmata ignominiosa. Columnæ partes sunt,
scapus quasi columnæ corpus: supra scapum capitulum, infra scapum spira,
quæ basis sæpe appellari solet, infráque spiram stylobates. Auctor Vitruuius
Structilis. libro tertio. Structilis igitur à structura dicitur. Idem libro quinto de hypæ-
Cap. 9. thris ambulationibus loquēs, Fodiantur & exinaniantur quàm altissimè, &
Cap. 7. dextra atque sinistra structiles cloacæ fiant. Idem libro octauo, Ductus autē
aquæ fiūt generibus tribus: riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis,
Structiles canales. seu tubulis fictilibus. Structiles canales appellat, structura & fabrica cōstan- H
Cap. 8. tes: quales hodie Romæ semiruti uisuntur. Idem libro secundo, Itaque pilis
lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ, con
tignationibus crebris coaxatæ, cœnaculorum ad summas utilitates perficiūt
Structura. despectationes. Structura etiam à contignatione differt. Idem libro quinto,
Cap. 10. Concamerationes uerò si ex structura factæ fuerint, erūt utiliores: sinautem
contignationes fuerint, figulinum opus subiiciatur. Eodem pertinent uerba
Lapis quadratus. eiusdem Vlpiani in. l. Si forte. §. Modus, suprà hoc eodem titulo, Fortè ut re-
ficiat lapide quadrato, uel lapide structili, uel quolibet alio opere. Structuræ
enim genera tria sunt: Quidam enim lapides quadrati uocātur, id est ortho- I
goni, & ad normam respondētes, quos uulgò cæsos uocamus. Sunt alterius
Cæmenta. generis lapides rudes & informes, quæ cæmenta uocantur, quibus ad far-
cturas operum utuntur inter pilares uel quadratas eductiones, quas artifices
gambas appellant. Vtuntur & his lapidibus ad parietes uillaticos extruēdos.
Hoc genus structuræ incertum est, & sine uenustate, quasi lapide temerè in-
uento constructum. Est & tertium genus inter hoc & illud medium, ex la-
pide ordinario, nec temerè congestum, nec ad perpendiculum respondens,
Cap. 8. sed tamen ordine coagmentatum. Vitruuius libro secundo, Itaque non est
contemnenda Græcorum structura. Non enim utuntur è molli cæmento K
polita: sed cum discesserunt à quadrato, ponunt de silice, seu de lapide duro
Lapis ordinarius. ordinaria. Idem de hiantibus structuris loquēs & uitiosis, Quòd si quis no-
luerit in id uitium incidere, medio cauo seruato secundum orthostatas in-
Ordinarij silices. trinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa & silicibus ordinariis struat
bipedales parietes. Ordinarios appellat non incertos, sed eiusdem formæ &
ordinis, & inter se similes. Structilem autem lapidem Vlpianus aut ordina-

Ex lege, Sicuti. Si seruitus uendicetur.

rium

A rium aut incertum intelligi uoluit. Hæc tamen magis lapidis genera, quàm ſtructuræ dici poſſunt. Propterea Plinius libro triceſimoſexto, cap. uiceſimo ſecundo, ſtructuræ genera quatuor ponit, iſodomon, pſeudiſodomon, ab æquabili inæquabiliq; ſtructura dicta, emplecton, dictyotheton. Quæ ſi quis intelligere cupit, adeat Plinium: ſatis eſt enim nobis locum notaſſe, quod ad hunc locum attinet. Structura autem exacta qualis eſſe debeat, idem Plinius his uerbis docet: Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Normam noſtri quadram uocitant, libellam niuellum, perpendiculum plumbum. Vitruuius libro ſeptimo de tectorio opere

B loquens, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculũ, anguli ad normam reſpondentes exigantur.

Non procul à fine. Structuræ genera. *Ibidem in fine.* *Norma.* *Libella.* *Perpẽdiculũ.* *Cap. 3.*

Ex. l. Qua actione, Ad legem Aquiliam.

Si quis in colluctatione uel in Pancratio.) Diximus alibi multa de exercitamentis antiquis: pancratium autem dicendum huc reiecimus. Eſt igitur pancration, certaminis genus ex eo dictum (ut uidetur) quòd aduocatis omnibus corporis uiribus, omniúmque neruorum contentione tranſigitur. Calcibus enim etiam & cubitis, non modò pugnis, pancratiaſtæ utebãtur, omníque petendi æmulum prehẽdendíque modo. Lucianus περὶ γυμνασίων, id eſt de gymnaſiis, Anacharſin Scythen his propemodum uerbis Solonem de inſtitutis Athenienſium rogitantem ut admirabundum inducit:

Pancration. *Pancratiaſtæ.*

C Quam tandem ob rem ô Solon iuuenes ueſtri hæc faciunt? Quidam enim eorum mutuò ſe ſupplantant: quidam obſtricta gula ſtrangulant: nonnulli inter ſe ui flectuntur, & in cœno more ſuum uolutati mutuò ſe conſpergũt. iamprimum poſitis ueſtimentis pingui alter alterum affricantes placidiſſimè, mox neſcio qua ui impulſi obtrudunt inuicem ſeſe nutatu obuerſario, frontéſque oblidunt, pecudum more inter ſe obarietantes: & ecce tibi cruribus hic illum tollens, humi allidens, mox in eum ſeſe librans erigi ultrà nõ

D ſinit in cœno proculcatum, cruribúſque comprehenſum cubitis in uẽtrem connixus fœdiſſimè miſerum angit. Et reliqua, quæ ille de exercitamentis Græcorum luculentiſſimè proſequitur. Ex quibus apparet huiuſmodi colluctationes in cœno & arena exerceri nudis corporibus ſolitas eſſe. Et paulo inferius in perſona Solonis, Huiuſmodi autem, inquit, exercitamentorum id quod in cœno exercetur, pale (id eſt lucta) uocatur. Qui uerò in puluere exercentur, ipſi quoque luctantur. Cum uerò feriunt uiciſſim concertatione arrectaria, pancration dicitur. Τὸ δὲ παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην, παγκρατιάζειν λέγομεν. Et rurſus. οἱ δὲ ὀρθοστάδην κεκονιμένοι, ἢ αὐτοὶ παίουσιν ἀλλήλους πεφυσημένοι καὶ λακτίζουσιν.

Παγκρατιάζειν.

E Qui autem, inquit, arrecti puluere obſiti ſunt, feriunt & ipſi alter alterũ petentes procurſu calcitratúq;. Quintilianus lib. 2. de Inſtit. orat. Si uerò liberalior natura cõtigerit, & in qua meritò ad ſpem oratoris ſimus aggreſſi, nulla dicendi uirtus omittenda eſt: ſicut ille exercendi corpora peritus, non, ſi docendum pancratiaſten ſuſceperit, pugno ferire uel calce tantùm, aut nexus modò, atque in iis certos aliquos docebit, ſed omnia quæ ſunt eius certaminis. Sunt qui pancratiaſtas pro pentathlis intelligi uelint, id eſt iis qui

Cap. 9. *Pentathli.*

Source : BIU Cujas

quinque illa antiqua certamina Græciæ obierunt & uicerunt, παγκρατιάζοντας πάντων κρατοῦντας intelligi uolẽtes, id eſt omnium uictores: ídque Hermolaus libro triceſimoquarto emendationum ſuarum ſcripſit. Quod unde acceptum ſit, neſcio. Sudas certè pancratiaſten manibus pedibúſque pugnantem interpretatur. Plinius lib. 34. Fecit & Satyrum admirantem tibias, & Minerua̅m, Delphicos pentathlos, pancratiaſtas. Gellius lib. 13. Panætij ſententiã quandam referens, Vita autem, inquit, hominũ qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuíſque eſſe uſui uolunt, negocia periculáque ex improuiſo aſſidua, & propè quotidiana fert. Ad ea cauenda atque declinanda perinde eſſe oportet animo ſemper prompto atque intento, ut ſunt athletarum qui pancratiaſtæ uocantur. Nam ſicut illi ad certandum uocati, proiectis antè brachiis conſiſtũt, capútque & os ſuum manibus oppoſitis quaſi uallo præmuniunt, membráque eorum omnia priuſquam pugna mota eſt, aut ad uitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciẽdos parata: ita animus atque mens uiri prudentis, conſilia cogitationéſque contra fortunæ uerbera, contráque inſidias iniquorum quaſi manus & brachia prætendens. Aliqui tamen apud Græcos παγκράτιον πένταθλον interpretantur, id eſt pancratium pentathlum, nempe πυγμὴν, id eſt pugillatum, δρόμον curſum, ἅλμα ſaltum, δίσκον diſcum, πάλην luctam: quos Hermolaus ſecutus eſt.

Pancratiaſtæ. Cap 8. Cap. 26.

Ex eodem loco.

Committere. Niſi domino committente hoc factum ſit.) Committere, eſt ad contentionem & concertationem exhibere. Vnde committi gladiatorum paria dicebantur in ſpectaculis & athletarum certaminibus: id eſt ad digladiãdum copulari, compararíque. Similiter & poëtæ & oratores committi dicebãtur: id eſt bini ad ingeniorum oſtentationem exhiberi. Indéque commiſſiones dictæ, ſcenicæ ſcilicet & poëticæ, & etiam ludicræ, quas prætores ludis præſidentes faciebant. Tranquillus in Claud. Circenſes etiã frequẽter in Vaticano commiſit, nonnunquã interiecta per quinos miſſus uenatione. Idem in Augu. Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò, & à præſtantiſſimis, offendebatur: admonebátq; Prætores, ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſolefieri. Inde illud Satyricũ, Committit uates, & comparat inde Maronẽ. Ex hoc autem factum, ut committere pro iritare ponatur, & ad iram accendere. Tranquillus in Calig. Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri, atque inter ſe cõmittere. Hoc Græci dicunt συγκρίναι. Iſocrates, τοσοῦτον δέομεν συγκρίναι τι τῶν ἐκείνου πραγμάτων ἢ φιλεῖν σπουδάζειν. Inde apud Liuium bellum commiſſum legimus: id eſt (ut uulgò dicunt) guerram apertam eſſe, cum aliqua iniuria laceſſente bellum inter duos populos iritatur, quaſique re ipſa indicitur.

Cõmiſſiones. Cap. 21. Cap. 89. Iuuenal. Satyr. 6. Cap. 56. Συγκρίναι. Commiſſum bellum.

Ex l. Si ſeruus. §. Si fornicarius.

Fornacarius. Lego fornacarius, à fornace. Erat autem fornacarius ſeruus idem qui piſtrinarius uel piſtor. Fornacalia (inquit Feſtus) feriæ ſunt inſtitutæ farris torrendi gratia, quòd ad fornacem quæ in piſtrinis erat, ſacrificium fieri ſolebat. Idem alibi. Fornacalia ſacra erant, cum far in fornaculis torrebant. Seruius autem Grammaticus auctor eſt, apud priſcos molarum uſum non fuiſſe: fruges

Fornacalia.

Ex lege, Si ſeruus. tit. Ad legem Aquiliam.

Source : BIU Cujas

A fruges enim torrebant,& deinde in pilis pinsebant: & hoc erat molendi genus: quod & suo tempore adhuc factitatum esse ait. Ex quo more illud Virgilianum esse in primo Aeneidos, Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Molæ autem postea inuentæ sunt asinariæ quædam, quædam trusatiles: id est hominum opera uersatiles. Gellius libro tertio, de Plauto comico loquens, Sedenim Saturionem & Addictum, & tertiam quãdam comœdiam, cuius nunc mihi nomen non suppetit, in pistrino eum scripsisse. Varro & plerique alij memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum scenicorum pepererat, in mercationibus perdita, inops Romam re-

Molæ asinariæ & trusatiles.

Cap. 3.

B diisset, & ob quærendum uictum ad circũagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. Hoc autem non sine ingenti labore ac fatigatione uirium fiebat: propter quod factum est, ut pistrinum pro loco fatigationis pleno, & pro negocio operoso ac molesto, uirésque conficiente ponatur. Hieronymus in præfatione Danielis, Denique ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem, cum me in linguæ Chaldaicę pistrinũ reclusissem, & multo sudore, multóque tempore uix cœpissem anhelantia stridentiáque uerba resonare, & quasi per cryptam ambulans rarum desuper lumen aspicerem, impegi nouissime in Danielem. Pistrinum pro ærum-

Pistrinum.

C na dixit studij difficillimi. Μυλὼν à Græcis dicitur. Lucianus de uili mãcipio, τὸν μυλῶνα ὥσπερ ἀνακτότερον προσκινῶν. Aquariarũ autẽ molarũ loca quibus nunc utimur, moletrinas, ut arbitror, appellare possumus, ut ex Nonio colligo.

Moletrina.

Ex eadem, paulò pòst.

Cum eo planè qui uinum spurcauit uel effudit.) Spurcum Nonio tradẽte multa habet significata, sed tamen ex Festo enarrandũ hîc uidetur. Spurcum, inquit, uinum dicebãt, aut aqua mixtum, aut igne calefactum, aut mustum antequam deferuescat: ut sit spurcare uinũ, aqua infusa uitiare. Tametsi Græcorum uina legimus perfundi aqua solere ad lenitatem excitandam,

Spurcum uinum.

Spurcare.

D sed marina & salsa, ut auctor est Plinius libro 14. In Italia autem condiri musta mos erat. Prouerbium est apud Græcos, ἀπώλεσας τὸν οἶνον ὑπὸ χώας ὕδωρ, Perdidisti uinum aqua infusa. De iis dictum, qui beneficia commodè collocata importunè commemorantes, eorum gratiam perdunt: aut qui res præclarè gestas paruulo aliquo errato dehonestant. Dici etiam potest de iis qui liberalitates alioqui commendabiles illiberali detractiuncula delibantes ueluti præfloratas mittunt, nec synceras nec meracas conferentes: cuiusmodi est eorum factum, qui sibi ius aliquod in res donatas recipiunt, aut ius reposcendi, siquãdo pœnituerit eos benignitatis, aut huiusmodi aliquid nec can-

Cap. 19.

Prouerb.

E didi nec ingenui consilij comminiscuntur. Propterea Isocrates ad Demonicon scribens, inter prudentiæ præcepta & hoc addidit, μὴ δὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαρίζεσθαι. Ac si dicas ad uerbum, Nec gratias ingratè gratificari. Quod multi, inquit, faciunt, qui cum benefici quidem re uera sint, iniucundos tamen amicis opitulatores sese præstant. Nostra autem ætate inspurcare uinum dici possunt, qui erogationes & benignitates ingentes ab ambitiosa pietate profectas, gentilitiis insignibus, aliísque commentis deprædicantes, quasi

Inspurcare.

Aquulam in uinum infundere. aquula in uinum infusa deperdere uidentur: eas enim non magis religioni, F
ut opinor, quàm ambitioni expensas ferre possunt: sicque recipiunt mercedem suam, inquit Dominus.

Ex eadem, paulò inferius.

Eiicere. Si mulier pugno, uel equa ictu à te percussa, eiecerit.) Eiicere uerbum est ad immaturum partum accommodatum. Vnde eiecti partus dicuntur pro abacti. quo uerbo Plinius libro duodetricesimo usus est: & eiectitia uulua,
ἐκβολὰς. quæ à Græcis ἐκβολὰς dicitur à Plinio libro undecimo. A quorum imitatione
Cap. 37. hæc locutio tracta. Apud eos enim ecbolimi eiecti eiectitiique & abortiui
Eiectitius. dicuntur. Et
Ecbolia. ἐκβόλια, medicamenta quibus medici utuntur abigendis infanti- G
Phthoria. bus in utero enectis, quæ & φθόεια dicuntur. Verba sunt crebra apud Dioscoridem. Latinè eiectoria, & eiectrices medicinæ dici possunt. Plinius libro de-
Cap. 18. cimoquarto, Thasiam uuam Aegyptus uocat apud se prædulcem, quæ soluit aluum. Est contrà in Lycia, quæ solutam firmat. Aegyptus & ecbolimam habet, abortus facientem. Vbi in quibusdam libris ecbolada legitur, utrobi-
**phthorium Plinij locus. Li. 14. ca. 16.* que rectè. Idem de Scammonite uino, Hoc uinum, inquit, * phthoriam uocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis, licet in impressis ectromatium legatur, uerbum subditicium. Ea autem medicamenta quæ sterilitatem afferunt, & conceptum adimunt, hoc H
Atocia. est uim concipiendi, Atocia dicuntur. Dioscorides de cedria loquens, περιχριέσθαι δὲ αἰδοίῳ πρὸ τῆς συνουσίας, ἀτόκιόν ἐστι, Circumlita, inquit, genitali ante coi-
ἐκρύσεις. tum, atocij uim habet. Aristoteles libro septimo de Animalibus ἐκρύσεις, id est
Effluxio. effluxiones uocari tradit eas conceptus corruptiones, quæ intra septimum
Abortio. diem fiunt, abortiones uerò ἐκτρωσμὸς usque ad quadragesimũ uocitari. Cui-
ἐκτρωσμοὶ. *Cap. 12.* us dicti causam Censorinus explicat in libro De die natali. A quadragesimo
Partus immaturus. igitur die partus immaturi dicuntur, eorum partim uitales, id est ζώσιμοι καὶ
Partus uitalis. βιώσιμοι, partim non uitales, ut quinto, sexto, octauóque mense.

Ex eadem. §. Si calicem diatetrum. I

In antiquo emendatè diatretum legimus. Tretum enim & diatretum Græcè foratile, pertusum, tornatile, aut torno factum significat, à uerbo τιτρῶ, καὶ διατιτρῶ, unde διάτρητον. Sunt igitur calices diatreti, cælati, &
Calices diatreti. *Toreumata.* tornatiles, quæ toreumata Græco uerbo dicuntur Sallustio, Ciceroni, Tranquillo. Martialis libro duodecimo Epigrammaton:
Epigrãm. 71. O quantum diatreta ualent, & quinque comati!
Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.
Aliter tamen ab interpretibus legitur ille locus. Quod autẽ sequitur de margaritis. Vt pertusis in linea uteretur, linea hîc pro lineo filo intelligendum, id K
est funiculo, qui per medios uniones transigi solet. Vitruuius lib. 4. cap. 4. Nam si duæ columnæ æquè crassæ lineis circummetiantur, è quibus una sit striata, altera non striata, & circa strigiũ caua, & angulos striarum linea corpora tangat, tametsi columnæ æquè crassæ fuerint, lineæ quæ circũdatæ erũt, non erunt æquales. Hoc loco, qui uulgò corruptissimè legitur, lineam Vi-
Extricatus. truuius pro funiculo posuit. Extricatos autem uniones Vlpianus eos intel-

Ex lege, Si seruus. tit. Ad legem Aquiliam. lexit,

Source : BIU Cujas

A lexit,qui ex rudi & natiuo habitu arte gemmarij politi ſunt. Eſt enim extricare quod Græci ἐκλέπειν dicunt,hoc eſt,dempto cortice expolire. Accurſius extricatas margaritas abinuicem ſeparatas interpretatus eſt:naturam utique margaritarũ ignorans: de quibus Plinius lib.9.ita inquit, Dos omnis in candore,magnitudine,orbe,læuore,pondere,haud promptis rebus,intantum ut nulli duo reperiantur indiſcreti : unde nomen Vnionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ.Nam id apud Græcos non eſt,ne apud Barbaros quidem inuentores eius aliud quàm margaritę.Cum ergo nulli duo reperiantur cohærentes,unde ab unitate uniones dicti, extricare Accurſius malè pro ſepa- *Cap.35.* *Vniones.*

B rare intellexit.Indiſcreti tamen uniones apud Pliniũ intelligi poſſunt omnino ſimiles,id eſt ſimilitudine indiſcreta. Sic enim Plinius id uerbum uſurpare ſolet,ut lib.7.Magno Pompeio Vibius quidam è plebe, & Publicius etiam ſeruitute liberatus,indiſcreta propè ſpecie fuere ſimiles,illud os probũ reddentes,ipſumque honorem eximiæ frontis.Idem Plinius de his loquens, *Cap.12.* *Lib.9. ca. 35.*
Sani quidem concharum partus multiplici conſtant cute, non impropriè callum ut exiſtimari corporis poſſit.itaque & purgantur à peritis.

Ex fine eiuſdem legis.

Idem ſi tectori locaueris lacum uino plenum curãdum.) Legendum puto Vietori.Viere(inquit Nonius) uincire eſt & inflectere: unde illud Varro- *Vietor. Viere.*

C nis libro primo de re Ruſtica, Vt habeas uimina, unde uiendo quid facias, ut ſirpeas,uallos,crates. Idem Varro de lingua Latina libro primo, Viere,inquit,eſt uincire:unde apud Ennium,Ibant uiere ueneriam corollam.Viere, inquit Feſtus,alligare: unde uimina,& uaſa uiminea.Donatus in Eunuchũ, *Cap.23.* *Act 4.Sce.4.*
Vietus,inquit,mollis,flaccidúſque & flexibilis corpore: unde & uimina,uites,uietores dicuntur:& uiere,religare:quia uietis uirgis magis religare poſſumus quidlibet.Hactenus Donatus. Terentius,Hic eſt uetus,uietus, ueternoſus,ſenex.Plautus in Mercatore, Acheronticus ſenex, uietus , decrepitus. *Vietus.* *Act.2.Sce 2.*

D Gellius,Poma præmatura uieta ſunt & putria. Sunt igitur uietores cupparij, qui uitilibus cuppas ſarciunt uinciúntque. Vitilia autem ſunt quæcunque ſic lenta ſunt,ut commodè flectantur, cuiuſmodi ſunt uimina. Græci ἱμαντώδη & λυγιστικὰ uocant·exempla ſunt apud Plinium libro decimotertio, capite quarto,& libro triceſimoquarto, capite decimoſexto. Lacus autem ſunt qui torculari ſupponuntur ad excipiendum muſtum,& labra lignea,quibus uindemiæ apud nos importantur,quibúſque ad balneũ utimur. Italia olim fictilibus uaſis utebatur. Plinius lib.14.Magna & collecto iam uino differẽtia in cella. Circa Alpes ligneis uaſis condunt, circulíſque cingunt: mitiores *Lib.13. ca.2.* *Vitilia.* *Lacus.* *Cap.21.*

E plagæ doliis condunt,infodiúntque terræ tota.

Ex.l.Si quis teſtamentum,eodem titulo.

Quemadmodum,inquit,æſtimatio inhibetur.) Sic quidem legit Accurſius:ſed inibitur haud dubiè legendum eſt. Inire æſtimationem dicimus, ut inire rationem, hoc eſt inuenire modum & rationem alicuius rei æſtimandæ:cuius uerbi frequentior eſt uſus apud auctores, quàm ut exemplo opus ſit.Meminit Laurentius copioſè lib.5.Elegan.Terentius in Heaut.Cru- *Inire æſtimationem ſeu rationem.* *Act.4.Sce.2.*

Source : BIU Cujas

cior bolum tantum mihi ereptum tam ſubito è faucibus. Quid agam? aut F
quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi.

Ex.l.Si ex plagis.§.primo.

Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolor inerat, uerberare tabernarium cœpit.) Beroaldus dolon hîc legendum cenſebat: nec ab re, quantũ
Dolones. mihi uidetur, cum Seruius libro ſeptimo Aeneidos dicat, Dolonem flagellũ eſſe, intra cuius uirgam latet pugio, à fallendo Græcè dictũ, id eſt dolo, quòd
Cap.13. decipiat ferro, cum ſpeciem ligni præferat. Tranquillus in Claud. Reperti & equeſtris ordinis duo in publico cum dolone, ac uenatorio cultro, præſtolantes, alter ut egreſſum theatro, alter ut ſacrificantem apud Martis ædem, G
adoriretur. Huiuſmodi hodie uiſuntur. Dolon etiã minus eſt uelum in naui, ex Polluce & Suda. Liuius lib.37. Cæterum poſteaquam Prætoriã nauem Polyxenidæ relictis ſociis uela dantem uidere, ſublatis raptim dolonibus, Epheſum petũt fuga. Idem. Polyxenidas enim ut uirtute militum haud dubiè ſuperari ſe uidit: ſublatis dolonibus effusè fugere intendit.

Ex.l.Si uerò, De iis qui deiecerunt.

Exhedra. Ex cuius cubiculo uel exhedra deiectum eſt.) Accurſius diuinaci con-
Cap.11. iectura feneſtram interpretatur. Vitruuius libro quinto de palæſtrarum ædificatione loquens, quæ Græcanica non Italica ædificia erant: Conſtituantur H
autem, inquit, in tribus porticibus exhædræ ſpacioſæ, habentes ſedes in quibus philoſophi rhetoréſque, ac reliqui qui ſtudiis delectãtur, ſedentes diſputare poſſint. Cicero libro quinto de Finibus, Hoc autem tempore, etſi multa in omni parte Athenarum ſunt in ipſis locis indicia ſummorum uirorũ: tamen illa moueor exhedra: modò enim fuit Carneades, quẽ uidere uideor. Eſt enim nota imago, à ſedéque ipſa tanta ingenij magnitudine orbata deſiderari illam uocem puto. Verba ſunt Ciceronis fingentis dialogum illum ſuum in Academia Athenienſi habitum, ubi Academici diſputare olim ſoliti erant. Idem de prouinciis Conſularibus, Itaque ille alter aut ipſe eſt ho- I
*orcheſtra mo doctus, & à ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibuſcum iam in *exhedra helluatur. Verba ſunt Piſonem mordaciter compellantis, quaſi ſub obtentu philoſophiæ cum Græculis in exhedra, id eſt in loco diſputationũ pergræcaretur, id eſt perpotaret uerius, quàm cum Græcis diſſereret. Exhedræ hodie dici poſſunt loca, quæ in periſtyliis ſodaliũ canonicorum aut monachorum, id eſt clauſtris, uulgò capitula dicũtur. Exhedra enim Græcè à ſedium frequentia & ſeſſitandi commoditate nomen accepit. Idem Cicero lib.1.de Natura deorum, apud Romanos exhædrarum uſum fuiſſe docet his uerbis, Nam cum feriis Latinis ad eum ipſius rogatu accerſitúque ueniſſem, offendi K
eum ſedentem in exhedra, & cum Caio Velleio Senatore diſputantem. Hîc autem pro cellula ſtudiaria accipi uidetur, in qua grabbatulus ad meridiãdum accommodatus eſſe ſolet: quo modo & apud eundem Ciceronem in tertio de Orat. de meridiana enim quiete loquens, Tum dedita, inquit, opera quieſcentibus aliis in eam exhedram ueniſſe, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet. cúmque eum in cogitatione defixum eſſe ſenſiſſet, ſtatim receſſiſſe.

Source : BIU Cujas

A ſiſſe. Hieronymus libro primo Paralipomenωn, cap. 23. Et erunt ſub manu filiorum Aarō in cultu Domini, in ueſtibulis, & in exhedris, & in loco purificationis, & in ſanctuario. Quod autem ſequitur, Quòd ſi ex mediano cœnaculo quid deiectum ſit, Medianum pro medio architectonicum uerbum *Medianum.* eſt, ut apud Vitruuium medianæ columnæ ab angularibus diſtinguuntur, & medianæ teſtudines. Similiter medianum cœnaculum hic dicitur, quod tamen pro mediano cubiculo cœnaculi intelligo. Eſt enim cœnaculum, ut *Cœnaculum.* alibi diximus, ſuperius membrum domus, quod inquilini Romæ habitare ſolebant, quaſiq́ue corpuſculum ſuis quoque membris conſtans, cubiculo,
B exhedra, cellula, & huiuſmodi cubiculi appendicibus. Quod uerò ſuperius paulo dicitur, Sed ſi quis hoſpitalia habeat, ſolus ipſe tenebitur: id quo modo intelligi debeat, ex Vitruuio libro ſexto coniicere poſſumus. Sic enim inquit, Præterea dextra ac ſiniſtra domunculæ conſtituuntur habentes proprias ianuas, triclinia & cubicula commoda, ut hoſpites aduenientes non in peryſtilia, ſed in hoſpitalia recipiantur. Adde quæ ſuprà in titulo De officio Proconſulis, diximus. *Hoſpitalia.* *Cap. 10.*

Ex eadem. l. De iis qui deiecerunt.

Prætor ait, Ne quis in ſuggrunda protectóue.) Suggrundæ & ſuggrūdia *Suggrundæ.*
C uocantur partes tecti prominentes, quibus ſtillicidia à parietibus arcentur: *Suggrundia.* qualia ſunt ferè Lugdunēſia tecta. A Græcis γεῖσοι & γεῖσα dicuntur. Inde uerbum ſuggrundatio Vitruuio libro quarto, capite ſecūdo: Sub tectis, inquit, *Suggrūdatio. Vitruuius.* ſi maiora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio culminis. unde & columnæ dicuntur, & tranſtra, & capreoli: ſi commoda, columē & canterij prominentes ad extremam ſuggrundationem. Quæ uerba mendoſiſſimè in impreſſis libris leguntur, ut totus penè tractatus ille de architectura decem libris cōſtans: quare à pauciſſimis legitur. Alioquin etiam intellectu perdifficilis, &, ut Euripides tragicus de libro Heracliti cognomento Scotini dixit,
D ſi Laërtio credimus, δηλίου κολυμβητοῦ δεόμενος, id eſt Delio natatore indigens. In *Delio natatore indigēs.* illa enim rerum uerborúmque obſcuritate non mediocre etiam ingenium, quaſi æſtuoſo freto obrutus natator ſubmergitur. Nobis uerò in ea lectione contigit pręceptorem eximium nanciſci Iucundum ſacerdotem, architectū tunc regium, hominem antiquitatis peritiſſimum: qui graphice quoq; non modò uerbis intelligendas res præbebat. Quo tempore Vitruuiū noſtrum ocioſè, alióſque nonnullos antiquos ſcriptores eodem benigniſſimè adiuuante emendauimus. Accedit Græcarum literarum mediocris, uel modica potius cognitio, quæ in eius auctoris lectione multum cōfert. Eſt tamen ille
E auctor Latinæ linguæ ſtudioſis, nedum architecturæ utiliſſimus. Vt ad rem redeamus, ſuggrundationem Græci γείσωμα uocant, quod ad uerbū ſuggrundamentum dici poteſt: quod tamen uerbū Theodorus ex Ariſtotele grundam & imbricamentum tranſtulit. Idem Ariſtoteles libro quinto de generat. animalium, nonnullorum animalium aures ſuggrūdatas eſſe dicit, ἀχρὶ γεισωμένα ὦτα appellans. Quem locum interpres eleganter ita uertit, Auriculæ etiam longæ imbricatæq́; amplius, quaſi grundis, intúſque anfractu lon- *Γείσωμα.* *Imbricamētum.* *Cap. 2.*

giore intortæ (quales nõnullarum quadrupedum ſunt) melius auditum ad- F
miniſtrant:quippe quæ motum eminus excipientes, ad ſenſorium reddant,
Protecta. ὅσοις τὰ ὦτα ἀπογεγείσω μένα πόῤῥωθεν, καὶ ὅσα τὴν ἑλίκην μακρὰν ἔχουσι. Protecta autem &
Proiecta. proiecta partes ſunt domus prominentes, qualia ſunt meniana & podia pen
Proiecturæ. ſilia, unde aſpectus eſt nobis in uicos & plateas. Proiecturæ Vitruuio pro-
minentiæ ſunt & ueluti ſupercilia quędam parietum arcendis ſtillicidiis in-
uenta:fabri larmieros appellant & intabulamenta. Quanquã etiam proprio
Coronæ. nomine coronæ uocentur, ſiue ſtructura ſiue inteſtino opere conſtent, quod
Opus inteſtinum. minutiariam lingua uernacula dicimus. Vitruuius libro ſecundo, Summis
Cap.8. parietibus ſtructura teſtacea ſub tegula ſubiiciatur altitudine circitèr ſeſqui- G
pedali, habeátque proiecturas coronarum. Ita uetari poterunt quæ ſolent in
Protegere. iis fieri uitia. Protecta à protegendo dicta ſunt: eſt enim protegere, tectum
proiicere. Cicero in Top. Quoniam Publius Scæuola id ſolum eſſe ambitus
ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi cauſa tectum proiice-
retur: ex quo in tectum eius ædis qui protexiſſet, aqua deflueret, id tibi ius
Pergula. uideri: & reliqua. Pergulam, cuius hic quoque fit mentio, pro parte domus
exporrecta & propendẽte accipi debere hoc in loco eius generis quas ſaliẽ-
Cap.10. tes artifices noſtri appellant, nemo ſemidoctus ignorat. Plinius libro triceſi-
moquinto de Apelle, Perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus: H
atque poſt tabulam latens, uitia quæ notarentur, auſcultabat, uulgum dili-
gentiorem iudicem quàm ſe præferens. In his autem pergulis uenales res
proponebantur: ſicque intelligendum in lege, Hæres. ſuprà De iudiciis.

Ex. l. Tigni. in titulo, Ad exhibendum.

Emblema. Vel anſam ſcypho iniunxeris, uel emblemata phialæ.) Emblema uermi-
culatũ opus ſignificat ex teſſellis inſititiis aptũ atque cõſertũ. Inde illud Ci-
ceronis in Bruto de Marci Callidij oratione, Nullum niſi loco poſitũ, & tan-
quam in uermiculato emblemate (ut ait Lucilius) ſtructũ uerbũ uideres. Et
in Oratore perfecto de collocatione uerborum loquens ex Lucilio, I

Quàm lepidè lexeis compoſtæ, ut teſſerulæ omnes
Arte pauimento, atque emblemate uermiculato.

Lexeis, inquit, id eſt dictiones in oratione tam lepidè cõpoſitæ, quàm in pa-
Cap.1. uimentis uermiculato opere factis teſſerulæ. De quibus Plinius libro 35. In-
Vermiculatum opus. terraſo, inquit, marmore, uermiculatíſque ad effigies rerum & animaliũ cru-
ſtis. Huiuſmodi hodie uiſitur in Italia in æde Senenſi pulcherrimum opus.
Emblemata etiam in uaſis argenteis aureíſq; & Corinthiis ornamenta erant
apud antiquos, exemptilia cum libitum erat, cuiuſmodi ætas iſta non nouit
ut arbitror. Id autẽ ex Marco Tullio intelligi facilè poteſt in Verrem actio- K
ne. v. in qua Verrem Siciliæ Prætorem criminosè refert Haluntinos uaſa o-
mnia quæ tum apud Haluntium erant, in unum aceruum conferre coëgiſ-
ſe: quo facto Verrem ex omnibus uaſculis emblemata, id eſt precioſiſſimã
partem reuelliſſe: ita ut Haluntini domũ pura nudáque uaſa referrẽt, id eſt
emblematis abſterſis: & toreumata, id eſt cælaturæ & emblemata apud Ver-
rem remanerent, impudentiſſimo latrocinio: propter quod factum Verrem

per

Source : BIU Cujas

A per paronomaſiam uerriculũ appellat. Verba Ciceronis hæc ſunt, Vaſa autem ad Verrem deferuntur,Cybiratæ fratres uocãtur:pauca improbant:quę probarant, iis cruſtæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excuſſis deliciis cum argento puro domum reuertũtur. Quod unquam Iudices huiuſmodi euerriculum ulla in prouincia fuit?Et paulò pòſt,Tum illa ex thuribulis & patellis quæ uellerat,ita ſcitè in aureis poculis illigabat,ita aptè in ſcyphis aureis includebat,ut ea ad illam rem nata eſſe diceres.Emblema,inſertum quid & inſitum ſignificat,iniunctúmque: ideo factum ut emblema pro ornatu temporario & exemptibili ponatur. Inde illud Fabianum libro *Verr.6.*

B ſecundo Inſtitutionis oratoriæ, de locis communibus loquentis: Hoc, inquit,adeò manifeſtũ eſt ad forenſes actiones pertinere,ut quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus,* ſcriptos eos, memoriæque diligentiſſimè mandatos,in promptu habuerint: ut quoties eſſet occaſio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur. *Cap.4.* **ſcripto*

Ex.l.Iulianus.§.Quantum,eodem titulo.

Poſſit exequi actione quod deſtinauit,& in nullo caſu quam intẽdit læſa.) Sic quidem *ubique legitur* poſt Accurſium.Cauſa uerò non caſu legẽdum eſſe nemo niſi tardiſſimus non intelligit,ut ſit, cauſa quam intendit, in

C nullo læſa,id eſt nullo modo.Quod autem ſequitur,Niſi paratus ſit repetita die intẽtionem ſuſcipere,ſimile illi in titulo De damno infecto, repetita die repromittere.Verbum eſt peculiare Iuriſconſultorum: quemadmodum & alia pauca ab aliis ſcriptoribus non recepta: ut per auerſionem locare,uel cõducere,uel emere,in iure frequentiſſima:& caſtratus pro eunucho natiuo: & uerſicoloria,quæ natiuum colorem mutauerunt: & reliqua quæ nunc in mentẽ non ueniunt. Repetere, eſt retrorſus petere,ut cum altè repetitã oratiõnẽ dicimus.Cicero in tertio de Oratore,Quorſum igitur hæc ſpectat tam longa, & tam altè repetita oratio? Altè repetita,pro à principiis rerũ exorſa *Repetita die.* *Repetere.*

D dixit,quod ipſum interdum uitioſum eſt:unde illud Horatianum in Arte,

Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
Nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo.

Et repetita longius interrogatio apud Fabium libro quinto: At in eo,inquit, qui uerum inuitus dicturus eſt,prima felicitas interrogantis eſt extorquere quod is noluerit.Hoc autem non aliter fieri poteſt,quàm longius interrogatione repetita.Reſpondebit enim quæ nocere cauſæ non arbitrabitur.Idem, Patronus quoque altius, & unde nihil ſuſpecti ſit, repetita percunctatione, priora ſequentibus applicãdo,eò ſæpe perducit homines,ut ab inuitis quod *Cap.7.*

E proſit,extorqueat. Vulgò dicimus longiſſimè rem quærere,uel lõgiſſimè ueſtigare.Inde etiam repetita conſuetudo & inſtitutum dicitur, hoc eſt longo interuallo relata,id eſt(ut clarius dicam)à longiſſimis retrorſum temporibus petita.Cicero in Diuinatione, Neque enim magis animos hominum nocẽtium res unquam ulla commouit, quàm hæc maiorum conſuetudo longo interuallo repetita atque relata. Non ab re igitur hæc locutio repetita die,à Iuriſconſultis uſurpatur,pro eo quod Antidatam appellant, ut infrà De fide *Repetita consuetudo.*

Source : BIU Cujas

instrumentorum,Repetita quidem die cautionem interponi non debuisse, F
Dies. & reliqua:id est die retrorsus emẽtita. Vbi dies pro tempore intelligi debet,
cum fœminino genere sit positum, ut in illa locutione,annua, bima, trima
Aeneid. II. die.Iuuenalis Satyra.x.Longa dies igitur quid contulit? Et Virgilius, Multa
dies uariúsque labor mutabilis æui Rettulit in melius. Repetita die scribere
uel aliud agere Græci dicunt ἀναβάλλειν τῇ χρόνῳ. Cui opponitur prolata die, su-
pra in tract.De edendo.

Ex.l.pri.De ser.corrup.§.Quod ait Prætor.

Sed persuadet Græcè etiam bonum consilium quis dando, potest suade-
re & malum.) Lego,sed persuadet Græcè καταπείθει etiam bonum,& reliqua. G
Quanquam id est ariolari, huiusmodi lacunas replere uelle sine exemplari
Suadere. prisco. Suadere,est hortantis & impellentis:persuadere,exorantis & perpel-
Persuadere. lentis:Suadere actus & affectus,persuadere effectus. Cicero in Philip.secun-
da,Duo tamen tempora inciderunt,quibus aliquid contra Cæsarẽ Pompeio
suaserim:ea uelim reprehendas,si potes. Vnum,ne in quinquennium Cæsa-
ri imperium prorogaretur. Alterum,ne pateretur fieri, ut eius absentis ratio
haberetur.Quorum si utrumuis persuasissem,in has miserias nunquam in-
cidissemus.Propterea finem rhetorices nonnulli ad persuadendi uim retule-
runt,ut auctor est Quintilianus in secundo: quod tamen ipse non probat, H
ut qui officium oratoris in bene dicendi scientia, non euentu positum esse
Persuasio. censuerit. Laurentius Vallensis persuasionem propriè uocari posse conten-
Fides. dit,quam Latini Christiani fidem,Græci πίστιν appellant:hoc est certam quã-
Πίστις. dam opinionem & sententiã,quam nobis persuasimus. Id quod mihi Lau-
rentius rectè censuisse uidetur,cum à uerbo Græco πέπεισμαι,id est persuasi
mihi, πίστις apud eos dicatur, quam nos fidem dicimus. Hoc autẽ ex Quin-
Cap.5. tiliano liquet,qui libro quinto sic inquit,Pro certis autem habemus,quę le-
gibus cauta sunt:quæ persuasione,etiam si non omnium hominum,eius ta-
men ciuitatis aut gentis in qua res agitur,in mores recepta sunt. Latinè autẽ I
fides in hoc significatu certam deriuationem nõ habet, sed Græcorum imi-
tatione usurpatum est ab antesignanis fidei Christianæ, qui aliud uerbum
significantius esse nullum existimabant. Suadendi & persuadendi differen-
Cap.14. tiam Augustinus libro secundo de Ciuitate,his uerbis expressit, de Platonis
politia loquens, Confer nunc Platonis humanitatem à ciuibus decipiendis
poëtas urbe pellentem,cum deorũ diuinitate honori suo ludos scenicos ex-
petente.Ille,ne talia uel scriberentur,etsi non persuasit, disputãdo tamẽ sua-
sit leuitati lasciuiæque Græcorum:isti ut talia etiam agerentur, iubendo ex-
torserunt grauitati modestiæque Romanorum. Persuadere Græcè καταπείθειν K
Pitho. dicitur,ut suadere πείθειν. Inde Pitho dicta est dea dicẽdi præses,quam Ennius
Suada. Suadam,Quintilianus persuadendi deam, suadelam Horatius, Cicero lepô-
Suadela. rem uocat. Hæc & flexanima dicitur, quasi animum flectens,à Græcis psy-
chagogos,quasi ductrix & oblectatrix animæ. Huius autem deæ quàm san-
Galli olim ele- ctum olim numen apud Gallos fuerit, nos uerbis Luciani auctoris Græci
gantiæ stu- diosi. ostendemus,quæ nobis ob hoc uertẽda esse duximus. Hercules,inquit,apud

Celtas

Source : BIU Cujas

A Celtas Ogmios lingua uernacula uocitatur. Eius autem ſpeciem multũ ab Hercule Græcorum abhorrentem, monſtrificámque pingunt. Senex eſt illis Hercules admodum confectus, inculto capite glabróque, atq; extrema canitie, obrugata cute, uietus, retorridus, cuiuſmodi fere maritimos artifices uidemus ad ultimam ſenectutẽ peruſtos. Omnia deniq; magis eum quàm Herculẽ eſſe crederes. Atque is huiuſmodi cum ſit, habet nihilominus Herculis cultum, & geſtamina. Amictus eſt enim leonino tergore, dextera clauam tenet: arcúmque ſiniſtra protendens, pharetram ex humero pendulam habet: & ut ſemel dicam, Hercules eſt uſquequaque. Hunc autem eo habitu B cum uidiſſem, confeſtim arbitratus ſum commentum eſſe illud Gallicum, ludibriúmque quoddam hominum Herculis Græci diuinitatem ſuggillare maximè uolentium. Verùm (id quod in primis in ea tabula admirandũ eſſe duxi) ſenex ille Hercules confertiſſimam quandam hominum multitudinẽ trahit, omneis auribus uinctos. Vincula porrò illi ſunt habenulæ prætenues, auro electróq; fabrefactæ, ſpirulis collaribus honeſtiſſimis perſimiles, δεσμὰ δὲ εἰσὶν οἱ, ὥσπερ αἱ λεπταὶ χρυσᾶ καὶ ἠλέκτρου εἰργασμένοι, ὅμοιοι ἔοικεν ταῖς καλλίσταις. Atque ij tam exilibus uinculis ducti (quod mireris) ne fugam quidem circũſpectare uidentur, tametſi nullo propè negocio explicare ſe poſſint. Nec omnino C reſtitantes, aut in diuerſum renitentes, reſupinatóſque uideas: hilares illi uerò, lætitiáque perfuſi ſequuntur, ducentem ſe deum laudibus efferentes, trahenti ſe ultrò couſque obſecundantes, ut præueniendi ſtudio uincula etiam laxa incontentáque relinquãt. Diceres eos triſtes futuros, ſi huiuſmodi uinculis eximi ſe ſentiãt. Age, quod abſurdiſſimum mihi uiſum eſt, id uerò addere non uerebor. Cum enim pictori reliquum iam nihil eſſet unde catenularum extrema innecteret (quippe dextera quidem claua geſtanda, ſiniſtra uerò arcu tenẽdo occupata) pertuſa dei lingua alligatos eos homines ductitari ab eius ſummo finxit, identidem duce ridibundo ad eos ſe cõuertente. D Hæc ego, inquit, diutule cum conſideraſſem admirabundus & hæſitans, atque adeò indignatione plenus, ibi Gallus quidã qui tum fortè aderat, haud ignarus ipſe rerum noſtrarum, ut qui linguam Græcam exactè doctus eſſet, ut poſtea patuit Græcè eo loquente, philoſophiæ quoque more gentis ſtudens, quantum coniicere licet, Tibi (inquit ad me) mi hoſpes, picturæ huius ſacramentum interpretari uolo: uideris enim nonnihil hac de re conturbari. Nos igitur Celtæ ſermonem, nõ quemadmodum uos Græci, Mercurium eſſe dictitamus, ſed Herculi ſimilem ſermonem affingimus, quòd uiribus admodum præualere eum Mercurio credimus. Quòd autem ſenex fingi- E tur, ne id tute magnopere admireris: ſolet enim ſermo in ſenectute demum uim ſuam iuſtam plenámq; exhibere. τὸν λόγον ἡμεῖς οἱ Κέλτοι ὀχ ὥσπερ ὑμεῖς οἱ Ἕλληνες, ἑρμῆν οἰόμεθα εἶναι, ἀλλ' Ἡρακλέα αὐτὸν εἰκάζομεν, ὅτι πάρα πολὺ ἡμῖν ἰσχυρότερος ἐστιν. εἰ δὲ γέρων πεποίηται, μὴ θαυμάσῃς· μόνος γὰρ ὁ λόγος οὐ γήρᾳ φίλει σύμφυτον ὠθοῦσι καὶ ἀκμήν. Siquidem poetæ ueſtri uerè id cenſuerunt, iuniorum hominum mẽtem uolucrem inſtabilémque eſſe: ſenectutem autem ſcitè dicere poſſe, & commodius iuuentute. Sic tibi apud Homerum ex Neſtoris ſenis lingua profluere

Hercules Gallicus.

Source : BIU Cujas

mel creditur,& Troianorum oratores floridam ore uocem emittere dicun- F
tur. Proinde ſi auribus homines ad linguam illigatos ſenex hic Hercules,
idem & ſermo,trahit,ne hoc quidem eſt cur mireris,utique qui linguæ au-
Hercules Gallorum. riúmque cognationem noris. Ad ſummam Herculem nos Celtæ hominem
ſapientem fuiſſe cenſemus,ſermone omnia perficientem, flexanima illa ſua-
da,quam uos Pitho dicitis,pleraque eluctari peruinceréq; ſolitum. Teláque
ipſius,ſermones fuiſſe interpretamur,acutos,celeres,à ſcopo non aberrantes,
plerunque collimantes,animas quoque conſauciantes. Vos certè ex Home-
ro uerba uolucria eſſe dictitatis. τὸ δ' ὅλον καὶ αὐτὸν ἡμεῖς τὸν ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα
ἄγόμενα ἕλκεσθαι, σοφὸν νομίζομεν, καὶ πιθοῦ τὸ τέλεια βιάσασθαι. Hui quãdiu de nu G
gis?dixerint quidam fortaſſe, qui nullum præſentius numen eſſe ſancta ru-
ſticitate putant. Cuius ſpiritu ſeſe actos eſſe ſignificãtes,ſimplicitatem amare
ſe & exoſculari ſcriptorum canonicorũ aiunt,ſeculariáque ſcripta propterea
auerſari,quòd inde dicendi lenocinia, non etiam ſentiendi argumẽta abun-
de comparari poſſint:belliſſimum hoc nactos ſe putantes inertiæ atque in-
ſcitiæ patrocinium. Ceu uerò fidei noſtræ anteſignani, Tertullianus, Iuſti-
Digreſſio in latinitatis cõtemptores. nus,Cyprianus,Lactantius,Nazianzenus,Baſilius,Euſebius,ac reliqui probę
notæ ſcriptores,Leo,Hieronymus,atque etiam Auguſtinus,dicendi facultа-
tem neglexerint,neque his potiſſimum armis contra gentilium ſcripta di- H
ctáque depugnarint,licet non æquè certis ac fulgentibus. Id quod tamen ij
adhuc ſeſe ignoraſſe excuſare probabiliter poſſunt,qui barbara tantùm ſcri-
pta intelligere legeréque didicerunt. Homines utique noctuinis oculis, qui
clarè in tenebris cernentes Cimmeriis, ſplendore latinitatis atque elegantiæ
præſtringantur. Quos quid nominis appellem, non ſatis comminiſcor. An-
Prouerbium ex Varrone, Aſinus ad lyram. tiqui onos lyras appellitauerunt. Vnde illud Varronis dictum, Si quis mihi
filius unus pluréſue in decem menſibus gignantur,ij ſi erunt ὄνοι λύρας (id eſt
aſini ad lyram)exhæredes ſunto. Id quod ex Menãdro Comico in prouerbiũ
Apud Gelliũ lib.3. cap.16. aſſumptum eſt, ὄνος λύρας ἤκουε, καὶ σάλπιγος ἦν, Aſinus, inquit, lyram audiebat,& I
claſſicum ſus. Quod de iis dici ſolet, qui nulla uoce harmonica titillantur.
Quo modo & iſti Priſcianomaſtiges (ut uulgus noſtrum loquitur) alternis
uerbis impingentes,qui nullum uerbũ niſi putidum auribus percipere cum
ualeant,ſuauiloquentia offendi ſe ſimulant,ut fallaci & impoſtrice,cum re-
uera ad eloquentiam priſcam obſurdeſcant atq; hebeſcant. Orationem enim
latinam ſi audiant,ſupercilioſos uideas, contemptim tranſmittere ſe fingẽ-
tes,quæ apprehẽdere nequeũt,ut ſit quod Græci dicunt,ὄνος τὰ ὦτα κινῶν. Quo
prouerbio craſſioris Mineruæ homines compellantur, qui cum interdum
auriti æquè ut aſini ſint,nihil tamen exaudiẽtes,omnia intellexiſſe ſe emen- K
tiuntur,unà cum iis quæ dixeris, dicenda etiam connectentes. Hi ſunt qui
Humanitas. humanitatis nomen leue,atque etiam probroſum eſſe putant:quam cum ſe
dicunt aſpernari,eruditionem inſtitutionémque ad bonas artes, atque adeò
in bonis artibus & literis eam eſſe neſciunt,ut doctiſſimi tradiderunt. Quas
artes qui ſynceriter appetunt, hi ab antiquitate dicti ſunt humaniſſimi, eò
quòd uni omnium animantium homini huius ſcientiæ cura & diſciplina

Source : BIU Cujas

A data eſt. Verùm iſti neſciunt hæc eſſe rudimenta atque incunabula uirtutis, quibus cum iuuenum animi ad ueræ gloriæ cupiditatē aluntur, tum ſunt hæc eadem potētiſſima uitæ retinacula, aut in rebus aduerſis, aut in infirma ualetudine. Cæteræ res neque temporum ſunt, neque ætatum omnium, neque locorum: humanitatis ſtudia adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium ac ſolatiū præbent: delectant domi, in ſenectute animum tanquam emeritis ſtipendiis ambitionis, contentionum, cupiditatum, uoluptatum, receptui canere hortantur, omniúmque rerum ſecurum, ſecum (ut dicitur) uiuere cogūt. Plena eſt exemplorum
B uetuſtas, plena ſententiarum, quæ iacerent in tenebris, niſi literarum accedēte lumine (quod iſti obtueri nequeunt) incolumia ſeruarentur. Quàm multas nobis imagines fortiſſimorum uirorum elegātiæ ſtilo expreſſas non modò ad intuendum, ſed etiam ad imitandum, ſcriptores Græci & Latini reliquerunt? quas in adminiſtranda rep. magiſtratus ſibi proponentes, animum & mentem ipſa cogitatione hominum excellentium conformare debent. Niſi uerò exiſtimabimus ea quæ acutè aut ſententioſè dicta ſint, perinde auribus inſidere, ſordidè ac lautè, aſperè ac rotundè, barbarè ac latinè dicta: aut eodem modo in ſenſus irrepere, eundem aculeum in animis audientium re-
C linquere. Quaſi uerò idem cibus fatuus iuxta conditúſque, faſtidioſe & ſuauiter ſumptus, perinde ad ſtomachum faciat. An nihil intereſſe putamus, ex quo filo textura quæque fiat? An contexendo filo & cādido & tereti, & egregie neto, artificis manum non referre, non artem, non texturæ genus credimus? Quod ipſum ſi cæcis etiam clarum eſt, niſi ab iis defendi nō poſſe, qui candida nigris, cretatáque (ut dicitur) carbone notatis, perplexa explicitis, dubia certis, controuerſa confeſſis, ſyncera adulteratis, proba improbis, cohærentia hiulcis, quadrantia inconcinnis, apta colliſis, conſentanea diſſidentibus, optima deterrimis, odorata putidis, ſcita abſurdis, acria hebetibus, lucida
D obſcuris, falſa inſulſis, ſapientia fatuis, digeſta inconditis, deſcripta confuſis, conſona abſonis, culta horridis, ſelecta obuiis, latina barbaris: poſtremò qui humana brutis, lucem tenebris, decus denique dedecúſque permiſcent, placita omnis æui delentes: quid cauſæ eſt cur non iſti intemperiis acti uideātur, qui orationem ratione certa contextam (unde nomē contextus) qua una re maximè genus humanum brutis animantibus præſtat, nihil à ſermone fortuito & incondito intereſſe contendūt? qui alba (quod aiunt) linea diſcrimen rerum, & (ut inquit Perſius) frontem de rebus, ac decorū ex hominibus *Satyr. 5.*
tollunt? Quid? in damnandis uitiis æquè grauem plagam facit fortuita con-
E fuſaneáque uerborum congeries, quàm dictionum conſtructio concinna quadratáque, aut adamuſſim modulata? Eadem ui fertur effuſus temerè ſermo, uíxque ore excidens, qua artificioſè emiſſa, ac tereti ſtilo intorta libratáque oratio? Num uirtutibus commendandis, artibus illuſtrandis, meritis hominum amplificandis, indignitate rerum exaggeranda, honeſtate aſſerenda, uoluptate explodenda, commiſeratione in calamitoſos citanda, ira placāda, componendis affectibus, hominibus in officio continendis, ſæuitia execran-

Source : BIU Cujas

da,placabilitate emerenda,uenia extorquenda,deniq; uetuſtis nouitate dan- F
da,nouis auctoritate, obſoletis nitore, obſcuris luce, faſtiditis gratia,dubiis
fide,omnibus eo quod maximè intereſt aut temporum, aut locorũ,aut per-
ſonarum,aut cauſarum? Num his inquam omnibus tranſigendis(pergam e-
nim & ineptus & immodicus eſſe indignationi indulgens)æquè pollere po-
teſt nuda & inermis, omniq; ornatu defecta oratio, nedum barbara,ut pro-
prietate commẽdabilis,tranſlationibus atque omni dictionis lepôre inſtru-
cta? Verborum ſordibus horrida & tenebricoſa, atque ſermonis lautitia ni-
tens,& figurarum ſplendore illuminata? Nimirum pondera ſenſuum ſentẽ-
tiarúmque perferre ictum ſuum nequeunt, niſi & uerborum emphaſi quaſi G
libramento incitentur, & ambitu quodam complexúque certo inciſorum
membrorúmque deferantur. Adde quòd ut in pleriſque rebus mirè hoc na-
De Oratore lib. 3. tura fabricata eſt(ut Marcus inquit Tullius)ſic & in oratione,ut ea quæ ma-
ximam utilitatem in ſe continerent, plurimum eadem haberent uel digni-
tatis,uel etiam uenuſtatis. Hæc illa eſt eloquentia quæ orbem terrarũ duo-
rum nominũ gloria,Demoſthenis Græci, Latini Ciceronis impleuit: quo-
rum hodie quoque permulta ingenij monumenta circunferuntur, ubique
propè terrarum honori magis habita,quàm in Francia: qua una in prouin-
cia & Minerua & Muſæ,& Mercurius,atq; etiam(ſi diis placet)Celticus ipſe H
Hercules,Accurſianorũ Momo(ſic enim uocant deriſionis deum) non mo-
dò concedere coguntur: ſed etiam inde conuiciosè probroſeque quatiun-
tur. Id quod eo indignius eſſe mihi uidetur, quòd ab iis hominibus huma-
nitas in Francia ueluti fabula quædam iners theatro exigitur & exploditur,
qui ne ſuſpicari quidem unquam potuerunt nedum exaudire quid illa pro-
fiteretur. Ab iis(inquam)iudicibus eloquentia indicta cauſa damnatur, qui
ne de facie quidem eam nouerunt: qui albáne an atra ſit,iudicare nequeunt.
Quòd ſi fato non Gallico, ſed Francorum, faceſſere Gallia lepos omnis lite-
rarum cogitur, faceſſat ſanè,quandò ita genius fert huius regni,ſed ſuſpen- I
Prouerbium. dio arbor eligenda(ut aiunt)& ut Ariſtophanes inquit, Ἢ ἀξίᾳ γοῦν ξύλῳ ἀπάγ-
ξασθαι, Si ſuſpendio uita finienda eſt, ex digna ſaltem arbore pendendum eſt.
Sic ſi hoc ſemel decretum eſt, ut Francorum ſuffragiis, humanitatis & elo-
quentiæ,id eſt rerum pulcherrimæ ſtudium damnetur, ab iis certè damne-
tur,qui eam pernouerint. Nunc uerò quis cœlum terris non miſceat,& ma-
re cœlo,ſi cæcutientes de dicendi coloribus,& de poëticæ canticis ſurdaſtri
in conſilium mittantur? qui eloquentiam blateratricem quandã eſſe putant,
cuius ſit propoſitum uoces inaniter fundere,non ſententiarum pondera cõ-
Eloquentiæ munera. ſectari. Ignorantes eam eſſe diſciplinam,quæ de magnis mirè & ſublimiter, K
de paruis propriè ac ſubtiliter,de mediocribus iucũdè & grauiter,de omni-
bus ſentẽtiosè & luculenter dicere perdoceat. Quæ ut legibus ſoluta, & inu-
ſitata quadam conditione accuſatrix eadem & cauſam dicens,atque utrobi-
que optima fide agens,ſuopte etiam tantum iudicio abſolui, damnaríque,ſi
res ita tulerit,ſua facundia poſſit. Verùm hæc ipſa dicendi facultas permul-
tos illa quidem amatores, ſed paucos imitatores habet, quod quondam de

Source : BIU Cujas

A libertate dictum est. Quotus enim quisq; est ex istorum etiam numero durioris oris hominum, qui hanc facultatem uerbis eleuare solēt, atque etiam aspernandam dicere: cui si inter differendum censendúmue scitum aliquod uerbum in buccam fortè uenerit, non flammam ore inardenti facilius opprimere possit (ut prouerbio dicitur) quàm elegans dictum illud tenere? Vt enim hominis decus omnium confessione est ingenium: sic ingenij ipsius lumen est eloquentia. Quid igitur hoc hominum genere facias, qui humanitatem ex homine tollunt? Philippus Alexandri Magni pater, cum causam aliquando duorum hominum malitia præditorū cognosceret, unum Græ- *Prouerbium.*

B co uerbo fugere iussit, id est exulare, & alterum persequi. ἐκέλευσε τὸν μὲν φεύγειν, τὸν δὲ διώκειν. Sic ego, si quis me sententiā roget de istis obtrectatoribus elegantis humanitatis, facere fortasse ausim, ut & qui sordibus sermonis oblectari, & qui purè loquētibus obtrectare cupidè solent, hos quidem in Timonion quoddam, id est in auiam solitudinem deportandos esse: illos uerò deportatis comites ire censeam, ut morari, prima longa, posthac isti inter homines desinant, qui humanitate delectari nequeunt, & uerò qui offenduntur doctrinæ elegantia. Vt enim Timon ille Athenienſis Philosophus, humani *Timonion.*

generis odio infamis, Misanthropi cognomentum propterea meruit, sic isti *Misanthropos.*

C nimirum pessimè de genere humano mereri cēsendi sunt, qui homines humanitate abdicare se iubēt. Atque ideo classicos & assiduos auctores (ut antiquo uerbo iuris utar) ex quorum lectione humanitas quæritur, omneis ad unum, uno illo addito elogio damnauerunt, quòd nihil ad stomachum facerent, alimentis assuetum Mineruæ sordidæ atque illotæ. Scilicet sic est na- *Prouerb.*

tura comparatum, ut prius cauum à conuexo (ut inquit Aristoteles) quàm hircosam inscitiam ab improbitate disiunxeris. Ex eorū sunt illi genere, qui literarum studium ad calculum uocandum putāt: non ut par sit ratio acceptorum & expensorum, sed ut multo amplior acceptorum. Atque ideo eos

D in sese pessimè consuluisse pronunciare non erubescūt, qui humanioris studij curriculum ingredi institerunt, & peragere. Videlicet studiosis hominibus literas decoxisse interpretātur, quos capturas forenses expiscari non uident, aucupiáque Basilicana omni ope consectari: quem unicum finem studiorum esse communis prudentia statuit. Verum illi suæ prudentiæ rationē uiderint, nos quod agitur, agamus. *Suada* à suadendo dicta est: unde illud *Suada.*

Virgilij in sexto, Et malè suada fames. Imitatione cuius Augustinus lib. 14. *Cap. 11.*

de Ciuitate, de præuaricatione primorum parentum loquens, Malè suada, inquit, uersutia in hominis sensum serpere affectans, & reliqua. Inde Corne-

E lius Cethegus propter suauiloquentiam Suadæ medulla dictus est. Cicero *Suadæ medulla.*

in Bruto, Pitho uocant Græci, cuius effector est orator. hanc Suadam appellauit Ennius: eius autem Cethegum medullam fuisse uult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullā nostrū oratorem fuisse dixerit. Pitho autem ut Sappho declinatur, & Echo, & similia. Hæc à Græcis Psychagogos quasi flexanima dicta est, animos hominū quo- *Psychagogos.*

quouersus ductitans, quasique arbitrij frenos regens & iudicij.

Source : BIU Cujas

Ex eadem lege. F

Sed utrum ita demum tenetur, si bonæ frugi seruum pepulit ad delin-
Frugi bonæ. quendum.) Frugi bonæ & bonæ frugi cum dicebāt, probum officioſumque
Lib. 7. ca. 11. consummatè significabant, quanquam apud Gellium frugis bonæ legitur.
Sic enim frugi bonæ dicunt, ut frugi hominem, ut Piso frugi. Cum autem
Nequam. contrarium huius significare uolebant, nequam hominem appellabant, id
est prodigum, asotum, libidinosum, improbum, nihili, & interdum scele-
stum: præsertim cum de seruis loquebantur. Hoc uerbo Iurisconsulti inter-
Act. 2. Sce. 5. dum utuntur, ut hîc, & alibi nō semel. Apud Plautum in Cas. cum Stalinus
de uxore sua excandescente diceret, G

Nunc in fermento tota est, ita turget mihi.
Aedepol ego illam mediā diruptā uelim. respōdit Olympio uillicus,
Credo ædepol esse, si quidem tu frugi bonæ es.

Id est, si tu uirilis maritus es, media dirupta est, alludēs ad hymenem muliebris genitalis. Frugi bonæ seruum Græci οἰκέτην ὑγιαινῆ appellant, quo uerbo consummata probitas significatur, ut alibi diximus. Isocrates in Areopag. οὐ καπηλείῳ δ' φαγεῖν ἢ πιεῖν, οὐδεὶς οὐδ' ἂν οἰκέτης ὑγιὴς ἐπόλμησε. Id est, In caupona esse aut perpotare nemo ne seruus quidem ausus, duntaxat frugi bonæ. de antiquis Athenienſiū moribus loquēs. Inde ad frugē bonā se recipere dicebāt, H pro eo quod uulgaris sermo dicit, Ex nihili homine fieri hominē boni amātem, id est frugi. Cicero pro Cælio, Equidē multos & uidi in hac ciuitate & audiui, nō modo qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent: sed qui totā adolescētiā uoluptatibus * dedidissent, emersisse aliquādo, & se ad frugē bonā (ut dicitur) recepisse, graueisq; homines atque illustreis fuisse. Dicitur & euadere ad frugē bonā, de eo tamen qui antè nequam nō fuerat. Lactan. libro sexto de Pythagorea litera loquens, Si ducē nactus fuerit, qui * ducat ad meliora titubātem: hoc est, si aut philosophiā didicerit, aut eloquētiam, aut aliquid honestæ artis quo euadat I ad bonā frugem, quod fieri sine labore maximo non potest, honestā uitam disputant peracturum. Ad frugē bonam redire. Lamprid. in Heliog. Milites se parsuros dixerunt, si ad frugem bonam rediret. εἰ χρηστὸς αὖθις γένοιτο.

Ex. l. Liminarchæ. De seruis fugitiuis.

Limenarchæ. Legendum Limenarchæ & hîc & in. l. Munerum, infrà De muneribus & honoribus, λιμενάρχαι. Non enim à limine dicitur, ut Accursio placuit, sed
Bigena uitanda. dictio merè Græca est, non bigena. Rarò enim antiqui huiusmodi dictionibus usi sunt quæ ex Latino peregrinóque componuntur, qualis est epitogij compositio, & epirhedij. toga enim Latinum est cum præpositione Græca, K
Λιμήν. & rheda Gallicum. λιμένα Græcè, Latinè portus dicitur, unde limenarcha, qui locis maritimis præest, unde traiectus est ad exteras nationes. Hos autē Aristoteles libro sexto Politicôn circa finem limenophylacas uocat, quasi portuum custodes. Limina uerò imperij non eo modo dicūtur, quo limen domus: unde seruus ad limina dictus, pro atriensi apud Apuleium in secundo de Asino: & apud Virgilium lib. 9. Aeneidos, Fidúsq; ad limina custos. Stationarij

Limina imperij.
Seruus ad limina.

Source : BIU Cujas

A tionarij uerò milites(quorũ hîc fit mentio)milites ſunt præſidiarij, quos ordinarios appellamus,qui in locis hoſtiũ finitimis ſtationes agitare ſolent,ad repentinos hoſtium incurſus intẽti.Ex his limitanei à limitibus dicti ſunt. *Stationarij milites.* *Limitanei.*

Ex.l.ulti.Si menſor falſum modum dix.

Et ſi mẽſor machinarius fefellerit,hæc actio dabitur.)Machinarius menſor ab Vlpiano dicitur ad decempedatoris differentiam. Geometræ enim uel geodætæ potius,id eſt terræ diuiſores, & agrimenſores,non tantùm pertica utuntur & decempeda,ſed etiam machinula, qua formas quadratas aut trigonas deſignantes,earúmque latera metientes,arearum ſpatium facilè ex *Machinarij.* *Geometræ & geodætæ.*

B iis colligunt,quo modo noſtri hodie utuntur, partim eorum quadrata machinula utentes,partim orbiculata.Vtrunque autem genus arrectas in ambitu pinnulas habet rimulis perſpicuas, in meditullióq; columellam rimulentam.hæ autem ad æquilibriũ, & ad lineam rimularum pinnularium ita inter ſe reſpondent, ut lineæ decuſſatæ à circunferentia ad centrum machinulæ contendẽtes & coëuntes, per columellæ rimulas nulla offenſione pertineant, per quarum linearum ductus menſores collimantes, orthogonos exactè deprehendunt.Tota enim machinula normarum anconibus conſerta & apta eſt:quæ res reſponſus illos linearum per mediam columellam ef-

C ficit.Quam machinam qui uiderit,facilè hæc uerba intelliget, alioqui futura ſubobſcura. Gnomõ hæc machina ab Herodoto uocatur,quod uerbum Laurentius Latinè normam uertit,& rectè. Eſt enim norma Latinè (quemadmodum Græcè gnomon)pars & geometrici & architectonici inſtrumenti,qua norma ut recti anguli à geometris, ſic lapides ac ſtructuræ orthogonæ,id eſt rectis angulis exactæ,ab architectis & fabris deprehenduntur.Vulgò quadra uocatur,id eſt ſquierra, ut canon id quod regula Latinè dicitur. Lucianus,ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τῆς κατ' ἀρετὴν βίου, Qualem, inquit,oportet canonem & gnomonem eſſe uitæ ſecundum uirtutem degendæ.Leo *Gnomon.* *Norma.*

D Albertus lib.3.de Aedificatoria,Normam,inquit,ueteres conficiebant tribus rectis regulis in unum triangulũ coniunctis,quarum una erat cubitos treis, altera quatuor,tertia cubitos erat quinque longa.Hoc autem inuentum eſt Pythagoræ,ut auctor eſt Vitruuius libro nono: unde Albertus ſupradicta mutuatus eſt.Quintilianus lib.11.de pronunciationis geſtu loquens, Siniſtrum brachium eouſque alleuandum eſt: ut quaſi normalem illum angulum faciat:ſuper quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat. Normalem pro recto poſuit,qualem norma efficit.Eadem ratione Cenſorinus de die Natali normalem lineam uocat, quam Græci catheton dicunt, Albertus perpen- *Cap.1.ſub finem.* *Cap.2.* *Cap.ult.* *Normalis angulus.* *Cap.21.* *Κάθετος.*

E dentem uocat,id eſt perpendicularem.Talis enim linea à recto angulo normæ fit,& ipſa rectum angulum facit:proptereáque ancones dicũtur in norma,quaſi flexus cubiti,quem normalis figura efficit uel deſcribit.Vitruuius lib.3.in fine de ſtriatis columnis loquens, Columnarum ſtriges faciẽdæ ſunt xxiiij.ita excauatæ,uti norma in cauo ſtrigis cum fuerit coniecta, circũacta, ita anconibus ſtriarum dextra ac ſiniſtra angulos tangat, ut acumen normæ circũrotundatione tangendo peruagari poſſit.Et libro octauo de chorobate *Perpendicularis.* *Cap.6.*

Source : BIU Cujas

loquens,quo aquæ perlibrātur:Ea,inquit,regula habet ancones in capitibus F
extremis æquali modo perfectos,ínque regulę capitibus ad normā coagmē-
tatos,& inter regulam & ancones à cardinibus compacta transuersaria. An-
Ancones. cones Vitruuius appellat conflexum,qui rectum angulum describit.Trans-
Cap.13. fertur & ad alia. Vnde Plinius Latinè cubitum appellat libro tertio de An-
cone urbe Italica loquens,uulgo nota:In ipso,inquit, flectentis se oræ cubi-
Cap.44. to sita:his uerbis significans cur Ancon dicatur. Et lib.secundo, Conflexa in
cubitos,aut confracta in humeros iuga.sic enim Hermolaus emendauit. Vt
Cap.3. enim in parietibus ancones,ita & in promontoriis dicuntur. Vitruuius ue-
rò lib.7.Longitudines ad regulam & lineam,altitudines ad perpendiculum, G
Cap.22 in fine. anguli ad normam respondentes exigantur.Plinius lib.36.de reticulato ope-
re loquens,Structuram ad normam & ad libellam fieri, & ad perpēdiculum
Amussis. respondere oportet:ad perpēdiculum Græcè κατὰ κάθετον dicitur. Amussis au-
tem,filum est quod fabri materiarij rubrica oblinūt, aut alio colore, à Græ-
Στάθμη. cis στάθμη dicitur:unde prouerbium natum,λευκὴ στάθμη auctore Suda:Latinè al-
Alba linea. ba linea dicitur. Gellius libro ultimo, Hi uaria lectitantes,in quas res,cúm-
Cap.ult. que inciderāt,alba(ut dicitur)linea,sine cura discriminis, solam copiam se-
ctati conuerrebant.Hoc autem prouerbium in eos ualet,qui sine discrimi-
ne aliquid faciunt, ut si in albo pariete alba linea utatur aliquis. Politianus H
hoc ita reddit,In albo lapide alba linea,uel amussis alba, Græcorū more, qui
ἐν λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη dicunt.Plato in Charmide ab eodem traducto, Quòd
enim ad formosos attinet,alba sunt regula carpentarij:omnes enim ferè qui
ea ætate sunt,formosi mihi uidentur:id est,nullum discrimē facio,nullo de-
lectu formosos omnes iudico.Amussis enim alba nullum discrimen in la-
pide albo etiam ipso facit.Ammonius in prædicamenta Aristotelis,ὡς ἡ ὁ τέ-
κτων τῇ στάθμῃ κέχρηται ὀργάνῳ πρὸς διάκρισιν τῶν τε ὀρθῶν ξύλων καὶ τῶν καμπύλων,ὁμοίως καὶ
ὁ οἰκοδόμος τῇ καθέτῳ διακρινούσῃ τοὺς ὀρθοὺς καὶ τοὺς μὴ τοιούτους τῶν τοίχων. Vt faber, inquit,
utitur amussi instrumēto ad exigendam materiæ rectitudinem, sic structor I
utitur perpendiculo,id est catheto ad parietes dirigēdos. Ex eo autem factū,
Gnomon. ut gnomon forma geometrica dicatur normæ similis, hoc est parallelogrā-
mum cum supplementis duobus: cuius meminit Euclides in principio li-
bri secundi,quæ forma à Martiano Capella Latinè norma uocatur in septi-
Cap. De planis & solidis numeris. mo,de qua Aristoteles in Prædicamentis, τὸ τετράγωνον γνώμονος περιτεθέντος αὔξεται
μὲν, ἀλλοτριώτερον δὲ οὐδὲν γεγένηται. quo in loco Argyropylus normam pro gno-
mone rectè transtulit.Quadrangulum(inquit Aristoteles)addito gnomone,
id est norma,augetur quidem: non autem aliud fit quippiā,id est non trāsit
in aliud schema geometricū.Quod si quis intelligere uelit,Euclides adeun- K
dus in primo capite libri secundi, cuius hæc uerba sunt, παντὸς δὲ παραλληλο-
γράμμου χωρίου, τῶν περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ ἓν παραλληλογράμμων ὁποιονοῦν, σὺν τοῖς δυσὶ πα-
Tetragonum. ραπληρώμασι, γνώμων καλείσθω.Constat autem tetragonū,id est quadratum,duo-
bus gnomonibus:duæ enim normę iunctæ absolutum quadratum efficiūt.
Sunt & alia significata huius uocabuli,ut gnomō pro umbilico solis, à quo
ars gnomonice dicta, quæ solariorum rationē perquirit, ut suprà diximus,

Ex lege ult.Si mensor falsum modum dix. nunc

Source : BIU Cujas

A nunc ad rem non pertinens. Sensus est autem huius loci, Siue mensor machinarius falsum modum renunciauerit, ut agrimensor & metator: siue architectus & redemptor, qui ipsi non machinula, sed decempeda & pertica utuntur, hoc edicto teneri. Decempeda autem à Græco decapus dicitur: à masculino autem fœmininum factum est, ut inquit Priscianus, eodem modo quo à crater fit cratera fœmininum. Hac etiam agrimensores & metatores interdum utuntur. Cicero in Antoniana 14. Si uerò coloniarum & municipiorum sine ulla dubitatione hostis est, quid tandem huius censetis urbis, quam ille ad expiandas egestates latrocinij sui concupiuit: quam iam
B peritus metator & callidus decempeda sua Saxa diuiserat? Saxa in hoc loco proprium est nomen amici Antonij. Ab hoc decempedator dictus, qui decempeda metitur. Idem in Antoniana xiij. Cauebat etiam Lucio Antonio, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator. Nostri hodie mensores & metatores perticis uicenûm pedũ aut uicenûm quinûm utuntur, qua etiam antiqui utebãtur: unde natum prouerbium, Vna pertica metiri & tractare, ut Plinius octauo epist. Ex his etiam quos nõ una (ut dicitur) pertica, sed distinctè gradatímque tractaui, quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abiit: id est, quos non æqua benignitate prosecutus
C sum, sed pro cuiusque merito, & quorũ merita non ulna una (ut uulgò dicimus) mensus sum. Ad metiendas uerò structuras redemptores nostri perticis senûm pedum utuntur, quas hexapedas fortasse appellare possumus, ut decempedas antiqui dixerũt: est enim Græcè ut decapus, sic hexapus: nisi tutius est hexapodem, ut tripodem, dicere. Mensurarum nomina multa apud antiquos leguntur. Stadiũ pedum sexcentenûm. Herodotus centenûm orgyiarum dicit in secundo, ubi de labyrintho loquitur. αἱ δὲ ἑκατὸν ὄργυιαι δίκαιαί εἰσι, στάδιον ἐξάπλεθρον, ἐξαπόδισι μὲν ἡ ὀργυιὴ μετρεομένη καὶ πυγαπήχεος, τῶν ποδῶν μὴ πυγαπαλαίστων ἐόντων, τῷ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου: Iustæ, inquit, orgyiæ centum, stadiũ im-
D plent sex plethrorum, ita ut orgyia senûm pedum sit & quaternûm cubitorum, cubitum uerò senûm palmorum, & pes quaternûm. Plethrum mensura est centum pedum (ut inquit Sudas) & sexta pars stadij: Laurentius iugerũ ex Herodoto uertit. Diaulus, mensura est duorum stadiorum. Milium, stadiorum est septem semis uel etiam octo. Dolichos, stadiorũ xij. unde diaulodromi & dolichodromi, de quibus alibi diximus. Schœnus, mensura est Aegyptiaca, sexaginta stadia capiens, auctore Herodoto, licet Plinius libro quinto & duodecimo quadraginta stadia dicat, id est quinque milia, nisi sit error notarum. Parasanga, quod uerbum est Persicum, teste eodem Hero-
E doto triginta stadia complectitur. sic enim inquit in secundo de Aegyptiis loquens, ὅσοι μὲν ἀνθρώπων, ὀργυίῃσι μετρέωνται τὴν χώρην· ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι. ὅσοι δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι. διώκεται δὲ ὁ μὲν παρασάγγης τριήκοντα στάδια· ὁ δὲ σχοῖνος ἕκαστος μέζων ἐὼν αἰγύπτιος, ἑξήκοντα στάδια, id est, Quotquot enim inopes soli sunt, ij terram suam orgyiis metiuntur: qui uerò minus inopes soli sunt, stadiis: qui autem latifundia habent, parasangis metiuntur. Constat parasanga triginta stadiis: schœnus autem, quod ipsum uerbum est Aegyptiacum,

Decempeda.

Saxa.

Decempedator.

Ad Caluisiũ epistola 2.

Hexapeda.

Mensurarum nomina.

Stadium.

Orgyia.

Cubitum.

Plethrum.

Diaulus.

Milium.

Dolichos.

Diaulodromi.

Schœnus.

Plin lib. 5. ca. 10. & lib. 12 cap 14.

Parasanga.

Source : BIU Cujas

Stathmos. ſexaginta. Stathmos, id eſt manſio, milia continet xxviij ſemis. Inde man- F
ſiones militares, quarum mentio fit in Codice Iuſtiniani. Stathmi, diuerſoria
ſunt tabellariorum, id eſt τὴν ἀχθελιαφόρων καταλύσεις, hoc eſt certa quædam ſpa-
Pegaſarij cur ſores. tia, quæ curſores uno actu conficere debẽt, poſtas hodie uocant, à pegaſariis
curſoribus impoſito nomine, qui ſtatis locis manſiones ſuas poſitas habent.
Orgyia. Stathmus autem maxima eſt menſurarum. Orgyia ſecũdum Herodotum
ſex pedum eſt. Theodorus ex Ariſtotele interdum paſſum uertit, & Laurentius ubique ex Herodoto interdum tres paſſus. Sudas, ὄργυιά φησι τὸ μεταξὺ τῶν ἰσίων
χειρῶν μέτρον, Orgyia, inquit, menſura eſt quæ inter manus expanſas cõtinetur:
uulgò braſſa dicitur, quaſi amplexus: eſt autem triſyllabum uocabulum, ut G
Vlna. harpyia, diphthongum Græcam in penultima habens. Plinius ulnam appel-
Cap. 40. lat libro decimoſexto, Arboris, inquit, craſſitudo quatuor hominum ulnas
Paſſus. complectẽtium implebat. Paſſus à paſſis manibus dici uidetur: alij paſſum
Greſſus. quinque pedum eſſe putant, id eſt duorum greſſuum: ut ſit greſſus, id eſt βῆ-
Cubitum. μα, cubiti unius & pedis, hoc eſt pedum duorum ſemis. Cubitum ſeſquipe-
Pes. dale. Pes quatuor palmorum. Palmus quatuor digitorũ. Græcè palæſte di-
Palmus. *Doron.* citur, antiqui Doron uocabãt: ideò (*ut inquit Plinius*) quòd doron, id eſt do-
Antidoron. num propriè dicitur munus quod manu datur: unde antidoron remunera-
tio: quo uerbo Vlpianus uſus eſt in titulo, De petitione hæreditatis. Inde H
Dorodocia. dorodocia, corruptio muneribus facta, quam Iuriſconſulti ſordium uerbo
ſignificare ſolent. Dicitur autem & de corrumpẽte & de corrupto, unde do-
rodocos iudices Demoſthenes appellat, quos nummarios nonnulli Latino-
Sordidi. rum appellant, id eſt ſordidos. Heſiodus dorophagos appellat, quaſi doniuo-
Dorodoci. *Nummarij.* ros, & dona eſitantes. Noſtro tempore nonnulli cupedipetæ uel etiam cupe
Dorophagi. diuori appellitari poſſunt, qui niſi ferina aut cupediis incitẽtur, cunctantio-
Cupedipetæ. res ſunt Academicis, aut ipſo etiam cunctatore Fabio. Nam porrectio libel-
lorum ieiuna, uix unquam apud eos litem ſatis inſtructam inuenit. Ad ſacrã
Libellus ferentarius. igitur anchoram, id eſt ad libellum (ut inquit Plautus) ferentarium recurren I
dum eſt, ſi litium finem, id eſt ærumnæ exitum cupis, in foro quidẽ huiuſ-
modi iudicum. Hic autem libellus ferentarius, ex foro cupedinis in forum
Viſceratores. iudiciale ferendus. Viſceratores autem ſunt litigatores quidam qui uiſcera-
Viſceratio. tionem factitare ſolent, quam Græci creanomiam appellant, id eſt carnis di-
largitionem. Quæ tamen hodie plerunque honeſtè fieri ſolet apud nos, ac
citra ſordium aut cupiditatis ſuſpicionem. Vt à donis ad dora redeamus,
Cap. 3. Vitruuius libro ſecundo: Doron autem, inquit, Græci appellabãt palmum,
quòd munerum datio Græcè doron appellatur, id autem ſemper geritur per
manus palmum: ita quod eſt quoquouerſus quinque palmorum, pentado- K
Tetradoros. ron: quod quatuor, tetradoron dicitur. Hactenus ille. Ab hoc doro tetradori
Pentadoros. lateres dicti ſunt & pentadori. Idem, Quæ ſunt, inquit, publica opera, penta-
Palmus duplex. doro: quæ priuata, tetradoro ſtruuntur. Palmus autem duplex eſt, maior &
minor. Minor eſt quem diximus, id eſt quaternũm digitorũ: maior eſt duo-
Spithama. denũm, qui etiam Spithama Græco uocabulo dicitur, & Latino dodrans,
Dodrans. *Cubitus.* cuius exemplum apud Plinium libro 7. cap. 2. de Pygmæis. Cubitus aut cu-

Ex lege ult. Si Menſor falſum modum dix. bitum

Source : BIU Cujas

A bitum ſeſquipede conſtat,id eſt digitis xxiiij. à Græcis pygon dicitur, unde pygmei dicti,auctore Euſtathio: uel ut quidã uolũt, in ſecũdo articulo digiti auricularis deſinit,& xx digitorũ eſt.Apud Herodotũ ab eo cubito differt qui Græcè πῆχυς dicitur.Sudas utrũque pro eodẽ accipit.Sunt & alia no- πῆχυς.
mina apud Græcos,ſed à Latinis non uſurpata. Pes ſedecim digitis conſtat, Pes.
id eſt palmis quatuor,& duodecim unciis,id eſt pollicibus:unde in mẽſura illa nomina ab aſſe deriuata uſurpãtur,ſemis,bes,dodrãs,& reliqua: de quibus alibi dicemus latius, ſi locus occurrerit.Verùm quoniã & hoc in loco, ut in aliis multis in iure,architectorũ fit mentio,dicendum eſſe putaui quid
B ſit architectus:parum enim,ut arbitror,uulgò id intelligitur.Accurſius certè in.l.ultima,infrà De iure immunitatis, architectos, tectorũ principes eſſe perhibuit,quaſi ex Græco & Latino dictione coagmentata. Architectus eſt *Architectus.*
igitur quem Græci architectona uocãt,quaſi ſtructorum, qui Græcè tectones dicũtur,principem.Hic ædificiorum rationem comminiſci & inſtituere didicit,& graphide,id eſt lineamentorũ ductu & umbratili pictura eas for- *Graphis.*
mas deſcribere,quæ triplici ſpecie diſpoſitionum cõtinentur, Ichnographia, orthographia,ſcenographia. Ichnographia eſt quę uulgò plana forma uo- *Ichnographia.*
C catur. Hæc circini regulæque modicè continet uſus: ex ea enim capiuntur formarum deſcriptiones in ſolis arearum: Ichnographiáque dicitur quaſi ueſtigij deſcriptio,in quo quaſi ueſtigio totum opus inſiſtit. Orthographia *Orthographia.*
eſt,cum iam non planũ opus imáque operis ueſtigia imaginamur, ſed ſubrectum,& frontem attollens, quaſi erecti operis aduerſíque deſcriptio. Hæc eſt erecta frõtis imago,modicéq; picta futuri operis figura. Scenographia, *Scenographia.*
uel(ut aliis placet) ſciographia, eſt non iam ueſtigiaria, nec frontalis aut aduerſaria tantùm operis futuri afformatio,ſed etiam lateralis,id eſt frontis & laterum abſcedentium prominentiúmque adumbratio,& ad circini centrũ
omnium linearum reſponſus,ut inquit Vitruuius:& propterea ſciographia *Sciographia.*
D à nonnullis dicitur, quaſi adumbrata deſcriptio. Scenographia uerò dicitur quaſi ſcenæ imaginaria excitatio,quod ex præfatione libri 7. Vitruuij intelligi poteſt:Democritus,inquit, & Anaxagoras ſcripſerunt quemadmodum oporteat ad aciem oculorum radiorúmque extenſionem,certo loco centro conſtituto,ad lineas naturali ratione reſpondere:uti de incerta re certæ imagines ædificiorum in ſcenarum picturis redderent ſpeciem: & quæ in directis planíſque frontibus ſint figuratæ,alia abſcedentia, alia prominentia eſſe uideantur: modellam fabri uocant hodie. Architectura, inquit Vitruuius, *Architectura Lib. 1. cap. 1.*
E eſt ſcientia pluribus diſciplinis & uariis eruditionibus ornata: cuius iudicio probantur omnia quæ à cæteris artibus perficiũtur opera.Eius duæ ſunt partes,fabrica,& ratiocinatio.Fabrica eſt cõtinuata ac trita uſus meditatio, quæ *Fabrica & ratiocinatio.*
manibus perficitur.Ratiocinatio eſt,quæ res fabricandas ſolertia ac ratione proportionis demonſtrare atque explicare poteſt. Architecturam omnium diſciplinarum cognitione conſtare, &(quod maximè quis miretur) legum etiam ac iuris nonnulla peritia, Vitruuius libro primo perſuadere contẽdit. Ne autem mirum uideatur nonnullis, poſſe naturam humanã tantum nu-

Source : BIU Cujas

merum doctrinarum addiscere,& memoria complecti,animaduertendum F
omnes disciplinas inter se coniunctionem rerum & communicationem ha
Encyclopædia. bere,unde encyclopædia dicta,quasi orbiculata disciplinarum series: ueluti
ductus quidam scientiæ ex multis disciplinis consertus & aptus, de qua nos
alibi diximus. Quod tamen quemadmodum intelligi debeat in architecto
qui crassiore Minerua in literis uersatur, Vitruuius ipse his uerbis docet,
Neque uerò debet nec potest architectus esse grammaticus ut fuit Aristar-
chus,sed non agrammatos:nec musicus ut Aristoxenus,sed nõ amusos: nec
pictor ur Apelles,sed graphidos nõ imperitus : nec plastes quemadmodum
Myron seu Polycletus,sed rationis plasticæ nõ ignarus: nec denuo medicus G
ut Hippocrates,sed non ἀνιατρολόγητος:nec in cæteris doctrinis singulariter ex-
cellens,sed in his nõ imperitus.Aniatrologetos dicitur à Vitruuio, rationis
medicinæ imperitus.In omni autem opere magnifico tres personæ conside-
rantur,dominus,architectus,& structor,qui & officinator ab eo dicitur. Idẽ
circa finem libri sexti,Itaque omnium operum probationes tripertitò con-
siderãtur,fabrili subtilitate,magnificentia,& dispositione. Cum magnificen
ter opus perfectum aspicietur ab omni parte, impensæ laudabuntur : cum
subtiliter,officinatoris probabitur exactio: cum uerò uenustate, proportio-
nibus & symmetriis habuerit auctoritatem,tũc fuerit gloria architecti. Ad- H
Cap.1. dendum & illud ex eiusdem libro primo,Animaduertere autem debemus
ex duabus rebus singulas artes esse cõpositas,ex opere, & eius ratiocinatio-
ne.Ex iis autem unum proprium esse eorum qui singulis rebus sunt exerci-
tati,id est operis effectus.Alterum commune cum omnibus doctis, id est ra-
tiocinatio:ut medicis & musicis & de uenarum rhythmo,& de pedũ motu.
At si uulnus mederi,aut ægrum eripere de periculo oportuerit, non accedet
musicus,sed id opus proprium erit medici.Item in organo nõ medicus, sed
musicus modulabitur:& reliqua quæ de cæteris persequitur.Galenus libro
Omnis artis duæ partes. nono Therapeu. omnis artis & scientiæ duas partes facit,ut alibi diximus, I
methodon,& ascesin,id est uiam & exercitationem.Neque enim possumus,
inquit,alicuius nobis artis scientiam comparare,nisi & commẽtationum in
uniuersum uiam quandam pernouerimus, & per singularum rerum exem-
pla artis meditationem exercuerimus.χωρὶς τοῦ μέθοδον μέν τινα διὰ τῶν καθόλου λε-
γομένων θεωρημάτων, ἄσκησιν δὲ διὰ τῶν ἐν μέρου λαμβάνειν παραδειγμάτων. Ab archite-
Architectonicus. cto,qui Græcè architecton à Plauto dicitur,architectonicus deriuatur,id est
ad architectum pertinens : & architectonica ars ipsa architecturæ uocatur.
Cap.ult. Quintilianus libro secundo, Aliæ quoque artes minores habent multiplicẽ
materiam,uelut architectonice: nam ea in omnibus quæ sunt ædificio uti- K
Architectonicæ quædã artes. lia,uersatur.Aristoteles in principio statim Ethicôn ad Nicomachũ, archi-
tectonicas artes uocat principes quasdam artes, quæ suffectas sibi alias artes
habent,ueluti suggestrices quasdam,& ancillantes. Sic enim propemodum
inquit,Multarum autem actionum, artium & scientiarum multi sunt & fi-
nes:medicinæ,sanitas:fabricæ naualis,nauis:Imperatoriæ artis, uictoria: œ-
conomicæ,id est dispensationis domesticæ,diuitiæ.Harum autem & huius-

Ex lege ult.Si mensor falsum modum dixerit.

modi

A modi nonnullæ ſub unam quandam facultatem coëunt, ut uerbi gratia ſub hippicam, id eſt equitãdi artem, artificium frẹnorum, atque omnis ad equitatum pertinentis inſtrumenti: hæc eadem rurſus, & præterea actio omnis bellica, ſub Imperatoriam artem. Et itidem aliæ ſub alias. In omnibus uerò artium architectonicarum fines expetendi magis ſunt omnibus iis quæ ſub ipſos coëunt: quippe cum illa horum gratia conſectari ſoleamus. ἐν ἁπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη, πάντων εἰσὶν αἱρετώτερα τῶν ὑφ' αὑτά· τούτων ἢ χάριν κἀκεῖνα διώκεται. Idem libro ſexto, de prudentia loquens, εἴη δ' ἄν τις καὶ ἀρχιτεκτονική. ἔστι δὲ καὶ ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ φρόνησις, ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις, τὸ μέν τοι εἶναι, οὐ δὲ αὐτὸ αὐταῖς. τῆς δὲ περὶ πόλιν, ἡ μὲν

B ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις, νομοθετική, ἡ δὲ ὡς τὰ ἕκαστα, τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα πολιτική. Quæ uerba ſic mihi transferri poſſe uidentur: Fuerit autem fortaſſe & prudẽtia quædam architectonica. Siquidem ciuilis ſcientia & prudentia, cum ſint idem habitus, non tamen eadem ſunt eſſentia. Etenim eius quidem prudẽtiæ quæ circa ciuilitatem uerſatur, nomothetica, id eſt legum ferendarũ peritia, tanquam architectonica prudẽtia eſt: at quæ in ſingulis rebus occupata eſt, nomen eſt ei commune politicæ, id eſt ciuili. Nomotheticen Ariſtoteles architectonicam prudentiam politicæ prudentię uocat, quaſi principem prudentiam, architecturæ rationem obtinẽtem. Architectura enim ſtructoriæ præ-

C ſcripta dare ſolet, quæ ſequi ipſa debet, id eſt deſcriptionem operis futuri delineatam, quam graphidem antiqui uocãt, & Latinè forma dicitur: uulgus noſtrum nunc philographum uel philographiam uocat uernacula lingua. Idem lib. 3. Politicorum, In omni arte tres homines conſiderandos eſſe dicit, opificem, architectonicum, & in arte inſtitutũ eruditúmque. Mouens enim illam quæſtionem, an eiuſdem ſit mederi, & an recte medicina adhibita ſit, iudicare, & itidem de aliis artibus: Quemadmodum igitur, inquit, medicũ approbare actiones ſuas inter medicos tãtum oportet, ſic & alios artifices inter ſui ſimiles. Medicus porrò eſt & opifex & architectonicus, & tertius ille

D in arte eruditus. (Sunt enim huiuſmodi nonnulli & circa omnes propè dixerim artes.) Iudicium uerò concedimus nihilo minus eruditis quàm ſcientibus, & reliqua. ὥσπερ οὖν ἰατρὸν δεῖ διδόναι τὰς εὐθύνας ἐν ἰατροῖς, οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ἐν τοῖς ὁμοίοις. ἰατρὸς δ' ὅ, τε δημιουργὸς καὶ ὁ ἀρχιτεκτονικὸς, καὶ τρίτος ὁ πεπαιδευμένος περὶ τὴν τέχνην. εἰσὶ γάρ τινες τοιοῦτοι καὶ περὶ πάσας ὡς εἰπεῖν τὰς τέχνας. ἀχρ δίδομεν δὲ τὸ κρίνειν οὐδὲν ἧττον τοῖς πεπαιδευμένοις ἢ τοῖς εἰδόσιν. Huius autem uocabuli uſus frequẽs eſt apud auctores. Cicero libro primo de Finibus in perſona Triarij Epicurei loquens, Sed ut perſpiciatis, inquit, unde omnis iſte natus ſit error uoluptatem accuſantium, totam rem aperiam: eáque ipſa quæ ab illo inuentore ueritatis, &

E quaſi architecto beatæ uitæ dicta ſunt, explicabo. Idem in ſecundo irridens Epicureos, Cur tandem ſapientia tanto opere laudatur? an quòd ita callida eſt, ut optimè poſſit architectari uoluptates? Architectari dixit, id eſt formã & rationem fruendarum uoluptatum comminiſci & præſcribere, quemadmodum architecti opera maioris ſumptus & magnifica ingenti ratiocinatione architectari ſolent. Et in Bruto, Stoicos uerborum architectos appellat. Et de lege agraria, Nunc quiſnam tam abſtruſus uſquam nummus uide-

Nomothetica.

Graphis.

Tres homines in omni arte conſiderandi.

Architectus.

Architectari.

tur,quem nõ architecti huiuſce legis olfecerint?Et pro Cluentio, An illi qui F
Fabricij libertum,quia miniſter in maleficio fuerat· patronũ,quia conſcius,
condemnaſſent:ipſum principem atque architectum ſceleris abſoluerent?id
eſt,qui omnia in ſcelere perpetrando arbitratus eſt.Et pro Roſcio Amerino,
Verùm ut hæc miſſa faciã quæ iam facta ſunt:ex iis quæ nũc maximè fiunt,
nónne quiuis poteſt intelligere,omnium architectum & machinatorem
Paulilocus. unum eſſe Chryſogonum? Apoſtolus prioris ad Corinthios tertio,architectum ſe uocat in ædificanda eccleſia,quãquam Chriſtus dominus noſter re
uera primus eam architectatus eſt.Propterea dicit idem, κατὰ τὴν χάριν τοῦ θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι,ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθηκα,ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ,Secundum gratiam G
dei datam mihi,ut ſapiens architectus fundamentum poſui,alius autem ſuperſtruit. Proinde & menſor & architectus & ſtructor redemptórue,& tabellarius,id eſt logiſtes,qui totius dimenſionis rationem ſubduxit,à tabula
abaci dictus tabularius, omnes hoc edicto tenentur,ſi fefellerint. Ad hunc
In ipſo ſtatim initio. locum pertinere mihi uiſum eſt quod Vitruuius in præfatione libri decimi ſcripſit,Nobili(inquit)Græcorum & ampla ciuitate Epheſi lex uetuſta dicitur à maioribus dura conditione,ſed iure eſſe non iniquo conſtituta.Nam
architectus cum publicum opus curandum recipit,pollicetur quanto ſumptu id ſit futurum. Tradita æſtimatione, magiſtratui bona eius obligantur, H
donec opus ſit perfectum.eo autem abſoluto,cum ad dictũ impẽſa reſpondet,decretis & honoribus ornatur. Cum uero amplius quàm quarta pars in
opere conſumitur,ex eius bonis ad perficiendum pecunia exigitur.

Ex.l.Si quis,De rebus cred.

Nam & ſi colonus poſt luſtrum completum fructus perceperit,condici
Luſtrum. eos cõſtat.) Luſtrum quinquẽnale ſpatium ſignificat,auctore Feſto,in quot annos prædia locari olim ſolebant,ut nunc in ter ternos,id eſt nouenos.Luſtrum enim à luendo dictum eſt,id eſt ſoluendo,ut Varroni placuit: ideo
Ad Paulinũ lib.9.epi.37. quòd quinto quoq; anno uectigalia tributáque exigebantur.Plinius iunior, I
Nam priore luſtro,quanquam poſt magnas remiſſiones, reliqua creuerunt.
Inde pleriſq; nulla iam cura minuendi æris alieni,quod deſperant poſſe perſolui. Rapiunt etiam conſumúntque quod natum eſt,ut qui iam putant ſe
Olympias. non ſibi parcere. Luſtrum à Latinis uocatur quod Olympias apud Græcos dicitur,id eſt quinquennium,ita tamen,ut quadriẽnio exacto,quinto quo-
Cap.47.in fine. que anno ineunte luſtrum peractũ eſſe intelligatur Plinius auunculus lib.2.
Omnium quidem(ſi libeat obſeruare minimos ambitus) redire eaſdem uices quadriẽnio exacto.Eudoxus putat,nõ uentorũ modò,uerùm & reliquarum tempeſtatũ magna ex parte.Et eſt principiũ luſtri eius ſemper intercala- K
Intercalaris · ri anno caniculæ ortu.Intercalarem annum dixit, quem biſextilẽ dicimus.

Ex.l.ultima,eodem titulo.§.Labeo ait.

Cum decem tu dari ſtipulatus ſis, ideo non poſſe te decem dari oportere
intendere,quia etiam reum locupletiorem dando promiſſor liberari poſſit.)
Hunc locum deprauatum eſſe puto,ſicque reſtituendum, Cum decem tu
Non ideo. danda curari ſtipulatus ſis, non ideo poſſe,& reliqua. Non ideo autem, pro

non

Source : BIU Cujas

A non continuò,non protinus,intelligendum.nam quòd Accurſius dari curari legit,latinitas non admittit, nec loquendi Iuriſconſultorum conſuetudo. Latini enim ita loqui ſolent, Curabo faciendum,& mandaui faciendum,& delegaui, & conduxi,& recepi,& talia huiuſmodi.Plinius in epiſtolis,Is petit,ut ſi ſunt iſtic imagines, exſcribendas pingendáſque delegem. Idem, Petis ut libellos meos quos ſtudioſiſſime comparaſti, recognoſcendos emendandóſque curem.Cuius locutionis rationem ſi quis fortè non nouit,adeat Laurentium Vallenſem libro primo Elegantiarum,cap.de Gerundiis. *Ad Iuliũ Seuerum lib.4. epiſtola 28.* *Ad Nepotem lib.4. ep.26.*

Ex l.Iuſiurandum & ad pecunias,De iureiurando.

B Si de qualitate iuramẽti fuerit inter partes dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis eſt. Et paulũ infrà. Ideo ſi quid tale inciderit,officio iudicis cõceptio huiuſmodi iuriſiurãdi terminetur. Hæc uerba Accurſius neutrobi intellexiſſe uidetur. Concipere iuſiurandum quid ſit, ex uerbis Taciti intelligere poſſumus libro uigeſimo: ſic enim inquit, de delatoribus loquens, Signo ultionis in accuſatores dato, petit à Cæſare Iunius Mauricus, ut commẽtariorum principalium poteſtatem Senatui faceret,per quos noſceret, quem quiſque accuſandum popoſciſſet. Conſulendum tali ſuper re Principem reſpondit. Senatus inchoantibus primoribus iuſiurandum con- *Concipere iuſiurãdum.*

C cepit,quo certatim omnes magiſtratus,cæteri ut ſententiã rogabantur, deos teſtes aduocabant,nihil ope ſua factum quo cuiuſquam ſalus læderetur:neque ſe præmium aut honorem ex calamitate ciuium cepiſſe:trepidis,& uerba iuriſiurandi per uarias artes mutantibus, queis flagitij conſcientia inerat. id eſt iis qui delationum conſcientia urgebantur, conceptionẽ hoc eſt formulã iuriſiurãdi mutantibus, ut ſolent,qui fallaciter iurant.Idem alibi, Auxilia è Gallia hortantibus Præfectis ſtatim à Vitellio deſciſcunt:uetus miles cunctabatur,ſed adigente Flacco dixit ſacramentum,non uultu neque animo ſatis affirmans.Et cum cætera iuriſiurandi uerba conciperent, Veſpaſiã- *Per Cæſarem intelligit Domitianũ: Principis nomine Veſpaſianum patrem.* *Libro eodem.*

D ni nomen hæſitantes, aut leui murmure, & plerunque ſilentio tranſmittebant. Conciperent inquit,id eſt exprimerent, & integram ſacramenti formulam pronunciarent,ut illi qui aſſeueranter & præſidenter iurant conſciẽtiæ fiducia.Eſt ergo cõcipere,ad certam formulam exprimere.Celſus,Quicquid aſtringendæ obligationis cauſa eſt, id niſi palam uerbis exprimatur,omiſſum eſſe intelligendum eſt.* Aut certè ſecũdum promiſſorem interpretamur: quia ſtipulatori liberum fuit uerba latè concipere. Paulus,Libellorũ inſcriptionis cõceptio talis eſt.Inde conceptis uerbis iurare,id eſt, dictatis à deferente iuſiurandum,& ex arbitrio adiurantis, hoc eſt adigentis ad iuſiu- *Concipere.* *In l. Quicquid. ff. De uerborũ obligat.* * *Ac ferè* *Cõceptis uerbis iurare.*

E randum pernotatis.Plautus in Pſeud. *Act.1.Sce.3.*

Iuraſtín' te illam nulli uenditurum niſi mihi?

B A L.Fateor. C A L. nempe cõceptis uerbis. B A L.etiã conſultis quoque. id eſt,non modò dictatis à te uerbis, ſed etiam cogitatis, animaduerſis, præmeditatis.Idem in eadem, -roga me uiginti minas, *Act.4.Sce.6.*

Si ille hodie illa ſit potitus muliere.

Rogato obſecro,hercle geſtio promittere.

Source : BIU Cujas

SIM. Nullum periculum eſt, quod ſciam, ſtipularier. F
Vt concepiſti uerba, uiginti minas dabín'?
Act. 4. Scen. penult. BAL. Dabuntur. Idem in Bacchid.
Ego iuſiurandum uerbis conceptis dedi,
Daturum id me hodie mulieri ante ueſperum,
Priuſquam à me abiret: nunc pater, ne peierem,
Peierare conceptis uerbis. Cap 1. Cura. Eſt autem uerbis cõceptis peierare, inexpiabili periurio ſeſe contaminare. Valerius libro quarto, de Aphricano loquens, Centurias recognoſcens equitum, poſtquam Licinium ſacerdotem citatum proceſſiſſe animaduertit, dixit illum ſe ſcire uerbis conceptis peieraſſe: proinde ſi quis G
ἐπακτὸς ὅρκος. eum accuſare uellet, uſurum teſtimonio ſuo. A Græcis, ut arbitror, ἐπακτὸς ὅρκος dicitur, id eſt alio dictitante delatus. Iſocrates, ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις. Pro quo tamen legimus ſæpe apud oratores, διὰ ῥῥήδην ὀμνύειν, ad uerbum dici poteſt διὰ νομίμων λόγων, καὶ διωρισμένων λόγων, uel νενομισμένως. Is autẽ qui
Præire uerba iuriſiurandi. iuriſiurandi uerba concipit, & iuraturo dictat, præire uerba iuriſiurandi dicitur. Plinius in Panegyr. ad Traianum, de iureiurando Conſulari loquens, Neſcio iam, neſcio pulchriúſne ſit iſtud, quod præeunte nullo, an hoc quod alio præeunte iuraſti. In roſtris quoque ſimili religione ipſe te legibus ſubiecisti. Hoc modo Cancellarius hodie præire iuſiurandũ ſolet iis qui ad ma- H
giſtratus aſſumuntur & honores publicos, & curia ampliſſima præfectis iuriſdictionum, iíſque qui in curiam ipſam adoptantur. Hoc autem & ſacra-
Adigere ſacramento. ἐξορκοῦν. mento adigere dicitur, quod Græci ἐξορκοῦν dicunt. Idem, Adigẽdum te præbes in uerba Principibus ignota, niſi cum iurare cogerẽt alios. Et rurſus, Stabant candidati ante Curulem Principis, ut ipſe ante Conſulis ſteterat: adigebantur in uerba, in quæ paulò antè ipſe iurauerat Princeps. Cancellarius in
Adigere in uerba. Lib. 10. epiſtola 100. uerba Principis adigere eos proprie dici poteſt, qui in fidem Principis aſſumuntur, id eſt beneficiarios regales. Idem in epiſtolis ad eundem Traianum de quibuſdam pſeudochriſtianis loquens, Cum præeunte me deos appella- I
rent, & imagini tuæ (quam propter hoc iuſſeram cum ſimulacris numinum afferri) thure ac uino ſupplicarent. Præeunte me, inquit, id eſt uerba præloquente. Plinius enim Bithyniæ Proconſul nefaria uerba cõcipiebat in Principis ſui gratiam: quibus meticuloſi quidam nec germani Chriſtiani adacti, cultum Chriſto debitum, pœnarum terrore, dæmoniorum ſimulacris &
Non ita procul à fine. Imperatoriæ imagini exhiberent. Et rurſus in Panegyr. Tu comitiis noſtris præſidere, tu nobis ſanctiſſimum illud carmen præire dignatus es. Capitol. in Marco Philoſopho, de Saliatu loquens, Fuit in eo ſacerdotio & præſul & uates & magiſter, & multos inaugurauit atq; exaugurauit nemine præeun- K
te, quòd ipſe carmina cuncta edidiciſſet. Liuius lib. 8. de Decio deuouente ſe loquens, Agedum Pontifex populi Ro. præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam. *Præire.* Præire hodie uerba damnationis actuarij aut eorum uicarij carnifici ſolẽt: cum damnati facinoroſi ad ſupplicia trahuntur, ſed de ſcripto
Præire de ſcripto. Cap. 2. id faciunt. Id enim de ſcripto præire dicitur. Plinius auunculus, lib. 28. Vidimus certis precationibus obſecraſſe ſummos magiſtratus, & ne quid uerbo-

A rum prætereatur,aut præpoſterum dicatur, de ſcripto præire aliquẽ./A Græcis præire ἐξηγεῖσθαι dicitur. Demoſthenes ὅτε παρακρουσθείας, (ſi recte memini) ἐξηγεῖσ.
ἐπιστολιμαίου ἀνὴρ ὑμῖν οὗτος ἐξηγεῖτο τὸν νόμον τῷ τὴν φωνὴν κήρυκι. id eſt,Cum enim ſcribę officio fungeretur,ipſe apud uos(ad iudices loquens) pronuncianti præconi legis huius uerba præibat.Dicitur & προοδοποιεῖν. προοδοποιεῖν.

Ex.l.Seruus,De condictione indebiti.

Seruus cuiuſdam inſciẽte domino magidem commodauit.) Magis apud *Magis.*
Pollucem in coquinario inſtrumento enumeratur.Sic enim inquit lib.2.ἡ δὲ μάκτρα καὶ μαγὶς ἐκλήθη ἡ σκάφη, Mactra,inquit, & magis & ſcapha appellatur. *Mactra.*
B Eſt autem mactra(ut Gellius inquit)arca panaria, quæ alio nomine κάρδοπος à *Li. 13.ca. 23.*
Græcis appellatur.Mactram lingua uernacula huchã appellat, in qua & panis & conſperſio quæ dicitur, ſiue maſſa triticea καὶ τὸ φύραμα reconditur: à uerbo Græco μάσσω dicta,quod ſubigere, conſpergere,pinſere, commoliréq; ſignificat.Vnde maſſa dicta triticea uel ordeacea conſperſio, quæ Græcè ma- *Maſſa.*
za dicitur:& magmata apud medicos unguentorum ueluti maſſulę,quaſiq; *Magmata.*
paſtilli,quæ Plinius lib.13.unguentorum fæces interpretatur,id eſt unde un- *Μάγματα. Cap.2.*
guentum expreſſum eſt.Dioſcorides μαγίδας & μάγματα pro eodem accipit, quaſi magis ſit magma. Sudas pro parte panis ſubacti,quaſi pro offula.Idem
C Pollux lib.7. Magis,inquit,& mactra,uas in quo farinę ſubiguntur.Et rurſus *Magis.*
libro decimo,Quæ autem tripodibus imponuntur, & trapezæ,id eſt menſæ & magides appellantur.Sic hodie uocitari poteſt orbiculatum inſtrumentũ
quo panifices &/dulciarij piſtores, quos paſtillarios dicimus, ſubigendis fa- *Dulciarij piſtores.*
rinis opificij ſui utuntur,rondellum appellant.hoc tamẽ in loco pro genere lancis eiuſdem formæ accipitur, ut ex Plinio lib.33. patet his uerbis,Cornelius Nepos tradit tympana ſe iuuene appellata ſtateras & lances, quas antiqui magidas appellauerant. Platellum noſtri uocant. Magas uerò magadis *Cap.11.* *Magas.*
inſtrumentum eſt muſicum, quadrata tabula conſtans, leuiter conuexa,in-
D tentis in ea citharæ fidibus. Dicitur etiam ea pars lyræ in quam plectrum illiditur,id eſt ubi percuſſio fit chordarum manu dextra. Iugum uerò dicitur, *Iugum.*
ubi ſiniſtra manu chordæ premuntur. Vnde Gregorius per metaphoram, τίς ὁ δὸς πτῆναι τῷ ὠδῇ σῶθος μαγάδα; Quis eſt qui cicadæ magadẽ in pectuſculo dedit?Lucianus μαγάδιον uocat,de Mercurio loquens citharam compingẽte, *Magadium.*
πήχεις γὰρ ἁρμόσας τῇ χελώνῃ καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, ἡ μαγάδιον ἔσωθεν.

Ex.l.Si ut certo.§.Interdum,in tit.Commodati.

Vel ſi quis ludo ſedens Prætor ſcenicis commodauit.) Sic quidem ubi- *Prætor.*
que legitur,aſtipulante etiam Accurſij gloſſemate.Perperam uerò adhuc le-
E ctum eſſe,facilè,ut arbitror,demonſtrabimus. Prætor hoc in loco pro Imperatore populi Romani accipitur, qui ludos faciebat pro uictoria de hoſtibus habita.Iuuenalis Satyra decima,

Quid ſi uidiſſet Prætorem in curribus altis
Extantem,& medio ſublimem in puluere circi? Et paulo inferius,
-& ſibi Conſul
Ne placeat,curru ſeruus portatur eodem.

Source : BIU Cujas

Prætorem & Conſulem pro eodem poſuit. Docuimus alibi ex Aſconio, Prætorem olim dictum eſſe omnem magiſtratum cui exercitus parêret. Vnde Prætoria porta in caſtris, & Præfectus Prætorio dictus. Idem Satyr. 8. F

- quanti ſua funera uendant
Quid refert? uendunt nullo cogente Nerone:
Nec dubitant celſi Prætoris uendere ludis.

Sic igitur legendum haud dubiè affirmauerim, Vel ſi quis ludos edens Prætor. Dicimus enim edere ludos, & edere ſpectacula. Trâq. in Cæſ. Edidit ſpectacula uarij generis: munus gladiatorum, ludos etiam regionatim urbe tota. Ludi etiam pluraliter dicuntur pro ſpectaculis, nõ ludus. Propter quod ludo ſedens, pro lùdis præſidens, defendi omnino non poteſt. Poteſt etiam de Prætore Vrbano intelligi, ad cuius curã pertinebat ludos Apollinares facere. Cicero Philip. 10. de Bruto loquẽs, Qui cũ Prætor Vrbanus eſſet, urbe caruit, ius nõ dixit, cum omne ius populi Rom. recuperauiſſet: qui ne Apollinares quidẽ ludos pro ſua populíque Ro. dignitate apparatos præſens fecit, ne quã uiam patefaceret ſceleratorũ hominũ audaciæ. Erat autẽ honorificũ in Prætura ludos quàm magnificentiſſimos facere: quare Prætoris intererat, quippe qui choragium præbendum ſcenicis locaret, id eſt inſtrumẽtum ſcenicum: quemadmodum & Aediles in ludis quos edebant. Plautus in Perſa. H

Edere ludos. Cap. 39.

Ludi.

Act. 1. Scen. ult. ad finem.

S A T. Sed pothen ornamenta? T O X. Abs chorago ſumito,
Præbenda Aediles locauere: inde petito.

Pothen. i. unde.

Pothen Græcum eſt. Vnde, inquit, ſumemus ornamenta? & alter reſpondet ridiculè, ſumito ab chorago, qui omnia ſuppeditãda ſcenicis redemit & cõduxit ab Aedilibus, ut moris erat. Choragus autem à conſuetudine Athenienſium dictus eſt, apud quos choragia, redemptura & munus huiuſmodi dicebatur, quod potentiores plerũque ultronea liberalitate ſubibant. Vnde illud Iſocratis in Panegyr. ὁ δ' ἐπὶ τῆν πομπῶν, ὁδ' ἐπὶ τῆν τοῦ τὰς χορηγίας φιλοτιμῶν, ὁδ' ἐπὶ τῆν τοιούτων ἀλαζονειῶν πλὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον, ἀλλ' ἐπὶ τῆ σωφρόνως οἰκεῖν καὶ τῆ βίω τῆ καθημέρας. Eſt autem choragus ad uerbum, dux chori, & ſuppeditator inſtrumenti ludicri, & expenſarum. Quo uerbo Tranquillus in Auguſto uſus eſt. Vitruuius libro quinto, Poſt ſcenã porticus ſunt conſtituendæ, uti cum imbres repẽtini ludos interpellauerint, habeat populus quò ſe recipiat ex theatro, choragiáque laxamẽtum habeant ad chorum parandum. Choragia pro inſtrumẽto ludorum poſuit, ſimul & pro ipſis choragis: ut ſit choragiũ locus unde omnia promũtur ad ludos neceſſaria. De choragis multa Libanius in argumento orationis Demoſthenis quæ περὶ μισθοῦ inſcribitur, Choragia Græcè χορηγία dicitur. Vnde periſſochoregia uerbum compoſitum in lege poſteriore De frumento Alexandrino, lib. 11. Cod. Periſſochoregiæ nomen penitus amputetur, & teſſeræ deſignentur. Quo in loco (ut comicum uerbũ uſurpem) purus putus ipſe eſt Accurſius, id eſt ipſiſſimus, & ſui ſimillimus. Periſſochoregius, inquit, officij nomẽ eſt, quo qui fungitur, iuxta regem eſt, à peri quod eſt iuxta, dictus. Et quia malè in officio uerſatus eſt, ideo hoc nomen officij ſublatum eſt. Diximus alibi quid ſint teſſeræ frumẽtariæ: loco I K

Cap. 70.

Cap. 9.

Choragium.

Periſſochoregia.

autem

Source : BIU Cujas

A autem tesserarum irrepserat aliud nomen perissochoregia, quasi redundans frumenti dilargitio, quod tanquam inuidiosum & liberalitati Principis nõ conueniens Imperator tollendum curauit iussitque, & antiquum ac legitimum tesseræ uerbum reponi. Operæprecium est pertinaciam quorundam æstimare, qui portenti simile esse putant, aliquod in iure dictum, eos qui doctores iuris uocantur, latuisse, quasi uerò non trecenta Iuriscõsultorum uerba in Pandectis tantùm demonstrare possimus, quorum ipsi partim perperam intellexerint, partim intacta præterierint. Nec tamen in iis numero eximia quædam Iuriscõsultorum dicta, ignoratione antiquitatis ab ipsis deuo- *Deuorata uerba.*
B rata, ut dicitur: id est quæ ipsi aure hebeti exaudita ac non regustata trãsmiserunt. Quòd si nobis aliquando per ocium & ualetudinem facere licuerit, iis (ut spero) persuadebimus, qui non magis in recentiorum doctorum uerba, quàm in priscorum auctoritatem, & in ipsius denique ueritatis nomen dignitatémque iurarunt. Sin nobis in hoc scribendi curriculo intersistentibus, alius quispiam doctiorum anteuerterit, præclarè nobiscum actum esse arbitrabimur, qui præterquam quòd huic incepto impares nos esse serò tandem sensimus, rei etiam inuidiam facilius cum alio perferemus. Quòd uerò ad eos pertinet, qui non modò ignorantia præditi, sed etiam perditi sunt:
C non magnopere laboro, immo uerò certè scio actum me (ut aiunt) agere, ut qui non ignorem geminum in his opus esse, dedocẽdi quæ malè didicerint, & docendi meliora: id quod ætas illa uix admittit, quæ callum multum diuturni iam erroris obduxit. Propter quod (inquit Fabius) Timotheus clarus in arte tibiarum, duplices (ut ferunt) ab iis quos alius instituisset, solebat exigere mercedes, quàm si rudes traderẽtur. Sed rursus illud Apollonij Tyanei in mentem uenit, quod memoriæ prodidit Philostratus libro quinto in uita eiusdem Apollonij: Vespasiano, inquit, Apollonium interrogante quo pacto imperium Romanũ constituere posset, sceleratissimis imperiis Neronis *Lib. 2. cap. 3. Timotheus tibicen. Tyaneus.*
D superiorúmq; Principũ infame, hunc in modum Apollonius: αὐλητὴς ἔφη τῶν πάνυ σοφῶν, οὗ ἑαυτοῦ μαθητὰς παρὰ οὗ φαυλοτέρους τῶν αὐλητῶν ἔπεμπε, μαθησομένους πῶς δεῖ μὴ αὐλεῖν. ὃ μὲν δὴ πῶς δεῖ μὴ ἄρχειν, μεμάθηκας ὦ βασιλεῦ παρὰ τούτων, οἳ πονήρως ἦρξαν· ὃ δ' ὅπως δεῖ ἄρχειν, σπουδάσωμεν. Fuit olim, inquit, tibiarũ arte quidã prestãtissimus, qui discipulos ad se uentitantes, ad uilissimũ quẽque tibicinum audiẽdum ire iubebat, uidelicet ut ab eis discerẽt, quo modo non canere tibiis oporteret. Agedum ô Imperator, cum tu iam didiceris quo modo imperitandũ nõ est, eorũ exemplis qui malè imperitauerunt, uideamus iam quo modo imperandum sit. Fortasse igitur & nos iuuabit malis aliquãdo auctoribus usos
E esse, antequã literæ meliores octingentorũ plus minus annorũ incuria obrutæ emerserunt. Literarum enim Latinarum lucem, quæ patrum memoria affulgere in Italia, cis Alpes nostra cœpit, præ tenebris illis barbaricis uisendã auidius intuebimur. Nos igitur pro cuiusq; ingenio, aut propositi cõpotes, aut irriti erimus. utra pars autẽ in summã uoti nostri præualeat, id uerò iudiciorũ alea uiderit, quæ arbitrari rerum euenta, non hominũ merita expẽdere plerunque solita est. Nos utcunque cesserit, æqui boni faciemus.

Source : BIU Cujas

Ex.l.Si neceſſarias impenſas,De pigno.acti. F

Si annua bima trima die ſtipulatus, ac ceperim pignus. ſic Haloander, & rectè.

Si annua bima trima die xxx. ſtipulatus fuero.) Hæc locutio frequens eſt apud Iuriſconſultos, de qua Laurentius libro quarto Elegan. ita inquit, Annua bima trima die apud Iuriſconſultos pro tempore biennij, triennij, quadriennij ponitur, quod tamen Iuriſperiti noſtri non intelligunt. Hactenus ille. Hæc locutio eiuſmodi eſt, ut cũ à nemine non percipiatur (quotus enim quiſque hæc uerba quid uelint nõ nouit?) à paucis tamen eius ratio ſatis intelligatur. Huiuſmodi & aliæ ſunt in iure, ut præiudicium, & iuſtum filium eſſe, & expenſum acceptúmque ferre, & locare conduceréque præbendum faciendúmue, uel etiã redimere, & obreptitiæ preces, & huiuſmodi alia, quæ G

Dies.

ſiquando in ordinem incurrerint, dicẽtur. Dies cum abſolutè dicitur, tempus ſignificat, & tunc fœminino genere pronunciatur. Virgilius,

Aeneid. II.

Multa dies, uariúſque labor mutabilis æui
Rettulit in melius.

Satyr. 10.

Iuuenalis de Priamo loquens,

Longa dies igitur quid contulit?

Id eſt, quid ei longæuitas profuit? Huius autem exemplum inſigne eſt apud

Verr. 2.

Ciceronem in Verrem actione prima, Itaque cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam poſtulauiſſem, inuenit iſte qui ſibi in Achaiam biduo breuiorem diem poſtularet. Diem inquirẽdi uocat dilationem inqui- H

Diecula.

Hodie.

ſitionis faciendæ, quam nos informationem uocamus. Quo in loco Aſconius, Dies, inquit, fœminino genere tempus dicitur · & ideo diecula, breue tempus & mora. Dies horarũ xij. maſculini generis eſt: unde Hodie aduerbium, quaſi hoc die. Hactenus Aſconius. Terentius in Andria,

Act. 4. Sce. 2.

Eho tu impudens, non ſatis habes, quod tibi dieculam addo,
Quantum huic promoueo nuptias.

Dieculam, id eſt horam, inquit Donatus: & hypocoriſticôs, inquit, id eſt diminutiuè tempuſculum ſignificat. Ab eo enim quod eſt hæc dies, ſumitur

Ad Geminiũ epiſtola 5.

diecula, pro mora parui temporis. Plinius libro octauo epiſt. Ero ergo ſuſpẽ- I

Locus Plinij emendãdus.

ſus pro homine amiciſſimo, dum admittere auocamenta, & cicatricem pati poſſit, quam nihil æquè ac neceſſitas ipſa, & dies longa, & ſatietas doloris inducit. Dies, id eſt tempus longum, quo dolendo ſatiamur. Quo in loco in omnibus exemplaribus aduocamenta corruptè pro auocamẽta legitur, per-

Auocamentum. Lib. 3. epi. 15.

peram d interiecta. Sunt enim auocamenta τὰ ἀπὸ τῆς ἀπαχολημάτων, negocia iucundiora, animum à mœrore auocantia, id eſt reuocantia. Cicero ad Atticum, Dies autem, inquit, non modò non leuat luctum hunc, ſed etiam auget. Nam cæteri dolores mitigantur uetuſtate, hic non poteſt. Dies autẽ pro tempore poſitum apud Eſaiam identidem legimus, Et erit in die illa. Augu- K

Locus Petri.

ſtinus libro ſecũdo de Ciuitate dei circa principium, Scripturarum, inquit, more ſanctarum diem poni ſolere pro tempore, nemo qui illas literas quãlibet negligenter legerit, neſcit. Quin & ſenſu anagogico dies unus pro mille annis ponitur, ut idem eodem libro docet in cap. ſeptimo, in poſteriore epiſtola Petri, cap. tertio, ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς ἀγαπητοί, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς μία ἡμέρα. Vnum autẽ ne lateat uos chariſſimi, quòd

una

Source : BIU Cujas

A una dies apud Dominũ, ut mille anni, & mille anni ut una dies. Vnde Chiliastæ dicti sunt quidam, quos ipse Augustinus miliarios uocat, in quorum errore se aliquando fuisse fatetur: cuius auctor fuisse aut certè assertor Lactantius uidetur, ut ex libro eius septimo diuinarum Institutionum intelligere possumus, cap. decimoquarto: ad cuius operis imitationẽ Augustinus opus illud egregium & operosum de Ciuitate dei instituisse uidetur, atque adeò ad eius præscripta pleraque afformasse, sed tanquam ex commentario sumeret, copiosius omnia executus est, uidelicet maiore Christianorum dogmatum cognitione fretus: permultũ tamen ab eo adiutus, ut is antea non- *Chiliastæ.*

B nihil à Tertulliano, & ab Eusebio fortasse & Cypriano. Neque uerò mirum est diem pro tempore poni, cum & horæ pro diebus ponantur. Cicero in Verrem actione secunda, Menses mihi tres cum eripuissetis ad agendũ maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me uobis remissurum putastis: ut cũ horis nostris nos essemus usi, tu binis ludis interpositis quadragesimo pòst die responderes. Horas suas uocat (inquit Asconius) uiginti dies, qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi, totidémque defensori. Idem, Hîc tu fortasse eris diligẽs, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Horis (inquit idem Asconius) mirè dixit, cum sint dies plu- *Hora pro die.* *Verr. 3.* *Horæ.*

C rimi, ut ostenderet nimiam diligentiam. Legitimi autem hodie dies dici debent, quas dilationes ordinarias uocãt. Annua igitur bima trima die stipulari est, anno biennio triennio soluendum stipulari. *Legitimi dies*

Ex. l. Solutum. §. Solutam, eodem titulo.

Non enim credibile est hoc conuenisse, ut ad uniuersam pensionem insulæ friuola mea teneantur.) Friuola (inquit Festus) uasa sunt propriè fictilia quassa. Vnde uerba friuola dicta, quæ minus sunt fide subnixa. Plinius libro septimo de generatione hominis loquẽs, Miseret atq; etiã pudet ęstimãtem, *Friuola.* *Cap. 7.*

D quàm sit friuola animaliũ superbissimi origo, cum plerũq; abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam pro fragili & infirma dixit, & ueluti friabili: nam & friuolũ à uerbo frio dictum nõ immeritò existimatur, id est contero, comminuo: & friabile θραυστὸν, ψαθυρὸν, χαῦνον, κραῦρον, εὔθρυπτον. Hîc autem friuola pro supellectili tenui & uili accipiũtur, qualis eorum esse solet, qui in cœnaculis habitant: quo modo & Satyricus usus est Satyra quinta,

E t ne te teneam, Romanorum omnia regum
F riuola. Quibus uerbis paupertatem regum Romanorum significauit, quos etiam Samiolis uasis usos esse constat. Idem in tertia,

E V iuendum est illic ubi nulla incendia, nulli
N octe metus: iam poscit aquam, iam friuola transfert
V calegon, tabulata tibi iam tertia fumant.

A Græcis γρυτάρια dicuntur, id est τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκευάρια λεπτά. Vnde & Grytopolæ ab eis uocantur qui huiusmodi supellectilia uenditant, quos Latinè Friuolarios appellare possumus. Nonnulli Fribolarios dicunt, ut Albeolos pro Alueolis. Nostrate uulgus quinquallierios eos appellat. *Γρυτάρια.* *Grytopolæ.* *Friuolarij.*

Ex.l.ultima eiuſdem tituli. F

Reſpondi,ſecundum ea quæ proponerentur, ob id quod eo nomine in-
Intertrimentum, & Intertritura. tertrituræ accidiſſet,non teneri.) Intertritura & intertrimẽtum damnum rei
detritæ ſignificat. Varro libro primo de lingua Latina, Detrimẽtum,inquit,
à detritu dicitur,quòd ea quæ trita ſunt,minoris precij ſunt. Ab eadem men
te intertrimentum, ab eo quòd duo quæ inter ſe trita ſunt, etiam diminuta
Non procul ab initio. ſunt: à quo etiam intertrigo dicta. Hactenus Varro. Liuius libro ſecũdo de
bello Maced.Carthaginenſes eo anno argentum in ſtipendium impoſitum
primum Romam aduexerunt.id quia probum non eſſe Quæſtores renun-
ciauerant,experiẽtibúſque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua G
ſumpta intertrimentum argenti ſuppleuerunt. Intertrimentum Liuius pro
euanida argenti parte accepit,quæ in excoctione deperit,Dechetum aurifi-
Verr.3 ces appellant. Vſus eſt & alibi eodem modo,eadem decade.Cicero in Prætu-
ra Vrbana,de æde Caſtoris loquẽs,quam P.Iunius ſartam tectam tradere de-
bebat:L.(inquit) Rabonio ædem Caſtoris tradi oportebat.Is caſu pupilli Iu-
nij tutor erat teſtamento patris. cum eo ſine ullo intertrimento conuenerat
iam,quemadmodum traderetur. Quo tamen in loco in impreſſis libris nu-
trimento mendosè legitur.Aſconius autem, Detrimentũ,inquit, unius par-
tis eſſe poteſt,intertrimẽtum uerò dantis & accipientis:ſecundum quod Ci- H
Intertrigo. cero intertrimentum pro communi cõficiendi alicuius negocij iactura po-
ſuit,quam uulgus perditam utrinque appellat. Intertrigo malum eſt quod-
dam,cum fœmina equitatu aliáue ſimili de cauſa atteruntur, adurũtúrque,
Παράτειμμα. à Græcis παράτειμμα dicitur. Dioſcorides autem paratrimma, id eſt intertri-
ginem uocat,cum pes pedem,uel ungula ungulam terit,ut in genere uete-
Lib. 7.cap.5. rinario contingit. Columella libro octauo, Subluuies & intertrigo pice per
ſe liquida,uel alumine & ſulphure atque aceto mixtis rite eruentur. Hodie
in equis & mulis intertalliare uocamus, cum ſcilicet uitioſo ingreſſu calces
maximè poſteriores,aut etiam ſuffragines atteruntur. Verùm quandoquidẽ I
in mentionem incidimus intertrimẽti,& intertrituræ,quæ damnum rei de-
tritæ ſignificant,ut intertrimentum auri & argenti excocti, addendum & a-
Verſuram facere. liud non abſimile. Verſuram enim facere honeſta locutione apud Roma-
nos dicebatur,quod nos nũc dicimus pecuniam ad intereſſe mutuari,uel ad
Epiſt.ult. iacturam finantiæ.Cicero ad Atticum libro quinto, Salaminij cum Romæ
uerſuram facere uellent, non poterant, quòd lex Gabinia uetabat. Et paulò
pòſt,Fit gratia Bruti Senatuſconſultum,ut néue Salaminiis, néue qui eis de-
diſſent,fraudi eſſet. pecuniam numerauerunt,& poſtea uenit in mẽtem fœ-
neratoribus,nihil ſe iuuare illud Senatuſconſultum,quòd ex ſyngrapha ius K
Verr.4. non ita procul à fine. dici lex Gabinia uetaret.Idem in Verrem, actione tertia, Inſpiciebamus Sy-
racuſis à Carpinatio confectas tabulas ſocietatis, quæ ſignificabãt,multis no
minibus eos homines uerſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniã Verri de-
diſſent,id eſt multis de cauſis pecuniam fœneratitiam ſumpſiſſe. In uulgatis
exemplaribus uſuram corruptè legitur. Hinc natum prouerbium apud La-
Cap.9. ctantium libro ſecundo Inſtitutionum, Cum igitur, inquit, ortum rerum.

Ex lege ultima,tituli De pignor.actione. tribuis

Source : BIU Cujas

A tribuis naturæ,ac detrahis deo,in eodē hæſitans luto,uerſuram ſoluis. Quod ex Terentij Phormione ſumptum eſt,cuius hæc uerba ſunt: *Verſurā ſoluere.*

- in eodem luto hæſitas: * uerſuram ſolues *Act. 5. Sce. 2.*

Geta.præſens quod fuerat malum,in diem abiit:plagæ creſcunt, **uerſura ſoluis.*

Niſi proſpicis. Id eſt,debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore:ſimili conditione atque ij ſolent,qui ut ſyngrapham unam diſſoluant, & una cautione ſe liberent,pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt:in dies enim deteriorem conditionem ſuam faciunt, quod frugi homines non ſolent.Huiuſmodi commentis multos quotidie uidemus fortu-

B nis omnibus euerti,qui dum tueri in publico fidem ſuam uolūt, ære alieno uſqueadeò ſe obruunt,quoad ad extremum fide labefactata,cum iam uerſuram facere non poſſunt,aut foro cedere, aut ſolum etiam uertere cogantur. Labefactatam autem fidem nunc appello, quod nos creditur perditum dicimus.Tranquillus,Rediit certè nihilo opulentior, ut qui propè labefactata iam fide omnia prædia fratri obligarit,id eſt, cum iam uerſuram facere non poſſet à fœneratoribus. Tueri autem fidem ſuam, eſt ſeruare illæſam famā locupletis debitoris.Cicero ad Atticum libro undecimo,Literas tuas accepi pridie Nonas Februarij,eóque ipſo die ex teſtamento creui hæreditatem.Ex

C multis meis & miſerrimis curis eſt una enata,ſi (ut ſcribis) iſta hæreditas fidem & famam meā tueri poteſt. Idem, Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertiūm bis & uicies. Huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere. Et fidem ſuam liberare pro eo dicebant, quod nunc negociatores & coactores tenere promiſſum dicunt,& non deeſſe promiſſo.Idē pro Flacco,Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclide petit.Ipſe tamē Fuſiis ſatisfacit abſentibus,& fidem ſuam liberat.Vlpianus in.l.Si uerò infrà, Mandati.Si autem ſub maioribus uſuris fœnus accepit, ut fidem ſuam libe-

D raret,non dubito debere eum mandati iudicio & uſuras conſequi.Eſt & illa locutio in iure frequens, fidem alicuius ſequi, pro eo quod eſt,eligere aliquem,cum quo rem habere,aut negocium eſſe nobis uelimus. Sic enim dici ſolet de iis quos aut locupletes aut probos debitores eſſe credimus. Vſus eſt Vlpianus in lege prima, ſuprà, De rebus cred. Eſt etiam exemplum in.l. ſecunda,Cod.De bonis auct.iudi. poſſid. Eſt & illa locutio, fide ſua eſſe iubere,id eſt ſponſorem ſe cōſtituere & appromiſſorem,& periculum in ſe recipere, ἐς ἐαυτὸν ἀναδέχωαι. Cuius exemplum eiuſdem in lege, Vbi autem,De uerb.oblig.Paulus,Si filiusfa.ita ſtipulatus fuerit, quantam pecuniam Titio credidero, fide tua eſſe iubes? Inde etiam alia locutio,Fide alicuius ſumere,

E id eſt non ſua,ſed aliena cautione.Cicero pro eodē Flacco, Nam hunc Hermippum hominem eruditū,ciuem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus,percuſſit: eius enim fide ſumpſit à Fuſiis. Securus Hermippus Tennum proficiſcitur,cum iſte ſeſe pecuniam quam huius fide ſumpſerat,à diſcipulis ſuis diceret Fuſiis perſoluturum. Idem in epiſt. Et ſiquid ſatisdandum erit, amplius eo nomine non peti, cures ut ſatisdetur fide mea. id eſt fideiuſſione & ſponſione, ἐπ' ἐμῇ ἐγγύῃ δοῦναι. Aſſidui autem fideiuſſores dicebantur locu-

Labefactata fides.

In Veſpaſiano.cap.4.

Tueri fidem ſuam.

Epiſtola 2.

Fide ſua eſſe iubere.

Fide aliena ſumere.

Ad Attic.lib. 11.epiſt.1.

Fidem ſuam liberare.

Fidem alicuius ſequi.

Ad Ser. Sulpitium lib.13. epiſtola 28.

Aſſidui.

Source : BIU Cujas

Cap.10. pletes,quam Burgesiacam cautionem nunc dicimus. Gellius libro decimo F
Assiduus. sexto,Assiduus in xij.tabulis pro locuplete, & facilè munus faciente, dictus ab assibus,id est ære dando,cum id tẽpora reipublicæ postularent: aut à muneris pro familiari copia faciendi assiduitate. Cicero in Topicis,Ex ui uerbi argumentũ aliquod elicitur,hoc modo:Cum lex Aelia Sentia assiduo uindicem assiduum esse iubeat,locupletem iubet locupleti. Locuples enim assiduus,ut ait Aelius,appellatus est ab asse dando. Idem Gellius libro decimo
Cap.8. nono,Ite ergo nunc, & quando fortè erit ocium, quærite an quadrigam & arenas dixerit è cohorte illa antiquiore uel oratorum aliquis,uel poëtarum, id est classicus assiduúsque aliquis scriptor, non proletarius. Assiduum hic G
Gellius pro locuplere & probatissimo auctore posuit, quẽ Græci ἰχέγγυον καὶ φερέγγυον uocant,hoc est ἀξιόχρεων:cuius sit tanta in literis auctoritas, ut fidem
Classicus. eius sequi debeamus,quasi idonei sponsoris alicuius uerbi.Classicus eiusdẽ penè significationis est. Diximus alibi ex Liuio populum Romanũ in classes ex censu distributum fuisse,quomodo & apud Græcos τιμήματα diceban
Τιμήματα. Classici. tur,ut ex Aristotele docuimus.Ab hoc igitur more classici dicebantur, non omnes qui in classibus erant,sed primæ tantùm classis homines,qui centum & uigintiquinque milibus æris, ampliúsue censi erant. Apud Græcos πρῶτον
Infra classem τίμημα dicitur, id est primus census. Infra classem autem appellabantur, qui H
in secunda & sequentibus classibus erant, id est qui minore summa censi
Cap.13. erant.Meminit Gellius in septimo.Propterea(ut inquit Festus) classici testes
Classici testes. dicebantur,qui signandis testamentis adhibebãtur,hoc est primæ classis homines,quasi primæ auctoritatis,& idonei ueritatis sponsores.Ita metaphoricôs Gellius auctores classicos appellat, quasi testes idoneos latinæ puritatis,
Classici auctores. & primæ notæ scriptores:quales sunt Cicero,Quintilianus,Liuius,Cæsar,Pli
Proletarij. nius,Virgilius,Horatius,Catullus. Contrà proletarij capite censi dicti sunt.
Cap.10. Gellius tamen libro decimosexto,Qui in plebe,inquit, Romana tenuissimi pauperrimíque erant, neque amplius quàm mille & quingenta æris in cen- I
sum deferebant,proletarij appellati sunt. Qui uerò nullo aut perquam par-
Capite censi. uo ære censebantur, capite censi uocabantur. Extremus autem census capite censorum, æris fuit ccclxxv. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto & re & nomine, quàm capite censorum fuit. Nam & asperis reipublicæ temporibus,cum iuuentutis inopia esset,in militiam tumultuariam legebantur,armáq; iis sumptu publico præbebantur:& non capitis censione,sed prosperiore uocabulo à munere officióq; prolis edendæ appellati sunt,quòd cum re familiari parua minus possent rempublicam iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatẽ frequentarent. A Græcis ὁ ἀπὸ τίμημα dicitur,id K
est mercenariorũ cẽsus,uel opificum. In lege autem Aelia Sentia ita cauebatur, Assiduo uindex assiduus esto. Proletario ciui quiuis uolet uindex esto. Hodie igitur classicos testes & assiduos dicere possumus omni exceptione maiores,& irrefutabiles,κρείττους ἀντιγραφῆς, quales in testamentis signandis adhibebantur.Cõtrà uerò proletarios,& capite censos,tenues,& ex pullata turba sumptos,hoc est leues, & (ut uulgus loquitur) diobolares (quo modo &
Diobolares.

Source : BIU Cujas

A antiqui diobolares meretrices dixerũt auctore Festo.)quos ipsos inopia ipsa refellit,quos fames magis quàm fama commouere creditur. Vnde illud Iuuenalis, - Iuret licet & Samothracum, *Satyr.3.*

Et nostrorum aras,contemnere fulmina pauper
Creditur,atque deos,diis ignoscentibus ipsis.

Propterea Græci huiusmodi plebeculam συρφετὸν appellãt, & συρφετώδη ὄχλον τὸν ἀγυρτώδη, id est quisquilias,& quasi dicas turbam quisquilios*am*, à leuitate inditis uocabulis.Cicero ad Atticum, de iudicio Clodiano loquens, Elapsum scito esse de manibus uno hoc iudicio statum illum reipublicæ:si iudicium *Συρφετὸν. Lib.1. epistola, cuius initium Quæris ex me.*

B est,triginta homines populi Romani leuissimos ac nequissimos, nummulis acceptis ius & fas omne delere:& quod omnes non modò homines, uerum etiam pecudes factum esse * sciant,id Caluum, & Plautum,& Spongiam,& cæteras huiusmodi quisquilias statuere nũquam esse factum. Vt ad uersuram reuertamur, Versuram facere uel soluere (ut inquit Donatus) est creditorem mutare,& fœnus fœnore dissoluere,quasi nudato Petro Paulum tegere,ut uulgò dicunt, & ita dicam, nomen nomine expungere. Cui non absimile est illud Græcum ἥλῳ τὸν ἦλον ἐκκρούειν, id est clauo clauum elidere: quod etiam de iis dicitur,qui flagitium flagitio tegere & obliterare contendunt, **sciebant Versuram facere.*

C quod Græcè dicitur ἁμαρτήματι ἁμαρτήμα σώζεσθαι: quod Terentius his uerbis trãstulit,* Malitia alia aliam trudit.Ad uerbum dici potest,Culpam culpa exigere, scelus scelere expungere. Hoc tamen prouerbium Aristoteles aliter in Politicis interpretatur. Quos autem huiusmodi uersuras facere diximus,de iis prouerbium lepidissimum apud antiquos Græcos fuit,ἔχινος τὸν τόκον ἀναβάλλει, uel ἀναβάλλεται, Echinus parturiens cunctatur, Echinus partum procrastinat,Echinus parturiens diem de die ducit. Echini enim terrestres, id est erinacei,existimãtur propter aculeos catulorum suorum partum morari solere,ac deinde aculeatioribus factis catulis ægerrimè eniti. Hoc igitur *Andr. Act.4 Scen.5. * Fallacia Echinus parturiens cunctatur.*

D prouerbium in eos usurpari solet, qui in perniciem suam morarum causas innectunt,cuiusmodi sunt illi uersuram facientes, qui dum fidem suam labefactari ad tempus aliquod nolunt,ad extremum fortunis omnibus euertuntur. Cæterùm creui hæreditatem, quo in superiore exemplo Cicero ad Atticum usus est uerbo antiquo iuris,adij hęreditatem significat,ut antea dictum est. Creui(inquit Festus) modò hæreditatem adij, modò maior ætate uel censu factus sum,modò dimicaui , modò diuisi, quæ omnia à duobus uerbis cresco & cerno trahuntur. Idem Cicero ad Dolabellam. A te autem peto,ut me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere , mé- *Creui hæreditatem. Creui. Epist famil. lib. 9.epistola cuius initiũ,*

E que aliqua ex parte in societatem tuarum laudum uenire patiare. quãquam mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omneis meas (si modò sint aliquæ meæ)laudes ad te * transtulerim, quàm aliquam partem exhauserim extuis.Peto à te,inquit,ô Dolabella, ut sinas me hac fama frui rerũ à te præclarè gestarum,quasi particeps fuerim tuorum consiliorum,id quod omnes falsò existimant.Alibi idem à cresco dixit , Galeonis hæreditate creui: id est locupletior & maiore censu factus sum. Porrò Collybus, id detrimentum *Etsi cõtentus. * trãsfuderim Ad Attic lib. 11 epist.12.in fine. Collybus.*

Source : BIU Cujas

pecunię est quod in ratiociniis emptionem auri appellant,& uulgò cambiũ F
dicitur, cum pecunia ad exteras nationes exportanda est,& apud nummularios aliis nummis commutanda: ut si argentea moneta aurea mutetur,aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in una prouincia,alio quo genere permutanda sint, rato receptóque & promulgato in ea prouincia.Id enim quod ex summa apud nummularium decedit,& ueluti deperit, collybus uerbo Græco appellatur. Cicero in Verrem actione quinta,Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti,certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione & collybo,deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia Iudices,non rerum certa- G
rum,sed furtorũ improbissimorũ sunt uocabula. Nam collybus esse quî potest,cum utantur omnes uno genere nummorũ? Collybum appellat pecuniæ permutationem,& nummorũ quasi intertrimentũ. Tranquillus in Au-
Cap.4. gusto,Manibus,inquit,collybo decoloratis Nerulonẽsis mensarius. Quo in loco pro contrectatione pecuniæ ponitur,qua nummularij liuentes manus habere solent.Collybus,inquit Pollux,ἀργυρίου ἀλλαγὴ,id est pecuniæ permuta-
Collybistæ. tio.Ab hoc Collybistæ dicti nummularij. Spectatio autem in exemplo Ci-
Spectatio. ceronis,probatio est pecuniæ.Spectatores autẽ sunt, quos Græci argyrogno-
Spectatores. monas appellant.Hæc ex diuerticulo,& ut Græci dicũt, ἐκ παρέργου dicta sunt. H
Sed fidem nostram liberare uoluimus.Circa principium enim opusculi nostri polliciti sumus, ut quisque locus nos commonefecerit huiusmodi uerborum iuris antiqui, aut etiam ad mores nostros pertinentium, ita nos esse dicturos quid de iis compertum habeamus,atq; etiam fortasse quicquid de iis ab antiquis auctoribus seruari hodie potest, qui quidem ipsi in manus hominum uenerint, aut certè ex officinis prodierint.

Ex.l.prima.§.Nauem,De exercitatoria act.

Schedia. Sine sinedria sit.) Legendum puto, siue schedia sit. Schedia Græcè,ratis est Latinè,id est nauigium temerè factum & inconditum, ut trabes conne- I
xæ & sine fabrica compactæ,quæ nauigij uicẽ præbent:id est, Sudas inquit, ἡ ἐκ τῶν τυχόντων πεποιημένη ναῦς. Ponitur & pro ponte,& pro loco fluminis quoquo modo iuncto, eodem auctore. Herodotus certè pontem quo Darius Bosporum iunxit, schediam uocat.Festus,Schedia,inquit, genus nauigij inconditum,id est trabibus tantùm inter se nexis factum: unde mala poëmata
Schedion. schedia appellantur.Schedion dicitur à Græcis extemporaneum,id est quicquid inelaboratum,quicquid temerè factum est,nec satis confectum, quod
Ratiarius. ἀπεσκευάσμενον dicitur.A rate Ratiarius dicitur,ut nauicularius,nõ opifex,sed negociator,ut.l.Qui ratiario,suprà proximo titulo. K

Ex eadem lege.§.Igitur.

Sed si ut certis mercibus eam locet,puta legumini,cannape.) Legendum
Canabis. canabi. Canabis herba est ex cuius cortice funes intorquentur.Plinius libro
Cap.9. decimonono,Deinde utilissima funibus canabis seritur à fauonio.Et paulò pòst,Ipsa canabis uellitur post uindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur.Canabis in Gallia & telis texendis,& funibus faciẽdis accommodata

Source : BIU Cujas

A data eſt,à lino tenuitate differens & candore. Quod autem ſequitur, Quædam enim naues onerariæ,quædam(ut ipſi dicunt) emphatæ ſunt:melius in quibuſdam embatæ legitur.Eſt autem uulgare uerbum aut nauticũ, quod ad hanc ſignificationem attinet: alioquin tamen Græcum ἐμβατοὶ uerbum in hoc ſignificatu apud ſcriptores nec Græcos nec Latinos repertum,à uerbo ἐμβαίνω deductum,quod conſcendo nauem ſignificat. Quòd ſi epibatæ legatur,ſenſus non alius erit. Epibatæ enim milites claſſiarij dicuntur, hoc eſt milites in nauibus merentes, quo uerbo nonnulli Latinorum uſi ſunt,ſed apud Græcos epibatæ pro uectoribus accipiuntur, id eſt ἀντὶ τῶν ὀχουμένων.Na-

B ues igitur epibatæ ἐπιβατοὶ, quaſi ſcanſiles caſtrenſi aut etiam nauali uerbo dici poſſunt,quæ uectoribus traiiciendis aptæ ſunt: ἐπιβαίνω enim conſcendo nauem ſignificat.Actuariæ naues à Latinis dicuntur, id eſt quæ remis aguntur,non modò uelis.

ἐωιβάδας legit Haloander. Embatæ. Epibatæ. Actuariæ naues.

Ex.l.ſecunda.Ad legem Rhodiam de iactu.§.primo.

Aut ſi quid exarmauerit.) Hoc uerbum Accurſius inſcitè interpretatur. Exarmare ea forma dicitur qua excalciare, hoc eſt armis diſpoliare, ut Cæſar locutus eſt,à Græcis ἀφοπλίζω dicitur.Exarmare nauem,eſt nauem armamentis ſuis ſpoliare, ut malo,roſtro,antẽna,carcheſio, clauo,pede,anchora,

C & reliquis.Exarmare feras,eſt dentes,ungues,uel alia noxia membra adimere,uel etiam tutamina,quæ Græci ἀμυντήρια appellant, quibus uim propulſare nata ſunt.Lampridius in Heliog. Habuit & leones, & leopardos exarmatos in deliciis,quos edoctos per mãſuetarios ſubito ad ſecundam & tertiam menſam iubebat accumbere,ignorãtibus cunctis quòd exarmati eſſent, ad pauorem & ridiculum excitandum. Exarmare accuſationem Plinius libro tertio epiſt.metaphoricôs dixit,pro debilitare & infirmare, his uerbis, E teſtibus quidã, ſiue iratus quòd euocatus eſſet inuitus,ſiue ſubornatus ab aliquo reorum, ut accuſationẽ exarmaret, Norbanũ Licinianum Legatum,&

D inquiſitorem,reum poſtulauit,tanquam in cauſa Caſtæ hic præuaricaretur. Huius uerbi uſus multiplex eſſe poteſt,ſi quis uim eius intellexerit.Præterea in eodem titulo urinatores Accurſius malè interpretatus eſt.Sunt enim urinatores,qui à Græcis ὕφυδροι κολυμβηταὶ dicũtur, id eſt natatores ſubaquatiles. Latinè eos quidam ab urna dici uolunt,cum in aquam mergitur. Homerus κυβιστητῆρας uocat à uerbo κυβιστῶ, quod in caput ferri deuoluíque ſignificat. Huiuſmodi eſt enim habitus urinantium cum gurgites ſubeunt. Et urinari,in caput mergi eſt,quo uerbo Plinius ſæpe utitur. Columella libro octauo de anſeribus loquens, inurinare dixit, neutra uoce. Cybiſteteres etiam à

E Græcis,quaſi urinatores dicti ſunt ſaltatores quidam,qui in caput conuolui manibus pedibúſque adductis didicerunt.Quod genus ſaltationis aut exercitij cybiſtema dicitur à Luciano in capite de gymnaſiis. Factitari id hodie à petauriſtis uidemus,cum corpore in ſpiram cõtracto in caput prouoluũtur.Trinabola lingua populari dicitur. A cubo,id eſt teſſera uerbum id deductum,qui cum in alueolum iacitur,hoc modo conuoluitur. Inter urinatores ſunt purpurarij,quos Græci porphyreis appellant:Laurentius ex Hero-

Exarmare. ἀφοπλίζω. ἀμυντήρια. Exarmare accuſationem. Ad Cornel. Minutianum lib.3.epiſt.9. Vrinatores. Cybiſteteres. Vrinari. Cap.14. Cybiſtema. Purpurarij.

Source : BIU Cujas

Spõgiatores. doto purpuratores tranſtulit. Et ſpongiatores, id eſt ſpongiarum piſcatores, F
Σπογγῆς. Conchyliarij. ὀστρεῖς à Græcis dicuntur. Et conchyliarij, id eſt κογχυλιευταί. Plautus conchy-
In Rudent. tas appellat, qui conchylia conquirunt in mari. In Codice Iuſtiniani muri-
Act. 2. Sce. 2. leguli dicuntur, quaſi muricarij, à muricibus legendis. Vrinatorem dudum
Conchytæ. uidimus ſacerdotem, ranæ modo in caput ſe mergentem, diuaricatis ſurſum
Vrinator in- cruribus peſſum euntem, ac per riparum caua gurgitúmque piſces latitan-
ſignis. tes perſcrutantem referentémque.

Ex eodem titulo. l. Qui leuandæ.

Volutius Metianus ex lege Rhodia libro Epitomatorum.) In uetuſto
Epitome. exemplari Epitomarum emendatè legitur. Epitome genere fœminino opus G
Breuiarium. conciſum dicitur, & Latinè breuiarium. Tranquillus in Auguſto, Fecit &
Cap. 101. breuiarium totius Imperij, quantum militum ſub ſignis ubique eſſet, quan-
Li. 18. ca. 26. tum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & uectigaliorum reſiduis. Sic Plinius, Vt pa-
riter, inquit, totius culturæ breuiarium quoddam peragatur. Pro eo accepit
Breuis & breue. quod uulgò borderellũ dicimus. Breuis etiam & breue dicitur in. l. ulti. De
conueniendis fiſci debitoribus, C. libro decimo, Inter chartulas cõfiſcati bre
uis quidam aſſeueratur inuentus, qui nomina debitorum contineret. Lam-
pridius de Alexãd. Milites ſuos ſic ubique ſciuit, ut in cubiculo haberet bre-
ues, & numerum & tempora militantiũ. Flauius in Aurel. Breue, inquit, no- H
minum cõſcripſit. Diximus alibi quid ſit breuiarium Principis hodie, quod
& breue & breuis dici poteſt. Inualuit autem peruerſa cõſuetudo, ut Epito-
Epitoma. ma neutro genere dicatur, unde Epitomata libros Flori inſcribũt. Id autem
nec analogia, nec uſu, nec auctoritate doctorum defendi poteſt: errore uerò
eorum inductum eſt, qui epitoma, ut epithema & anathema, & ſimilia di-
ci putauerunt: cui errori ſimilis eſt eorum qui diacones & diaconibus di-
Diaconi. cunt, quaſi diacon in recto, ut Dracon & Solon dicatur. Quòd autem ſequi-
tur, Deprecatio Eudæmonis, uerba ſunt è Græco ad uerbum traducta: ubi
Nicomedenſis, non Nicomedis legendum eſt, νικομηδέως. I

Ex. l. ſecunda eiuſdem tituli in principio.

Amiſſarum mercium domini, ſi merces uehendas locauerant, ex locato
cum magiſtro nauis agere debent. Hoc uerbum (inquit Accurſius) promi-
Locare. ſcuè accipitur. Horum uerborum locare & conducere, frequens eſt uſus hîc,
Conducere. & in titulo, Mandati. Propterea ut eorum uſus intelligatur, ſciẽdum eſt præ-
ter notam eorum ſignificationem eſſe & aliam elegantem, tum apud Iuriſ-
Locator. conſultos, tum apud alios ſcriptores uſitatam. Quanquam enim locator ſit
Conductor. plerunque qui precium accipit, & cõductor qui dat, ut ſit locator dominus,
conductor inquilinus: tamẽ nonnunquam uiceuerſa euenit ut locator pre- K
Verr. 3. cium det, conductor accipiat. Cicero in Verrem actione ſecunda, Quum L.
Octauius, C. Aurelius Cõſules ædes ſacras locauiſſent, nec potuiſſent omnia
Ibidem. ſartatecta exigere, & reliqua. Idem, Locatur opus id, quod mea pecunia refi-
Ibidem. ciatur. Et rurſus, Hoc tu H-S DLX millibus locauiſti. atqui in illis colũnis
dico eſſe, quæ à tuo redemptore commotæ non ſint. Et iterum, Qui rede-
merit, ſatiſdet damni infecti. Iulianus, Si quis uitulos paſcendos, uel ſarcien-

Ex titulo, Ad legem Rhodiam de iactu. dum

Source : BIU Cujas

A dum quid poliendúmue conduxit, culpam eum præstare debere. Vlpianus, Si quis seruum docendum conduxerit, eúmque peregrè duxerit, &c. Conducere igitur de eo dicitur, qui precium accipit: quod & redimere dicitur. Vnde redemptor huiusmodi conductor dicitur, qui & manceps à Cicerone & Tranquillo dicitur. Cicero libro secũdo de Diuinatione, Et tu scilicet mauis numine Deorum id factum, quàm casu arbitrari? & redemptor, qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, sed à Diis immortalibus ad istam horam seruatus est? Idem in Prætura urbana, Si opus pupillo redimeretur, si res abiret ab eo

L. Item quæritur. ff Conducti & locati.
Conducere.
Redimere.
Redemptor.
Manceps.
Verr. 3.

B mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullã prædam esse cœpit cogitare. Idem in secunda actione in eundem, Etenim qua stultitia ipse fuissem, si quam diem, qui istum eripiendum redemerunt, in cautione uiderunt, cum ita cauerent, si post Calẽdas Ianuarias in consilium iretur, in eam diem ego, cum potuissem uitare, incidissem? Redemerunt inquit, id est qui susceperũt procurationem corrumpendorum iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium. Labeo in. l. ultima huius tituli, locare & cõducere pro eodem accepit. Laurentius Vallensis promiscuam huius uerbi, Loco, significationem esse dixit de gerundiis loquens libro primo Elegantiarum. Locare enim se-

Ibidem.

C pulturam faciendam, inquit, tam significat dare alicui faciendam, quàm se ad faciendam eam locare. Cuius dicti nec rationem iniui: nec exemplũ ullum memini, præterquam hoc Labeonis, ubi & ego errorem esse non dubito: & pro locasset, legendum locasses secunda persona. Quod enim nos locare opus dicimus, uel locare fundum, hoc Græci μισθοῦν dicunt, & ἀπομισθοῦν, id est dare faciẽdum opus mercede constituta, uel fruendum fundum pensione accipienda & stipulata. Demosthenes, γαρ' ὧν οὗτοι εἰσπραττόμενοι τάλαντον, ταλάντου μισθοῦσι τὰς τριηραρχίας· id est, A quibus isti cum talentum exegerunt, talento naues præbendas locant: quasi dicat, nihil suæ pecuniæ impendunt.

Μισθοῦν & ἀπομισθοῦν.

D Idem, ἐμίσθωσε γασίων μὲν τράπεζαν τούτῳ: id est, Mensam huic Pasion locauit: certa scilicet pecunia non data uel promissa, sed accipienda. Qui autem conducit, Phormio scilicet, ἐμισθώσατο, id est conduxit à Pasione. Sic μισθοῦμαι τοῦ ἔργον, conduco opus faciendum, ut redemptores operũ solẽt. Idem, ἢ ὀπώραν πρίαιντο, ἢ θέρος μισθοῖντο ἐκθερίσαι, Aut poma legenda redimerent, aut messem demetendam conducerent. Idem in Timocratem, τὰ τέλη ὠνουμένους καὶ μισθώματα μισθουμένους pro publicanis & mancipibus dixit. Conductores etiam ἐργολαβοῦντες dicuntur. Quo uerbo etiam metaphoricè uocantur apud oratores, homines forenses iudiciorũ corruptores & sycophantæ, quos Cicero sequestres emis-

Μισθοῦμαι.
ἐργολαβοῦντες.

E sarios, & interpretes iudiciorum corrumpendorum uocat. Cæterùm uerbũ spectaret, quod hîc legitur, mihi suspectum mendi uidetur, Quo minus remissa sibi ea pœna spectaret.

Ex. l. Quicunque, De institoria actione.

Idem ait, Si libitinarius, quem Græcè uocant, seruum pollicitorẽ habuerit.) Lego, Si libitinarius, quem Græci ταφέα uocant, seruum pollinctorem

Ταφεύς.

Pollincere. Pollinctor. habuerit. Pollincere est mortuum curare, à quo pollinctor dictus huiusmodi curator. Plautus in prologo Pœnuli, F

Eorum uiuit alter, alter est mortuus.
Propterea apud uos dico confidentius,
Quòd mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Act. 5. Sce. 4. Et in Sticho, - nam hinc quidem
pollictura Hodie pollinctura, præter nos, iam dabitur nemini.

Ezechielis. xxxix. Vt sepeliant eum pollinctores in ualle multitudinis Gog.

Pollucere. Pollucibiliter. Pollucere autem est Herculi sacrificium facere: quod quia lautè fieri solebat, ideo pollucibiliter à Plauto in Mustel. pro lautè & splendide ponitur, G

Act. 1. Sce. 1. - pergræcamini Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pollucibiliter.

Pollucibilis cœna. Et pollucibilis cœna à Macrobio, pro opipara & splendida usurpatur. Pollucere enim uerbũ est ad sacra pertinens, ut ex Marco Catone apparet his uerbis, Ioui dapali culignam uini * quantamuis polluceto. Et rursus, Cum pollucere oportebit, sic facito. Pollu&tores igitur à pollinctoribus differunt, in quo Hermolaus Barbarus uir præstantis doctrinæ falsus est, ut uidetur, qui duo hæc uerba confundit in emendationibus Plinianis. Quare apud Plinium libro trigesimosecũdo, pollincere & pollinctum, contra fidem antiquorum H exemplariũ legit: in quibus sic legimus, Numa constituit ut pisces qui squamosi non essent, ni pollucerent patrimonia, commentus ut conuiuia publica & priuata cœnæque ad puluinaria facilius compararentur, ni qui ad pollu&tum emerent, precio minus parcerẽt, eáque præmercarentur. Pollu&tum, ut ex uerbis Plinianis apparet, cœna est pollucibilis & opipara. Pollinctum uerò cœna feralis, quæ gentili more in rogum delata cum corpore cremabatur. Persius, - sed cœnam funeris hæres

Saturn. lib. 3. cap. 17. *quantiũ uis Cap. 132. Pollu&tor. Plinij locus. Cap. 2. Pollu&tum. Pollinctum. Satyr. 6.

Act. 2. Sce. 1. Negliget, iratus quòd rem curtaueris. Plautus in Sticho,
Hæc uanisse iam opus est, quantum potest, I
In fine. Vti decumam partem Herculi polluceam. Idem in Rudente,
- spectatores uos quoque ad cœnam uocem,
Ni daturus nihil sim, neque sit quicquam pollucti domi.

Id est, si nobis esset cœna tam lautè apparata, quàm esse solet eorum qui uotiuum epulum faciunt, hoc est pollu&tum, ad cœnam uos uocassem. Epulum autem funebre dicitur, quod in funere potẽtiorum fiebat, quale hodie quoq; factitari uidemus. A Græcis πολύδειπνον dicitur, quam circumpotationem à Cicerone uocatam existimo in secũdo de Legibus. Moris autem fuit apud antiquos, ut decimam partem bonorum suorũ Herculi uouerent, quæ K pars Herculanea dicebatur. Plautus in Truculento,

Epulum funebre. Πολύδειπνον. Herculanea pars. Act. 2. Scen. penult.

Nam iam de hoc obsonio, de mina deminui modò quinque
Nummos, mihi detraxi partem Herculaneam.

Et in illo exemplo superiori, Vt decumam partem Herculi polluceam. Et pollucere patrimonium in illo exemplo Pliniano, pro decimare: hoc est decimam partem uotiuo epulo in Herculis honorem impendere. Hoc Plutar-

Decimare.

Source : BIU Cujas

A chus in Σύλλᾳ sic Græcè scripsit, ἀφορθύων δὲ τῆς οὐσίας ἁπάσης τὴν δεκάτην ᾧ ἡρακλεῖ, ἑστιάγεις ἐποιεῖτο ᾧ δήμῳ πολυτελεῖς. Et iisdē penè uerbis in Crasso. De huiusmodi decima (quod minime Accursius suspicaretur) intelligēdum illud Vlpiani dictum in.l.secunda, De pollicitationibus, Si decimam quis bonorum uouit, decima nō prius esse in bonis desiit, quàm fuerit separata. Plautus in Mustel. de homine maximè prodigo, Is uel Herculis, inquit, conterere quæstū potest. id est decimas quæ Herculi uouentur. Pollucere hodie patrimonia dici possunt, qui decimam facultatum suarū in erogationes pias uouerūt: quod nonnullos superstites nos factitasse optima fide scimus. Multæ sunt huius-

Act. 4. Sce. 2. sub finem.

B modi uoces antiquæ, quarum usus multiplex hodie esse potest, si quis uetustatem interpolare solertia quadam, & in usum nostrū instaurare didicerit. Libitinarij à libitina dicti sunt, ut inquit Varro, in cuius æde (ut Acron auctor est) constituti erant, qui efferenda corpora conducebant, & funebribus necessaria præbenda. Tranquillus in Nerone, Triginta funerum milia in rationem libitinæ uenerunt. Liuius, Pestilentia in agris, forísque & cōciliabulis, & in urbe tanta erat, ut uix libitina sufficeret, τὸ κτεριστικὸν πλῆθος: id est operæ libitinariorum. Horatius, Autumnúsque grauis libitinæ quæstus acerbæ. Ij igitur ad quos funera pertinebāt (qui & funus facere, & parentare, & iusta

Libitinarij. Libitina. Cap. 39. Decad. 4. lib. 10. Lib. 2. Serm. Satyr. 6.

C facere, persolueréque dicuntur) libitinariis funera accuranda locabant, illíq; præbenda omnia conducebant. In qua re administranda seruorū opera utebantur pollinctorū, qui à Græcis νεκροφόροι dicuntur, quasi defunctiferi: quorum appellatione uespillones, sandapilariíque continētur. Huiusmodi sunt apud nos hodie uulturij illi codonophori, id est tintinabula gestantes, quos anteambulones atratos Latinè appellare possumus, & ferales præcones, ex quorum grege sunt funerum indictores, quorum omniū uota sunt eadem quæ Orci. Hos diris ominibus ad morientium uestibula ultro aduolare uidemus, ut in prouerbiū uenerint horum apud nos uota, ut apud antiquos

Necrophori. Vespillones. Sandapilarij. Codonophori. Anteambulones atrati. Ferales præcones.

D libitinariorum. Quorum tamen improbitas sacerdotali iam auaritia uincitur, aliis super alia quotannis capturarum nominibus excogitatis.

In eadem lege. §. sequenti.

Si pecunia accepta præsente ut per dies singulos panem cui præstaret, cōturbauerit.) Hoc uerbum non esse intellectum ab Accursio, minimè mirādum est, cum à nullo enarratorum rectè interpretatum uideam. Cicero pro Plancio, Verùm fac me multis debere, & in his Plancio: utrū igitur me conturbare oportet? an cæteris, cum cuiusque dies uenerit, hoc nomen debitoris quo urget, nunc competitor, dissoluere? qui locus sic mihi legendus ui-

E detur, an cæteris, cum cuiusque dies uenerit, * nomen debitoris hoc quod urget, nunc cum petitur, dissoluere? Idem ad Quintum fratrem, Iocum autem Cæsaris de sua egestate ne sis aspernatus, ad quē ego rescripsi, nihil esse quod posthac arcæ nostræ fiducia conturbaret. Conturbare, decoquere, & pecuniam suam dissipare significat, & propriè de seruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt, ut in.l. Quidam, infrà De in rem uerso. Plena autem locutio est conturbare rationes, ut in Eunucho Terentij, Ita

** hoc nomen quod urget. Lib. 2. epistola, cuius initiū Gaudeo. Conturbare. Conturbare rationes. Act. 5. Sce 2.*

Source : BIU Cujas

Conturbare fortunas. conturbaſti mihi rationes omneis. Vel conturbare fortunas, ut Cicero ad F
Cælium in octauo epiſt. Sic intelligi debet,conturbabit Atlas, apud Martia-
Epigram.4. lem in nono Epigrammatôn,

Grandis in æthereo licet auctio fiat olympo,
Cogantúrque dei uendere quicquid habent:
Conturbabit Atlas,& non erit uncia tota,
Decidat tecum qua pater ipſe deûm.

Epigrã.96. Id eſt,cœlum totum tibi decoquet.Sic in decimo, Hîc precioſa fames, con-
turbatórque Macellus. Sic conturbatorem macellũ dixit,ut in ſeptimo con-
Epigrã.26. turbatorem aprum,Noſter te non capit ignis Conturbator Aper,uilius eſu- G
rio.Qui enim ex macello uiuebant Romæ, & cupediis menſas & apro one-
rabant: ad extremũ patrimonia uorabant, & decoctores uel inopes certè fie-
Iuuenalis locus. bant.Iuuenalis,Sic Pedo conturbat, Matho deficit.Quem locũ nullus enar-
Satyr.7. ratorum(niſi fallor)intellexit:eſt enim uerbum iuris antiquum, quo Vlpia-
nus & Alphenus tanquam noto ſunt uſi.

Ex.l.Illud.§.Si cuius dolo, De trib.act.

Sed re comparata ſi non tribuat,dolo nõ caret.) Lego comperta pro de-
prehenſa,explorata,reſcitã.

Ex.l.prima,Ad ſenatuſc.Mace.in principio. H

Qui pecuniam ne quid amplius diceretur,incertis nominibus crederet.)
Nomen. Accurſius hunc locum inſcitè interpretatus eſt.Nomen interdum pro cauſa
Cap.16. ponitur.Tranquillus in Galba, Nam cum in uerba eius abſentis iurantibus
donatiuum grandius ſolito præpoſiti pronunciaſſent, neque rem ratam ha-
buit,& ſubinde iactauit ſe legere militẽ,non emere conſueſſe.atque eo qui-
dem nomine omnes qui ubique erant,exacerbauit.Cicero in Verrem actio-
Verr.4. ne tertia,Inſpiciebamus Syracuſis à Carpinatio confectas tabulas ſocietatis,
quæ ſignificabant, multis nominibus eos homines uerſuram à Carpinatio
feciſſe,qui pecuniam Verri dediſſent. Nomina Cicero appellare ſolet cauſas I
& negocia & perſonas quibus in conficiendis rationibus expenſæ pecuniæ
Verr.5. feruntur. Idem in Frumentaria, Ex omni pecunia, quam aratoribus ſoluere
debuiſti,certis nominibus deductiones fieri ſolebãt:primùm pro ſpectatio-
Verr.3. ne & collybo,deinde pro neſcio quo ceratio. Idem in ſecunda actione, His
nominibus ſolis Cneo Dolabellæ ad ſeſtertiûm tricies litem eſſe æſtimatam.
Id eſt (ut inquit Aſconius) his titulis & capitibus criminum. articulos uul-
ff.De re militari.l.Qui cum uno. gò nunc dicimus.Arrianus Iuriſconſultus,Exauctoratus,inquit,eo nomine,
non utique infamis erit. Senſus eſt igitur huius loci, Macedonẽ incertis no-
minibus in creditum ire inſtituiſſe,ne manifeſtus aliquando fraudis ac ſce- K
lerum fieret.Non enim credendi cauſas,& negocia in quæ pecuniam mutuã
dabat,in cautionibus aſcribi uolebat, ut interdũ fit cum turpi de cauſa mu-
tuati,certa quadam de cauſa mutuum nos accepiſſe cauemus. De ſignifica-
tione huius uocabuli ſatis multa diximus in titulo De officio Proconſulis.
Nomen igitur hic Accurſius malè pro cautione intellexit, quanquam ſæpe
Verr.3. ita accipiatur: ut apud eundem Ciceronem, Cum pecunias ſumpſiſſe mu-

tuas,

Source : BIU Cujas

A tuas,nomina ſua exegiſſe,prædia uẽdidiſſe diceretur. Et apud Columellam libro primo,Nam uel optima nomina non appellando fieri mala, fœnerator Alphius dixiſſe ueriſſimè fertur:id eſt non interpellando. *Cap.7.*

Ex.l.Quòd ſi ſeruis.§.pri.De in rem uerſo.

Sed ſi mutua pecunia accepta, domum dominicam exornauit tectoriis. Et paulò pòſt,Pati debet dominus creditorẽ hoc auferre, ſine domus ſuæ uidelicet iniuria.) Mirari forſitã quis poſſit,quomodo tectorium ſine domus noxa poſſit auferri.Quod ut intelligamus,ſciendum eſt perfectorum operũ *Expolitionũ genera.*
B expolitionem tribus rebus contineri, ruderatione, quo nomine & ſtatuminatio,& nucleus cõprehenditur: albario opere,& tectorio, ſub quo & marmoratum & arenatum opus,& trulliſſatio intelligũtur. Quorum omnium explicationem Vitruuius libro ſeptimo de Architectura proſecutus eſt.Tectorium autem ſuper trulliſſationem fiebat: tribus interdum inductis coriis ex arenato,totidémque ſuperinductis ex marmorato deinceps extenuatioribus,adeò numeris omnibus exactum, ut longitudines ad regulam & lineã, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigerentur.Ita enim demum emendata tectoriorum in picturis erat ſpecies.Ita nul-
C la nec eminentia,nec lacuna in opere intuentibus uidebatur,nec humorem tectorium remittebat.Pigmentis uerò madente adhuc tectorio inductis,totum rurſus baculis prouolutis ſubigebatur, fricationibúſque læuigabatur, uſque eò ut ſpeculorum modo rerum imagines redderet. Vitruuius, Quæ autem,inquit, tectoria fundata arenati & marmorati ſoliditate ſunt, cum ſint politionibus crebris ſubacta,non modò fiunt nitentia, ſed etiam imagines expreſſas aſpiciẽtibus ex eo opere remittunt. Arenatum autem eſt apud Vitruuium,Varronem,& Plinium,quod fit ex calce & arena.Marmoratum, quod ex calce & marmore tuſo triplici uarietate comminuto, prout trium
D coriorum exigebat uſus.Varro libro primo de re Ruſtica, Parietes & ſolum opere tectorio marmorato loricandi.Idem, Ideóque in iis cameras marmorato,& parietes pauimentáque laudabiliter faciunt.Et rurſus, Vbi libraueris, de glarea & calce arenato primũ Coriũ facito. Plinius libro trigeſimo ſexto, Tectoriũ niſi ter arenato & bis marmorato inductũ eſt, non ſatis ſplendoris habet. Arenatũ hodie mortariũ uocamus, cũ mortariũ Latinè ſit locus ubi arenatũ rutro ſubigitur. Vitruuius de tectorio loquẽs,Cum ab arena prẽter trulliſſationẽ nõ minus tribus coriis fuerit deformatũ,tũc è marmoreo grano directiones ſunt ſubigẽdæ,dum ita materies temperetur,uti cum ſubigi-
E tur non hæreat ad rutrum,ſed purum ferrũ è mortario liberetur. Idem, Græcorum uerò tectores non his rationibus ſolum utendo faciunt opera firma, ſed etiam mortario collocato,calce & arena ibi confuſa, decuria hominum inducta ligneis uectibus pinſant materiam, & ita ad certamen ſubacta tunc utuntur.Tectorium continet arenatum & marmoratum, quæ ſupra trulliſſationem fieri ſolita ſunt,& omnino hodie obſoleuit.Albarium uerò ex pura calce fit,& hodie eſt in uſu.Trulliſſatio ex gypſo fit frequens hodie, ut & *Albarium o-pus.* *Tectorium.* *Arenatum.* *Marmoratũ.* *Cap.57.* *Cap.59.* *Cato cap.18.* *Cap.23.* *Mortarium.* *Lib.7. cap.3.* *Lib.7. cap.3.* *Albarium.* *Trulliſſatio.*

Source : BIU Cujas

Trulla. arenatio. Trulla enim inſtrumentum eſt, quod uernaculæ linguæ alluſione F
ſatis intelligitur. Eo enim linendis muris, & arenato gypſatóque inducẽdis
Tectorij induratio. utuntur. Tectorium uerò opus adeò olim dureſcebat in cruſtas, ut in aba-
Cap. 3. corum uſum & ſpeculorum facilè eximeretur, quod ex Vitruuio intelligere
poſſumus lib. 7. his uerbis, Itaque ueteribus parietibus nonnulli cruſtas exci-
dentes pro abacis utuntur, ipſáq; tectoria abacorum & ſpeculorum diuiſio-
Abacus logiſtarum. nibus circa ſe prominentes habent expreſſiones. Abacus nunc tabula eſt cõ-
planata, qua logiſtæ, quos algoriſtas dicimus, numeros ſubinde deletiles du-
Abacus in triclinijs. cunt. Abacus autem in opere inteſtino genus id ſcrinij eſt, ſuper quod in
tricliniis argẽtea uaſcula exponi ſolent, Dreſſorium lingua uulgari dictum. G
Verr. 6. Cicero in Verrem actione quinta, Diocles eſt Pamphili gener, Popilius co-
gnomine: ab hoc iſte abaci uaſa omnia, ut expoſita fuerant, abſtulit. Iuuena-
lis Satyra ſexta, de tectorio tanquam exemptili dixit,

Satyr. 6. Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit:
Incipit agnoſci. Per tectorium fucamentum muliebre ſignifi-
cans, quod ponitur deponitúrque pro earum arbitrio ad ſplendorem & ni-
torem malarum. Eadem ratione (ut arbitror) dictum illud eſt à Perſio Satyra
quinta, - dignoſcere cautus
Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ. H

Tectorium. Κονίαμα. Tectorium à Græcis κονίαμα dicitur, & κονιάτης tector. In Actis apoſtolorum
cap. xxiij. τοῖχος κεκονιαμένος, paries albario opere uel tectorio illitus dicitur: τύ-
πτδν σε μέλλει ὁ θεὸς τοῖχε κεκονιαμένε. Et Matth. xxiij. τάφοι κεκονιαμένοι, Sepulchra
albario illita. Lib. x. Cod. in titu. De excuſat. artificum, Albinij, quos Græci
coniatas appellant.

Ex. l. Ideo. De compenſa.

Ideo condemnatus quòd arctiorem annonam edulitatis tempore præ-
buit, frumentariæ pecuniæ debitor non uidebitur.) Accurſius edulitatem
famem interpretatur: ego uerò ædilitatis lego. Ad Aediles enim cognitio I
Agoranomi. menſurarum & annonæ pertinebat: qui propterea Græcè agoranomi di-
cuntur, id eſt foro uenalium legem imponentes, & macello ius dicentes.
Hæc cognitio ad procuratores regios delata eſt: quorum ianua piſtoribus,
& huiuſmodi hominibus, quibus ius dicere ſolent, non tam patêre uulgò
creditur, quàm hiare. Certè ut illi ſeuerè aut comiter cum circunforaneis ho
minibus agunt, ita nos ut bono aut malo pane ueſcamur neceſſe eſt. De Ae-
dilibus ita in duodecim tabulis cautum eſt, Suntóque Aediles curatores ur-
bis, annonæ, ludorúmque ſolennium, ollíſque ad honoris amplioris gra-
dum is primus aſcenſus eſto. K

Ex. l. prima. §. pri. in titulo Depoſiti.

Eum tamen deponere tumultus, uel incendij, uel cæterarum cauſarũ gra-
tia intelligẽdum eſt, qui nullam aliam cauſam deponendi habet, quàm im-
Tumultus. minens ex cauſis ſupradictis periculum.) Tumultus hoc in loco quomodo
intelligendus ſit, ab Accurſio & ſequacibus eius Iuriſperitis parum animad-
uerſum eſſe puto. Seruius grammaticus in octauum Aeneidos, Tria, inquit,

genera

Source : BIU Cujas

A genera olim militiæ fuerunt. Sacramentum, quæ legitima erat militia, cum singuli milites iurabãt. Tumultus, id est bellum Italicum, uel Gallicum, in quibus ex periculi uicinitate erat timor multus, & quoniam singulos interrogare non uacabat, qui conuenerant, simul iurabant, & dicebatur ista militia coniuratio. Qui enim ducturus erat exercitum, ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo uexilla, unum roseum quod pedites euocabat, & unũ cæruleum quod erat equitum, (Nam cæruleus color est maris, à cuius deo constat equum inuentum) dicebat, Qui rempub. uult saluam esse, me sequatur. Erat & euocatio, cum ad diuersa loca diuersi cogebantur exercitus. *Militiæ genera tria. Sacramentũ.* *Euocatio.*

B Hactenus Seruius. Virgilius,

Extemplo turbati animi, simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium.

In initio li. 8.

Cicero in Antoniana octaua, Potest enim bellum esse sine tumultu, tumultus sine bello esse non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus. Itaque maiores nostri tumultum Italicum, quòd erat domesticus: tumultum Gallicum, quòd erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultum nominabant. Grauius autem esse tumultum quàm bellum, hinc intelligi licet, quòd bel- *Non procul ab initio.*

C lo Gallico uacationes ualent, tumultu non ualent. Hactenus Cicero. Liuius libro octauo ab Vrbe cond. Nondum perfunctos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inuasit, haud fermè unquam neglecta patribus. Et paulò pòst, Mamercus, inquit, cui Gallicũ bellum euenerat, scribere exercitum iussus sine ulla uacationis uenia. quin opificum quoq; uulgus, & sellularij, minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur. Idem libro septimo, Dictator cum tumultus Gallici causa iustitium edixisset, omnes iuniores sacramẽto adegit, ingentíque exercitu ab urbe profectus est. Insignia autem omnia tumultus Cicero uno in loco expressit Antoniana quinta, his *Tumultus insignia.*

D uerbis, Rem sine ulla mora administrandam, & confestim gerẽdam censeo: tumultum decerni, iustitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublatis uacationibus in urbe & in Italia. Idem in octaua, Delectus tota Italia decreti sublatis uacationibus, saga cras sumentur. Ex prædictis satis apparet omnia in tumultu præproperè administrari publicè priuatímque solita, cum bellum urgens, & quasi muris imminens, solẽnes actus non admittit. Indéque factum ut tumultuarium pro præpropero & subitario, & rapidè facto aut quæsito accipiatur. Græcè αὐτοσχέδιον dicitur, & παραπήγιον, & tumultuaria manus οἱ πεσυχόντες. Idem Liuius libro primo de bello Macedo. Dua- *Non ita procul ab initio.* *Tumultuarium.* *αὐτοσχέδιον.* *παραπήγιον.*

E bus legionibus subitariis tumultus eius causa scriptis, additísque ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo, Caium Appium Præfectum sociorum hac tumultuaria manu per Vmbriam agrum Boiorum inuadere iussit. Tumultuarium & subitarium pro eodem posuit. Quod uerbum si Accursius intellexisset, melius uerba Iuliani enarrasset in. l. Nauis, suprà, Ad legem Rhodiam de iactu, Ibíque tumultuariis armamentis comparatis ad præsens Hostiam nauigauit. Vbi tumultuaria Iulianus pro subitaneis, & ex tẽpore con-

Source : BIU Cujas

quisitis, non iustis & planè fabrefactis eleganter accepit. Proinde in huiusmodi tumultu fraudem admittere pœnale erat, non in quolibet. Nobis autē iustum tumultum esse dixerim, uel olim potius fuisse. (Nunc enim omnia nobis cum illis conueniunt.) Britannorum, id est Anglorum classis appulsum ad littora nostra, aut Germanorum ad Burgundiam aut Campaniam incursionem, & siquod eiusmodi bellum est, cuius tumultuosi nuncij esse trepidíque soleant. Sic enim uocabātur. Tranquillus in Nerone, Cœnę quoque tempore interpellatus tumultuosioribus literis, hactenus excanduit, ut malum iis qui descissent, minaretur. Et tumultuari uerbū eodem fermè pertinebat. Idem in Galba, Carthagine noua conuentū agens, tumultuari Gallias comperit. Quo modo & à Græcis θορυβεῖν usurpatur. Demosthenes περὶ παραπρεσβείας: καὶ μὴν μετὰ ταῦτα ὁσάκις πρὸς πορθμῷ ἢ πρὸς μεγάροις ἀκούοντες δύναμιν φιλίππου καὶ ξένους, ἐθορυβεῖτε. Θορυβεῖν, id est tumultuari dixit, pro in tumultu esse, & quasi tumultum decernere: id fermè quod lingua uernacula dicimus emoueri, aut etiam mutinari: quod uerbum à mutiendo, id est mussando, deductum est. Populus enim multa in huiusmodi cōsternatione summissim dicere solet, quæ apertè nō audet. Plutarchus in Cæsare ψηφίζεσθαι ταραχὴν pro tumultum decernere dixit. In tumultu, ut ex uerbis illis Ciceronis & Liuij apparet, iustitium indicebatur: id est iudicialia fora claudi, ac silere iura iubebantur: uacationes non ualebant, ut hodie in Gallia cum bannum & retrobannum edicitur, & id uerbum adiicitur, Priuilegiati, & non priuilegiati. Nos euocationem fortasse, & subeuocationē Latinè dicere possumus, sublatis uacationibus edictam. Euocare enim uerbum ad uocationem bellicam accommodatum est, ut ex uerbis Seruij grammatici suprà uidimus. Cicero pro Rabirio, De te ipso inquam Labiene quæro, cum ad arma Consules ex Senatusconſ.* euocassent, cum armatus Aemilius in comitio constitisset, & reliqua. Euocatorū etiam meminerunt Cæsar & Tranquillus, sed nihil nunc ad rem. In tumultu etiā sagatus populus Ro. erat. Est enim sagum uestis index belli, ut toga pacis, quam tamen Consulares non gestabāt: id quod ostēdit Cicero in Anton. 8. Equidem Patres conscripti quanquā hoc honore usi, togati esse solent, cum est in sagis ciuitas: statui tamē, à uobis, cæterísque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tātáque perturbatione populi Rom. non differre uestitu. Non enim ita nos gerimus hoc bello Consulares, ut æquo animo populus Rom. uisurus sit nostri honoris insignia. Sagati etiamnum erant ad bella exeuntes, ut paludati Consules, & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam uocabantur. Sagum autem militare ac bellicum gestamen fuisse, cum ex Nonio, tum ex Tranquilli uerbis in Augusto intelligimus: Consulatum (inquit) uigesimo ætatis anno inuasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque qui sibi nomine exercitus deposcerēt. Cum quidem cunctante Senatu Cornel. Centurio princeps legationis, reiecto sagulo ostendens gladij capulum, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si non feceritis uos. Capitolinus in Mar. Philosopho, Per Brundusium ueniens in Italiam, togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit: nec unquam

Tumultus iustus Gallis. — *Cap. 40.* — *Tumultuari.* — *Cap 9.* — *Θορυβεῖν.* — *Mutinari.* — *Ψηφίζεσθαι ταραχὴν.* — *Bannum.* — *Retrobannū.* — *Euocatio.* — *Subeuocatio.* — *Euocare.* — ** uocauissent* — *Sagum.* — *Sub finem.* — *Cap. 26.*

Ex lege prima, in titulo Depositi. fuerunt

A fuerunt ſagati ſub eo milites. Eſt alioqui ſagum ueſtis ſtragulæ genus non diſſimilis cilicio. Tranquillus in Othone, Ferebatur & uagari noctibus ſolitus, & inualidum quẽque obuiorum, uel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Plinius libro decimoſexto de uiſco loquens, Sacerdos candida ueſte cultus arborem ſcandit, falce demetit, candido id excipitur ſago. Vtitur & Hieronymus Exod. 26. Cæterùm quod Tranquillus in ſublime ſago iactare dixit, uulgò bernare dicunt, id eſt ſago excutere ſurſumuerſus. A ſago ſagaria negociatio dicitur in l. Cum duobus, infrà, Pro ſocio. quod uerbum Accurſius mirè interpretatur. De paludamen-

Cap. 2.

Cap. ult. ad finem.

Paludamentum, à quo paludatus.

B to, quæ chlamys eſt Imperatoria, ut diximus, id eſt eorum qui exercitus educebant, Valerius libro primo de Craſſo loquens, qui apud Parthos occubuit, Pullum, inquit, ei traditum eſt paludamentum, cum in prælium exeuntibus album aut purpureum dari ſoleret. Plinius in Panegyr. Geſtus Conſulatus non in hoc urbis ocio, & intimo ſinu pacis, ſed iuxta barbaras gentes: ut illi ſolebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextam: id eſt pro prætexta, quæ conſulare geſtamen erat in urbe, paludamentum, quod geſtamen eſt bellicum & caſtrenſe, ſumere. Tranquillus in Vitel. Vrbem quoque ad claſſicum introiit paludatus, ferróque ſuccinctus, inter ſigna atque uexil-

Cap. 6.

Cap. 11.

C la, ſagulatis comitibus. Iuuenalis,

Satyr. 6.

Cúmque paludatis ducibus præſente marito
Ipſa loqui recta facie, ſtrictíſque mamillis.

Paludamentum hodie cottam armorum uocamus.

Ex l. Si hominem. §. Quoties, eodem titulo.

Quoties foro cedunt nummularij, ſolet primo loco ratio haberi depoſitariorum.) Foro cedunt (inquit Accurſius) id eſt litigare nolũt, ſed bonis ce-

Foro cedere.

dunt: quaſi de foro iudiciorum Vlpianus intellexerit, quod longe ſecus eſſe oſtendam. Foro igitur cedere dicebãtur argentarij, cum tabernis, id eſt mẽ-

D ſis ſuis cedentes, quæ in foro Romano erant, aliò habitatum migrabant. Argentarij enim Romæ tabernas in foro publico conductas habebant. Plautus in Aſinaria, Act. 2. Scen. 4.

Argentarij in foro tabernas habentes.

Quia triduum hoc unum modò, foro operam aſſiduam dederim.
Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus.

Terentius in Phormione, Act. 5. Scen. 8.

Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio.

Id eſt per menſæ ſcripturam reddi. Plautus in Perſa, Act. 3. Scen. 3.

E Mirum quin tibi ego crederem, ut idem faceres mihi,
Quod partim noſtri faciunt argentarij:
Vbi quid credideris, citius extemplo à foro
Fugiunt, quàm ex porta ludis quum emiſſus eſt lepus.

Idem in Curculione, Act. 4. Scen. 1.

In foro infimo boni homines, atque dites ambulant. Paulò pòſt,
Sub Veteribus, ibi ſunt qui dant, quíque accipiunt fœnore.

Source : BIU Cujas

Pone ædem Caſtoris,ibi ſunt quibus credas malè. F

In æde autem Caſtoris,quæ in foro erat Romano,ſolebant pecuniæ mercatorum fœneratorúmque deponi. Vnde illud Iuuenalis Satyra 14.

Si ſpectas quanto capitis diſcrimine conſtant
Inſtrumenta domus,ærata multus in arca
Fiſcus. Fiſcus,& ad uigilem ponendi Caſtora nummi.

Quem morem Venetiis hodie quoque ſeruari aiũt. Herodianus lib.primo, in templo Pacis diuites pecunias ſuas deponere ſolitos eſſe ait:indéque crebra in iure mentio pecuniarum in æde ſacra deponendarum. De huiuſmodi tabernis intellexit idem Vlpianus in.l.Qui tabernas argentarias,infrà,De G contrahenda emptione:quo in loco Accurſius nihil prorſus intellexit. Id autem ex Vitruuio libro quinto intelligi poteſt,ubi de foris ædificãdis loquitur:Italię uerò urbibus,inquit,non eadem ratione eſt faciendum,ideo quòd à maioribus conſuetudo tradita eſt gladiatoria munera in foro dari. Igitur circum ſpectacula ſpacioſiora intercolumnia diſtribuãtur, circãque in portibus argentariæ tabernæ,menianáq; in ſuperioribus coaxationibus collocẽtur,quæ & ad uſum & ad uectigalia publica rectè erũt diſpoſita. Inde circũforaneũ æs Ciceroni pro fœneratitio:ſic enim inquit ad Atticum, Tuſculanum & Pompeianũ ualde me delectant,niſi quòd me illum ipſum uindicẽ H æris alieni,ære nõ Corinthio,ſed hoc circũforaneo obruerunt./Cedere foro uulgus facere bancquam ruptam dicit, hoc eſt negociationem menſariam abrumpere. Quod & ſolum uertere dicitur. Iuuenalis Satyra 11.

Cap.1.

Aes circũforaneum.
Lib.2.epiſt.1.
Cedere foro.

Hi plerunque gradus,conducta pecunia Romæ,
Et coram dominis conſumitur.inde ubi paulum
Neſcio quid ſupereſt,& pallet fœnoris author,
Qui uertêre ſolum,Baias,& ad oſtia currunt.
Cedere nanque foro iam non eſt deterius,quàm
Aeſquilias à feruenti migrare Suburra. I

Vertere ſolũ. Vertere ſolum,eſt aliò migrare,hoc eſt regionem mutare,ſiue exilij cauſa,ſiue ob æs alienum. Cicero in Antoniana v. Sunt item lecti iudices,qui fortè excuſabuntur: habent enim legitimam excuſationẽ, exilij cauſa ſolum uertiſſe,nec eſſe poſtea reſtitutos. Idem pro domo ſua, Qui erant,inquit,rerum capitalium condemnati,non prius ciuitatem amittebãt, quàm erant in eam recepti,quò uertendi id eſt mutandi ſoli cauſa uenerant. Antiqui enim uertendo ſolo legum pœnas euitare poterant, ut ex Liuio nonnullis in locis, &

Nõ adeò procul à fine. De exilio. ex Cicerone intelligere poſſumus in oratione pro Cecinna, de ademptione ciuitatis loquente. Exilium enim,inquit,non ſupplicium eſt, ſed *perfugiũ K portúſque ſupplicij.nam qui uolunt pœnam aliquam ſubterfugere,aut calamitatem,eò ſolum uertunt, hoc eſt ſedem & locum mutant. Itaque nulla in lege noſtra reperietur,ut apud cæteras ciuitates, maleficium ullum exilio eſſe mulctatum.ſed cum homines uincula,neces,ignominiáſque uitãt, quæ ſunt legibus conſtitutæ, confugiunt quaſi ad aram in exilium. Qui ſi in ciuitate legis uim ſubire uellent,non prius ciuitatem quàm uitam amitterẽt.

** profugium*

Ex lege,Si hominem.tit.Depoſiti. quia

Source : BIU Cujas

A quia nolunt, non adimitur iis ciuitas, ſed ab iis relinquitur atque deponitur. Hactenus Cicero. Liuius libro ſexto de bello Punico, de Fuluio perduellionis reo loquens, Igitur prius quàm dies comitiorũ aderat, Cn. Fuluius exulatum Tarquinios abiit: id ei iuſtum exilium eſſe plebs ſciuit. id eſt plebiſcito decreuit. Adde quod idem Cicero in oratione in Vatiniũ dixit, domi ſeſe continere, exilij loco Romæ habitum eſſe: Cúmque, inquit, non maieſtate Imperij, non iure legum, ſed ianuæ præſidio, & parietum cuſtodiis Conſulis uita tegeretur, quæro, miſeríſne uiatorem qui Marcum Bibulum domo ui extraheret: ut quod in priuatis ſemper eſt ſeruatũ, id te Tribuno plebis Cõ-

B ſuli domus exiliũ eſſe non poſſet? Cedere igitur foro, & ſolum uertere, dici propriè poteſt de argentariis, qui & nummularij dicuntur, & menſarij mẽſulariíque, & Græcis uerbis trapezitæ & collybiſtæ: qui & ipſi rurſus duorũ ſunt generum. Nam minutuli illi nummularij, id eſt campſores uulgò dicti, quos Græci argyrognomonas uocant, quaſi pecuniæ ſpectatores, & collybiſtas & ἀργυραμοίβους, publicam cauſam habere non uidentur: nec rationẽ accepti expenſiq́ue facere, ut argentarij illi & mẽſularij, qui non tam pecuniarum permutationem, quàm maiorem negociationem exercẽt, quibus olim moris fuit pecunias cuſtodiẽdas dari, fœnerato interdum, interdum gratui-

C to. Hos Demoſthenes τραπεζίτας uocat. Et ἀφορμὴ dicitur pecunia quæ apud eos deponebatur, ut in oratione ὑπὲρ φορμίωνος. Romæ autem argentarij etiã auctionibus interueniebant: cuius exemplum eſt in. l. Filiæ. ff. De ſolutionibus, & pecunias ibi à licitantibus ſtipulantes, auctionantibus repræſentabãt. Cicero pro Cecinna, Ebutio negocium datur: adeſt ad tabulam: licetur Ebutius: deterrentur emptores multi, partim gratia Ceſenniæ, partim etiam precio: fundus addicitur Ebutio: pecuniã argẽtario promittit Ebutius. Quintilianus in xj. Et forſitã in hoc ſunt adiuti, qui auctione dimiſſa, quod cuique uendidiſſent, teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt: quod præſtitiſſe

D Hortenſium dicunt, de arte memoriæ loquens. Hos ego inuenio ἀργυροπράτας uocatos in Pandectis Græcis, uel ἀργυροπράκτας fortaſſe, ab exigendis uenditarum rerum preciis. Meritò igitur huiuſcemodi argẽtarij publicam cauſam habere dicuntur à Caio in titulo, De edendo. Horum nunc inſtar ferè ſunt apud nos, qui uinarij uenditores pecuariíque dicuntur, & cetarij piſcariíque, operam negociatoribus præbentes identidem commeantibus, ne in foro diu ſedere cogantur, & à ſingulis emptoribus precia expectare. Qui foro cedunt, ἀνασκευάζειν τὴν τράπεζαν dicuntur apud Demoſthenem πρὸς ἀπατούριον, & ἀνασκευάζεσθαι. Idem alibi, ἡδέως δ' ἂν ἔσωγε πυθοίμην ὑμῶν εἰ ὀργίζεσθε τοῖς ἀνεσκευασμέ-

E νοις τὴν τραπεζιτῶν. Dicuntur & μετοικίζεσθαι, quod ſignificat ſolum uertere, & ἀναστατῶσαι τὴν τράπεζαν. Decoquere uerò dicuntur qui priuatam cauſam habent: id eſt χρεοκοπεῖν. Et decoctores dicti ſunt id genus ferme hominum, qui Aſoti dicũtur uerbo Græco, id eſt luxu & ganeæ ſtudio perditi, & Latinè nequã uerbo ſignificantiſſimo: eorúmq; uitium aſotia & nequitia, quam Gellius luxum & popinationem interpretatur. De quibus Cicero in ſecundo de Finibus bonorum & malorum loquens, ita inquit, Nolim enim mihi fingere

Decad. 3. lib. 6.
Domi ſeſe cõtinere, exilij loco.
Argentarij.
Menſarij.
Menſularij.
Argyrognomones.
Collybiſtæ.
Aphorme.
Cap. 2.
Argyropractæ.
Decoquere.
Decoctores.
Aſoti.
Nequam.
Aſotia.

aſotos,ut ſoletis,qui in menſam uomant,& qui de conuiuiis auferãtur,cru- F
díque poſtridie ſe rurſus ingurgitent: qui ſolem(ut aiunt) nec occidentem
unquam uiderint,nec orientem,qui conſumptis patrimoniis egeant.Nemo
noſtrum iſtius generis aſotos iucundè putat uiuere.De huiuſmodi quodam
aſoto iocus eſt ille oratorius apud Ciceronem relatus in ſecũdo dialogo de
Oratore,Gallus olim teſtis in Piſonem,cum innumerabilem Magio Præfe-
cto pecuniam dixiſſet datam,ídq; Scaurus tenuitate Magij redargueret, Er-
ras,inquit,Scaure:ego enim non Magium conſeruaſſe dico, ſed tanquã nu-
Decoquere. dus nuces legeret, in uentrem abſtuliſſe. Decoquere igitur eſt uorato pa-
trimonio creditoribus fidem non præſtare,aut certè fidem ſuam obſtrictam G
Cap.10. per inopiam non liberare. Plinius lib.33. Non erat apud antiquos numerus
ultra centum millia. Itaque & hodie multiplicãtur hæc, ut decies centena
millia,aut ſæpius dicantur.Fœnus hoc fecit,numúſque percuſſus: & ſic quo-
que æs alienum etiamnum appellatur, uel potius etiam tantum. Poſtea di-
uites cognominati,dummodo notum ſit,eum qui primus accepit hoc co-
gnomen,decoxiſſe creditoribus ſuis,de Craſſo loquens,qui diues cognomẽ-
to dictus eſt,cuius meminit Valerius *lib.6.cap.11.*Decoctores in Francia pau
cis annis permultos uidimus,qui obliguritis hauſtíſque,aut in aleam deper-
ditis,aut in Venerem profuſis, aut in cultum faſtúmque effuſiſſimum ab- H
ſumptis non modo patrimoniis, ſed etiam publicis priuatorúmq; pecuniis,
partim ad aras aſyláque confugerunt,partim ſolum uerterunt,partim etiam
in carcerem emigrauerunt.Decoctoribus Romæ certus locus in ſpectaculis
aſſignatus erat, ut inſignes omnibus eſſent, etiam ſi infortunio aliquo non
nequitia decoxiſſent.Cicero in Antoniana 2. Tenéſne memoria prætextatũ
te decoxiſſe?Patris,inquies,iſta culpa eſt.concedo : etenim eſt pietatis plena
defenſio.Illud tamen audaciæ tuæ,quòd ſediſti in xiiij.ordinibus, cum eſſet
lege Roſcia decoctoribus certus locus cõſtitutus : quanuis quis fortunæ ui-
tio,non ſuo decoxiſſet.Spartianus de conſtitutionibus Adriani Principis lo I
quens,Decoctores,inquit,bonorum ſuorum,ſi ſuæ auctoritatis eſſent, cata-
Catamidia-re. midiari in amphitheatro , & dimitti iuſſit : id eſt deridendos omnibus per
theatrum præberi. A uerbo Græco καταμιδῶ, quod deridere & ludibrio ha-
Polygamorũ pœnæ. bere ſignificat: ut id propemodum ludibrij genus eſſe ſuſpicer,quo polyga-
mi afficiuntur, id eſt qui multis uxoribus eodem tempore abutuntur, cum
mithellati in ſcalario ſuggeſtu,laſciuientis plebeculæ ſcurrilitates obaudire
perfricta fronte ad aliquot horas coguntur. Mithrari id appellant. Cui non
Traducere. diſſimile eſt illud quod traduci Latinè dicitur, & Græcè παραδειγματίζεσθαι.
Παραδειγματίζω. Matthæi primo, Μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρᾳ ἀπολύσαι αὐτήν, Io- K
ſeph autem uir ipſe iuſtus nolens eam traducere, uoluit occulte dimittere.
Liuius libro ſecundo ab Vrbe cond.de Volſcis loquens publico conſilio ac
uoce præconis à ſpectaculis exactis, Vos,inquit, omnibus ciuibus , peregri-
nis tot finitimis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe? ueſtras cõiuges, ueſtros
Traductio. liberos traductos per ora hominum? Huiuſmodi traductio hodie chariua-
Cap.8. rium uocatur in quibuſdã urbibus.Tranquillus in Tito.Inter aduerſa tem-

Source : BIU Cujas

A porum,& delatores mandatoréſque erant ex licẽtia ueteri. hos aſſiduè in foro flagellis ac fuſtibus cæſos, ac nouiſſimè traductos per amphitheatri arenam,partim ſubiici in ſeruos ac uænire imperauit,partim in aſperrima inſularum auehi. Verùm decoquere uerbum & ad alia transfertur. Columella in principio libri xj. Nam quãuis interdum emendatum ſit perperam factũ uel imprudentia,uel negligentia: res tamen ipſa iam domino decoxit.Nec mox in tantum exuberat,ut & iacturam capitis amiſſi reſtituat, & quæſtum reſarciat.Decoxit,id eſt frugum fœturã quaſi fœnus debitum non reddidit. Hæc autem ſignificatio ex eo tracta eſt,quòd decoquere paulatim diminue-

Decoquere.

Cap. 1. non procul à fine.

B re ſignificat,& coquendo abſumere.Liuius, Eo anno Carthaginenſes in ſtipendiũ argentum aduexerunt: id quia probum non eſſe Quæſtores renunciauerant,experientibúſque pars quarta decocta erat,mutua pecunia Romę ſumpta intertrimentum argenti ſuppleuerunt.Quintilianus in 2. Materiam eſſe primùm uolo uel abundantiorẽ,atq; ultra quàm oporteat fuſam: multũ inde decoquent anni:id eſt diminuent,limabunt,atterent,& quaſi exugent. Vnde decoquere muſtum uel aliud ad tertias, & ad quartas, Columellæ lib. xij.& Plinio ſæpe.Argentum decoctum Cicero in Piſonẽ pro pecunia in luxum & ganeam abſumpta poſuit, his uerbis ſcommaticè & mordaciter in

Lib. 2. de bello Macedon. non procul ab initio.

Cap. 4.

C Piſonẽ dictis,Ita enim ſunt rationes perſcriptę ſcitè & literatè,ut ſcriba ad ærarium qui eas retulit,perſcriptis rationibus ſecum ipſe,caput ſiniſtra manu perfricans,commurmuratus ſit:Ratio quidem hercle apparet, argẽtum decoctum œchetæ,uel ocheto,ὤχητο,id eſt reliqua non comparent, non extãt. Verba autem ſunt Plauti ex Trinummo, à Cicerone per parodian,id eſt (ut Fabius inquit)per cantici ac ſermonis ſimilitudinẽ,in orationem ſuam trãſlata:quæ tamẽ in omnibus Ciceronis exemplaribus deprauatiſſimè legũtur. His enim uerbis deſcribitur habitus hominis profuſi, de reliquis rationum ſuarum anxij.Cedere autem foro eodem modo dictum eſt, quo cedere pa-

Act. 2. Sce. 4.

Lib. 9. cap. 2. Locus Ciceronis reſtitutus.

Cedere patria, urbe.

D tria.Iuuenalis,Cedamus patria,id eſt migremus Roma.ſic cedere urbe,cedere uita.Cicero ad Octauium,Cedam urbe, quam per me cõſeruatam ut eſſet libera,in ſeruitute uidere non potero. Cedam uita, quæ quanquam ſolicita eſt,tamen ſi profutura eſt reip.bona ſpe poſteritatis me cõſolatur:qua ſublata,non dubitanter óccidam.atque ita cedam,ut fortuna iudicio meo,nõ animus mihi defuiſſe uideatur. Cedam uita honeſtè dictum,pro eo quod eſt, ultro ad mortem accedam, mortem mihi cõſciſcam. Sic cedere legibus, pro Milone, Siue Milo Clodij morte patriam liberare uoluiſſet, non dubitaturum fortem uirum, quin cum ſuo periculo ſalutem Reipub. attuliſſet, ce-

Satyr. 3.

Cedere uita.

Cedere legibus.

E deret æquo animo legibus,ſecum auferret gloriam ſempiternam: nobis hæc fruenda relinqueret,quæ ipſe ſeruaſſet. Cederet legibus,id eſt quanuis commendabili facinore edito, exilium tamen ſibi conſciſceret, ne leges uiolare uelle uideretur,ſi in urbe maneret. Cedere fortunæ, id eſt ſuccumbere. Cedere oneri uel etiam honori,ut apud Virgilium per datiuum dicta,aliam ſignificationem habẽt.Cedere Græcè ὑποχωρεῖν dicitur, ὑποφεύγειν, ὑφίσασθαι, ὑπείκειν, διδόναι, μεθίσασθαι, ſecundum uarios ſignificatus.

Cedere fortunæ, oneri, &c.

ὑποχωρεῖν.

Source : BIU Cujas

Ex.l.Publia.§.ultimo. F

Item coſtrophinati decem.) Sũt qui legant ciſtophori, quod nummi genus eſt apud Liuium lib.7.de bello Maced. quod non probo. nominatiuus enim ciſtophori,ad uerbum debetis,referri non poteſt. Hic locus igitur uix emendari poteſt,niſi inſpectis archetypis Florentinis. Sunt autẽ & alia nonnulla loca huiuſmodi, quæ non tam doctrinæ ſunt quàm fortunæ. ut quiſque enim aut in antiquiſſimum aliquod exemplar fortè inciderit, aut etiam maiore aliquo fato archetypos legerit,facilè hæc emendabit, ſi tamen locus ille incolumis extiterit:ſunt enim in iis multa loca,in quibus literæ uetuſtate exoleuerunt,ut animaduertiſſe mihi uideor cum eas inſpicerem. Ciſto- G

Epiſtola 1. phori Cicero ad Atticum libro undecimo meminit his uerbis,Ego in ciſtophoro in Aſia habeo ad ſeſtertiũm bis & uicies,huius pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere.Quod autẽ ſequitur, Ex ratione patris ueſtri decem,& quod excurrit: hunc ſenſum habet, decem aureos, & aliquot

Summa excurrens. denarios uel ſeſtertios.Summa enim excurrens Latinè dicitur,quam lingua uulgaris ruptam appellat:ut cum dicunt ſolidos fractos,id eſt briſatos. Au-

Cap.12. guſtinus lib.12. de Ciuitate, Quapropter quod nos modò quærimus poſt

**& quod amplius excurrit* quinque millia,* & quod excurrit annorum,poſſent & poſteri etiã poſt an-

Cap.20. norum ſexcẽties millies eadẽ curioſitate requirere. Idem libro decimoquin- H

to,Vt ergo iſtum numerum minorem credamus eſſe uerioré, de mille ſexcentis quinquaginta ſex annis ducenti quadraginta detrahuntur: nunquid credibile eſt, per mille quadringentos, & quod excurrit, annos, qui reſtant uſque ad diluuiũ,progeniẽ Cain à generationibus uacare potuiſſe?In priore exemplo excurrẽtem ſummam uocat minorem millenaria, id eſt ſexcentos plus minus annos,qui tum ultra quinque millia à conſtitutione mundi numerabantur,cum illum librum ſcriberet.Mortuus eſt enim Auguſtinus anno mundi ſupra quinquies milleſimum circiter ſexcenteſimo triceſimo. In poſteriore exemplo excurrens id appellat, quod ultra centenarium progre- I

ditur:id eſt ſedecim,ut cum dicimus centum quadraginta, aut quãcunque ſummam infra centum, quæ in ordinem centenarium incurrere nõ poteſt.

Excurrere. Excurrere enim id dicitur,quod ordinem aut modum,id eſt menſuram numerúmue egreditur. Cicero in Oratore perfecto, de numeris oratoriis loquens,Mutila,inquit, quædam ſentit auris, & quaſi decurtata: quibus,tanquam debito fraudetur,offenditur:productiora alia, & quaſi immoderatius excurrentia, quæ magis etiam aſpernantur aures. Excurrentia appellat uer-

Excurſio oratoria. ba quæ ultra rhythmum legitimũ adducuntur. Inde excurſio oratoria, quæ

Παρέκβασις. & excurſus dicitur,à Græcis παρέκβασις,cuius meminit Quintilianus in quar K

Quadrans ſumma. to,de Narratione loquens.Quadrans autem ſumma dicitur & ſolida,in qua

Verr.3. nihil excurrit.Cicero in Prætura urbana, Expenſa Chryſogono ſeruo ſeſter. ſexcẽta millia,accepta pupillo Malleolo retulit. Quo modo ex decies ſeſter. ſexcẽta ſint facta,quo modo D C eodẽ modo quadrarint (ut illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua ſeſter.ſexcenta facta)quo modo Chryſogono expenſa lata ſint,cur id nomen infimum in lituráque ſit, uos exiſtimabitis. Fraudem

Cicero

Source : BIU Cujas

A Cicero in rationibus Verris arguit ex eo,quòd accepti & expensi eadem erat quantitas,ita ut expensi pagina quadraret cum accepti. Quadrarint (inquit Pedianus)id est solida facta sint,ut neque plus quicquam,neque minus inueniatur in summa. Vbi enim ratio sine fraude est, difficile est sexcẽta quadrare & solidare,uel solida fieri in expenso & accepto, quin aut plus aut minus reperiatur. Hoc Græci ἀπαρτίζειν dicunt,quasi adæquare, & ex æquo implere, & ἀπαρτιλογία dicitur ἀπηρτισμένος καὶ τελείας ἀριθμός. id est summa quadrans & rotunda,cum summa alteram summam æquat. *ἀπαρτίζειν.* *ἀπαρτιλογία.*

Ex.l.Si quis mihi,Mandati.

B Pheristerium & hypocausta.) Sphæristerium legendum esse uno ac simplici uerbo, nemo hac ætate ignorat: quanquam Accursius solers etymologicus aliter existimauerit. Locum autem in balneis fuisse sphęristeriũ,exemplis apparebit, quãuis huius uerbi Vitruuius non meminerit. Trãquillus in Vespas. Valetudine prosperrima usus est:quãuis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces cæteráque membra sibimet ad numerũ in sphæristerio defricaret,inediámque unius diei per singulos menses interponeret. Plinius ad Apollinarem,Apodyterio,inquit,suppositũ est sphæristerium,quod plura genera exercitationis,pluréque circulos capit. Idem libro tertio, Vbi hora balinei nunciata est:(est autem hyeme nona, æstate octaua) in sole,si caret uento,ambulat nudus: deinde mouetur pila uehemẽter & diu. Nam hoc quoque genere exercitationis pugnat cum senectute. Lamprid.in Alexand. pro loco ad pilarem usum accõmodato accipere uidetur,his uerbis, Post lectionem operã palæstræ aut sphæristerio,aut cursui,aut luctaminibus mollioribus dabat. σφαιρίζω Græcè pila ludo significat, auctoribus Suda & Polluce. A quo Sphæristæ dicũtur,sphærularis ludi studiosi: & Sphæristici, eius ludi periti. Hypocaustum autem seu hypocausis(utroque enim uerbo idem significatur)locus est in balneis,quod succẽsum uel subustum Latinè interpretari possumus. Huius autem os præfurnium uocatur. Ab hoc hypocausto cellæ caldariæ & tepidariæ calorem teporémq; concipiebant, promiscuo usu ex eodem hypocausto ad uirilia muliebriáque caldaria tepidariáque,ut Vitruuius docet. Hypocausto superposita erant ahena tria, unum frigidarium,aliud tepidarium,& tertium caldarium, ita collocata, ut ex tepidario in caldarium quantum aquæ exiret,tantum ex frigidario in tepidarium influeret. Hypocaustis Gallia utitur,sed publicis plerisque & sui generis,id est non similibus antiquorum: Germania etiam priuatis passim,ut ferunt. *Sphæristeriũ.* *Cap.20.* *Lib 5.epi.6.* *Epistola 1.* *Sphæristæ.* *Sphæristici.* *Hypocaustũ.* *Præfurnium.* *Cellæ caldariæ,&c.* *Lib.5.ca.10.* *Ahena tria.*

Ex.l.tertia,Pro socio.

E Quæritur quæ sit iusta hæreditas? utrum quæ iure legitimo obuênit,an etiam ea quæ ex testamẽto.) Hæc dictio iustus, apud Iurisconsultos frequẽs, non satis(ut arbitror)intelligitur. Caius de arrogatione loquens, Is qui adoptat,inquit,rogatur,id est interrogatur, an uelit eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse. Iustum intelligo non uerum,ut aliqui censent,sed omnibus partibus(ut ita dicam) filiationis,ueri filij uicem obtinentem, naturalis & legitimi filij loco cedẽtem. In.l.In uniuersis, Qui dare tutores uel cu- *Iustus.* *L. Generalis. ff. de adoptionibus.*

Source : BIU Cujas

ratores poſſint, Cod. Minor ante impetratam ueniam ætatis non habet iu- F
ſtam perſonã litem inſtituendi. Iuſtam pro idonea & plena intelligo. Iuſtum
uadem (inquit Feſtus) idoneum ſponſorem uocabant: Sic iuſtum prælium.
Decad. 4. lib. 9 nõ ita procul ab initio. Liuius, Deinde eos qui in montibus erant, adortus, primò leuibus præliis fatigauit: poſtremò coactos in aciem deſcẽdere, iuſto prælio deuicit. Iuſto pro
pleno intelligo, id eſt quod uerè & propriè prælij nomine cenſeri poſſit. Sic
iuſtum exilium. Idem libro ſexto ſecundi bel. Punici, de Fuluio perduellio-
nis reo loquens, Priuſquam dies comitiorum aderat, Cn. Fuluius exulatum
Tarquinios abiit: id ei iuſtum exilium eſſe ſciuit plebs. id eſt plebs decreuit
ſpontaneum exilium Fuluio, plenum & uerum eſſe, aut pro pleno ac legi- G
timo exilio cedere, quod formale nunc appellãt. Simile eſt ac ſi dicamus fi-
deicommiſſarium non eſſe iuſtum hæredem, id eſt plenum, uel plane hære-
ἀκεβὶς. dem. Iuſtum enim eſt omnibus numeris plenum, quod Græci ἀκεβὲς dicũt.
Galenus identidem utitur ἀκεβὲς ἐρυσίπελας, id eſt iuſtum plenúmque eryſipe-
las, & huiuſmodi alia appellando libro 14. Therapeut. Iuſta magnitudo ho
minis dicitur, non tam mediocris, quàm plena & cõgrua: quæ ſcilicet minor
eſt enormi, nihilo tamẽ defecta. A Græcis ἱκτέμενον μέγεθος dicitur, quod Theo
dorus ex Theophraſto debitam magnitudinem tranſtulit. Dicitur & οἰκέ-
μενον. Idem Theophraſtus ἱκτέμενον καιρὸν, pro iuſto tempore dixit. Ariſtoteles H
in principio quarti Politicorum, de gymnaſtica loquens, πρὸ ἱκτεμένου ἕξιν, καὶ
Iuſta habitudo. πρὸ ἱκτεμένου ἐπιστήμην, pro iuſta habitudine, & pro iuſta ſcientia dixit. Hanc
autem iuſtam habitudinem Plautus athleticam appellat: hoc eſt plenã, dũ-
taxat in eo qui gymnaſticam exercet: alioqui illa habitudo plenior eſt iuſta,
ut Quintilianus ait, & nos alibi diximus. Sic iuſtam palęſtræ ſcientiam apud
Ariſtotelem intelligere oportet, omnibus numeris palæſtricis perfectã, qua-
lis olim erat in pentathlis, qui quinque certamina obibant. Leonardus exa-
ctam tranſtulit, ſed ſignificãtius iuſtam dicere potuit. Dicitur etiam iuſtum
ὕπαρχον. Græcè ὑπαρχον, & ad uerbũ δίκαιον. Columella lib. 2. Iuſta enim fieri nequeũt, I
Cap. 4. cum induruit ager. Id eſt plenæ operæ, & iornatæ integræ, ut uulgus loqui-
Lib. De arboribus, cap. 5. tur. Idem lib. 3. Iugerum uineæ quinque operis ablaqueatur, quinque fodi-
tur, tribus occatur. Iugerum ualentis & iam conſtitutæ uineę quatuor operis
putatur, ſex alligatur. Arbuſto nihil eiuſmodi poteſt aptè finiri: quoniã inæ-
qualitas arborum non patitur operis iuſta comprehẽdi. Sic in ſexto, Iuſta ci-
Cap. 8. bariorum conficere. Et in nono de apibus, Iuſtis operum peractis recipiunt
Cap. 9. ſe, nec remeant ad aquam. Plinius lib. 33. Miſcẽt æra falſæ monetæ, alij è pon-
dere ſubtrahunt, cum ſit iuſtum lxxxiiij è libris ſignari. Iuſtum ubique poſi-
tum eſt pro pleno: hoc eſt, nec redundanti nec defectuoſo. Tranquillus in K
Cap. 21. * plurifariàm Claudio: Gladiatoria munera * plurifaria ac multiplicia exhibuit. Anniuer-
ſarium in caſtris Prætorianis ſine uenatione apparatúque: iuſtum atque le-
gitimum in ſeptis. Ibidem extraordinarium & breue, dierúmq; paucorum.
Iuſtum & legitimum munus dixit, pro eo quod ex formula munerum da-
batur, id eſt, in quo nihil deerat prorſus nec rerum, nec dierũ, nec apparatus,
γιγνόμενον. γιγνόμενον id à Demoſthene dicitur, identidẽ & δίκαιον, ὃ & δικαίαν ὁδὸν γιγνομένην

Source : BIU Cujas

A χάριν παρ' ἡμῶν κομίσασθαι. id est iustam ac legitimam gratiam. Et γιγνόμενον τόκον, legitimam usuram uocant. Et γιγνόμενον ἀργύριον ἀπροδοῦναι, probos & legitimos nummos reddere, id est δόκιμον. Herodo. in 2. αἱ δὲ ἑκατὸν ὄργυιαι δίκαιαί, εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον, iustæ ulnæ uel orgyiæ. Iusti dies alia & noua quadam ratione dicti sunt (ut uidetur) in lege xij tab. his uerbis, Aeris confessis rebúsque iure iudicatis triginta dies iusti sunto: pòst deinde manus iniectio esto. De his Gellius lib. 20. cap. 1. ita inquit, Confessis igitur æris ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent: eósque dies Decemuiri iustos appellauerunt, uelut quoddam iustitium, id est iuris in- *Iusti dies.*

B ter eos quasi interstitionem quãdam & cessationẽ: quibus diebus nihil cum iis iure agi posset. Iustos igitur dies dicere possumus, qui de rigore (ut dicimus) dantur, & quibus pauciores dari non possunt. Iusti etiam dies dicebantur triginta dies cum exercitus esset imperatus, & uexillum in arce positum, ut auctor est Festus. Macrobius libro primo Satur. Præliares, inquit, dies ab iustis non separauerim. Siquidem iusti sunt triginta dies continui, quibus exercitui imperato uexillum rufi coloris in arce positum est. Præliares autẽ omnes, quibus fas est res repetere, uel hostẽ lacessere. Iustos dies hodie quadraginta dies dicere possumus, qui legitimis hæredibus dantur ad cõstituen- *Cap. 16.*

C dum ac deliberandũ an hæredes esse uelint, & si qui sunt eiusmodi dies quibus cum aliquo iustitium sit. quo uerbo (id est iustitio) significare possumus id genus rescripti principalis, quod statum uocamus, quasi litis sistendę gratiam, quæ militibus extra regnum merentibus ad aliquot menses indulgeri solet. Status enim à sistendo dicitur, ut status dies dicitur dies constitutus, quem nunc præfixũ uocant. Festus, Status, inquit, dies dicebatur iudicij causa constitutus. Iustitium autem iuris statio est, quasi inhibitio. quod uerbum olim licet publicam iuris cessationẽ significaret, quo tempore lege agi nõ poterat, nec tria uerba Prætori dicere licebat, Do, Dico, Addico: potest ta- *Iustitium.* *Status.* *Dies status.* *Iustitium.*

D men & priuam iuris cessationem moribus nostris significare. Antiqui indicere iustitium dicebant. Liuius lib. 10. ab Vrbe condita, His nunciis Senatus conterritus, iustitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iussit. Iustitium autem remitti dicebatur, cum pristinam facultatem tractandarum litium publicè restituebãt. Idem eodem libro, Itaque & supplicationes ob rem bene gestam Consulis nomine decernunt, iustitiũ * remittunt, quod fuerat dies decem & octo: supplicatióque perlæta fuit. Supplicationes erãt quas processiones dicimus. Cessum hodie tollere dicunt, pro sacrorum cessationem remittere. Indicere enim & remittere interdictum dici debet. Hoc *Indicere iustitium.* *Remittere iustitium.* ** remittitur* *Supplicationes.* *Remittere cessationem sacrorum.*

E autem fortasse sacristitium dici potest, ut interstitium & iustitium. Verumenimuero in proposito iusta hæreditas dicitur, id est uerè & planè hæreditas, quæ iure legitimo obuenit, id est cognationis nomine, ἡ κατ' ἀγχιστείαν κληρονομία. Hic enim titulus hæredis plenissimus est, & omnibus partibus iuris nixus. Hæres (inquit Festus) apud antiquos pro domino putabatur. Hærediũ, paruum prædium. Varro lib. primo de re Rust. Quãtum autem ad antiquos nostros ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo pri- *Sacristitium.* *Iusta hæreditas.* *Hæres.* *Hæredium.* *Cap. 10.*

Source : BIU Cujas

mùm diuisa dicebantur uiritim: quæ quòd hæredem sequerētur, hæredium F
Cap. 4. appellauerunt. Plinius libro undeuicesimo, In duodecim tabulis legum nostrarum nusquā nominatur uilla, semper in significatione ea hortus: in horti uerò hæredium. Columella in præfatione, Quintius Cincinnatus obsessi Consulis & exercitus liberator, ab aratro uocatus ad Dictaturam uenit: ac rursus fascibus depositis, quos festinantius uictor reddiderat, quàm sumpserat Imperator, ad eosdem iuuencos & quatuor iugerū auitum hærediolum rediit: id est, εἰς τὸ χωρίδιον τὸ πατρῷον. Hæres igitur propriè, id est, dominus bonorum defuncti dicitur, cui legitimo iure, id est cognationis id obuenit, quasi debitum sit id bonum, non aduētitium: unde hæredium dictum, quòd hu- G
iusmodi hæredem sequeretur. nos hodie proprium uocamus, quod illi hæ-
Verum. redium auitum uocabant. Quo modo autem iustum pro uero, ita & uerum
Antequā iret in exilium. pro iusto uicissim accipitur. Cicero ad equites Romanos, Nam neq; maius est defendere unum, quàm populum: neque uerius à singulis, quàm ab omnibus repetere officij præmium & fructum. Verius pro iustius & æquius dixit. Idem pro Muræna, Atenim agit mecum austerè & Stoicè Cato: negat uerum esse, allici beneuolentiam cibo: negat iudicium hominum in magistratibus mandandis corrumpi uoluptatibus oportere. Verum inquit, id est iustum, par & æquum. Et in Sallustium, Quem honorem ita gessit, ut nihil H
in eo non uenale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit: ita igitur egit, ut nihil non æquum atque uerum duxerit, quod ipsi facere collibuisset. Et pro domo sua, Sed quid ad te, qui negas esse uerum, quenquam ulli Reipub. extra ordinem præfici? Vbi perperam in plerisque libris pro uerum iuris legitur. Virgilius libro duodecimo. Aeneidos,

Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini.
Quæcunque est fortuna, mea est: me uerius unum
Pro uobis fœdus luere, & decernere ferro.

Horat. ad Mecœnatem lib. 1. Epist. 7. I

Metiri se quenque suo modulo, ac pede, uerum est.

Vtitur & Liuius & Iuriscōsulti interdum. Sic intelligitur fortasse illud Pro-
Veritas. uerbiorum xx. Misericordia & ueritas custodiunt regem. Veritas enim pro iustitia ponitur. Græcè tamen sic legitur, ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια φυλακὴ βασιλεῖ, Misericordia & ueritas custodia regi, ut ad uerbū de ueriloquio intelligamus. Cicero pro Deiotaro, Quæ mihi ad spem obtinendæ ueritatis grauissima sunt: ad motum animi, & ad omnem impetum dicendi, leuiora. Veritatem pro iustitia posuit: hoc est πρὸς τὴν ἐλπίδα τοῦ τυγχάνειν τῶν δικαίων. Iustum autem è
Δίκαιος. Græcis non pro uero, sed pro digno ponitur, ut δίκαιος ἐγκωμίων τυγχάνειν, ἀντὶ τοῦ K
paulò antè. ἄξιος. sic illud Ciceronis etiā intelligi potest. Sed quid ad te, qui negas uerum esse, quenquam reipublicæ extra ordinem præfici? id est dignum & par esse. Qui enim iusti sunt, hos dignum & par est, rerumpublicarum administrationi & honoribus præfici. Et uice uersa, qui digni sunt honoribus, eos quo-
Digressio in mores præsentes inuehens. que cæteris præferri iustum est. Sed plerūque aliter fieri moribus receptum est. Sic est enim ratio huius temporis comparata, quatenus ad ius distribu-

Ex lege tertia, Pro Socio. tiuum

Source : BIU Cujas

A tiuum attinet,ut in eo iure dicendo reddendóque,fortuna,id eſt cæca rerum humanarum arbitra, lõgè primas partes haud dubiè obtineat, utque in eius ſententiam plerique eorum qui in conſilium mittuntur, pedibus ire ſoleãt, atque in diuerſiſſimam partem ab dignitate tranſire. Ita fit ut ex dignitatis ſolitariæ ac deſtitutæ ſententia uix decima quæque res decernatur, quippe quæ in iis decretis pauciſſima puncta plerũque ferre ſoleat, in queis numerantur ſententiæ,non ponderantur. Adde quòd qui apud nos Principibus à memoria adſunt,quorum auribus & oculis & iudicio Principes omnia ferè credunt,ij(ut Aſpendius ille citharиſtes) plurima ſibi intus,id eſt in interiore

Aſpendius citharиſtes.

B illo ac ſanctiore conſilio canũt:ſtudiis enim ſuis ſæpius,aut etiam commodis,quàm reipublicæ conſulere credũtur. Huc accedit quòd quantũuis quidam innotuerint & claritate nominis & integritate famæ, haud unquã ferme ſola uirtutis commẽdatione apud aulam penitus inſinuantur. Principes enim noſtri acres interdum oculos habere dicuntur & acutos,aures plerunque hebetiores. Mitto quod nonnulli quaſi admiſſionis officio præfecti, ad aulicos aditus ſtationes agunt dracontea uigilãtia,ut nemo niſi amicus,aut ab eis excuſſus, atque etiam eorum pace,id eſt fide data auctoratus, penitus admittatur: ut mirum non ſit obnoxiè interdum geſtos magiſtratus à uiris

C etiam grauioribus. Proinde niſi ſuffragatorem aut paraueris, aut nactus ſis, qui uiam tibi ad aulam interiorem muniat, næ ille arduus magis acceſſus quàm dexter aſcenſus eſt literæ Pythagoricæ. Quare nõ cuiuſuis eſt Corinthum adire(ut dicitur) ſed quorum meritis fortuna ſubſcribens, ſuffragatores conciliauit.Iam uerò moribus aulicis conſtitutum eſſe uſitatúmque nouimus,ut ne abſentium nomina recipiantur in mandandis magiſtratibus. Atqui modeſtiores,aut ambitus ignari, petitores profiteri ſe non ſolent: excipio quoſdam beatos, quibus dormientibus omnia ſuperi conficiunt, aut etiam qui in crepundiis non in toga magni fiunt. Honores igitur aut ab iis

D teneri neceſſe eſt, qui opibus & neceſſitudinibus præualent, aut ab iis certè proſtitutæ frontis petitoribus,qui ambiendo,efflagitando, ſeſe uenditando, aulicos obtundere atque etiam enecare ſuſtinent.Sic enim aſſolet interdum, faciúntque homines cynomyia procaciores(ſic muſcam caninam uocant) ut quod impetrare non poſſunt, extorqueant:quod exorare aut emereri nequeunt,eblandiantur & extundant. Præſtat autem egregios uiros in ſeceſſu latere,aut in uita priuata conſeneſcere, quàm turpiter & obnoxiè in prætexta innoteſcere.Magnúmq; eſt ſolatium hoc modo præteritis, obſolentia uidere in hominibus indignis honorum inſignia. Maius & illud ex dicto Ca-

E tonis ſenioris, qui cum multas erectas ſtatuas ſpectaſſet eorum qui præclaras res geſſerant,Equidẽ,inquit,malo homines de me percontari,quámnam ob cauſam Catoni quoque ſtatua poſita non eſt. Auctor Plutarchus his uerbis, πρὸς ἐμὲ δέ, ἔφη, βούλομαι μᾶλλον ἐρωτᾶν οὐ ἀνθρώπους, διὰ τί ἀνδριὰς οὐ κεῖται Κάτωνος;

Catonis dictum.

Sunt & literarum auocamenta, quæ homines aula ac republica aut interdictos aut reiectos,ſumma cum tranquillitate ſecum ipſos(ut dicitur) uiuere, quaſique apud ſe eſſe hortantur: id quod iis non licet,qui uel in aula,uel in

Source : BIU Cujas

magiſtratibus uitam agunt,& plerunque uitam in aulæ comitatu. Quando F
enim ipſis ſecum loqui aut commentari ſecum licet? Vtcunque felices eos
eſſe cenſeo,quibus in huiuſmodi tempeſtate in portu nauigantibus,id eſt à
gubernaculis reipublicæ aut deiectis,aut inhibitis,ſpectare imperitorum te-
merariorúmque naufragia,ac ſecuris eſſe licet.Nec ideo tamẽ compreſſas(ut
aiunt)manus tenere libet,ſed (quod unum poſſunt) exaudibili uel uoce uel
ſtylo teſtari,publicam ſe uicem dolere:cæterùm meliorem fortunã uectori-
bus,mentem uerò optare æquiorem rectoribus. Quibuſdam etiam fortaſſe
Votũ Achil-leum. paulo uehementioris animi ſuaue nonnunquam fuit,Achillei(quod aiunt)
uoti compotes ſe uidere,quod uotum Furius Camillus Liuiano elogio no- G
bilis Imperator concepiſſe aut etiam nuncupaſſe dicitur, olim exilio indi-
gniſſimo ſolum uertere coactus,móxque urbe à Gallis capta,ſummo reipu-
blicæ tempore publico decreto honorificẽtiſſimè reuocatus, uelut unicum
acciſarum rerum Romanarum ſubſidium. Precatus eſt enim à diis immor-
Lib. 5. ab Vr-be. talibus(inquit Liuius)ut ſi innoxio ſibi ea iniuria fieret, primo quoque tem
pore deſiderium ſui ingratæ ciuitati facerent. quod idem Achilli antea bel-
lo Troiano contigerat:ut prouerbio Græco & Homeri carmine teſtatũ eſt.
Nunc tamen omnes ſperant fuiſſe hunc uerius quàm eſſe ſtatum reipubli-
cę.Affulſere enim haud ita multis mẽſibus aulica ex arce crebri ueluti ignes, H
prænuncij(ut ſperamus)iamiam aduentantis atque adeò ineuntis felicioris
ſeculi.Quæ ſi nos expectatio(quod ominari uereor)quoquo modo deſtitue-
rit,præciſa nimirum ſpes erit in poſterum rerum cõſtituendarum. Decreto-
ria certè utranque in partem hæc tempeſtas in multorum annorum condi-
tionem erit.Vſqueadeo multa paucis annis præſentiſſimo numine admini-
ſtrata cernere nobis licuit. Quippe (ut alia nunc mittam) alieniſſimo reipu-
blicæ tempore duorum principum noſtrorum altero ex confertiſſimis ho-
ſtibus diuina manu recepto,hoc deinde in aduerſa ualetudine conclamato,
móxque contra omnis æui medicorum placita incolumẽ ſeſe mirante, quæ I
duo aut oſtenta aut miracula inclinationem quandam temporum ſignifi-
caſſe mihi uidentur:proximis retrorſus principatibus, quantum ipſi uidiſſe
aut meminiſſe poſſumus, aut etiam audiſſe,ſumma uotorum fuit, ut ne ad
extremum afflictas res noſtras acciſasque adeò uideremus inertia publica,
atque etiam ne de focis aríſque dimicandum nobis eſſet. Tanta malorũ Ilias
(ut aiunt)impẽdêre nobis quaſi ſaxum Tantalo uidebatur. Huius principa-
tus ea eſt ratio (quo nequitia propè dixerim in frugalitatem uertit) ut niſi
ad tranquillitatem redditam,ad res noſtras ex afflictis excitatas,ex acciſis re-
dintegratas, ſartáſque & tectas ex ſemirutis redditas, cõſtitutæ etiam reipu- K
blicæ gloria acceſſerit,præſumptæ indiciis haud obſcuris magnæ cuiuſdam
ſpei,permultis mortalibus conſtare ratio non uideatur: ſicque tanquam de-
bito,aut certè promiſſo non contemnenda ex parte fraudari exiſtimentur.
Obliuiſcũtur enim homines qui dudum nihil niſi extremum quodque de-
precabantur,nunc ſe de lucro uiuere,ut dicitur.Ac niſi maxima quæque la-
bes reipub.abſtergeatur, niſi quicquid maximè dolet, percuretur, hoc ſtatu

Source : BIU Cujas

A rerum non acquiescent. Prægestit igitur animus noster uidere (id quod iam fieri cœpit) cum honores & magistratus ab iis hominibus gerentur, quibus non magistratus dati, sed crediti ac commissi uideri possint. Cum maiores magistratus iis demum uiris mandabuntur, qui in minoribus imperiis continentia & integritate famæ pignora multa magnáque dederint prudentiæ atque innocẽtiæ: quippe cum constet in hac nostra rep. huiusmodi cautione in primis opus esse, in qua cum perpetuos magistratus, tum uerò causæ dicendæ immunes esse receptum est. Lamachus dux quidam Græcorum increpitans ordinum ductori erratum quoddam bellicum, cum errorem il-
B le deprecans, non ultrà se admissurum id cõfirmaret: Perinde uero, inquit, quasi in bello iterum peccandi locus sit. Sic apud nos in magistratibus collocandis uix est emẽdabilis error. Peruelim autem in primis uidere cum ij homines iuri dicundo sedebunt, aut certè præsidebunt, qui nec de iustis orari se, nec de iniustis exorari sustineãt, quod uerbis Plutarchi nos alibi diximus, Μὴ δὲ ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μὴ δὲ ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι. Moribus enim bonis conuenit (ut opinor) ut qui honores publicos gerunt, meminerint se non magis singulorum ciuium magistros, quàm legum atque uniuersitatis ministros esse debere. Quarum legum omnes ideo serui sumus, ut liberi es-
C se possimus. Tum ciuitatis administros orari non oportere, aut etiam obsecrari libello, ea ut munera obeant, ea negocia suscipiant, quæ actus sui ipsi esse nouerunt. Nunc uero utilitatis causa paucorum receptum est, quæ quisque muneris sui esse nouit, ea ut beneficij sui faciat: quæ necessitatis esse leges iusserunt & constitutiones, ea ut arbitrij esse existimẽtur. Ex quo fit, ut si eas operas quas debent præstiterint, benignitati acceptæ referantur conniuentia publica. Atqui ingenui animi officium est, cum is nihil promereatur, gratiam quoque inire nullam uelle. Sed locus hic spinosus est fortasse, atque id periculum est, ne incautius incedens, aculeum quendam molestum
D seræ resipiscẽtiæ referam. Et melius uiderint eius ordinis ductores ad quem ea res pertinet, quid sui muneris sit, quóque modo omnia sibi officia cõstare posthac in rempublicã possint. Enimuero constituendæ reipublicæ summa in eo ferme uertitur, si iis hominibus primi imperij magistratus concedentur, qui publica uice commoueri soleant, quod rarissimum genus est: quíque citra aras tantùm (ut dicitur) obsequiosi esse didicerint. Multi enim dum gratiosi apud omnes ordines esse cupiunt, nihil pensi habere putantur quin per fas nefasque ab omnibus gratiam ineant, plerunque etiam falsam, quod illiberale magis est. Sed hoc nimirum est illud, Cum multi sint
E gradus honorum, natura autem comparatum sit, ut ambitiosissimus quisq; genesim se summam habere persuasum habeat: quidam aucupanda omniũ gratia, colligenda comitatis fama, auram quandam popularitatis excitaturos se sperant, qua uel ad summum honorum apicem aut tractim aut persultim per uarias rerum inclinationes attollãtur. Ita nulla propè cura uectorum, rectores clauum sibi non multitudini moderãtur, nec tam officij quàm commodi rationem habendam esse putant. Qui mores eousque inoleuerũt

De magistratibus.

Lamachus. Plutarchus in Regũ & Imperatorũ Apophthegmatis.

infelicitate prĕteritorum temporum,ut huiuſmodi popularitatis aucupatio F
prudentia ſumma uocitetur. Nota ſunt uocabula huiuſmodi artificij, diſſi-
Conniuentes. mulatores appellant, conniuentes & obaudientes in loco, aut etiam obſur-
Cunctatores. deſcentes:cunctatores, &(ut Pythagoricorum uerbo loquar) Echemythos,
Echemythi. quod ſignificat ſermonis homines parciſſimos : qui aures duas habere ſe,
unicam tantum linguã in cauſis(ſi diuis placet)publicis meminerint: quod
tamen ipſum ne ex philoſophiæ præceptis ac non philotimiæ potius mana-
re uideatur: Echemythos cum dicunt,non tacendorum tenaces, ſed dicen-
dorum palàm,& uerò uociferandorum intelligunt.En præclaram Echemy-
Echemythia thiam,multo certè Pythagorica utiliorem , duntaxat eorum rationibus.Sed G
ſit hæc prudentia,quandò ita magnis uiris uiſum eſt,modò hoc cõſtet apud
omnes,utiliore iſta quàm honeſtiore prudentia neruos omneis imperiorũ
ſucciſos eſſe,feruorem omnem charitatis publicæ priuatæque extinctum,o-
mnes ſpiritus magnitudinis animi fractos,omnia publica iura prodita,ma-
giſtratuum denique maieſtatem imminutam ac proſtitutam eſſe. Niſi uerò
exiſtimamus charitatem illam publicã (quem zelum appellamus) in huiuſ-
modi animis cum illa echemythia incuriæ filia uerſari inſideréque poſſe,
perinde quaſi ira cos non ſit fortitudinis (ut ſapientiſſimi uiri dixerunt)quæ
indignitate rerum in animis eorum hominum accẽditur, qui nihil huma- H
ni alienum à ſe putant,id eſt qui publicam omniúmque uicem non dolere,
cum opus eſt,non poſſunt.Verùm iſti cum omneis animi uires in ambitio-
nem effuderunt, cum recto & honeſto ſalutem multam dixerunt, cum o-
mneis rationes ad utile retulerunt:ſecundo flumine nauigandum eſſe dicti-
tant,atque etiam obſecundante uento,id eſt in partes fortunatorum ſubin-
de tranſeundum.O pietatem ſingularem, nec minus prudentia illa cõmen-
dabilem.Neque enim in tantam uecordiam prolapſuros ſe aiunt, ut Gigan-
Theomachi. tum exemplo Theomachiam meditentur.Theomachos autem antiqui ap-
pellarunt,qui etiam contra deos bellũ ſuſcepiſſe memorantur à poëtis, non I
ſine allegoria. Atqui apud nos dij uulgi ſermone dicũtur, qui immodicam
potentiam aut in rep.aut in aula maioribus fatis adepti, ſupra priuatum fa-
ſtigium ſe coli in ciuili inſolẽtia ſuſtinent.Nec uerò dij huiuſcemodi unius
tantùm ordinis ſunt: maiorum enim ſunt minorúmque gentium:minori-
bus hi hoſtiis,maioribus illi coluntur:utrique tamen diuinos primum ho-
nores ut omni memoria, ſic hac ætate adepti.neque enim ſunt deorum pro-
nepotes.Huiuſmodi igitur humanos Ioues(ut comico uerbo loquar) aucu-
pes quidam gratiæ,ambitione perditiſſimi, anthropolatriæ ritibus colendos
ſuſcipientes,omni ope placare,atque omnibus (quod dicitur)ungulis adni- K
tuntur,uel humano(ſi ita res ferat)ſanguine litare iis parati. Sanguinem nũc
appello non caput,ſed fortunas hominum. Viſi ſunt enim qui claris facino-
ribus improbitatis editis, tanquã pignora perpetuæ deuotionis dediſſe ma-
gnis diis illis exiſtimarentur. Ex quo tandem factum , ut dum deuotiſſimus
quiſque maximè placere numinibus ſuis cupit, reſp.ſtudiis huiuſmodi pri-
uatis fœdiſſime diſtraheretur, atque hos tamen pro tanta pietate (ut cernere

Source : BIU Cujas

A est etiam hodie, utilitatem uelis remísque (quod aiunt) consectantes, prosequitur surgens à puppi uentus eunteis. usqueadeo præsentissima numina coluisse eos constat. Contrà autem qui antiquissimam curam honestatis habent, hos omni uẽto fauoris destitutos, ad scopulos etiam offensionum impingere, in uadísque inopię & interdum egestatis adhæresce re uidemus. hoc uerò quid est aliud tandem quàm fortunæ triumphãtis, uirtutis triumphatæ atque tradactæ spectaculum edere bonis omnibus lamentabile? Eorum porrò honestiores, & qui famæ suæ cõsulunt, in occulto id faciunt. Quidam uerò uisi sunt tam apertè sese uenditantes, quasique Regibus suis (ut dicitur)
B palàm supparasitantes, nec sese nec magistratuũ insignia respicientes, ut plus exemplo quàm peccato noceret. Super omnes tamen pernicioſissimi omni æuo fuerũt pseudocatones quidam, qui uel Roscium illum histrionum de- *Pseudocatones.*
cus hypocrisi, id est arte mimica superant, quos tamen præcordia charitatis populus esse credit, ut quorum omnia dicta factáque multis simulationum inuolucris obtegantur. Sinuosissimos enim mentis recessus habentes, fronte insuper omnia animi sensa obtendunt, oculis & uultu quicquid commodũ
est ementiuntur, apud populum quidem, qui hebetioribus oculis introspicere per faciem uultuosam non potest, tectorióque histrionico omnia assi-
C mulantem. Hi sunt qui ex insidiis uulnificè feriunt, iaculis etiam uenenatis reipublicæ uitalia consauciantes. Horum nec ictus inopinati prouideri, nec uulnera cæca sanari possunt. Hi sunt denique qui ad prima subsellia nõ euadere, sed erepere, atque arduum quodque inceptum, non corona aut operibus expugnare, sed cuniculis artéque sinonia solent: uulpina pelle peruincẽtes, id quod Herculibus leonino tergore amictis etiam desperandum esset. Proinde magna operæ precia facere, mererique uidebuntur aures & oculi Principis, si ut iam fieri cœptum est (tametsi una aut altera hirundo uer nõ facit, ut dicitur) ab huiusmodi personatorum hominum imposturis cauerint,
D qui (ut est uicinia quædam uirtutum ac uitiorum) aut seueritatem supercilioſa fronte, aut charitatem immodica comitate, aut clementiam ambitioſa placabilitate, aut quoduis aliud præstantis animi ornamentum exquisito lenocinio ementiri didicerunt. Hactenus animi causa ineptire nobis licuerit, & planè ἀκαιρολογῆν.

Ex. l. Cum duobus. §. Si in coeunda, eodem tit.

Aut agrum pollicitatori damus.) Legendum puto, agrum colendum li- *Haloãder pol licitori. Antonius Augustinus, politori: idque ex Pandect. Florent.*
citatori damus, id est colono partiario plurimo omnium licitanti. Sic enim
fieri solet, ut hanc mẽdam ex compendio scribendi inoleuisse credam, dua-
E bus dictionibus in unã coagmentatis, hoc modo, agrum col. licitatori. Fuisse autem morem per notas scribendi in iure ciuili, satis ex Valerio Probo constat. Accursius autem facile deceptus est, propter uerbũ pollicitus est, quod præcedit. Pactum est (inquit Vlpianus) duorum consensus atque conuentio: *L. Pactum ff. De pollicitationibus.*
pollicitatio uerò offerẽtis solius promissum. quo modo accipitur per totum
titulum, De pollicitationibus. Plinius ad Traianum in libris integris, Huic *Lib. 10. epistola 39.*
theatro ex priuatorum pollicitationibus multa debentur, ut basilicæ circa,

Source : BIU Cujas

ut porticus ſupra caueã.De iis uerò quæ in contractibus promittuntur, pollicitationem dici,uel promiſſorem pollicitatorem uocari, nuſquam lectum eſt,licet polliceri uerbum ad omnia promiſcuum ſit.Adde quod cum dixerit,ueluti ſi pecus paſcendum,debuit ſubiungi agrum colendum.Nos tamẽ æſtimandum relinquimus,ne in re non comperta audacius iuſto periclitemur. Verùm ex eo quod ſequitur, Precium enim operæ artis eſt ualementum,uel uelamentum potius:ſenſus mea quidem ſententia elici uix poteſt, qui quidem congruus ſit elegantiæ Vlpianæ, niſi quis hunc ſenſum eſſe putarit,operæprecium enim artis eſt uelamẽtum, pro eo quod eſt magni æſtimandum eſt,& magni pendendum.Liuius in prefatione operis,Facturús ne operæprecium ſim,ſi à primordio urbis res populi Rom. perſcripſero, nec ſatis ſcio,nec ſi ſciam,dicere auſim. Operæpreciũ dixit pro re in primis cenſenda,& magni facienda. Idem alibi, Ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequicquam abſumpti:& quia uix operæprecium erat,abſceſſere.id eſt uix tãti fuiſſet urbs capta,ut tempus tãdiu tereretur.Et alibi,Fraus fidem in paruis ſibi præſtruit,ut cum operæprecium ſit, cum mercede magna fallat. id eſt, ut uulgò dicimus,cum res tanti ſit. quod etiam Latinè dici poteſt, cum tãti eſſe cœperit periclitari.Et rurſus, Quales igitur experiundo cognouerit, perinde eorum operęprecium faciat.id eſt tanti eorum operam atque induſtriam æſtimet.Idem, Tempus eſt opulenta uos ac ditia ſtipendia facere, & magna operæprecia mereri,id eſt magna præmia militiæ. Cicero pro Roſcio. Si nihil in iſta pugna Roſcij quod operæprecium eſſet, fecerant: quam ob cauſam à Chryſogono tantis præmiis donabantur? id eſt nihil quod ualeret, ut uulgus loquitur.In exemplis autem ſupradictis uarios in uſus hoc uerbum accipitur.A Græcis πρᾶγμα τι ποιῶν dicitur:id eſt τὸ σὲ πρὸ τιμήσει παντὸς ἄλλου ἔργου:id eſt quod omni operi,omni rei præuertendum eſt.Syneſius,ὅτι καλῶς ὅτι σὺ πρᾶγμα τι ποιήσειν εἰς τὸ φιλόπατρι, Quoniam operæprecium quoddam facturus tibi uideris ad patriæ charitatem pertinens.Ariſtoteles. ὡς οὐδὲν πρᾶγμα ὄντος:id eſt tanquam nullum ſit operæprecium,tanquam infructuoſum ſit. Dicitur autem operæprecium,& precium operæ,ut ueriſimile & ſimile ueri, & per tmeſin precium enim operæ,qua figura Cicero & Gellius frequenter utuntur. Velamentum autem ornamentum ſignificat & prætextum.Curtius libro ſexto, Nec aut commercio linguæ, aut ſupplicum uelamentis inhiberi crudelitas poteſt:de ſacerdotum infulis & inſignibus loquens. Tacitus,Mox uelamenta & infulas pro muris oſtentant.Liuius bel.Macedon.lib.7.Oratores ad Romanos cum infulis,& uelamentis miſerunt,id eſt, σὺν ταῖς ἱκετηρίαις, καὶ στέμμασιν ἱκετικοῖς. Velamenta dixit geſtamina ſacra, quibus obuiam euntes uicti uictorum acerbitatem mitigare ſolent urbibus expugnatis. Iuuenalis, Clari uelamen honoris Sufficiunt tunicæ ſummis Aedilibus albæ. Quòd ſi legas ualementum,ut ſit, Precium enim operæ & artis eſt ualementum: hoc eſt ἀντάξιος γὰρ ἡ τιμὴ τῆ ἐργασίας καὶ τῆ τέχνης, occurrit non eſſe dictionem Latinam ualemẽtum,nec Vlpiano conuenientem.Proinde neutra lectio (ut exiſtimo) omne feret punctum : ſed Accurſius nos admonuit hunc locum ci-

F

G

H

I

K

Operæprecium. Decad.4.li.1. *Decad.3.li.8.* *Decad.3.li.7* *Decad.3.li.1. in oratione Annibalis ad milites.* *Velamẽtum.* *Lib.19.* *Decad.4.* *Satyr.3.*

Source : BIU Cujas

A tra præuaricationis crimen præteriri ſilentio non poſſe,qui multum in eo æ-
ſtuaſſe uidetur poſt Azonem.

Ex.l.Si fratres.§.Item ſi in communem,eodem titulo.

Si uicini ſemipedes inter ſe cõtulerint, ut ibi congratitium parietem in- *Cratitiũ Haloander.*
ter ſe ædificarent.) Congratitius paries quid ſit, ne ipſe quidem Papinianus
huius legis auctor unquam nouit.Cõcratitium autem unius literæ immu- *Concratitius.*
tatione legendum eſſe, ex Vitruuio apparebit. Vt enim ille refert, cum iam
aucto mirum in modum Romano populo,neceſſe eſſe cœpiſſet in cœnacu-
lis habitari.(Nam antea cum per urbis laxitatem licebat, unius tantùm con-
B tignationis erant ædificia) ad altitudines ædificiorum deuentum eſt, & ædiũ
frequentiam. Huiuſmodi ædificiis cum lateritij parietes accommodati non
eſſent,ad alterius generis ſtructuras neceſſariò tranſitum,id eſt lapideas, cæ-
mentitias,teſtaceas:tandémque inopia rerum,anguſtiáque cogente,ad cra-
titias deuentum eſt.Verba autem eius ex ſecũdo Architecturæ libro adſcri- *Cap. 8.*
pſimus, Leges, inquit, publicæ non patiuntur maiores craſſitudines quàm
ſeſquipedales conſtitui loco communi. Cæteri autem parietes, ne ſpatia an-
guſtiora fierent,eadem craſſitudine collocantur.Lateritij uerò,niſi diplinthij
aut triplinthij fuerint,ſeſquipedali craſſitudine, nõ poſſunt plus quàm unã
C ſuſtinere contignationem. In ea autem maieſtate urbis, & ciuium infinita
frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare.Ergo cum reci-
pere non poſſet area plana tantam multitudinem ad habitandum in urbe,ad
auxilium altitudinis ædificiorum res ipſa coëgit deuenire. Itaque pilis lapi-
deis,ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ, conti-
gnationibus crebris coaxatæ,cœnaculorum ad ſummas utilitates perficiunt
deſpectationes.Et paulò pòſt, Cratitij uerò parietes uelim quidem ne inuen-
ti eſſent:quantum enim celeritate & loci laxamento proſunt, tãto maiori &
communi ſunt calamitati,quòd ad incendia(uti faces)ſunt parati.Itaque ſa-
D tius eſſe uidetur, impenſa teſtaceorum in ſumptu, quàm compendio crati-
tiorum eſſe in periculo.Etiam qui ſunt in tectoriis operibus,rimas in iis fa-
ciunt arrectariorum & tranſuerſariorum diſpoſitione. Et rurſus in ſeptimo, *Cap.3.*
Sinautem in cratitiis tectoria erunt facienda, quibus neceſſe eſt etiam in ar-
rectariis & tranſuerſariis rimas fieri,id ut non fiat,hæc erit ratio. Concrati- *Concratitius paries.*
tius igitur paries in propoſito,paries eſt cratitius inter duos communis. Ve-
rumenimuero, ut uerba Vitruuiana intelligantur, quæ à multis fortaſſe nõ
percipiuntur, aliquid ad explicationem eorum uerborum addendum eſt:
utique poſtea quàm nos ita huius operis rationem inſtituiſſe non ſemel te-
E ſtati ſumus,ut quæcunque aut res,aut uerba ab antiquitate repetenda in or-
dinem dicendorum incurrerent, ea ut omnia pro ingenij aut memoriæ fa-
cultatula attingeremus, ac ſiqua præterea in ipſo ſcribendi feruore ſuccur-
rerent,quæ ad ea pertinere uiderentur.non enim uetuſtatis promptuarium
memoriam noſtram exiſtimari uolumus. In quibus tamẽ ſæpenumero ſty-
lum inhibere ſoleo,ueritus ne ſcribendi libidini nimium indulgere uidear,
aut quaſi ieiunam materiam nactus ſim,extra rem quam nunc agimus, ab-

Source : BIU Cujas

ſurda ſcribendi diuerticula quærere. Verùm interdum rerum quædam tur- F
ba, aut dici aut perſtringi ſe debere admonentium, ex portu me quaſi quidã
æſtus in altum (ut dicitur) refert. Ibíque me reputantem quàm multa à mul-
tis cognitu digna, pleraque non admodum abſtruſa ignorentur, libido quę-
dam inceſſit uel ea perſequendi quæ ſtomachum mouere fortaſſe faſtidio-
ſis poterũt. Sed quid facerem? publica uice moueor, pudet me noſtræ ſortis,
apud quos ſolos lingua Latina exoleuit. Ille igitur affectus, quem zelum uul-
gò dicimus, qui publicam uicem dolere æquè ac priuatam officioſum ho-
minem cogit, ſinus interdum noſtros implens, per altum uelificari nos per-
pulit. In quo tamen deliciis noſtrorum ſeruiuiſſe mihi uideor. Noui enim G
noui tandem quorundam eorum ſtomachum uſque eò delicatum, ut niſi
repetantur omnia ſæpius, & multipliciter retractentur, quaſique ſubigãtur,
ut manſos (ut dicitur) cibos & colliquefactos, tanquam infantibus in oſculũ
ingeras, concoquere uix poſſint, ac mox etiam reiiciant. Huiuſmodi delicias
hominum libellis quibuſdam è Græco uerſis expertus ſum. In eis enim σκο-
πτινὸς alter uiſus ſum, neque quicquã profuit legem operis excuſare apud eos
homines, qui omnia una (ut aiunt) pertica metiuntur, quo minus ob libellũ
unum unus & alter criticulorum cenſoria nota ex numero me ſcriptorum
in perpetuum expungerent, qui nec Plinio ipſi, nec Quintiliano, nec Taci- H
to, nec reliquis eiuſdem ætatis parcerent, ſi hac ætate ſcripſiſſent. Eorũ nunc
ſeueritatem reueritus, auctore Ariſtophane uſus ſum, Indoctius dicere inſti-
tui, ut apertius atque explanatius dicerem: quod ille ita Græcè faciẽdum ad-
monuit, ἀμαθέστερον φράσαι καὶ σαφέστερον. Faciendũ igitur mihi putaui, ut quoad
eius fieri poſſet, ad intelligẽtiam omnium deſcenderem, niſi fortè ſicubi per
Lateritij parietes. rerum maieſtatem hoc mihi non licuit. Lateritij igitur parietes Vitruuio
dicuntur, qui ex crudo latere fiebãt, cuiuſmodi parietum ruinas Romæ du-
Later & teſta. dum uidimus ſilicis duritia. Lateres autem ex terra albida fiebant & creto-
ſa, ſiue etiam rubrica, aut maſculo ſabulone, diúque eos ſicceſcere ſinebant, I
Lib. 2. cap. 3. ut docet Vitruuius: Itaque utiliores erunt (ut inquit) ſi ante bienniũ fuerint
Teſtaceus. ducti: nam antè non poſſunt penitus ſicceſcere. Teſtacea autem ſtructura
Laterculus coctilis. ex latere cocto fit: quem Curtius laterculum coctilem appellat, quali hodie
Gallia etiam utitur ad caminos & fumi emiſſaria, & farcturas ædificiorum
Lib. 5. de muris Babyloniis uerba faciẽs. inter pilas lapideas, & inter eas eductiones aut lapideas aut materiarias, quæ
oſſa ædificiorum ab architectis appellantur. Diplinthij & triplinthij pariе-
Diplinthij parietes. tes dicuntur à duplici & triplici ordine laterũ, qui Græcè plinthi uocantur.
Cæmenta. Cæmenta ſunt, quæ à lapide quadrato cæſoque differunt, ut alibi diximus.
Cap. 8. Vitruuius libro ſecundo, Incerta uerò cęmenta alia ſuper alia ſedẽtia, inter K
ſe imbricata, nõ ſpecioſam, ſed firmiorem quàm reticulata, præſtant ſtructu-
Imbricatum. ram. Imbricata appellat inter ſe hærẽtia imbricum modo. Sunt autem im-
Imbrices. brices tegulæ conuolutæ, quales Lugduni uiſuntur. Liuius, Cæmenta non
Decad. 3. l. 1. calce durata erant, ſed interlita luto. Accurſius aliter cenſuit in lege, Qui do-
mum, infrà, Locati. His parietes uillatici fiunt, & ea ſtructura quę incerta uo-
Farcturæ. catur, & uenuſtate caret. Fiunt & iis farcturæ, quibus aut interſtitia pilarũ,

Source : BIU Cujas

A aut caua operum implentur. Vitruuius, Sed noſtri celeritati ſtudentes,erecta coria locantes,frontibus ſeruiunt,& in medio farciunt farctis ſeparatim cum materia cæmentis.Itaq; tres ſuſcitantur in ea ſtructura cruſtę,duæ frontium,& una media farcturæ. Græci non ita,ſed plana collocantes, & longitudines coriorum alternis coagmentis in craſſitudinem inſtruentes, nō media farciunt,ſed è ſuis frontatis perpetuum,& in unam craſſitudinem parietem conſolidant. Præterea interponunt ſingulos perpetua craſſitudine utraque parte frontatos, quos diatoros appellant, qui maxime religando confirmant parietum ſoliditatem.Hactenus Vitruuius. Coria ſunt in architectu- *Lib.2.cap.8.* *Coria.*

B ra ſinguli ductus ſtructuræ,qui uno tenore ducũtur,aut in altitudinem, aut in craſſitudinem, aſſidentias noſtri artifices uocant, id eſt aſſietas, Lapides utraque parte frontati,ſunt qui utraque parte parietis faciem certam oſtendunt,ex quibus fiunt quæ uulgò catenæ & crura dicũtur,quibus totius operis firmitas conſtat:quæ eam rationem in ædificio habent,quam oſſa in homine. Græcè Diatori dicuntur, quaſi perpetua ſoliditate utrinque extantes: uel,ut in quibuſdã exemplaribus legitur,diatoni, id eſt ab una parietis parte ad aliam pertinentes,pertendentéſque. Artifices ob hoc perpennas appellãt, qua perpetuo lapide conſtãtes,id eſt ſolido. Contignationes uulgò eſtagia *Frontati lapides.* *Contignatio.*

C dicuntur:quarum ſupremæ aut etiam ſuperiores,cœnacula dicuntur. Σπήγαι Græcè uocantur:unde τρίστεγον in Actis apoſtolorum pro tertiæ contignationis cœnaculo. Et πύργος δεκάστεγος apud Strabonem, pro turri decem contignationum. Plana autem area dicitur, quæ plano pede inſtituitur,& ad planã terram, ut lingua noſtra dicam. Quæ ſic dicitur ad differentiam hypogeorum, contignationum, concamerationum,palationum. Hypogeorum appellatio complectitur cellas uinarias,carnarias,olearias,penuarias, prõptuarias. Concamerationes ſunt, quæ arcuato opere conſtant. Vitruuius libro ſexto, Aedificia quæ plano pede inſtituuntur, ſi fundamenta eorũ facta fue- *Tríſtegon.* *Plana area.* *Hypogea.* *Concamerationes.* *Cap ult.*

D rint,ita ut in prioribus libris de muro & theatris à nobis eſt expoſitum, ad uetuſtatem ea erunt ſine dubitatione firma: Sin autem hypogea concamerationéſque inſtituentur, fundationes eorum fieri debent craſſiores, quàm quæ in ſuperioribus ædificiis ſtructuræ ſunt futuræ. Palatio id fundamenti genus eſt,quod in aquis,aut in uliginoſis,aut congeſtitiis locis fieri uidemus,à palis qui in terram depanguntur,dictum uocabulum.Idem libro ſecundo de alno loquens,Itaque quia non nimis habet in corpore humoris,in paluſtribus locis infra fundamenta ædificiorum palationibus crebrè fixa,recipiens in ſe quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis

E ad æternitatem,& ſuſtinet immania pondera ſtructuræ. quæ uerba mẽdosè uulgò leguntur.Palatio quæ uulgò pilotium dicitur,fiſtucatio etiam appellatur,à fiſtuca machina uulgò nota, qua etiam pauitores utuntur, utrinque anſata.hac enim pali magna ui in terram adigũtur.Eſt & alia fiſtuca magnæ molis,qua trabalis materies in terram pangitur,aut in alueum fluminis,quę funibus tollitur,& pondere ſuo remiſſa alliditur,cuiuſmodi Pariſiis ſæpe uiſitur.De hoc genere intelligendum illud Cæſaris in quarto de bel. Gal. Hæc *Palatio.* *Cap.9.* *Fiſtucatio.* *Fiſtuca.*

Source : BIU Cujas

cum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucísque adegerat. De F
Cap. 1. secundo illud Vitruuianum in septimo, Si plano pede erit ruderandũ, quæratur solum si sit perpetuò solidum, & ita exæquetur, & inducatur cum statumine rudus: Sin autem omnis aut ex parte congestitius locus fuerit, fistu-
Cap. 25. cationibus cum magna cura solidetur. Vtitur & Plinius libro tricesimosex-
Festuca. to. Quidam festucam & festucare legunt per e. Leo Albertus, qui de ædifica-
Coaxatio. toria scripsit, non fistucam, sed figisticam legit apud Cæsarem. Coaxatio autem opus est axibus constans. Axes enim transuersis tignis impositi cõtignationum sola fulciunt. ex eo autem opere intertignia constant, quod genus apud nos non est usitatum, sed alibi fortasse dicetur. Verùm huiusmodi pa- G
Intergerinus paries. ries quem Papinianus concratitium appellat, Latinè propriè intergerinus appellatur, qui à uicinis cõstructus ueluti intergerit, id est communiter gerendo est. Vulgus medianum appellat, cum medianus Latinè aliter accipia-
Cap. 14. in fine. tur, ut antea diximus. Plinius libro tricesimoquinto, de ædificiis Græcorum lateritiis loquens, Romæ, inquit, non fiunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus quàm unam contignationem tolerat: cautúmque est ne cõmunis crassior fiat, nec intergerinorum ratio patitur. Festus, Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines struuntur, & quasi intergerunt. Cratitius
Arrectarij & transuersarij. uerò dicitur ab asseribus, qui arrecti transuersíque in modũ cratis texuntur, H
quos Vitruuius arrectarios transuersariósque appellat.

Ex. l. Actione. §. Morte, eodem titulo.

Item dolus & culpa in eo quod ex antegesto pẽdet, tam ab hærede quàm hæredi præstandum est.) Si pręstandum legas, dolum & culpam quoque necesse est ut legas, constructione Græca. Virgilius lib. 11. Aeneid. Alia arma La-
Decad. 4. lib. 7. tini Quærenda, aut pacem Troiano ab rege petẽdum est. Liuius, Itaque bellum cum haud dubiis hostibus gerendum, perdomandúmque feroces animos esse. Cicero ad Atticum lib. 14. Iterandum eadem ista mihi, δεύτερον ταῦτα ποιητέον. Quod Seruius adnotauit. Si dolus & culpa legatur, præstanda sunt I
Deca. 4. li. 1. legendũ erit, schemate tam Latinis quàm Græcis usitato. Liuius, Magna res
Deca. 4. li. 5. in principio statim belli, Chalcis & Euripus adempta Regi forẽt. Idem, Formiis portam, murúmque de cœlo tacta nunciabatur.

Ex. l. prima, De contrahenda emptione.

Sabinus Homero teste utitur.) Locus est ex septimo Iliados circa finem.

Νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέσταβαν οἶνον ἄγουσαι,
Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν, K
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

Affuit ex Lemno ratibus tunc copia uini,
Cæsarie insignes redimunt hinc uina Pelasgi:
Pars dedit æs nitidum, ferrum pars altera: bubus
Tergora diripiens hic protulit, ille agit ipsos
Ad naues tauros, hic bello corpora capta.

Plinius

A Plinius libro tricesimotertio. Vtinam posset è uita in totum abdicari Aurũ, sacra fames,ut celeberrimi auctores dixere, prosciſſum conuiciis ab optimis quibusque,& ad perniciem uitæ repertum. Quãtum feliciore æuo cum res ipsæ permutabãtur inter se, sicut Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit.Ita enim,ut opinor,commercia uictus gratia inuenta. Alios coriis boum,alios ferro, captiuisque rebus emptitasse tradit. Quanquam & ipse miratus aurum,æstimationes rerum ita fecit, ut cẽtum boum arma aurea permutasse Glaucũ diceret cum Diomedis armis nouem boum. Ex qua consuetudine mulcta legum antiquarum pecore constat,etiam Romæ.Ha- *Cap 1.*
B ctenus Plinius. Locus autem cantatissimæ illius permutationis, cuius meminit Plinius,apud Homerum legitur libro sexto Iliados his uerbis,

Ἔνθ' αὖτε γλαύκῳ κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
ὃς πρὸς τυδείδην διομήδεα τεύχε' ἄμειβε
χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Iuppiter eripuit mirè hic præcordia Glauco,
Qui cum Tydide demens crepitantia mutat
Arma,subæratis auro uisenda coruſco.

Est autẽ huiusmodi historia,Diomedes Græcus, & Glaucus Troianus cum
C in medio pugnæ feruore inter se obuiam facti essent, uterque magna sui fiducia fretus,in eóque iam essent,ut manu cõserturi uiderentur, inuicem(ut fit)sciscitãtes alter alterius genus & patriam, amicitiam tandem hospitiúmque auitum agnouerunt:quo facto cum pugnare nollent,atque ideo diuersi abire cœpissent,ibi Diomedes Glaucum ita alloqui cœpit,

τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν, ὄφρα καὶ ὧδε
γνῶσιν ὅτι ξεῖνοι πατρώιοι εὐχόμεθ' εἶναι.

Heus tu(inquit)quin arma inuicem commutamus,ut omnibus his innotescat paternum auitúmq; hospitium nobiscum intercedere? Quo dicto con
D festim ex equis desilientibus illis, & mutuis complexibus accepta datáque fide,in tantam amentiam Glaucus Ioue mentem eripiente prolapsus est, ut arma aurea ac centum bobus æstimata, æreis armis nouémque bobus æstimatis continuo commutaret. Huius autem permutationis meminit Iustinianus in procœmio Pandectarum his uerbis, Quia uestris temporibus talis legum inuenta est permutatio,qualem apud Homerum patrem omnis uirtutis,Glaucus & Diomedes inter se faciunt,dissimilia permutantes, *Permutatio Diomedis & Glauci.*

χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Id est,aurea æreis: centenaria nouenariis.sic enim Græcè in Pandectis archeE typis legitur.Quo in loco operæprecium est legere Accursij hominis diuinaculi fanaticum deliramẽtum, cuius inscitia locus ille pulcherrimus iam diu obsoleuit. Gellius libro secundo de Græcarum & Latinarum comœdiarum comparatione loquens,Sedenim(inquit)postquam in manus Menander uenit,à principio statim(dij boni)quantum stupere atque frigere,quantúmque* mutare à Menandro Cæcilius uisus est? Diomedis hercle arma & Glauci non dispari magis precio æstimata sunt. Ad hoc alludens Cicero ad *Cap.23.* **nutare*

Source : BIU Cujas

Epiſtola 1. Atticum libro ſexto ita inquit,Habes ad omnia,non ut poſtulaſti χύσια χαλ- F
κέων, ſed paria paribus reſpondimus. Pomponius enim Atticus, ut coniicere
licet,ſcripſerat his uerbis aut huiuſmodi Ciceroni, Vide ut pro epiſtola iſta
quam ad te ſcripſi,non magnopere commemoranda,aliam ſcribas mihi,ſed
tam bonam,tam uenuſtã,ut uidear ego æreas literas aureis permutaſſe. Pro-
pterea Cicero reſpondet,ad omnia ſe ita reſpondiſſe,ut paria cum Attico fe-
ciſſe ſe putaret,non meliora ſcripſiſſe. Plutarchus in Theſeo, Nummũ præ-
terea ſtatuit,bouémque in eo incîdit, uel ob Marathonium taurum, uel ob
Minois ducẽ, uel quòd ad agriculturã ciues prouocare uellet. Ab eo(inquit)
nummo dicitur hecatombœon, quod eſt centum boum,& decabœon decẽ G
boum nomen traxiſſe. Pollux etiam libro nono auctor eſt bouẽ genus nũ-
mi fuiſſe Athenienſibus,à bouis forma ſic dictum,quæ in eo ſculpta erat,ex
Lib.3. De emptione & uẽditione. quo Homerum hecatombœon enneabœónque dixiſſe. Quod igitur in In-
ſtitutionibus Iuſtiniani eodem in titulo dicitur, Pròculum aliis Homericis
uerſibus nixum,opinionis eius auctorem fuiſſe,quæ uenditionem à permu-
tatione diſtingueret,de iis uerſibus intelligi puto,cuius hic extremus,Chry
Bos. ſea chalceiis,hecatombœa enneabœis. Bos enim,quod uerbum eſt Græcum,
Prouerbium. nummum aliquando ſignificat,unde prouerbium natum, βῶς ἐπὶ γλώσσης, id
eſt,bos ſuper linguam: quod de iis dicebatur,auctore Suda,qui loqui liberè H
non audebant,mulctæ metu deterriti, quam luere eos oportebat, qui paulo
licentius loquerentur. Apud Pollucem legitur βῶς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν, id eſt bos
linguæ inſidet,de iis(inquit)dictum, qui precio ſilẽtium uenale habuiſſent.
Eôdem pertinet illud,quod in Demoſthenem Athenis exclamatum eſt De-
moſthenes enim pecunia à Mileſiis corruptus,cum poſtridie à concione fla-
gitaretur ut in eos orationem haberet, excuſauit ſynanchen, cum in cõcio-
nem obuoluta ceruice prodiiſſet. Vnus autem ex turba ſuſpicatus id quod
erat,exclamauit nõ ſynanchen eum pati,ſed argyranchen,quaſi dicas argen-
tanginam:quibus uerbis ſignificauit ſilentium Demoſthenis pecunia à Mi I
Synanche. Medicinæ uocabula repoſita. leſiis redemptum. Synanche Latinè angina dicitur: morbus eſt fauces præ-
cludens ac ſtrangulans,unde nomen utraque lingua accepit. Ab ignaris me-
dicis non ſynancha,ſed ſquinantia dicitur, ſimili errore atque epilenſia pro
epilepſia,& ſciatica pro iſchiade,uel iſchiaco dolore,qui & iſchiadicus dici-
tur,& ſcotonia pro ſcotomate,id eſt uertigine,& huiuſmodi alia permulta,
quæ iam tamen apud nos niſi ab ignariſſimis non ignorantur, propter lin-
guæ Græcæ cognitionem,quam artis profeſſores apud nos aſſecuti ſunt. Ve-
rùm quod in principio huius legis dicitur,Eáq; materia forma publica per-
Haloã. quãtitate. cuſſa, uſum dominiúmque non tam ex ſubſtantia præbet, quàm ex quali- K
Cap.5. tate: hoc quo modo intelligi debeat, ex Ariſtotele apparebit libro quinto
Ethicorum. De iure enim commerciario loquens, quod ipſe allacticon ap-
pellat, in hanc propemodum ſententiam inquit, Enimuero omnia quæ in
commercium cadunt, comparabilia quodammodo eſſe oportet. quam ob
cauſam nomiſma in uſum uenit,fitque quodammodo mediũ: omnia enim
metitur,& exuperantiam & defectum: ut(uerbi gratia) quot tandem calcei

Source : BIU Cujas

A æquare aut domum aut cibaria possint. Proinde ut est structor ad sutorem, totidem calcei sunt ad domum, aut ad cibaria. Alioquin nec commercium, nec communio erit. Commercium porrò non erit, nisi æqua quadantenus hæc sint. Vnum itaque esse oportet, quo hæc omnia metiri possimus. Id autem est reapse quidem indigentia, quæ continet omnia. Quippe si nulla re homines indigeant, aut si non eodem modo, aut iam commercium nõ erit, aut certè non idem. Idcirco ueluti succidaneum quiddam pro indigentia subiit hominum instituto, numus, indéque nomen habet, à nomo id est lege dictus. lege siquidem nõ natura numus est: ideóque in nobis situm est, an *Numus.*
B mutare numum, an abrogare uelimus. Διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι ὧν ἐστὶν ἀλλαγὴ, ἐφ' ᾧ τὸ νόμισμα ἐλήλυθε, καὶ γίνεταί πως μέσον. πάντα δὲ μετρεῖ. Et paulo inferius, Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶ τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία, ἣ πάντα συνέχει. εἰ γὰρ μηδὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ, ἢ οὐχ ἡ αὐτή. οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας, τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ συνθήκην, καὶ διὰ τοῦτο τοὔνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστί. Hic locus poscere uidetur omnino, ut uideamus quantum ualeat auctoritas poëtica. Accursius igitur in eodem Institutionum loco: Nota argumentum (inquit) quòd auctoritates philosophorum & poëtarum sunt in causis allegandæ, quanquam interdum redarguantur, ut hîc. Hoc dictum Accursianum, quod ad *Auctoritas poëtica quãtum ualeat.*
C poëtas attinet, falsum uidetur. non enim redarguitur illic dictum Homeri, sed Iurisconsulti unius dictum alia Homeri auctoritate reprehenditur. Sed hoc mox uidero. Quod uerò ad philosophos pertinet, etiam inscitissimum: siquidem iuris scientia, ut alibi diximus, pars est ciuilis scientiæ, quæ rursus ipsa pars est moralis scientiæ. Porrò moralis scientia, tertia pars est philosophiæ, etiam cum philosophia angustissimis finibus circunscribitur. Latius enim patet philosophia, cum pedissequis suis comitata orbem illum doctrinarum complectitur, qui encyclopædia dicitur, ut alibi uidimus. Sed hoc Accursio inauditum, qui nullam partem philosophię præter hanc iuris atti- *Philosophia.* *Encyclopædia.*
D git. Nunc ad poëtas ueniendum. Quintilianus igitur libro 12. In primis uerò (inquit) abundare debet orator exemplorũ copia, tum ueterum, tum etiam nouorum: adeò ut non ea modò quæ conscripta sunt historiis, aut sermonibus, uelut per manus tradita, quæque quotidie aguntur, debeat nosse: uerùm ne ea quidem, quæ sunt à clarioribus poëtis ficta, negligere. Nam illa quidẽ priora, aut testimoniorum, aut etiam iudicatorum obtinẽt locum. Sed hæc quoque aut uetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis præceptorũ loco ficta creduntur. Sciat ergo quàm plurima. Vnde etiam senibus auctoritas maior est, quòd plura nosse & uidisse credũtur: quod Homerus frequẽ- *Cap. 4.*
E tissimè testatur. Idem libro quinto, de auctoritate loquens, Nam illa septem præcepta sapientum, nónne quasdam uitæ leges existimamus? Si causam ueneficij dicat adultera, nõ Marci Catonis iudicio damnata uideatur, qui nullam adulteram nõ eandem esse ueneficam dixit? Iam sentẽtiis quidẽ poëtarum non orationes modò sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum: qui quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen auctoritatẽ à plurimis uersibus non fastidierunt. Neque est ignobile exem- *Cap. 11.*

Source : BIU Cujas

plum,Megareos ab Athenienſibus, cum de Salamine contenderent, uictos F
Homeri auctoritas. Homeri uerſu, qui tamen ipſe non in omni editione reperitur, ſignificans Aiacem naues ſuas Athenienſibus iunxiſſe. Hactenus Quintilianus. Interpres uerò Demoſthenis in ea oratione quæ de falſa legatione inſcribitur, id eſt τοῦδὲ παραπρεσβείας, Contendentibus(inquit) Athenienſibus cum Megareis de Salamine inſula, Solon Atheniẽſis Homericis uerſibus cauſam ſuam iudicibus approbaſſe dicitur,uerſum commentitium Homericis uerſibus intercalando.Cum enim Homerus dixiſſet,αἴας δ' ἐκ σαλαμῖνος ἄγεν δυοκὶ δὲ καὶ νῆας, id eſt ut Lapus ex Plutarcho uertit, Bis ſenis Salamine Aiax cum nauibus ibat,addidit Solon hunc uerſum, G

στῆσε δ' ἄκων ἵν' ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Cecropidûm quo caſtra loco poſuere phalanges.

Hoc modo docuit Salamina omni memoria Atheniẽſium fuiſſe, ſicque diſceptatoribus Lacedæmoniis Salamina Megareis abiudicata, auctore etiam Plutarcho, qui eius hiſtoriæ in Solone meminit. Et eſt quiſquam qui poſt tanta teſtimonia,poëtarum auctoritatem in iudiciis nihil ad rem pertinere contendat,uel Accurſio iudice?Quid?num in dubium fortè uenit,utra præualere debeat auctoritas? Quintiliani, qui in foro & Senatu Romano,id eſt in Iuriſconſultorum ſeminario, Conſularis etiam uerſatus eſt: an Accurſij? H hominis ut minimè mali, ita qui nec poëtas unquam, nec oratores legerit, ne Latinos quidem ullos auctores præter hos Iuriſconſultos, quorum elegãtiam ac doctrinam permultis luculẽtíſque ueſtigiis ignorantiæ ſuæ impreſſit:quæ ſagaciſſimè perſecuta Iuriſperitorum cohors quingenaria,iiſdem erroribus aliis atque aliis ætatibus ſubſcribens, trecentis circiter annis ad extremum indignitatis perduxiſſe rem uidetur.Faciunt ſanè quidam iuris ſtudioſorum improbitate ſua,ut dum omnia uitæ inſtituta præ ſua ſorte deſpiciunt,aliorum ſilentium rumpant,& ſtylum etiam ultra modum laceſſant.
In humanitatis oblocutores. Itaque inuitus facio, ut identidem in iſtos humanitatis obtrectatores infeſto ſtylo me conuertam. Non enim alioquin id magnopere mea refert,qui nec poëticam nec oratoriam profiteri, nec ullam omnino humanitatis partem,aut uelim, aut poſſim. Verùm utriuſque ſtudio delectari me non inficior,quo nomine ſæpe malè me ab nonnullis audiſſe cõmemini. Agedum
De Homero doctiorũ ſententiæ. uideamus de Homero,quid proceres ſcriptorum cẽſuerint,ut ſtomachum tantiſper hiſce hominibus moueamus.Iuuat etiam paucis in illos deſtomachari,qui patiẽtia literatorum iritati,in literarum delicias petulantiſſimè debacchati ſunt: ſic ſe quammaximum dolorem nobis inurere exiſtimantes.
Non perinde procul à fine. Iamprimum igitur Cicero in quinta Tuſcul.Traditum eſt(inquit)Homerũ K cæcum fuiſſe:at eius picturam,non poëſim uidemus.quæ regio,quę ora,qui locus Græciæ,quæ ſpecies formæ, quæ pugna,quæ acies, quod remigiũ,qui motus hominum,qui ferarum non ita expictus eſt,ut quæ ipſe non uiderit,
Plutarchi opus. Politianus. nos ut uideremus,effecerit?Plutarchus in eo libro quẽ de Homero compoſuit,qui liber nondum Latinus ex profeſſo factus eſt, licet Politianus,uir ille quidem excellentis doctrinæ, ſed animi non ſatis ingenui,ex eo libro re-

 rum

Source : BIU Cujas

A rum ſummas ad uerbum tranſcribens, quaſiſque flores præcerpens, non erubuit id opus pro ſuo edere, in quo nullam præterquam tranſcribendi ac uertendi operam nauauerat. In eo igitur libro Plutarchus ad hunc propè modum inquit, Duas autem Homerus poëſeis reliquit, Iliadẽ & Odyſſeam, ab Ariſtarcho grammatico in numerum librorum diuiſas, utranque ſecundũ Alphabeti Græci numerum & ordinem. In Iliade bellum Iliacũ ſcripſit, & res ad Ilium geſtas à Græcis Barbaríſque propter Helenæ raptum: in primis tamen conſectatus edita in eo bello ab Achille ſtrenuitatis ac fortitudinis exempla. Odyſſea Vlyſſis reditum in patriam complexus eſt, uariis mæãdris B errorum implicitum, uímque etiam mentis, atque cõſilij præſtantiſſimi ſolertiam, quibus Vlyſſes errorum difficultates ſuperauit, inimicóſque homines ſibi ſuíſque ſtruentes inſidias, ex ſententia animi ſui ad extremum ultus eſt. Proinde (inquit) Homerus uniuerſo opere ambas hominis partes cõplexus eſt: quippe qui in Iliade uim fortitudinémque corporis perſecutus, animi præſtantiſſimi ſpecimen in Odyſſea exhibuit. Et eodem libro circa finẽ, Cæterum (inquit) perquàm ſcitũ eſt illud, quod à quodam dictum eſt olim, Poëticam, picturam eſſe loquentem: picturam uerò, poëticam ſilentem. Ec- *Homeri poëſes.*

Homeri præſtantia.

C quis eſt igitur, qui aut prius aut amplius Homero, uel ſententiarũ ſenſuúmque conceptu, uel uerborum in carmine delectu, deos, homines, loca, actiones uarias ac multiplices excoluerit? Hic eſt enim unus qui uerborum materie omnifaria animalia effinxerit: præſertim ſtrenuiſſima quæque, leones, pardos, apros: quorum impetus animæ affectúſque ueluti deformans, humaníſque rebus accommodè componens, utraſque proprietates expreſſit. καὶ γὰρ εἶπέ τις τὴν σοφῶν ὅτι ὄδιν ἡ ποιητικὴ ζωγραφία λαλοῦσα, ἡ δὲ ζωγραφία ποιητικὴ σιωπῶσα. ἵς οὖν πρῶος ἢ τίς μᾶλλον ὁμήρου, τῇ φαντασίᾳ τὴν νοημάτων, ἢ τῇ δυφωνίᾳ τὴν ἐπῶν ἐκόσμησε θεὸς, ἀνθρώπους, τόπους, πράξεις φυσικὰς; ἀνέπλασε δὲ τῇ ὕλῃ τὴν λόγων καὶ ζῶα ποικίλα, καὶ μάλιστα τὰ ἀλκιμώτατα, λέοντας, σῦας, παρδάλεις, ὧν τὰς ἐφορμὰς καὶ δῆξ. θεὶς σύμ- D γραφος, ἢ ἀνθρωπείοις πράγμασι παρεκάλων, ἔδειξεν ἑκατέρας τὰς οἰκειότητας. De Homero loquens Columella in præfatione ita inquit, Nam neque territus Cicero ceſſerat tonantibus Demoſtheni Platoníque: nec parens eloquẽtiæ deus ille Mæonius uaſtiſſimis fluminibus facundiæ ſuæ poſteritatis ſtudia reſtinxerat: Deum Mæonium à patria Homerum appellans. De hoc Cicero pro Archia ita inquit, Quàm multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexãder ſecum habuiſſe dicitur? at is tamen cum in Sigeo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, O fortunate (inquit) adoleſcens, qui tuæ uirtutis præconem Homerum inueneris. Et ueré. Nam niſi Ilias extitiſſet illa, idem tumulus qui cor- *Non procul à fine.*

E pus eius contexerat, nomen etiam obruiſſet. Quintilianus in decimo, de legendis auctoribus Græcis ac Latinis loquens, Igitur ut Aratus ab Ioue incipiendum putat, ita nos ritè cœpturi ab Homero uidemur. Hic enim, quemadmodum ex Oceano dicit ipſe amnium uim, fontiúmque curſus initium capere, omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus ſublimitate, in paruis proprietate ſuperauit. Et paulò pòſt, Quid? In uerbis, ſententiis, figuris, diſpoſitione totius operis, nónne hu- *Cap. 1.*

Source : BIU Cujas

mani ingenij modum exceſſit? ut magni ſit uiri, uirtutes eius non æmula- F
tione,quod fieri non poteſt, ſed intellectu ſequi. Verùm hic omnes ſine du-
bio,& in omni genere eloquentiæ procul à ſe reliquit. Hactenus ille. Itaque
fremant licet literarum bonarum inimici:immo uerò,ſi placet,& ſtomacho
& cachinnis diſrumpantur:nunquam tamen efficient, ut non hunc Plinius
Cap.6. libro ſecundo naturalis hiſtoriæ,literarum principem iure appellaſſe uidea-
Cap.29. tur,& libro ſeptimo,ingeniorũ fœliciſſimum:Magni etiam Alexandri elo-
Cap.5. gio omnis æui memoriæ cõſecratum:& libro decimoſeptimo,ingeniorum
fontem. Vt non hunc denique Iuſtinianus legum ſanctionúmque genius,
omnis uirtutis parentem, in præfatione Pandectarum meritò eſſe dixerit, G
eiúſque poëtæ teſtimonio Iuriſconſulti identidem in reſponſis ſuis utantur,
ut auctoris grauiſſimi. Hactenus de Homero. De poëtica uerò hoc dici in
Cap.1. uniuerſum poteſt, quod Quintilianus libro decimo ſcribens ex ſententia
Poëticæ laudes. Theophraſti philoſophi nobiliſſimi,A poëtis,inquit,& in rebus ſpiritus, &
in uerbis ſublimitas, & in affectibus motus omnis, & in perſonis decor peti-
tur.Ecce autem deintegro nugæ,inquiunt iſti:quid(malum)nobis cum Ho-
mero,aut Mæonio, aut Mantuano?Quid cum dicendi lepôre, cum ſtudio-
rum amœnitate,cum politioribus literis,cum omni denique carminum nu
merorúmque ratione?Viderint iſta malè feriati homines,qui gratuita ac ie- H
iuna, ingratáque ſtudia conſectantur: nobis nullum feſtiuius acroama eſſe
poteſt,quàm cum ſtrepitu altercationum forenſium aduocati apparitorum
uoce uocantur,aut cum ad pomeridianas illas capturas litigatores cõſulto-
réſque conſtituunt. Et fœnerandum ſtudiis tempus argẽtúmque cenſemus,
non condonandum deperdendúmque:quod mente quidam capti ſolent fa-
cere,à muſis infatuati, qui nunquam rem faciunt. Nam quid diſſimulo,aut
quæ me ad maiora reſeruo?cum eouſque indignitas creuerit, ut me aliquã-
do propinquorum nonnulli,iſtorũ ſucceſſu permoti, ſeuerè ſimul & amicè
admonuerint, ut ab his nugis literarũ, ad frugem bonam palatini quæſtus I
tandem me reciperem, neque hîc ingeniolum qualecunque eſt, nihil agen-
do,atque etiam operam ludendo (ut dicitur)à ſeriis ſtudiis, ac noſtris homi-
nibus dignis, diutius diſtinerem.Reſpicerem hunc & illum(ſordidiſſimum
quẽque mihi,& ad rem attentiſſimum obiicientes, quaſi frugalitatis exem-
plar.)Non tu te reſpicis?(aiebant) Non tu te cohibes ab inſano iſto frugiper-
dæ philologiæ ſtudio? Quòd ſi tam Accurſij admirator, quàm Ciceronis
fuiſſes,haud dubiè iſta aſſiduitate ſtudij pauculis annis ad frugem bonam
Ex Perſio,Sa- tyr.5. euaſiſſes. Cultor enim iuuenum purgatas inſerit aures Fruge palatina. So-
léntque nunc certatim petere hinc iuuenéſque ſenéſque Finem animo cer- K
tum,miſeríſq; uiatica canis.Hoc illud eſt ſcilicet, homines imperiti, exper-
téſque diſciplinarum elegãtiæ,nihil æquum eſſe cenſent,niſi quod ipſis pla-
citum eſt: omnéſque inſanire putant, qui non ſecum ſentiant. Ecce autem
iterum: maius enim certamen reſtat cum illis, qui cum multorum iudicio
in Accurſiana doctrina non mediocres eſſe credantur, ſuo uerò tam magni
Scomma. ſint, ut caput ad fornicem Fabij ſubmittere etiam poſſint (ut Craſſus olim

Source : BIU Cujas

A orator de Memmio quodam dixit) nullum Iuriſperitum eſſe poſſe putant, uel uolunt potius, non eundem Latinitatis contemptorem. Atque ideo in obtrectationem meliorum literarum præcipites acti, nullo delectu auctores omneis Latinos, præter Iuriſconſultos antiquos (quos elegantiæ ſtudioſos ſcribendo fuiſſe non percipiunt) interdicere ſuis ſolent. Quanquam reuera nõ aqua & igni (ut eſt in prouerbio) pluribus locis uti poſſimus, quàm oratorum, hiſtoricorum, poëtarum auctoritate: ex quorum lectione Latinitatis & eloquentiæ cognitio exiſtit. id quod atteſtari poſſunt honeſtiores facundioréſque Iuriſperiti & iudices & cauſidici, quales iam non pauci ſunt, qui- *Cic lib. 2. De Orat.*

B bus tamen iſti qui numero præualent, eadem de cauſa tanquam transfugis aut deliris infenſi ſunt, qui ab illa uera germanáque (ut ita dicam) Accurſianitate deſciuerint. Ex huiuſmodi Areopagitarum numero (proh pudor) extiterunt aliquot non pridem Stoicorum ſimiæ, qui in ampliſſima curia pro tribunali cenſuerint poëtas omneis cremandos, poëticámque adeò trans Alpes relegandam, unde inauſpicatis auibus eam ueniſſe ſuperciliosè fremebant: dira etiam iis imprecantes, qui ad nos poëtas & oratores, literáſque huiuſmodi quaſi certam reipublicæ perniciem attulerunt: tragœdias enim mirificas in uenerando illo confeſſu, non ſine aſſenſu excitauerant, arrepta

C occaſione ob uecordiam cuiuſdã facinoroſi perditiſſimi, qui neſcio quid de Ioue, atque aliis poëticis numinibus in dira dementia furoréque ſomniauerat, homo uix prima literarum elementa edoctus. Quorum ſententia (ut fama eſt) riſu paucorum, ſed prudentiorum excepta, ac confeſtim ſuppreſſa, memoriæ tamen eximi non potuit. Manauit enim ad populum, tametſi auctores ut arbitror ignorantur, quorum utique temeritate nota turpitudinis ampliſſimæ curiæ aliquandiu hæſit. Hi tam mihi bene meriti de republica noſtra uidentur grauiſſimi cenſores, quàm de imperio Romano, at- *Sueton. in Caligula cap. 34*

D que etiam de genere humano Caius olim Princeps cognomento Caligula, furia faxque orbis terrarum, qui Homeri carmina, ac Liuij Maroníſque ſcripta, Platoníſque auctoris Græci, ueſania ſtimulante abolere concupiuit: nec tamen inceptare auſus eſt: qui etiam Iuriſconſultorum ſuperbiam non ferens, deierauit ſe haud dubiè effecturum, ne quid præter æquum bonúmque reſpondere illi poſſent. Hi autem quanquam in nulla aut iuris aut auctoritatis arce, præſidium oppugnandis Latinis ſcriptoribus conſtituere poſſunt: meliora tamen iura, ſuperioráque interdum ſimulatione circunueniunt. Diximus ſuperius iudicio multorum in Accurſiana ipſos, ſcientia dicam, an inſcitia? (quæ tamen ſæpe homines in cœlum effert) non mediocres

E eſſe. Exemplum certè priſcæ iuris prudentiæ, Iuriſconſultorum decus, columen denique reipub. dices te intueri, ſi incedentes uideris, non etiam ſi homines excuſſeris. Ita fit ut in iſtis, quæ populari trutina examinantur, omnes ferme tribus ferant (ut dicitur) id eſt ut omnium ciuium iudicio de literis aut antiquandis aut probandis hi ſentire rectiſſimè, ſuóque iure uideantur. Auguſtus Cæſar primus Romanorum Princeps, ac de iure ciuili optimè meritus, ut etiam ex multis elogiis Iuriſcõſultorum apparet, Homeri Man-

Source : BIU Cujas

tuani poëſim ciuilis iuris auctoritate antiquiorem habuit,id quod teſtantur F
notiſſima eius carmina,

Sed legum ſeruanda fides:ſuprema uoluntas
Quod mandat fieríque iubet,parêre neceſſe eſt.
Frangatur potius legum ueneranda poteſtas,
Quàm tot congeſtos noctéſque diéſque labores
Hauſerit una dies.

Eant igitur ignorantiæ patroni, frontem perfricent, & ſe plus uidiſſe quàm Auguſtum dicant,Principem utraque lingua non mediocriter doctum,ſapiẽtia ſingulari præditum: ſub cuius imperio lux etiam æterna humano ge- G
neri affulſit.Vereor mediusfidius ne plura dicam in homines infantiſſimos, aut uehementius fortè contendam, quàm modeſtis hominibus audire uel uacet,uel libeat. Proinde ſuſcepti patrocinij fidem exoluiſſe mihi uideor, quod iure meo quodammodo ſuſcepiſſe me puto.Melius uerò hãc cauſam egerint,qui poëticam & oratoriam,& huiuſmodi facultates profitẽtur: immo uerò congruentius literis periclitantibus Iuriſperitorũ quidam patrocinabuntur,qui probæ doctrinæ non expertes ſunt,& reuerẽtes.Rem ego abũdè(ut arbitror) expoſui, illi argumenta explicabunt, & iudices in conſilium commodius miſſuri ſunt. Qua uerò de re agitur, operæprecium eſt interim H
meminiſſe:id eſt autem huiuſmodi, Num iuri æquitatíque conſentaneum ſit,num bonis moribus conueniat, num ex uſu, aut è dignitate reipublicæ, num in rem famámque huius regni eſſe uideatur,homines(ut parciſſimè dicam)Priſcianomaſtigas, id eſt tertio quoque uerbo (ut eſt in prouerbio uulgi)Priſcianum per Latini ſermonis inſcitiam cędentes,cenſuram omnis generis literarum agitare, poëtarúmque Ariſtarchos oratorúmque fieri,atque inuſitata non modò inclementia,ſed etiam dementia à caluo ad caluũ,Græcos Latinos,bonos malos,recentes antiquos,omníſque memoriæ, omnis generis,omnis meriti,eadem nota ex numeris aut albo legendorum expunge- I
De literis Græcis. re?Neque uerò me præterit quid iſti de Græcarum literarum ſtudioſis loquitari ſoliti ſint,ignorantes id quod Liuius libro nono ab urbe cond.tradidit, morẽ ſuo tempore fuiſſe,ut Romani pueri literis Græcis erudirentur. Quod etiam Quintilianus ab infantia fieri debere contendit. Ignorãtes Romanos philoſophiam,atq; omnes ingenuas artes à Græcis habuiſſe, in queis & decem legum tabulas,ut faſſus eſt Cicero in ſecundo de Finibus, ipſe quidem minimè inter Græcos popularis, utpote qui Græcis omnia derogare ſoleat, quíque uideri uoluerit(id quod erat)facultatem dicendi, atque omnes orationis lepóres à Græcis hauſiſſe, quaſíque clauam Herculi,ſic Græcorum na- K
tioni decus eloquentiæ detraxiſſe. Non animaduertentes illa uerba eiuſdem ad filium in præfatione librorum de Officiis, Tamen ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Græcis Latina coniunxi,neque id in philoſophia ſolùm, ſed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi cenſeo faciendum, ut par ſis in utriuſque orationis facultate.Audiãt igitur M.Catonem Cenſorium, Senatorem omnibus numeris ciuilis facultatis cõſummatiſſimum, ita apud

Source : BIU Cujas

A orator de Memmio quodam dixit) nullum Iuriſperitum eſſe poſſe putant, uel uolunt potius, non eundem Latinitatis contemptorem. Atque ideo in obtrectationem meliorum literarum præcipites acti, nullo delectu auctores omneis Latinos, præter Iuriſconſultos antiquos (quos elegantiæ ſtudioſos ſcribendo fuiſſe non percipiunt) interdicere ſuis ſolent. Quanquam reuera nõ aqua & igni (ut eſt in prouerbio) pluribus locis uti poſſimus, quàm oratorum, hiſtoricorum, poëtarum auctoritate: ex quorum lectione Latinitatis & eloquentiæ cognitio exiſtit. id quod atteſtari poſſunt honeſtiores facundioréſque Iuriſperiti & iudices & cauſidici, quales iam non pauci ſunt, qui- *Cic lib. 2. De Orat.*

B bus tamen iſti qui numero præualent, eadem de cauſa tanquam transfugis aut deliris infenſi ſunt, qui ab illa uera germanáque (ut ita dicam) Accurſianitate deſciuerint. Ex huiuſmodi Areopagitarum numero (proh pudor) extiterunt aliquot non pridem Stoicorum ſimiæ, qui in ampliſſima curia pro tribunali cenſuerint poëtas omneis cremandos, poëticámque adeò trans Alpes relegandam, unde inauſpicatis auibus eam ueniſſe ſuperciliosè fremebant: dira etiam iis imprecantes, qui ad nos poëtas & oratores, literáſque huiuſmodi quaſi certam reipublicæ perniciem attulerunt: tragœdias enim mirificas in uenerando illo conſeſſu, non ſine aſſenſu excitauerant, arrepta

C occaſione ob uecordiam cuiuſdã facinoroſi perditiſſimi, qui neſcio quid de Ioue, atque aliis poëticis numinibus in dira dementia furoréque ſomniauerat, homo uix prima literarum elementa edoctus. Quorum ſententia (ut fama eſt) riſu paucorum, ſed prudentiorum excepta, ac confeſtim ſuppreſſa, memoriæ tamen eximi non potuit. Manauit enim ad populum, tametſi auctores ut arbitror ignorantur, quorum utique temeritate nota turpitudinis ampliſſimæ curiæ aliquandiu hæſit. Hi tam mihi bene meriti de republica noſtra uidentur grauiſſimi cenſores, quàm de imperio Romano, at- *Sueton. in Caligula cap. 34*

que etiam de genere humano Caius olim Princeps cognomento Caligula,

D furia faxque orbis terrarum, qui Homeri carmina, ac Liuij Maroníſque ſcripta, Platoníſque auctoris Græci, ueſania ſtimulante abolere concupiuit: nec tamen inceptare auſus eſt: qui etiam Iuriſconſultorum ſuperbiam non ferens, deierauit ſe haud dubiè effecturum, ne quid præter æquum bonúmque reſpondere illi poſſent. Hi autem quanquam in nulla aut iuris aut auctoritatis arce, præſidium oppugnandis Latinis ſcriptoribus conſtituere poſſunt: meliora tamen iura, ſuperioráque interdum ſimulatione circunueniunt. Diximus ſuperius iudicio multorum in Accurſiana ipſos, ſcientia dicam, an inſcitia? (quæ tamen ſæpe homines in cœlum effert) non mediocres

E eſſe. Exemplum certè priſcæ iuris prudentiæ, Iuriſconſultorum decus, columen denique reipub. dices te intueri, ſi incedentes uideris, non etiam ſi homines excuſſeris. Ita fit ut in iſtis, quæ populari trutina examinantur, omnes ferme tribus ferant (ut dicitur) id eſt ut omnium ciuium iudicio de literis aut antiquandis aut probandis hi ſentire rectiſſimè, ſuóque iure uideantur. Auguſtus Cæſar primus Romanorum Princeps, ac de iure ciuili optimè meritus, ut etiam ex multis elogiis Iuriſcõſultorum apparet, Homeri Man-

Source : BIU Cujas

tuani poëſim ciuilis iuris auctoritate antiquiorem habuit,id quod teſtantur F
notiſſima eius carmina,

Sed legum ſeruanda fides:ſuprema uoluntas
Quod mandat fieríque iubet,parêre neceſſe eſt.
Frangatur potius legum ueneranda poteſtas,
Quàm tot congeſtos noctéſque diéſque labores
Hauſerit una dies.

Eant igitur ignorantiæ patroni, frontem perfricent, & ſe plus uidiſſe quàm Auguſtum dicant,Principem utraque lingua non mediocriter doctum,ſapiétia ſingulari præditum: ſub cuius imperio lux etiam æterna humano ge- G
neri affulſit.Vereor mediusfidius ne plura dicam in homines infantiſſimos, aut uehementius fortè contendam, quàm modeſtis hominibus audire uel uacet,uel libeat. Proinde ſuſcepti patrocinij fidem exoluiſſe mihi uideor, quod iure meo quodammodo ſuſcepiſſe me puto.Melius uerò hãc cauſam egerint,qui poëticam & oratoriam,& huiuſmodi facultates profitẽtur: immo uerò congruentius literis periclitantibus Iuriſperitorũ quidam patrocinabuntur,qui probæ doctrinæ non expertes ſunt,& reuerẽtes.Rem ego abũdè(ut arbitror) expoſui, illi argumenta explicabunt, & iudices in conſilium commodius miſſuri ſunt. Qua uerò de re agitur, operæprecium eſt interim H
meminiſſe:id eſt autem huiuſmodi, Num iuri æquitatique conſentaneum ſit,num bonis moribus conueniat, num ex uſu, aut è dignitate reipublicæ, num in rem famámque huius regni eſſe uideatur,homines(ut parciſſimè dicam)Priſcianomaſtigas, id eſt tertio quoque uerbo (ut eſt in prouerbio uulgi)Priſcianum per Latini ſermonis inſcitiam cẽdentes,cenſuram omnis generis literarum agitare, poëtarúmque Ariſtarchos oratorúmque fieri,atque inuſitata non modò inclementia,ſed etiam dementia à caluo ad caluũ,Græcos Latinos,bonos malos,recentes antiquos,omníſque memoriæ, omnis generis,omnis meriti,eadem nota ex numeris aut albo legendorum expunge- I
De literis Græcis. re?Neque uerò me præterit quid iſti de Græcarum literarum ſtudioſis loquitari ſoliti ſint,ignorantes id quod Liuius libro nono ab urbe cond.tradidit, morẽ ſuo tempore fuiſſe,ut Romani pueri literis Græcis erudirentur. Quod etiam Quintilianus ab infantia fieri debere contendit. Ignorãtes Romanos philoſophiam,atq; omnes ingenuas artes à Græcis habuiſſe, in queis & decem legum tabulas,ut faſſus eſt Cicero in ſecundo de Finibus, ipſe quidem minimè inter Græcos popularis, utpote qui Græcis omnia derogare ſoleat, quíque uideri uoluerit(id quod erat)facultatem dicendi, atque omnes orationis lepóres à Græcis hauſiſſe, quaſíque clauam Herculi,ſic Græcorum na- K
tioni decus eloquentiæ detraxiſſe. Non animaduertentes illa uerba eiuſdem ad filium in præfatione librorum de Officiis, Tamen ut ipſe ad meam utilitatem ſemper cum Græcis Latina coniunxi,neque id in philoſophia ſolùm, ſed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi cenſeo faciendum, ut par ſis in utriuſque orationis facultate.Audiãt igitur M.Catonem Cenſorium, Senatorem omnibus numeris ciuilis facultatis cõſummatiſſimum, ita apud

Source : BIU Cujas

A Ciceronem dicentem in Catone Maiore, Græcas Literas ſenex didici: quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens: ut ea ipſa mihi nota eſſent, quibus me nũc exemplis uti uidetis. Diſcant nunc denique linguam Latinam linguæ Græcæ imitatricem eſſe, quaſiſque quandam Græcorum linguæ ſimiam, ac ſine Græcæ linguæ cognitione Latinam mancam atque debilem eſſe: quod nemo doctiorum diffitebitur. Niſi uerò credimus ducenta Pandectarum loca ſine eius cognitione ſatis intelligi poſſe: aut niſi inficias ibimus, totum penè titulum De excuſationibus, à iuris auctoribus Græcè ſcriptum fuiſſe, ſicque à Tribuniano relictum: quod ipſum facile eſt
B cernere ex genere ſtyli, qui ſordidus & obſcurus uidetur cum ſtylo Iuriſcõſultorum compoſitus, nec ex Græco traductus, ſed extortus utriuſq; linguæ ignorãtia, quomodo & in multis aliis locis Pandectarum. Sed quid cum iis hominibus agas, qui ne audierunt quidem, quid gallus gallinaceus in lege Pompeia, à gallo ſemiuiro differat? aut quid ius Prætorium à iure Apitiano? Nónne concedas interdum ut excuſatione ſummæ ignorantiæ, ſummæ improbitatis odium deprecentur? Proinde libenter eos poſtremum nũc (ut dixi) allocuturus admonuerim, ſi paucorum annorũ ſtudio literatiſſimos eſſe ſe uulgò perſuaſerunt, in uno tantum genere literarum occupati, gaudeant
C in ſinu (ut dicitur) & gloriosè ac ſuperbè, atq; etiam contumeliosè loqui deſinant. Iamiam enim futurum eſt (ut auguror) ut quod adhuc pauci perſpexerunt, omnibus luculento quorundam rubore innoteſcat: fiéntque fortaſſe nonnulli aſini inter ſimias, qui nunc ferocia ſubnixi inciuiliter incedunt. Res ipſa iam clamitat, omnia fora palatiáque perſonant: diu fallere imponeréque populo non poſſunt. Omnibus palàm fiet, altiſſimam illam & uaſtam multorum ſcientiam, multo minus operis quàm oſtentationis habere. Vtar hîc exemplo (ſi quid iudicij habeo) quàm appoſitiſſimo. Titus Quintius Imperator populi Romani Græcia à ſeruitute liberata, ac ſuis legibus reſtitu-
D ta celeberrimus, cum ei Aegij in Achaia datum eſſet concilium, eóque Antiochi legati, & Aetolorum accedẽtes, huiuſmodi orationem habuiſſent ad Achæos fide Romanorum abducendos. Equitũ innumerabilem uim traiici Helleſponto in Europam, partim loricatos, partim ſagittis ex equo utentes: quibus copiis equeſtribus uel totius Europæ exercitus obteri & obrui poſſent, ſi in unum eſſent coacti: ad hæc multiplices copias peditum addentes, nominibus quoque gentiũ uix fando auditis Achæos terrerent, Dahas, Medos, Elymeóſque, & Caduſios, Tyrios, Sidonios, Aradios appellantes: ad ea Quintius Aetolorum omnem ferociam dicere in uerbis, non in factis eſſe:
E & in conciliis magis concionibúſque, quàm in acie apparere. Regem Antiochum peditum equitúmq; nubes iactare, & maria conſternere ſuis claſſibus. Eſt autem (inquit) res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti conuiuatoris: apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, cum miraremur unde illi eo tempore anni tam uaria & tam multa uenatio: homo non quàm iſti ſunt glorioſus, renidens, condimentis ait uarietatem illam & ſpeciem ferinæ carnis ex manſueto ſue factam. Hoc idem

De commentariis recentiorũ Iuriſperitorum.

Liu. Decad. 4. lib. 5. nõ ita procul à fine.

Source : BIU Cujas

dici aptè in copias regis,quæ paulò antè iactatæ ſunt, poſſe & in uaria gene- F
ra armorum,& multa nomina gentium inauditarũ.Dahas enim & Medos,
& Caduſios,& Elymæos,Syros omnes eſſe: haud paulo mancipiorũ melius,
propter ſeruilia ingenia,quàm militum genus. Auctores hiſtoriæ Liuius in
quinto de bello Macedo.& Plutarch.in Problematis, εἰπεῖν δὲ τὸν ξένον ὅτι ταῦ-
τα πάντα χρίρειά ἐστιν, ἡδύσμασι καὶ σκευασίαις διαφέροντα. μὴ τοίνυν θαυμάζετε τὴν βασιλικὴν
δύναμιν, λογχοφόρους, καταφράκτους, πεζεταίρους, ἀφιπποτοξότας. πάντες γὰρ σύρειοί εἰσιν ὁπλα-
ρίοις ἀλλήλων διαφέροντες. Ad ea hoſpitem dixiſſe, Omnia hæc quæ uides,ſuilla
carne conſtant,condimentis & apparatu differunt. Proinde (inquit) regiam
iſtam potẽtiam ne magnopere ſtupendam putetis, lanceatos,cataphractos, G
pedites,ex equo ſagittis figẽtes.Omnes enim Syrij ſunt,armis inter ſe ad ſpe-
ciem ingẽtis exercitus diſtincti.Hanc Quintij ſimilitudinem omnibus nu-
meris in iſtos quadrare promptius eſt intelligere,quàm ut à nobis ſigillatim
explicari neceſſe ſit.Omnia enim cohærentia in oculos(ut ita dicã)æſtiman-
tis incurrunt.Nam quo modo Antiochi Legati peditum equitúmque nu-
bes monſtris quibuſdam uerborum,atque alia quæ ſuprà dicta ſunt iactare
uidebantur,eadẽ iſti uaniloquẽtia doctores priſcos,modernos (uerbis enim
eorum utor) & mediæ cuiuſdam ætatis intonant. Adde & legiſtas, canoni-
ſtas,ciſmontanos, ultramontanos, & huiuſcemodi ſequipedalia uerba,qui- H
bus imago uocis plenioris in locis cameratis conſiliorum reſultat. Iam Bal-
di,Bartholi,aliorúmq; doctrinas quaſdam diſtinguunt,ueluti philoſophiæ
ſectas multipliciter partientes.ſimul ad miraculũ excitandum nomina quę-
dam auctorum citant, ne nomenculatoribus quidem nota. Palmarium eſt
enim inter eos ignobiliſſimi cuiuſque & omnibus inauditi auctoritatẽ af-
ferre,tranſlatitium uerò & obſoletum ueteres commemorare: id eſt omniũ
optimos,ſed qui iam ad manũ ſunt omnibus,& ueluti obſorduerunt. Tam
ſunt ſua cuique uerba quædam mirifica, omnium tamen barbarica. Hoc e-
nim unũ maximè inter omnes conuenit.Adde quòd interim doctores ſuos I
honorificentiſſimis appellationibus inter diuos propemodum referunt, eo-
rúmque adnotata quædã apophthegmata pro oraculis ediſcunt. Huiuſmo-
di illi ſonitu uerborum inani,nõ modò pullatam turbam, ſed etiam prima-
rios homines literarum ignaros in ſtuporem adducunt: quaſi arcana ſapien-
tiæ ex altiſſima mente proferãt. Niuibus enim hibernis crebriora copioſio-
ráque iura allegaſſe dicuntur, omniáque maiorum placita inaudita facun-
dia recenſuiſſe.Quod cum ipſi obaudientes audiunt,digito ſe cœlum attin-
gere propediem poſſe confidunt, etiam ſi in omni genere literarum, præter
hoc unum,ab imis unguibus ad uerticem ſummum toti ex inſcitia concre- K
ti ſint.Verùm hoc illud eſt eis Amaltheæ cornu,ubi ineſt quicquid uolunt:
hæc illa eſt eiſdem encyclopædia. Vnus eis Accurſius omnium inſtar eſt, o-
mníſque generis auctorum.Ex eius recondita doctrina uel lac gallinaceum
(ut dicitur)haurire didicerunt. Sub Accurſij nomine intelligi alios gloſſula-
rios uelim iuris pontificij,quãdo eadem auctoritate præditos eſſe uidemus.
Ceu uerò neſciamus,unius,aut Alexandri Felini lectione,aut alterius recen-

Ex lege prima,De contrahenda emptione. tiorum

Source : BIU Cujas

A Ciceronem dicentem in Catone Maiore, Græcas Literas ſenex didici: quas quidem ſic auidè arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens: ut ea ipſa mihi nota eſſent, quibus me nũc exemplis uti uidetis. Diſcant nunc denique linguam Latinam linguæ Græcæ imitatricem eſſe, quaſique quandam Græcorum linguæ ſimiam, ac ſine Græcæ linguæ cognitione Latinam mancam atque debilem eſſe: quod nemo doctiorum diffitebitur. Niſi uerò credimus ducenta Pandectarum loca ſine eius cognitione ſatis intelligi poſſe: aut niſi inficias ibimus, totum penè titulum De excuſationibus, à iuris auctoribus Græcè ſcriptum fuiſſe, ſicque à Tribuniano relictum: quod ipſum facile eſt
B cernere ex genere ſtyli, qui ſordidus & obſcurus uidetur cum ſtylo Iuriſcõſultorum compoſitus, nec ex Græco traductus, ſed extortus utriuſq; linguæ ignorãtia, quomodo & in multis aliis locis Pandectarum. Sed quid cum iis hominibus agas, qui ne audierunt quidem, quid gallus gallinaceus in lege Pompeia, à gallo ſemiuiro differat? aut quid ius Prætorium à iure Apitiano? Nónne concedas interdum ut excuſatione ſummæ ignorantiæ, ſummæ improbitatis odium deprecentur? Proinde libenter eos poſtremum nũc (ut dixi) allocuturus admonuerim, ſi paucorum annorũ ſtudio literatiſſimos eſſe ſe uulgò perſuaſerunt, in uno tantum genere literarum occupati, gaudeant
C in ſinu (ut dicitur) & gloriosè ac ſuperbè, atq; etiam contumeliosè loqui deſinant. Iamiam enim futurum eſt (ut auguror) ut quod adhuc pauci perſpexerunt, omnibus luculento quorundam rubore innoteſcat: fiéntque fortaſſe nonnulli aſini inter ſimias, qui nunc ferocia ſubnixi inciuiliter incedunt. Res ipſa iam clamitat, omnia fora palatiáque perſonant: diu fallere imponeréque populo non poſſunt. Omnibus palàm fiet, altiſſimam illam & uaſtam multorum ſcientiam, multo minus operis quàm oſtentationis habere. Vtar hîc exemplo (ſi quid iudicij habeo) quàm appoſitiſſimo. Titus Quintius Imperator populi Romani Græcia à ſeruitute liberata, ac ſuis legibus reſtitu-
D ta celeberrimus, cum ei Aegij in Achaia datum eſſet concilium, eóque Antiochi legati, & Aetolorum accedẽtes, huiuſmodi orationem habuiſſent ad Achæos fide Romanorum abducendos. Equitũ innumerabilem uim traiici Helleſponto in Europam, partim loricatos, partim ſagittis ex equo utentes: quibus copiis equeſtribus uel totius Europæ exercitus obteri & obrui poſſent, ſi in unum eſſent coacti: ad hæc multiplices copias peditum addentes, nominibus quoque gentiũ uix fando auditis Achæos terrerent, Dahas, Medos, Elymeóſque, & Caduſios, Tyrios, Sidonios, Aradios appellantes: ad ea Quintius Aetolorum omnem ferociam dicere in uerbis, non in factis eſſe:
E & in conciliis magis concionibúſque, quàm in acie apparere. Regem Antiochum peditum equitúmq; nubes iactare, & maria conſternere ſuis claſſibus. Eſt autem (inquit) res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti conuiuatoris: apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, cum miraremur unde illi eo tempore anni tam uaria & tam multa uenatio: homo non quàm iſti ſunt glorioſus, renidens, condimentis ait uarietatem illam & ſpeciem ferinæ carnis ex manſueto ſue factam. Hoc idem

De commentariis recentiorũ Iuriſperitorum.

Liu. Decad. 4. lib. 5. nõ ita procul à fine.

Source : BIU Cujas

dici aptè in copias regis,quæ paulò antè iactatæ ſunt, poſſe & in uaria gene- F
ra armorum,& multa nomina gentium inauditarũ.Dahas enim & Medos,
& Caduſios,& Elymæos,Syros omnes eſſe: haud paulo mancipiorũ melius,
propter ſeruilia ingenia,quàm militum genus. Auctores hiſtoriæ Liuius in
quinto de bello Macedo.& Plutarch.in Problematis, εἰπεῖν δὲ τὸν ξένον ὅτι ταῦ-
τα πάντα χρίρειά ἐστιν, ἡδύσμασι καὶ σκευασίαις διαφέροντα. μὴ τοίνυν θαυμάζετε τὴν βασιλικὴν
δύναμιν, λογχοφόρους, καταφράκτους, πεζεταίρους, ἀφιπποτοξότας. πάντες γὰρ σύρειοί εἰσιν ὁπλα-
ρίοις ἀλλήλων διαφέροντες. Ad ea hoſpitem dixiſſe, Omnia hæc quæ uides,ſuilla
carne conſtant,condimentis & apparatu differunt. Proinde (inquit) regiam
iſtam potẽtiam ne magnopere ſtupendam putetis, lanceatos,cataphractos, G
pedites,ex equo ſagittis figẽtes.Omnes enim Syrij ſunt,armis inter ſe ad ſpe-
ciem ingẽtis exercitus diſtincti.Hanc Quintij ſimilitudinem omnibus nu-
meris in iſtos quadrare promptius eſt intelligere,quàm ut à nobis ſigillatim
explicari neceſſe ſit.Omnia enim cohærentia in oculos(ut ita dicã)æſtiman-
tis incurrunt.Nam quo modo Antiochi Legati peditum equitúmque nu-
bes monſtris quibuſdam uerborum,atque alia quæ ſuprà dicta ſunt iactare
uidebantur,eadẽ iſti uaniloquẽtia doctores priſcos,modernos (uerbis enim
eorum utor) & mediæ cuiuſdam ætatis intonant. Adde & legiſtas, canoni-
ſtas,ciſmontanos, ultramontanos, & huiuſcemodi ſequipedalia uerba,qui- H
bus imago uocis plenioris in locis cameratis conſiliorum reſultat. Iam Bal-
di,Bartholi,aliorúmq; doctrinas quaſdam diſtinguunt,ueluti philoſophiæ
ſectas multipliciter partientes.ſimul ad miraculũ excitandum nomina quę-
dam auctorum citant, ne nomenculatoribus quidem nota. Palmarium eſt
enim inter eos ignobiliſſimi cuiuſque & omnibus inauditi auctoritatẽ af-
ferre,tranſlatitium uerò & obſoletum ueteres commemorare: id eſt omniũ
optimos,ſed qui iam ad manũ ſunt omnibus,& ueluti obſorduerunt. Tam
ſunt ſua cuique uerba quædam mirifica, omnium tamen barbarica. Hoc e-
nim unũ maximè inter omnes conuenit.Adde quòd interim doctores ſuos I
honorificentiſſimis appellationibus inter diuos propemodum referunt, eo-
rúmque adnotata quædã apophthegmata pro oraculis ediſcunt. Huiuſmo-
di illi ſonitu uerborum inani,nõ modò pullatam turbam, ſed etiam prima-
rios homines literarum ignaros in ſtuporem adducunt: quaſi arcana ſapien-
tiæ ex altiſſima mente proferãt. Niuibus enim hibernis crebriora copioſio-
ráque iura allegaſſe dicuntur, omniáque maiorum placita inaudita facun-
dia recenſuiſſe.Quod cum ipſi obaudientes audiunt,digito ſe cœlum attin-
gere propediem poſſe confidunt, etiam ſi in omni genere literarum, præter
hoc unum,ab imis unguibus ad uerticem ſummum toti ex inſcitia concre- K
ti ſint.Verùm hoc illud eſt eis Amaltheæ cornu,ubi ineſt quicquid uolunt:
hæc illa eſt eiſdem encyclopædia. Vnus eis Accurſius omnium inſtar eſt, o-
mníſque generis auctorum.Ex eius recondita doctrina uel lac gallinaceum
(ut dicitur)haurire didicerunt. Sub Accurſij nomine intelligi alios gloſſula-
rios uelim iuris pontificij,quãdo eadem auctoritate præditos eſſe uidemus.
Ceu uerò neſciamus,unius,aut Alexandri Felini lectione,aut alterius recen-

Ex lege prima,De contrahenda emptione.

tiorum

A tiorum mirificam iſtam doctrinæ ſpeciem facilè præberi poſſe, qui ex antiquorum ipſi commentariis ad unum excuſſis, rerum ſummas haurientes, huius ſcientiæ breuiaria ſummo ſtudio & labore compoſuerunt, aut perinde quaſi doctorum illa turba (haud dubiè peringenioſa) alia aliáque ſemper, aut in aliam potius atque aliam uerſa ſpeciem, antiquis addiderit, ac nõ exquiſitis lenociniis uetuſta iterum iterúmque interpolans, non ſine ſtellionatus crimine inſignem impoſturam fecerit. Siquidẽ poſteriores præreptam ſibi à prioribus ingenij gloriam indignantes, quæ ab illis inuenta, ac literis mandata compererant, ea uariis mangoniis interpolata, magna ex parte po-
B ſteris pro ſuis tradiderunt, interuerſa maiorum ſuorũ laude. At uerò recentiores cum nec noua comminiſci poſſent, nec uetera toties interpolata ultrà aliquid moliendi argumentum ullum præberent: quod unum reliquũ erat ſcribendi argumẽtum, & antiquos & recentes & intermedios, forulis omnibus excuſſis, nullo negocio legendos huic ætati dederunt, frementibus iſtis, qui cornicum (ut aiunt) oculos à cornicibus confixos indignantur. Sexcenta enim uolumina, quæ ad ſpeciem operoſiſſimi ſtudij aperta in bibliothecis habere ſolent, ſitu plerũque obſita, ad pauciſſima uolumina eſſe redacta ſcriptoribus illis malè feriatis ſuccenſent: ſcientiámque antehac omni machi-
C naméto ad obſcuritatem adductam, in mediũ poſitam nunc omnibus eſſe. Equidem ipſe quid de iis doctorum commentariis ſentiam, bona fide fatebor ad extremum. Memini enim legiſſe me apud Plinium uerba quædã ad hunc locum admodũ pertinentia. Is igitur de commentitiis & magicis quibuſdam herbis loquens, quæ uirtutes mirificas, & ſupra fidem uiolentas habere monumentis Democriti & aliorum tradũtur, libro uiceſimoſexto na- *Cap. 4.*
turalis hiſtoriæ ita inquit, Mirum eſſet profecto, hucuſque prouectam credulitatem antiquorum, ſaluberrimis ortam initiis, ſi in ulla re modum humana ingenia nouiſſent. Sed hæc eſt in omni re animorum cõditio, ut à ne-
D ceſſariis orſa primùm, cũcta uenerint ad nimium. Hactenus ille. Quemadmodum igitur herbarum inuentioni ſaluberrimæ rei, derogata tandem eſt fides ſuadente Aſclepiade (ut idem Plinius inquit) qui nouam medicinæ ra- *Lib. 7. ca. 37. & lib. 26. cap. 3.*
tionem inſtituiſſe, & ad compẽdium artem redegiſſe dicitur: ita legum interpretatio iuris prudentibus olim conceſſa ſub Auguſto & eius ſucceſſoribus, ab Iuſtiniano poſtea ſeueriſſimè interdicta eſt, ut labori ſtudentiũ conſuleretur. Et ut herbariæ medicinæ inuenta, nimia magorum uanitate abrogata ſunt, qui uires herbarum ſupra fidem tradebant: ſic iuris interpretandi ſpes omnibus abſciſſa eſt ſub Iuſtiniano Principe, propter Iuriſcõſultorum
E inſanam ſcribendi libidinem, qui ſtylo temperare iam non poſſe cernebantur. Quod rurſus idem facere pergunt noſtri ſeculi Iuriſperiti, multo tamen antiquis illis deteriores. Hócque perpetuum eſt (ut uidetur) utpote cum Cicero non dubitauerit Seruio Sulpitio palàm in iudicio præſentíque obiice- *Pro Murãna.*
re, cum multa præclara legibus eſſent conſtituta, ea Iuriſconſultorum ingeniis pleraque corrupta ac deprauata eſſe. Atque etiam ea quæ olim à Iuriſconſultis tanquam arcana petebãtur, poſtquam opera Flauij ſcribæ peruul-

Source : BIU Cujas

gata,atque in manibus iactata & excuſſa ſunt, inaniſſima prudentiæ reperta F
eſſe,fraudis autem & ſtultitiæ pleniſſima. Et ſic quoque nunc in manu ſunt illis iſtius ſciẽtiæ peritiſſimis,qui Gallicæ reipublicæ iuridiciale imperium moderantur.Melius igitur ipſi uiderint,an hoc ſtatu rerum res iudicialis rectè atque ordine adminiſtrari poſſit. Vnum hoc ſi addidero, finem dicendi faciam:quãquam huius orationis difficilius eſt mihi quidem certè exitum quàm principium inuenire, dicentíque non tam copia quærẽda erat, quàm modus magnopere adhibendus,quem neſcio cur tenere nõ potuerim. Hoc igitur affirmauerim,Franciam ſub regio imperio liberã eſſe poſſe,ſi per iſtorum intemperias licuerit in poſterum,qui prouinciam ſuis legibus poſt ho G
minum memoriam uiuere ſolitam,id eſt inſtitutis patriis, & regum conſtitutionibus,haud ita multis annis, legibus non Romanorum (ferendũ enim eſſet)ſed Gotticorum hominum fœdiſſimè manciparunt. Contrà uerò humanitatis doctrina,plus operis,minus oſtentationis habet.Quæ quo labore comparetur,quid ad uitam tranſigendam conferat, uel unico dicto Iſocratis auctoris grauiſſimi apparebit. Ad Demonicum enim de præceptis ſapiẽtiæ ſcribens,poſt multa exhortamẽta ita inquit(Græcè enim eius uerbis prius dicam ex meo inſtituto,ne quid comminiſci uidear,præterquam quòd nõ-
nihil eadem opera literarũ Græcarum cupidos hoc labore ſubleuabo, Græ- H
ca in Latinum ſermonem uertendi) χρὴ δὲ μὴ μόνον τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τὰ βέλτιστα μανθάνειν, κἂν τῶν ἄλλων σοφιστῶν, εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγινώσκειν. ὥσπερ γὰρ τῶν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν, ὅτω καὶ σοὶ παιδείας ὀρεγομένοις, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. μόλις γὰρ ἐκ ταύτης τὴν ἀθηνελείας τὰς τ' φύσεως ἁμαρτίας ἀθηκρατήσειαν: Te autem oportet non his ſolum quæ diximus acquieſcere, ſed & optimum quodque dictum poëtarum ediſcere, ac ſi quid alij quacunque dicendi facultate præpollentes ſcitè dixiſſe uidentur, id perlegere.Quomodo enim apes uidemus uariis ſtirpium germinibus inſidentes, ab unoquo- I
que deſumere quod ſibi maximè ſit uſui:ſic eos qui doctrinę deſiderio capti ſunt,ut nihil intactũ relinquere,ſic undique colligere quod ſit operæpreciũ, conuenit. Vel hac autem diligentia uix naturæ uitia peruincere poterunt. Nam & Quintilianus libro primo, de encyclopædia loquens, & mathematicis artibus,quibus oratorem carere commodè non poſſe contendit, ita inquit,Similiter oratorem (qui debet eſſe ſapiẽs)non geometres faciet aut muſicus,quæque his alia ſubiungam:ſed hæ quoque artes, ut ſit conſummatus,
* morbis aut uulneribus. iuuabunt.Niſi fortè antidotum quidem,aut alia quæ * oculis & uulneribus
medentur,ex multis atque interim contrariis quoq; inter ſe effectibus com- K
poni uidemus,quorum ex diuerſis fit illa mixtura una, quæ nulli earum ſimilis eſt ex quibus cõſtat,ſed proprias uires ex omnibus ſumit: & muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem uario florum ac ſuccorum genere perficiunt: nos mirabimur,ſi oratio,qua nihil præſtantius homini dedit prouidentia,pluribus artibus eget?quæ etiã cum ſe nõ oſtendunt in dicendo,nec proferunt, uim tamen occultam ſuggerunt, & tacitè

Source : BIU Cujas

A quoque ſentiuntur. Eodem illud pertinet eiuſdem Iſocratis, τὰ μὲν σώματα τοῖς συμμέτροις πόνοις, ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς καλοῖς λόγοις αὔξεσθαι πέφυκε, Vt enim corpora laboribus modicis, & ad naturam accommodatis, ſic animum bonorum ſcriptorum lectione augeſcere natura comparatum eſt. Eodem quoque pertinet illud Baſilij Magni in oratione, qui Parẽeticus inſcribitur, quam ad exhortationẽ iuuenum ſcripſit, docẽs eos quomodo rationem ſtudiorũ ſuorũ inſtituere debeant. Is igitur de uita beata loquens, quam unam omnibus neglectis exoptandam eſſe ait, in hanc propemodum ſententiã inquit, Eſt igitur operæprecium exiſtimare certamen quoddam propoſitum nobis eſſe, ut
B ſi quod unquam maximum, cuius ineundi gratia nihil intentatum nobis relinquendum ſit, quin omni ope, atque ſcriniis omnibus excuſſis contẽdamus, ut undique ad id inſtructi præmeditatíque ſimus. Et poëtis enim & hiſtoricis, & oratoribus, & omni denique homini adhærendum, unde aliqua modò ſpes ſit ad inſtitutionem animę futurum quid in rem fore. Quomodo autem tinctores nouimus pigmentis quibuſdam tingendas res primum inficientes, ut colores melius cõbibere poſſint, floridos mox colores, purpureum aut aliũ quẽuis inducere ſolitos: eodẽ nos quoque modo ſi inuſtã recti honeſtíq; opinionẽ in animis noſtris inſidere uolumus, cum his externis
C ſecularibúſq; diſciplinis inſtituti, quaſiq; initiati fuerimus, tum demũ ſacris illis ſcriptis, arcaníſque diſciplinis audiẽdis admittemur, ac ueluti ſolem in aqua cernere præſueti, deinde lumẽ ipſum obuerſis etiã oculis intuebimur. ὥσπερ οὖν οἱ Λυδοὶ παραπεμφάντες πρότερον ἱερατεύεσι τοῖν θεοῖν ἢ τὸν ἀληθινὸν ἱερὸν βαφὴν, ἔτω δ' αὖ καὶ ἡμᾶς ἐπάγεσιν, αἴ τι ἀλλαχοῦ, αἴ τι καὶ ἐνταῦθα ἦν. ἢν οὖν δὴ καὶ ἡμεῖς φόβον εἰ μέλλοι ἀνέκπλεως ἡμῖν ἢ τὸ καλὸν παραμένειν δόξα, τοῖς ἔξω δὴ τούτοις περιπλεύσαντες, πλησίον τοῦ ἱεροῦ μὲν ἀφορίσαντες ἐπαυσόμεθα παιδιάματων, καὶ οἷον ὑδατι τὸν ἥλιον ὁρᾶν ἐθισθέντες, ἔπως αὐτῷ προσβαλοῦμεν τῇ φωτὶ τὰς ὄψεις. Quoquò igitur ſe uerterint iſti, manifeſti ſint aut iniquitatis neceſſe eſt, aut ſummæ ignorantiæ, qui teſtimoniis &
D Græcorum, & Latinorum, & Gentilium, & Chriſtianorum reuincũtur. Qui tamen (ut opinor) qua ſunt animi pertinacia, ut quæque res quandocunque nata erit, de hoc non conquieſcent, quin odio ſuo indulgeant, omnia undique crimina colligentes, arripientes, comminiſcentes, quæ delendo humanitatis nomini eſſe uideantur, atque eloquentiæ memoriæ hominũ noſtrorum eximendæ. Sed iam uela contraham. Vereor enim ne aut rei indignitate tranſuerſus, aut indignatione inconſulta in altum rurſus ferar. Tantámne autem eſſe proteruitatem quibuſdam, quicquid ſcire ſe poſſe deſperẽt, quicquid non didiciſſe pudeat, quicquid inchoare pigeat, id ut ſibi dãnare per-
E mittant? tantam uæcordiam, ut inertiæ ſuæ næuum luculento reip. uulnere reſecare non dubitent? tantam peruerſitatem, ut quòd apud Cimmerios alti ſint, & tenebricoſis literis inſtituti, ideo ſereniſſimos ſcriptores capitaliter oderint, inſectẽtur, iis obtrectent? deniq; quoniã glande barbarica diſtẽti ſint, iccirco à frugibus Latinis omnes arceant? Sed retro inhibẽdus impetus. Melius enim hoc uiderint profeſſores ipſi, quorũ ſumma res agitur. ego me tandem ad meũ munus penſumq; reuocabo, ſerius, ut ſentio, quàm oportuit.

Source : BIU Cujas

Ex.l.In uenditionibus,eodem titulo. F

Ego in uino consentio,quia eadem est usia,si modò uinum acuit.) Vsia Græcè,Latinè essentia dicitur(si Plauti uerbo uti nõ recusamus,quod Quintiliano non admodũ displicuit.)quæ usia & hyparxis & hypostasis dicitur, quo uerbo medici pro sedimento urinæ utũtur,quasi subsidentia.Aliqui tamen usiã essentiã esse propriè dicũt,hypostasin autẽ substantiã,quæ & subsistentia dicitur.Sunt etiã ὑποστάσεις diuinæ,quas Latini personas uocant.unde τριὰς τρισυπόστατος dicta ἡ τριπρόσωπος. Acuit autem præteritũ est ab aceo.acere enim uinũ dicitur, cũ in acetũ degenerauit,Græci ὀξίζειν dicũt,& παροξίζειν.Cato de re rusti.Vinũ in doliis hoc modo uænire oportet. Vini in culeos singulos quadragenæ & singulæ urnæ dabũtur,quod neque aceat,neque muceat. Acidũ uinũ dicitur,quod coacuit,à Græcis ὀξίνης dicitur,& ὀξίζων. Mucidũ est quod emucuit, id est quod mucorẽ resipit.Plinius lib.14. Propriũ autẽ inter reliquos humores uino mucescere,aut in acetum uerti. Vappa dicitur,cum odorem saporémq; amisit,ut inquit Acron. Græci ἐκτροπίαν uocãt. Ab huiusmodi uitio uini,uappa probrosum nomẽ esse cœpit homini, cum à pristina solertia, & animi uigore & industria degenerare cœpit. Horatius in primo Sermonũ,Non ego auarũ, Cum ueto te fieri,uappam iubeo,ac nebulonem. Plinius libro supradicto, Vitiũ musto quibusdã in locis,iterũ sponte feruere: * qua calamitate cum deferbuit, deperit sapor,uappæ accipit nomẽ, probrosum etiã hominũ cum degenerauit animus.Vinũ etiam fugiens dicitur dubiũ,& in uitium inclinãs,eodem auctore. Et fugere in uino Latinè dicitur,quod uulgò nõ seruari dicimus.Cicero lib.3.de Officiis, Qui uinum fugiens uendat sciens,debeátne dicere? Nõ necesse putat Diogenes, Antipater uiri boni existimat.Fugiẽs Cicero pro ætati cedente dixit. Inde Plinius mala Persica fugacia appellat his uerbis lib.15. Preciúmq; iam singulis triceni nũmi fuere,nullius maiore,quod miremur,quia nõ aliud fugacius.Lõgissima nãque decerpto bidui mora est,cogítq; se uenũdari.A Græcis hoc ἐξίστασθαι dicitur,& uinũ fugiens ἐξιστάμενος οἶνος, & quod iam fugit, id est uappa, ἐξεστηκὼς, detritum uulgò dicimus & præteritum.Theophra.ἅλες βάλλοντ' εἰς κεράμους ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξίστασθαι, μὴ δὲ ὀξίζειν εὐχερῶς, Sal(inquit) in dolia uini mittitur, ne uinũ facilè aut fugiat,aut acescat. Interpres tamen desinere & senescere ubique uertit, cum melius fugere esset,& magis latinum,uir alioqui doctissimus, & uerba reddere Latina Græcis solitus. Contraria autẽ fugiendi qualitas à Theophrasto παρίστασθαι dicitur,quod idem Theodorus consistere uertit,cum uinũ firmitatem & austeritatem propriam retinet. Fugere autem cedere est:unde uina quæ ætatẽ ferre non possunt,id est fugientia, annis cedere dicuntur,ut cedere oneri,dicimus onus nõ perferre. Ab eadẽ ratione,fictitiæ gemmæ scarificationi cedentes,fugere dicuntur.Plinius libro 37.cap.13.Fictitiæ gemmę scarificationis candicantiam fugiunt.Vbi fortè candicantia septimo casu legi debet.Fugientes etiam literæ dicuntur exolescentes,quæ uetustati cedũt, id est ἐξερρυηκότα γράμματα,quasi diffluentes dilabẽtésque:quod fit etiam cum membranæ præpingues,literas non retinent.

Vsia. *Hyparxis.* *Hypostasis.* *Acere uinũ.* *Cap.148.* *Acidũ uinũ & mucidũ.* *Cap 20.ad finem.* *Vappa.* *Saty 1.sub finem.* ** qua calamitate deperit sapor, uappæque* *Vinũ fugiẽs.* *Fugere.* *Cap.12.* *Fugax pomum.* *Vinum consistens.* *Annis cedẽs.* *Gemmæ fugientes, & literæ.*

G H I K

Ex titulo, De contrahenda emptione. Ex.l.

Source : BIU Cujas

A Ex.l.Qui fundum,primo reſponſo,eodem titulo.

Nam ſi ita dictum ſit,ut emptor,& reliqua.) Hunc locum Accurſius obſcurum eſſe dicit,uidelicet conſtructionem non percipiens,licet mentē aſſecutus ſit.Mihi ſatis clarus uidetur,ſi rectè ac diſtinctè legatur.Hoc autē modo eum lego,ut poſt uerbum Nihil ei profuturum,diſtinguam,id eſt colon apponam:deinde inferam,* Si ita pactum eſſet.& initium alterius membri faciam,hoc ſenſu,Si uerò ita pactum.Et alioquin in hoc textu tria eſſe errata exiſtimo.Primum eſt eo in loco ubi legitur, Quærebatur an id quod minoris eſſet,cōſequi à ſuo uenditore poſſet.Legendum enim cenſeo, An id quo B minor is eſſet:ut ſit quo pro quāto,ut ſæpe apud magnos auctores legimus: & intelligamus quanto is modus minor eſſet. Secundum eſt illic,Et domino renunciet * intra id quanti modus agri minor ſit.Legendum enim quanto,id eſt quāto ſpatio.nam ſi quanti legatur, ad precium referri neceſſe erit, quod non congruit.Tertiū eſt in fine,Poſſe eum quo uel qui potius, minoris modus agri fuiſſet, repetere.ubi ſimiliter minor is duobus uerbis legendum,qui minor is,id eſt quanto is minor. Renunciatio autem cuius hic fit mentio,id eſt teſtimonij genus, quod reportum uulgò dicunt, cuiuſmodi edere ſolent architecti & magiſtri uniuſcuiuſque opificij cum opus eſt, qui C propterea publicè ſacramento adiguntur: qui tamen plerūque, ut bene aut malè appoti ſunt, uel comiter aut ſecus accepti, commodè aut incommodè renunciare ſolent, fidem publicè præbitam ualere iubentes. Maximè autem refert uter litigatorum ad corrumpendam renunciationem præuerterit, ut occupantis haud dubiè melior ſit cōditio,unúmque demum litigatori occupato perfugium,ſi licitationem operarū animosè uicerit.Multa ſunt eiuſmodi ſcelera,nec tamen moribus noſtris crimina, quorum ab uniuerſis impunitas eſt perpetua,cum à ſingulis capitalia eſſe cenſeantur: & quorū quæſtio aut raro aut nunquam decreta eſt: quæ quidem nō fruſtra ad extremum D fuerit, quanquam publica & certæ auctoritatis fama ea ſint teſtatiſſima. Vt enim ab omnibus accuſantur,ita à nullo damnantur. In cauſa eſt ſegnis cōniuentia magiſtratuum, qui nulla memorabili charitate reipublicæ affecti ſunt:quos ut ſuſpectos legum tutores remoueri decebat. Huiuſmodi renūciationis fit mentio in titulo, Si menſor falſum modum dixit. Eſt enim renunciatio Legatorum.Cicero in Philippica ſexta,Cum enim Legati renunciarint(quod certè renūciabunt)non in ueſtra poteſtate, non in Senatus eſſe Antonium:quis erit tam improbus ciuis,qui illum ciuem habēdum putet? Idem in 9.de Seruio Sulpitio loquens in legatione defuncto, Nec uerò du- E bito,quin, ſi ille uir renunciare legationem potuiſſet, reditus eius & nobis gratus fuerit, & reip.ſalutaris futurus. Quod etiam nunc proceſſum uerbalem dicunt, renunciatio dici debet, qualis eſt uiatorum & apparitorum,omniúmque eorum qui edicta aut ſententias iudicum aut curiæ exequūtur. Renūciare autem magiſtratum,id eſt quod nominare dicimus, atque etiam proclamare,ut Venetiis more memorabili factitari uidimus ad comitia honoris gratia admiſſi. Primò enim aliquot ſortitione deliguntur(ſi tamē ſatis

Haloan. Sed ſi ita

Haloan.intra id tempus, quanto.

Renunciatio.

In initio.

Renunciare.

Source : BIU Cujas

animaduerti) qui ſuo arbitrio renunciare magiſtratus poſſint ac deſignare, F
quaſi prærogatiuæ ius habeãt. Ab hac prima renunciatione ſuffragia omniũ
diſquirũtur, exactis prius omnibus qui renunciatum hominem aliquo iu-
re neceſſitudinis contingant. Suffragiis autem diſquiſitis, quæ ipſa calcula-
ria ſunt(diſcurrentibus enim ſubſelliatim mira celeritate calculigerulis, in
ſitellam coniici pilulares calculos mos eſt) qui comitiis præſunt ſeptem ui-
ri(ut opinor)editiore loco atque undique conſpicuo ſedẽtes, inſpectantibus
omnibus numerant,& ex euentu ſuffragiorum aut magiſtatum renunciãt,
aut ad prærogatiuam illam decuriam iterum rem reiiciunt,quandoquidem
comitio renunciatus non placuit, hoc eſt maiori parti nobilitatis. Ea eſt au- G
tem ratio comitiorum,ut nec ulla prorſus impoſtura in ſuffragia euntibus
fieri poſſit,nec in ſuffragia miſſi aliquo ſtudio deprauari,quo minus id cen-
ſeant quod maximè aut è republica, aut è dignitate reip. futurum uideatur.
Romano autem more res explicabatur ſuffragiis tributim centuriatímue la
tis,prout comitia aut curiata aut centuriata erant, de quibus alibi diximus.
Cicero in Philippica ſecũda,Ecce Dolabellæ comitiorum dies,ſortitio præ-
rogatiuæ:quieſcit Antonius:renunciatur,tacet.Prima claſſis uocatur,renun-
ciatur.Deinde(ut aſſolet)ſuffragia,tum ſecunda claſſis uocatur.Renunciatur
(inquit Cicero)id eſt undique exaudibili uoce nuncupatur & proclamatur, H
ut cæteræ claſſes,ſi ita uiſum eſſet, prærogatiuæ claſſis exemplum ſequeren-
Prærogatiua tribus. tur.Erat enim prærogatiua tribus uel claſſis,quæ ſortitò obtinuerat ut prima
Nõ procul ab initio. in ſuffragia iret,& quem ei uideretur,creandum renunciaret. Idem pro lege
Manilia,Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus cen
turiis cunctis renunciatus ſum,facilè intellexi Quirites, & quid de me iudi-
caretis, & quid aliis præſcriberetis. Idem pro Muræna, Neque enim quẽquã
ueſtrûm fugit, cum multi pares dignitate fiant, unus autem primum ſolus
poſſit obtinere,non eundem eſſe ordinem dignitatis & renunciationis, pro-
pterea quòd renunciatio gradus habeat,dignitas autem ſit perſępe eadem o- I
ἀπαγορεύειν. Cap. 8. mnium.Renunciare à Græcis ἀπαγορεύειν dicitur. Valerius libro tertio,Mani-
bus Tribunorum pro roſtris Conſul Piſo collocatus, cum hinc atque illinc
eum ambiiſſent, ac Palicanum ſuffragiis populi Conſulem creatum an re-
nunciaturus eſſet, interrogaretur: primò reſpondit, non exiſtimare ſe tantis
tenebris offuſam eſſe rempub. ut huc indignitatis ueniretur. Deinde cum
perſeueranter inſtarent,ac dicerent, Age ſi uentum fuerit? non renunciabo,
inquit.Hæc autem renunciatio extrema, Conſulis eſt,aut eius magiſtratus
qui comitia habuit, peractis enim omnibus, deſignati magiſtratus exaudi-
biliter nuncupantur. K

In titulo,De in diem adiectione.

Addictione legi debere nemo nunc ignorat, uel refragantibus exempla-
ribus.Laurentius enim Vallenſis iam diu id admonuit. Emẽdari itaque hîc
per totum titulum & paſſim in iure debet. Neq; uerò de die hîc agitur em-
ptioni præſtituta,ſed de re addicta in diem certum,id eſt uenundata. Addi-
Addicere. cere eſt licitanti rem auferendam permittere, hoc eſt lingua uernacula deli-

berare

Source : BIU Cujas

A berare: quo modo accipitur Cod. in titulo, Ne pro dote mulieri bona quondam mar. addi. Ex quo factum, ut addicere pro destinare deuoueréq; ponatur. Cicero lib. 3. de Offic. Cum is qui morti addictus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulasset, de duobus Pythagoricis loquens. Addicere etiam est auctionē facere, hoc est bona sua proscribere, & licitantibus obiicere. quod ἀπρκηρύττειν Græcè dicitur. Quintilianus, Omnes facultates in precia collegi. rus, seruulos, & omnia utiliora properanti festinatione parentis addixi. Ob hoc addicti uocati sunt homines obærati, qui & nexi dicuntur, qui lege xij tab. ob æs alienum creditoribus in temporariam serui-

ἀπρκηρύττειν. In Aegro redempto. Addicti & nexi.

B tutem addicebantur. Hos ἀπωγίμους Græci dixerunt, id est καταδεδικασμένους, quos creditori ducere domum à Prætore permittebatur. Quod ius à Solonis lege manauit. Plutarchus in Solone, οἱ χρέα λαμβάνοντες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ἀπώγιμοι τοῖς δανείζουσιν ἦσαν, qui oppigneratis corporibus mutuabantur, creditoribus addicebantur. Liuius libro secundo ab Vrbe cōdita, Sed & bellum Volscum imminebat, & ciuitas secum ipsa discors intestino inter patres plebémque flagrabat odio, maximè propter nexos ob æs alienum. Et paulò pòst de quodā insigni iniuria in uinculis habito ob eandem causam, qui cum euasisset, ad populum iniuriam creditoris expostulare cœpit: propè (inquit) in concionis

Καταδεδικασμένος.

C modum. Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non fructu modò caruerit, sed uilla incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, *tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse id cumulatum usuris, primò se agro paterno auitóque exuisse, deinde fortunis aliis: postremò uelut tabem peruenisse ad corpus: ductum se à creditore non in seruitium, sed in ergastulum & carnificinam esse. Inde ostentare tergum fœdū recētibus uestigiis uerberū. Ergastulum Liuius appellat locum, in quo mancipia deteriora in uinculis opus facere cogebantur, ut metallarij serui solent. Idem libro octauo, Eo anno plebi Romanæ uelut aliud initium libertatis fa

**tributū iniquum, ac non suo tempore imperatum. Ergastulum.*

D ctum est, quòd necti desierunt. Mutatum ius ob unius fœneratoris simul libidinem, simul crudelitatem insignem. Lucius Papyrius is fuit, cui cum se Caius Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset: quem ætas formáque ad misericordiam elicere poterant, ad libidinem & contumeliam animum accenderunt: & florem ætatis eius fructum aduētitium crediti ratus, primò perlicere adolescentem sermone incesto est conatus. Inde inire nexum, est lege nexus addici. Quare apud Liuiū loco supradicto non nexum dedisset, sed nexum inisset, legendum puto. Idem libro septimo, Non eadem domi quæ militiæ erat fortuna plebi Ro. Nam etsi unciario fœnore facto le-

Inire nexum.

E uata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexúmque inibant. Hoc ius reuocatū est per Diocletianum in. l. Ob æs alienum, De acti. & obligat. Cod. Nexus etiam neruus uocatur à Plauto in Pœnulo,

Neruus. Non procul à fine.

V tinam mihi argentum reddas, priusquam in neruum abducare.

Terentius in Phormione, - cæterum

Act. 4 Sce. 4.

C um argentum repetent, nostra causa scilicet
I n neruum potius ibit. Nexu igitur obligati sunt, quorum corpus

Source : BIU Cujas

ut pignus capi poteſt obligationis iure atque cõditione. Erat & nexus quod F
Nexum. & nexum dicebatur, transferendi rerum dominij genus. Cicero pro Muræna, In iis rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is periculũ iudicij præſtare debet, qui ſe nexu obligauit. id eſt qui mãcipio dedit & promiſit: qui euictionem præſtare ſpopondit. Huiuſmodi autem addicti apud Hebræos quoque fuiſſe uidentur, ut quarti Regum cap. 4. Ecce creditor uenit, ut tollat filios
Cap. 4. meos ad ſeruiendum ſibi. Quintilianus lib. 7. de Finitione loquens, ſerui & addicti differentiam his uerbis ponit, Seruus, cum manumittitur, fit libertinus: addictus, recepta libertate eſt ingenuus. Seruus inuito domino libertatẽ
**ſoluendo, citra uoluntate domini conſequetur.* non conſequetur: addictus * diſſoluto ære alieno inuito creditore cõſequeG
tur. Ad ſeruum nulla lex pertinet: addictus legẽ habet. Propria liberi, quæ nemo habet niſi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum: habet hæc addi-
Lex duriſſima. Cap 8. ctus. Addictorum autem lex quondam fuiſſe duriſſima uidetur, cuius idem meminit in tertio. Sunt enim quædam non laudabilia natura, ſed iure conceſſa: ut in xij tabulis, debitoris corpus inter creditores diuidi licuit: quam legem mos publicus repudiauit. Eſt aliquid æquum, ſed prohibitum iure: ut libertas teſtamentorum. Gellius lib. 20. cap. 1. Confeſſis igitur æris ac debiti iudicatis xxx dies ſunt dati conquirendæ pecuniæ cauſa quam diſſoluerent, eóſque dies Decemuiri iuſtos appellauerunt, uelut quoddam iuſtitium: id H
eſt iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam & ceſſationem, quibus diebus nihil cum iis iure agi poſſet. Pòſt deinde, niſi diſſoluerent, ad Prætorem uocabantur: & ab eo, quibus erant iudicati, addicebãtur. Erat autem ius interea paciſcendi: ac niſi pacti forent, habebantur in uinculis dies lx. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur, quantæque pecuniæ iudicati eſſent, prædicabatur. Tertiis autem nundinis capite pœnas dabant, aut trans Tiberim peregrè uænum ibant. Sed eam (inquit) capitis pœnam, ſanciendæ fidei gratia horrificam, atrocitatis oſtentu, nouíſque terroribus metuendam reddiderunt. Nam ſi plures forent quibus I
reus eſſet iudicatus, ſecare ſi uellent atque partiri corpus addicti ſibi hominis permiſerunt. Verba legis hæc ſunt, Tertiis nundinis parteis ſecanto, ſi plus minúſue ſecuerint, ſe fraude eſto. Et paulò pòſt, Diſſectum eſſe antiquitus neminem equidem neque legi neque audiui, quoniam ſæuitia iſta pœnæ contemni non quita eſt. Inde tria uerba illa prætoria. Macrobius in pri-
Cap. 16. ſatur. Faſti dies ſunt (inquit) quibus licet fari Prætori tria uerba ſolẽnia, Do, Dico, Addico. His cõtrarij ſunt nefaſti. Et faſtis quidẽ lege agi poteſt, cum populo non poteſt. In l. ita, ſuprà, Mandati, circa principium, abiicere corruptè pro addicere legitur. Quid enim fieret, ſi exiguo precio hi quibus cum K
tibi communis fundus erat, rem abiicere uel neceſſitate rei familiaris, uel
Haloãder habet abiicere. Cap. 50. alia cauſa cogerentur? Addicere enim pro uenundare legi debet. Tranquillus in Cæſare, Bello ciuili, ſuper alias donationes, ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit. Quo in loco nummo rectè quidam legũt. Eſt enim prouerbiale. Addicere nummo, quod noſtrates dicunt, fragmento
Addicere nũmo. panis uendere. quod donationis eſt inſtar, cum obtẽtu uenditionis rem do-

 nantes,

Source : BIU Cujas

A nantes, inuidiam donationis uitamus, aut pudori accipientis consulimus. Valerius libro quinto, Marco, inquit, Cornuto Prætore funus Hirtij & Pãsæ iussu Senatus locante, qui tunc libitinã exercebãt, tum rerũ suarũ usum, tum ministerium suũ gratuitum polliciti sunt, quia ij pro rep. dimicãtes occiderant: perseuerantíque postulatione extuderunt, ut exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis præbẽtibus addiceretur. Meminit Vlpianus in l. Siquis, infrà, Locati, Si quis conduxerit nummo uno, conductio nulla est. *Cap. 2.*

Ex l. prima. §. ulti. De peric. & com. rei uen.

Si doliare uinum emeris.) Doliare uinum quid sit, ex Marci Catonis uer- *Vinũ doliare. Cap. 148.*
B bis scire possumus. hic enim de lege doliaris uini loquẽs, ita inquit, Vinum in doliis hoc modo uænire oportet. uini in culeos singulos quadragenæ & singulæ urnæ dabuntur. quod neque aceat, neque muceat, id dabitur. In triduo proximi boni uiri arbitratu degustato. si non ita fecerit, pro degustato erit. Quot dies per dominum mora fuerit quo minus uinũ degustetur, totidem dies emptori procedent. Vinum accipito ante Calend. Ianuarias primas: si nõ antè acceperit, dominus uinũ admetietur. quod admensum erit, pro eo domino resoluito. Si emptor postulauerit, dominus iusiurandũ dabit uerum feciſſe. Locus uinis ad Calend. Octobris primas dabitur. Si antè
C non deportauerit, dominus uino quod uolet faciet. Doliare uerò uinũ di- *Vinum pendens. Cap. 147.*
citur ad uini pendentis differentiã: de quo idem sic inquit, Lege hac uinum pendens uænire oportet: uinaceos illutos & fæcẽ relinquito. Locus uinis ad Calend. Octobris primas dabitur. Si non ante eas exportaueris, dominus uino quod uolet faciet. Quod uinum per corbem admetiendũ Vlpianus censet, id Cato per labrum culeare pertusum in fundo faciendum præcipit.

Ex l. Ex empto, De actio. emp.

Satis autem non dantem condemnari quanti plurimi actorem periclitari oportet.) Elegantia Vlpiani, & latinè loquentium consuetudo poscunt,
D ut quanti plurimo legatur & hîc & multis aliis in locis, ubi sic scriptum esse à Iurisconsultis uel affirmare ausim. Sic paulo superius, Quanti minor modus, pro quanto. Et alibi, Quanti precij in arca habeo, pro quantum precij. *Quanti plurimo, non, Quanti plurimi.* Hoc autem in loco quanti plurimo sic resoluitur, tanti damnari debet uenditor, quanti periclitari oportet emptorem, cum plurimo periclitatur, id est plurima pecunia. Cicero in Frumentaria, Quæro si ipse excogitare non po- *Verr. 5.*
terat, quemadmodum quàm plurimo uenderet. & reliqua. Non enim periclitari plurimi dicimus, sed plurimo, ut fortunis periclitari dicimus, id est periculum uitæ & fortunarum adire. Idem Vlpianus lege sequenti, Empto-
E rem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi, quanti minimo defungi potuit: id est quanti explicari potest cum minimo *Quanti minimo.* explicatur, & quanti diligentissimus explicare se potuisset. Tanti autem & quanti genitiuo enunciantur adiuncta quidem uerbis sibi accommodatis, sed per ablatiuum respondetur illis. Quanti emisti? uili uel magno. Scæuola, Si fisco aliquid debebatur, & res stipulatoris uilissimo distracta est. Post cõparatiua uerò ablatiuo enunciantur. Iuuenalis, *Satyr. 10.*

Source : BIU Cujas

Quanto delphinis balæna Britannica maior. F

Satyr.9. Sic igitur quanto minor modus,non quanti. Idem, - quanto
Metiris precio,quòd ni tibi deditus essem,
Deuotúsque cliens,uxor tua uirgo maneret?

Cap.10. Plinius lib.35. Docuit neminem minoris talento decem annis. Pomponius suprà,De in diem addicti.L.Si prædio. Si fundus in diē addictus fuerit pluris,ut quædam ei accedant, quæ non accesserunt priori emptori: si non minoris sint hæ res,quàm quo pluris postea fundus uænierit, uēditio prior ualet.id est quàm quanto pluris, non quanti. Sunt enim in hoc genere modi quidam loquēdi non cuiuis facilè intelligibiles,ut illud Ciceronis in quarto Finium,Omnia quæ secundum naturam sint,æstimatione aliqua esse digna: eáque pro eo, quantum in quoque sit ponderis, æstimanda. Iabolenus suprà,Mandati, A reo autem fideiussor nō aliud triticum repetere poterit, quàm quo pessimo tritico liberare se à stipulatore licuit.Plinius libro secundo, Solem abesse à luna undeuiginti partes, quantum lunam ipsam à terra, multi prodiderunt.id est decies & nouies plus quàm luna à terra abest. Sed frigida hæc uidebuntur fortasse, ideóque huiusmodi multa intacta scientes prudentésque præterimus. G

L. Fideiussorem. Cap.21.

Ex eadem lege. H

Emptorem noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantum consequi,quanti minimo defungi potuit. Defungi, est explicari negocio aliquo aut molestia,& finem ei imponere. Liuius, Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere.Idē, Tempestas cum magnis procellis coorta, coegit plerosque tabernacula in foro statuere:eadem paulò pòst, quum undiq; * disserenasset,sublata, defunctósque fato uulgò ferebant, quòd inter fatalia uates cecinissent,necesse esse tabernacula in foro statui.Quorum uerborum sensus est,uulgò ita dictitatum, populum Romanum eiusmodi castrorum imagine quæ in foro fuerat,uideri cum fatis decidisse,quæ dirā olim castrorum metationem in medio foro minitari credebantur. Defunctos igitur fato,id est solutos & exemptos,nec ultrà illi fato obnoxios.Idem lib.10.At ex parte altera Pontifex Liuius, cui lictores Decius tradiderat, iusserátque Proprætorem esse,uociferari: uicisse Romanos, defunctos Consulis fato.id est, Consulis sese deuouentis spontanea morte,ab imminentibus periculis liberatos & exemptos.Tranquil.in Neron.Britannia Armeniáque amissa,ac rursus utraque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat. Liuius lib.2. Sed adeò coorta erat infensa plebs,ut unius pœna defungendum esset patribus.id est,ut Marci Coriolani damnatione, ab illa populari consternatione liberādus esset Senatus. ἀπαλλάττεσθαι & ἀπαλλάττειν id à Græcis dicitur.Demosth. ἀλλὰ καὶ τούτων πολλοὶ χεῖρον ἡμῶν ἀπαλλάχασι:id est, Sed eorū permulti duriore quàm nos conditione defuncti sunt,id est ἀπηλλάγησαν. Aphth. ὅτι ᾧ ἂν ἀντιφῶν σύμβουλος γένοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν εἰς τὰς δίκας, Nam quicūque consulebat Antiphontem,is præclarè in iudiciis defungebatur:id est optimum exitum litis habebat.Elegantius autem uoce actiua dicitur apud eos,quàm passiua.Simile est autem

Defungi. Lib.3.ab Vrbe. Deca.4.li.9. * conserenasset. I Cap.40. K ἀπαλλάττεσθαι ἀπαλλάττειν.

Ex lege.Ex empto.De actio.emp.

Source : BIU Cujas

A autem ac ſi dicamus, Vnius Chriſti morte defungendum humano generi fuiſſe, id eſt cum ſeueritate iuſtitiæ æternæ decidendũ. quod Caiphas Ioannis xj. propheticè dixit, homo mimimè omnium propheta, ὅτι συμφέρει ὑμῖν ἵνα εἷς ἄνθρωπος ἀποθάνοι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, Conducibile eſt nobis, ut unus homo moriatur pro populo. Similiter dicere poſſumus, Chriſtianorum dogmatũ hanc ſummam eſſe, filij hominis morte humanum genus defunctum eſſe, id eſt ab omni moleſtia & anxietate imminentis atque etiam graſſantis in hominibus mortis liberatum eſſe, & à diuturno reatu exemptum, nexuíque hoſtili perpetuò ereptum. Quod quidẽ ad eos pertinet, quibus participes eſſe contigit
B orthodoxæ religionis, & eius ſacramẽta amplecti, fidelitérque retinere. Propterea defuncti abſolutè dicuntur, qui mortem obierunt, quaſi ærumnis ſeculi liberatos & exemptos ſignificemus. Defunctúmque etiam more Græ- *Defunctus.*
corum pro cadauere intelligimus ſubſtãtiuè. Vnde ſcitum illud Plinianum *Cap. 68. in fine.*
in ſecundo Naturalis hiſto. de terra habitabili loquentis, Et ut publicos gentium furores tranſeam, hæc eſt in qua conterminos pellimus, furtóque uicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus: ut qui latiſſimè rura metatus fuerit, ultráque * famam exegerit accolas, quota terrarũ parte gaudeat? uel cum ad men- **fines*
ſuram auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem defunctus eius
C obtineat? Græci necron hoc modo accipiunt, quo Lucianus uti ſolet. De- *Defungi.*
fungi etiam dicimus, nõ toto conatu, non magnopere aliquid accurare, ſed tepidè & inſtrenuè: & eo tantum animo, ut officio functi uideamur, & quatenus ſatis ſit ad uitandam reprehenſionem, aut emerendam ueniam. Liuius lib. primo, de Remo & Romulo, Sorte quadam diuinitus ſuper ripas Tiberis effuſus lenibus ſtagnis, nec adiri * uſque ad iuſti curſum poterat amnis, & **uſquam*
poſſe quãuis languida mergi aqua infantes, ſpem ferentibus dabat: Ita uelut defuncti regis imperio, in proxima alluuie, ubi nũc ficus ruminalis eſt, pueros exponunt. Defunctos regis imperio dixit eos, qui quaſi ſatisfeciſſent re-
D gis imperio. Ille enim in aquam fluentem pueros demitti iuſſerat, hi in ſtagnantibus aquis expoſuerũt, in quibus tamen ſperabant merſum iri itidem ut in amne. Inde defunctorie agere, pro languidè & remiſſè. Vlpianus in. l. *Defunctoriè.*
ſecunda, Ad Tertul. Non ſolùm autem quæ non petiit coërcetur, ſed etiam quæ defunctoriè petiit, uel priuilegio munitum, uel oneratum tribus tutelis. id eſt neglectè & oſcitanter. Hoc autem & perfunctoriè dicitur ab eodẽ, in. l. Aut qui, infrà, Quod ui aut clàm, Neque quidẽ perfunctoriè aut obſcu- *Perfunctorie.*
rè dicere aut denunciare debet. id eſt non bona fide, nec ex animo, nec iuſta *Haloander legit perfuſoriè, & ita Pandectæ habent Florentinæ.*
denunciatione. Lingua uernacula per aquictum dicitur: ut cum dicimus, ro-
E gatus rogo, hoc tantũ laborantes, ut oraſſe uideamur, non ut exoraſſe, quod facere ambitioſi homines ſolent, ab omnibus gratiam inire uolentes, uel falſam ſi ita res ferat: aut re aut uerbis mentientes ea ſe amicitiæ gratia feciſſe, quę ne facere quidem conati ſunt. Perfungi tamen plus eſt quàm defungi. *Perfungi.*
Eſt enim perfungi, ad extremum obire munus ſuum, & ſtrenuè operam nauare. Liuius lib. 6. ſecundi bel. Puni. Romani Proconſules perfuncti quòd ad Capuam attinebat cura, Claudio Neroni ex legionibns quas ad Capuã ha-

Source : BIU Cujas

buerant,ſex milia peditum & trecentos equites decernunt. In.l. unica Cod. F
Qui numero tutelarum ſe excuſant,Si tres tutelas uel curas eodem tempore
non defunctoriè ſuſceptas adminiſtras,onere quartæ tutelæ non grauaberis.
Defunctoriè ſuſcipere. Defunctoriè hîc,non tranſitoriè ſuſceptas,aut etiam ſimpliciter affectatas ſi-
gnificat,ut Accurſius diuinauit,ſed eo animo ſuſceptas,ut in numerum ce-
Προφάσεως ἕνεκα. dant,& ut Græci dicunt, προφάσεως ἕνεκα,id eſt quæſito prætextu,ut ſub leuium
Πρὸς ἀφοσίωσιν. tutelarum obtentu iuſtis ac moleſtis tutelis eximatur. Hoc enim ſignificat
ἀφοσιώσεως ἢ ὁσίας ἕνεκα. defunctoriè munus ſuſcipere.Defunctoriè & perfunctoriè Gręcè πρὸς ἀφοσίω-
ἀφοσιοῦσθαι. σιν uel ἀφοσιώσεως ἕνεκα,& ὁσίας ἕνεκα dicitur,& per uerbum ἀφοσιοῦσθαι,quaſi defun-
gendi gratia,hoc eſt parcè & more delibantis.Iſocrates in Panathenaico cir- G
ca finem,οὐχ ὁμοίως δὲ διελέγοντο περὶ τούτων τοῖς ἀφοσιουμένοις, ἀλλ' ὑπερεπαινοῦντες, Ne-
que uerò defunctoriè de his diſſerebant, quaſique delibantibus ſimiles, ſed
in laudes effuſi in cœlum ferebãt. Vtitur hoc & Herodotus ſæpe. Hoc idem
L.1.ff.ad Senatuſcõ.Turpil. penè tranſlatiuè etiam dicitur Latinè. Martianus, Præuaricatorem eſſe eum
oſtendimus,qui colludit cum reo,& trãſlatiuè munere accuſandi fungitur.
Tranſlatiue. Tranſlatiuè,inquit,id eſt uulgari & non accurata diligẽtia utitur. Vlpianus
Haloander utrobique legit trãſlatitie. in lege prima, De iure patronatus, Patronorum querelas aduerſus libertos
præſides audire, & non tranſlatiuè exequi debent. Tranſlatiuum enim &
Tranſlatiuũ. *Tranſlatitiũ.* tranſlatitium,uel ut aliqui loquuntur,tralatitium, uulgare & publicum di- H
citur, & ut Græci dicunt ἀδιάφορον, hoc eſt indifferens, quod ſignificat non
εἰκαῖον, ἢ τυχὸν. eximium,ſed plebeium,&(ut ita dicam)circulare,hoc eſt εἰκαῖον, ἢ τυχὸν,quod
ἐγκύκλιον. & ἐγκύκλιον dicitur:id eſt in orbem uel ordinem cogendum, ἀγοραῖον. Plinius
ἀγοραῖον. in epiſtolis, Nec tuæ naturæ eſt, * tranſlatiua hæc & quaſi publica officia à
Lib.9.epiſtola quarta à fine. familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere.Et ego te conſtã-
tius amo,quàm ut uerear ne aliter ac uelim accipias,niſi te Calendis ſtatim
** tralatitia* Conſulem uidero.Trãſlatiua officia appellat uulgaria, & ab omnibus uſur-
pata,non ab intimis modo, & iis qui exquiſitè amicitiam colunt.Cicero in
Verr.3. Ver.act.ſecunda,Sed in re tam uſitata ſatis eſt oſtendere, omnes antea ita ius I
dixiſſe, & hoc uetus edictum trãſlatitiúmque eſſe.id eſt,non nouum & nu-
per inuentum,ſed ab omnibus Prætoribus antea uſurpatum, & ex ueteribus
Lib.7.cap.5. Prætorum albis tranſlatum. Vnde Plinius maior pro uſitato accepit, & pro
eo quod frequentatur. Tranſlatitium,inquit, in Aegypto & octauo menſe
Cap.29. gigni.id eſt,uulgò ſolitum & conſuetum.Alibi pro importato,lib.10. Trãſ-
latitiorúmque inuecta mori.Contrà uerò antiqui cum fieri aliquid nõ per-
functoriè nec tranſlatiuè,ſed accuratè & enixè & totopere intelligi uolebãt,
bona fide facere dicebant,& ut uulgò dicunt,ad bonum etiamnum: hoc eſt
citra ullum figmentum,quaſi ἀπηκριβωμένως, κατεσπουδασμένως, σπουδαίως. ὑπηκρίβως K
Act.4.Scen.10. etiam dici poteſt,& ἀνενδότως. Plautus in Aulul.

Dic bona fide,tu id aurum non ſurripuiſti? Lyconid. Non,bona.
Eucl.Iſtuc quoque bona? Idem in Capt.Act.4.Scen.1.
Dic,bona fide,tu mihi iſtæc uerba dixiſti?Erg.bona.
Terent.in Heautont.Act.4.Scen.5.
Bonáne fide? Syr. Bona hercle.
Ex lege.Ex empto.De actio.emp.

Quintilianus

A Quintilianus in decimo de secessus amœnitate loquens, Nanq; illa ipsa quę delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati. Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest: & quodcunque respexerit, desinit intueri quod propositum fuerat, ἀντὶ τοῦ ὁλοσχερῶς, ἀτεχνῶς. Plinius libro septimo optima fide dixit, pro citra omnem prorsus simulationem remissionémque. Sic enim inquit, de Cæsare loquens, Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi sublimitas, captis apud Pharsaliam Pompeij Magni scriniis epistolarum, iterúmque apud Thapsum Scipionis, ea optima concremasse fide, atque non legisse, ἁπλῶς καὶ καὶ πίστιν. Aristoteles in octa-
B uo Ethicôn, καὶ πίστιν συναλλάξαντες.

Cap. 3. *Bona fide.* *Cap. 25.* *Optima fide.*

Ex eadem lege. §. ultimo.

Veluti cum futurum iactum retis à piscatore emeris, aut indaginem plagis impositis à uenatore, uel pantheram ab aucupe.) Indago (inquit Seruius) ferarum inquisitio est. Virgilius lib. 4. Aeneid. Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt. Inde indagare pro uestigare. Hîc autem indago pro effectu & proposito indaginis accipitur, id est pro captura, quo modo & Græcè therama (quod Gellius indaginem uertit) non magis uenatum significat, id est actum, quàm effectum, hoc est τὸ θηρευθέν. Nonnulli tamẽ censent (quibus
C ego assentior) indaginem apud Virgilium non ferarum indagationem, sed plagarum seriem significare in uarros arrectarũ, id est in furcas uenatorias, qualem describit Lucanus in iiij Pharsaliæ,

Haloan. Plagis positis. *Indago.* *Lib. 7. cap. 16. in fine.* *Varri.*

A ut dum dispositis attollat retia uarris
V enator, tenet ora leuis clamosa molossi. & reliqua. Et in 6.
- magnóque recessu
A mplexus fines, saltus, nemorosaque tesqua,
E t syluas, uastáque feras indagine claudit.

Polit. in Herodianum lib. 2. de militibus prætorianis ab exercitu Seueri cir-
D cundatis, Quos ubi uelut indagine armorum conclusos captiuósque habuit, magna uoce ita ad eos uerba fecit. Plinius in Panegyr. de delatoribus loquens in insulas deportatis à Traiano, Memoranda facies. delatorũ classis permissa omnibus uentis, coactáque uela tempestatibus pandere, iratósque fluctus sequi, quoscunque in scopulos detulissent. Et paulò pòst, Cum insulas omnes, quas modò Senatorum, iam delatorũ turba compleret, quos quidem non in præsens tantùm, sed in æternum repressisti mille pœnarum indagine inclusos. id est, sanctionum seuerissimarum terrore à delationibus coërcitos cohibitósque. Quo in loco indagine nõ inquisitione exposuerim,
E ut quidam censuerunt, sed ambitu potius & septo, & ueluti cancellis circũdatis. Est enim indago propriè id quod à Græcis στοιχισμὸς dicitur, id est αἱ λεγόμεναι στάλυκες καὶ στοῖχον κείμεναι. Stœchi enim Græcè uarri sunt. unde stœchismos indago, id est plagarum expansio uarris subrectarum, ferarum lustra & stabulationes ambiens, quos dumeta ferina uenatores appellãt, à uerbo stabulari eodem pertinente uocabulum deductum. Stabulari enim de feris dicitur, hoc est uersari, & locum capere. De indagine Demosthenes in prima

Στοιχισμός. *Stabulatio.* *Stabulari.*

Source : BIU Cujas

Philip. καὶ οὐχ οἷός τε ἐστὶν ἔχων ἃ κατέστραπται, μένειν ἐνθὶ τούτων, ἀλλὰ ἀεί τι προσπεριβάλλετ, F
καὶ κύκλῳ πανταχῇ μέλλοντας ὑμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται, Neque uerò poteſt
(de Philippo loquens) iis urbibus acquieſcere, quas iam ditioni ſuæ ſubegit,
ſed latius latiúſque in dies ſuarum expeditionum ambitum circunſcribens,
cunctantes uos ignauéque ſedentes tanquam indagine cingit. Alioquin in-
dago inquiſitionem ſignificat, quæ Græcè thera & therama dicitur. Vnde
Sciatheras. ſciatheras inſtrumentum gnomonicon, quo etiam architecti metandis ur-
bibus utebantur. Hoc enim ſciathera octo cœli regiones exactè colligentes,
uentorum uim moleſtam urbibus, oppoſitis platearum angiportorúmque
angulis frangebant aut amoliebantur: auráſque corporibus ſalubres platea- G
rum directionibus admittebant, ut docet Vitruuius libro primo. Sunt au-
Platea. tem plateæ uerbo Græco uici in urbibus latiores, quas uias Cicero Latinè
Lib. 1. cap. 6. appellare ſolet, uulgò autem pro areis accipiuntur. Vitruuius de colligẽdis
regionibus loquens, Collocetur, inquit, ad libellam marmoreum amuſſium
mediis mœnibus, aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, ut amuſ-
ſium non deſideretur: ſupráque eius loci centrum medium collocetur æ-
Σκιαθήρας. neus gnomon, indagator umbræ, qui Græcè σκιαθήρας dicitur. Ab hoc Scia-
Sciathericon. Cap. 76. thericon horologium apud Plinium dictum eſt libro ſecũdo, id eſt umbræ
indagatorium. Eſt autem ſolariũ, quo hodie utimur ad horas æquales æqui- H
Iactus. noctialéſque colligendas, antiqui autem ad inæquales & temporales. Iactus
uerò retis, etiam iactus abſolutè dicitur. Valerius lib. 4. cap. primo circa finẽ,
A piſcatoribus in Mileſia regione uerriculum trahentibus quidam iactum
emerat, Vbi hiſtoria memorabilis à Valerio narratur ad hunc locum perti-
nens, cuius admonuiſſe ſufficiat, ſi quis adire Valerium uelit. A Græcis hoc
Bolos. tractum, apud quos bolos, id eſt iactus in eadem ſignificatione accipitur, au-
ctore Suda. Quo uerbo aleæ etiam iactus ſignificatur. Vnde iocus ille Plau-
Plauti locus. tinus in Rudente malè ab aliquibus enarratus,
Act. 2. Sce. 3. - oh Neptune lepide, ſalue: I

Nec te aleator ullus eſt ſapientior. profectò
Nimis lepidè iecisti bolum: periurum perdidiſti.

Verba ſunt Trachalionis ſerui exiſtimãtis lenonem naufragio periiſſe. Per-
Perdere. dere autem perimere & euertere interdum ſignificat, unde iocus reſultat: &
aleatores autem & piſcatores bolon iaciunt. Perdidiſti igitur Neptune ho-
minem perditiſſimum: id eſt lenonem maximè perdendum, propterea Ne-
Act. 5. Sce. 2. ptune aleam pulchrè iecisti, pulcherrimum iactum feciſti. Idem in Curgul.
Si uis tribus bolis βάλλειν chlamydem. id eſt ſi uis tribus iactibus mittere uel
opponere chlamydem. Mil. Quin tu is malam in crucẽ cum bolis, cum bul- K
lis? Ab hoc εὐβολεῖν Græci pro uenereum iacere dicunt, qui in alea fœliciſſi-
mus eſt iactus: de quo Cicero in pri. de Diuinatione, Quatuor tali iacti, caſu
uenereum efficiũt: num etiam centum uenereos, ſi cccc talos ieceris, caſu fu-
Act. 4. Sce. 2. turos putas? Bolus priore producta fruſtum ſignificat. Terentius in Heaut.
Panthera. Crucior bolum tantum mihi ereptum tam ſubitò è faucibus. Panthera au-
tem hîc pluraliter intelligo, potius quàm panthera genere fœminino. Pan-

Ex lege, Ex empto. De actio. emp. theron

Source : BIU Cujas

A theron enim retis genus eſt, ex eo nomen habens, quòd omnes aues cõcludat,eadem ferè ratione qua panagron, quod rete piſcatoriũ eſt. Thera uenatum ſignificat & aucupiũ,unde Pantheron dictum, & ὀρνιθοθήρας auceps. Eſt autem huiuſmodi rete quod noſtri ſaltabundum appellant, quod cum humi exporrectum eſt,& in oblongam tenuitatem contractũ, tegitur quiſquiliis,ne ab auibus prouideri poſſit. Deinde cum opus eſt,adducto magna ui fune, repentè expanditur, ineſcatáſque aliquot diebus auiculas uno ictu uniuerſas contegit.Hoc reti noſtri ad paſſeres & ſturnos utũtur, & ad grues & otidas,quas* ſtardas uocãt,quaſi tardos anſeres. Hic autem in plurali per *Ouſtardas.*

B metonymiam accipitur pro captura,eo modo quo indago. Ab eadẽ tamen etymologia panthera dici poſſunt, quicquid auceps ceperit. Sudas huius uocabuli meminit, licet non interpretetur. Quid ſi non panthera, ſed pantherama legam? id eſt quicquid aucupio ceperit. Aliud eſt retis genus bimembre,quod duabus alis conſtat,humíque expanſum deuolantibus auibus adducto fune in ſe complicatur ad eas irretiendas,nec ſemel,ut illud ſimplariũ genus,ſed idẽtidem contrahitur, expanditúrque. Hoc ad corydalos utũtur, & ad eas auiculas quas peregrinas appellant:de quo hic intelligi non poteſt, non magis quàm de eo genere aucupij uenatorij, quod hodie ubique gen-

C tium notum & frequentatum, mirum eſt priſcis inauditum fuiſſe. Neque enim Ariſtoteles,neque Plinius, qui genera aquilarum accipitrúmque tradidere,uſquam eius rei meminerunt,nec alius prorſus ueterum ſcriptorum qui extant,ut arbitror. Iulius tantùm Firmicus lib.5.cap.8. mentionẽ prædonum accipitrum & falconum facit, qui tempore Conſtantini Imperatoris fuit,Conſtantini Magni filij. Quin & Plinius lib.10. ita inquit, In Thraciæ *Cap 8. De aucupio accipitrario.*
parte ſuper Amphipolim homines atque accipitres ſocietate quadam aucupantur.hi ex ſyluis & harundinetis excitant aues,illi ſuperuolantes deprimunt:rurſus captas aucupes diuidunt cum eis.Idem genera accipitrum ſe-

D decim meminiſſe ſe dicit,nec tamen proſequitur,ne nominatim quidẽ,cum Ariſtoteles genera tantùm decem ponat,ut fortaſſe erratum eſſe in notis numeri apud Plinium ſuſpicari debeamus. Quæcunque enim de aquila & accipitre dicit,ex Ariſtotele ad uerbum uertiſſe uidetur. Hodie nomina ſeruari(ut arbitror) uix poſſunt,quo modo permulta in reliquis auibus piſcibúſque. Primam differentiam faciunt pugillarium & pinnariorum. quidam e- *Accipitrum differentiæ.*
nim prætento pugno reuocantur emiſſi: alterum genus non niſi pinnarum ſcapo reuocatur.Secunda differentia eſt inuolantium & deprimentiũ,quòd alterum genus inuolare prædam ſolet, alterum tantum deiicere ac deturba-

E re. Eſt & alia differentia eorum qui ſublimes prædam in uepretis latentem circunuolitare ſolẽt,& cum à canibus aut uenatoribus excitata eſt (Sic enim uocauerim potius quàm aucupes)ſupernè ſeſe librare, deuolãtes, ſubuolantes,prouolantes ſpectanda celeritate,ſic interdum prædam lancinãtes, ut humi afflictam enecẽt eliſis interaneis: quod teſtari oculata fide poſſumus,qui eius oblectamenti ſtudioſi magis in prima & plena pubertate, quàm literarum fuimus:punctim ſubrigi caſitaréque quaſi lineis rectis appellant hi au-

Source : BIU Cujas

tem omnes ex genere pinnario ſunt. Grauiores, & qui ſublimi uolatu luſtra- F
re prædam, atque humi conditam prodere ac circunſcribere circinatu non
ſolent, quales ſunt omnes pugillares, & nonnulli pinnariorum, arboripetæ
dicuntur & ſtatarij, porrectóque uolatu contendunt. Qui autem manſiones
obſeruare non aſſueuerunt, temerè tranſuolantes, errones appellantur, & ſta-
tionis deſertores. Quidam ſublimipetæ prædam non niſi uolantem petunt,
quam ſi prouolatu aſſequi nequiuerint, in fruteta cadentem ſubſequentibus
magiſtris emicatu produnt, ſagittæ modo ſurſumuerſus eliſi. Humipetæ
deorſum cum præda deferuntur. Sunt quos ſublimiuagos dicant, qui negle-
cta interdum præda iam deſignata, cum diſſerenauit, ad meridiem plerunq; G
apricatione delectati, in nubes licentius attolli ſolent, & diu ex hominum
proſpectu auferri expatiantes, quaſi quidam emanſores: id quod prouiden-
tes magiſtri, receptui continuò ſtentorea uoce canunt, interim ſcapum ob-
longo loro rotantes, quos oportet uocaliſſimos homines eſſe, uocíſque præ-
coniæ. Si uerò nubilauerit, nullum eſt periculum. Nidularios manſuefacta-
rij uocant, qui ex nidulo rapti ſunt, & domi adoleuerunt. Ramales ſunt qui
iam fermè adulti & nido oberrantes, ramulatim uolitantes capiuntur. Hos
(ut arbitror) præferunt: celeritate enim nidulariis præualent. Nidularij ut ob-
ſequioſiſſimi, ſic deterrimi. Peregrini ut in primis uolucres, ſic contumaces, H
& maiore negocio curabiles, ut qui ab infantia non obduruerint. Hi tamen
duorum generum, hornotini præſtantiſſimi putantur: id eſt qui antequam
deplumeſcant, manſueſcunt anniculi, qui aut bimi, aut trimi & deinceps,
feri capti ſunt, ad obſequium redigi nō poſſunt. Accipitribus ingluuiem re-
ieciſſe lethiferum, quod nonnullis generibus contingit, ſi paulò incautius
curentur. Aduentitij hodie pinnarij anniuerſaria negociatione ex Creta im-
portantur, Sacros ſacellóſque appellant, quaſi ἱεράκας & ἱερακίους. Supradictis
autem generibus alij aliter utuntur. Campeſtres appellant perdicarios, lepo-
rarios, picarios, cornicarios, miluarios. Lacuſtres & riuularios lacunarióſque I
dicunt, anatarios atq; ardearios. Vidimus pridem accipitrem ex genere per-
dicariorum palumbis magnitudine, gruem tractim deturbantem, uiſenda
ſolertia oculis inuolatam, ita ut præda torpens & in terram decidens, ſecum
auem inuolatricem detraheret, & humi cum cecidiſſet, raptim à cane lepo-
rario exciperetur, ad id condocefacto, ſtupente Principe Carolo, qui ob rei
miraculum quingentis aureis licitus eſt. Adnectuntur eorum pedibus tinti-
nabula, cum orbiculis argenteis indice circunſcriptis, ut ſi amiſſi inuenti
fuerint, ad dominos referantur: repertos autem ſuppreſſiſſe inter nobiles iu-
re recepto criminoſum eſt. Sæpe enim euagari longiſſimè & ultra famam K
ſolent ij, qui ſublimiuagi dicuntur. Anniuerſaria cura plumas in auiariis
amittunt. Ineunte autumno accipitrarij ſaginam auiarij medicamentis exi-
naniunt (extenuare id appellant, quod noſtri exaginare dicunt) rurſuſque ad
prædam inſtituunt, inediáq; perdomitant, inditis in os ſtupeis turundis ca-
runcula præditis aut inuolutis ingluuiem eorum ludificantes: ſimul enim
ſic euocatis pituitis & excrementis uolaciores reddi perhibēt, ſimul famem

Ex lege, Ex empto. De actio. emp. iritari,

Source : BIU Cujas

A iritari,atque ita ad obſequium redigi. Hyeme etiam ad gelu ſub dio nonnullos noctu alſiſſe iuuat: nõnulli ſi alſerint, cõtinuo inhorreſcũt,tum morte periclitantur reiecta ingluuie. In omni genere ueterani difficilius extenuantur,& minus uolucres ſunt,ſed ad prædam ſolertiores,& minus obnoxij:terrã enim uolatu ſtringentes,deuolantem auem excipere nouerunt,aut anguſtiſſimis finibus latebrã eius circunſcribere, ne uenatores aberrent. Tyrones ut uolaces & rapidi,ſic errones & expatiatores. Magna nũc gratia huius artificij,quod mirum eſt olim inauditũ fuiſſe, præſertim cum uenationis genera omnia(ut arbitror) fuerint antiquis percognita & uſitata.

B Ex.l.Iulianus.§.Quod autem diximus,eodem titulo.

Hic non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem.) Indicatio hoc *Indicatio.* in loco quid ſignificet,pauci (ut opinor)percipiũt.Indicare (inquit Nonius) *Indicare.* promittere atque addicere eſt: quæ ſignificatio mirè hic quadrare uidetur, atque haud ſcio an uſquam alibi ita expreſſam legerimus. Indicare igitur æſtimare eſt, & precium rei uenalis ſtatuere. M. Tullius in tertio de Offic. Quintus quidem Scæuola Publij filius,cum poſtulaſſet ut ſibi fundus,cuius emptor erat, ſemel indicaretur, idque uenditor ita feciſſet, dixit ſe pluris æſtimare:addidit centum millia. Nihil expreſſius his exemplis. Sed apud Ci-

C ceronẽ multi uulgariter intelligunt indicare pro demonſtrare.Indicare uendentis eſt, τιμᾶσθαι, ut mercari & liceri emptoris. Plautus in Perſa, Indica, fac *Act 4.Sce.4.* precium, τίμα, πόσου πωλῶν ἀξίαν. Dorp. Tua merx eſt, tua indicatio eſt.Id eſt (ut uulgò dicunt) qui bouem uænalem habet, is precium imponit. Idem, Vín' bene emere?Dorp. age,indica prognariter. Hoc eſt æſtima, dic quanti uendes uno uerbo. Et rurſus in Aulularia, *Act.2.Sce.5.*

V enio ad macellum:rogito piſces:indicant
C aros,agninam caram,caram bubulam.

Licetur emptor,id eſt πλειστιάζει, quod etiam ὑποδηματίζειν dicitur. Fortaſſe *Πλειστιάζειν. ὑποδηματίζειν.*

D autem apud Plautum ſic legendum,Rogito piſces: indicant caro: agninam caro:caro bubulam.ut hic apud Vlpianum, Aſſeuerauit autem bonæ frugi & fidum,& caro uẽdidit.Quod autem ſequitur,Atqui ignorauit: atqui una eſt particula, καὶ μὴν, ἀλλὰ μήν, per hypophorã poſita,& obiectiuè pronunciandа.Indicat uenditor, id eſt τιμᾶται. quanquam Lucianus aliter expreſſit his *Τιμᾶσθαι.* uerbis, πόσου πράττῃς με ὑποδῆσαι; Quanti hunc indicas? Indicatio æſtimatio eſt, *Πράττειν.* atque etiam probatio. Plinius lib. 22. Mellis cauſas atque differentias, natio- *Cap.24.* néſque & indicationem, in apium ac deinde florum natura diximus. Vbi imperiti,aut qui non ſatis animaduerterunt,iudicationem legunt.Indicatu-

E ra etiam in eundem ſenſum ab eodem dicitur in præfatione his uerbis,Hæc fiducia operis eſt,hæc indicatura.id eſt precium & æſtimatio operis, & quo *Indicatura.* maximè opus probatur, & cenſetur.Idem lib.37. Traditur Hiſmeniam cho- *Cap 1.* raulem multis fulgentibúſque gemmis uti ſolitum, comitante fabula uanitatem eius,indicato in Cypro ſex aureis denariis ſmaragdo, in quo fuerat ſculpta Amymone, iuſſiſſe enumerari, & cum duo relati eſſent imminuto precio,malè me hercules curatum dixiſſe. multum enim detractũ gemmæ

Source : BIU Cujas

Plinij locus. dignitati. Qui locus uulgò corruptissimè legitur. Vbi etiam nos non enu- F
Lib 37. ca. 2. merari, sed c, id est centũ numerari legimus. Et rursus, Nec est hodie Murrhini alterius præstantior indicatura. Hoc autem in loco indicatio significantissimè accipitur pro uerbosa illa ac scurrili propemodũ uænalium rerũ commendatione, qua uenditores uti solent emptoribus alliciendis. Sic enim solent ultro gratissimas res futuras emptoribus spondere, & futurum ut bene secum actum esse dicant. Maximè autem omnium Iurisconsultorum Vlpianus proprietatis atque elegantiæ studiosus fuisse mihi uidetur.

Vlpianus elegãtiæ studiosus.

Ex.l. Limes & labra, eodem titulo.

Funes non limes proculdubio legendum censeo. Hunc autem errorem li G
tera maiuscula & miniata induxit, quales fieri in capitibus legum solent: funésque haustorios intelligendum. At uerò labra crateres lapideos significãt, quibus aqua saliens ex siphunculis concipitur. Crater est enim, quem uulgò peluim appellant in fontibus manu factis, id est salientis aquæ conceptaculum. Plinius in.v. epist. In hoc fonte crater, circa siphunculi plures miscent iucundissimum murmur. Idem, E stibadio aqua uelut expressa cubantium pondere, siphunculis effluit, cauato lapide suscipitur, gracili marmore continetur, atque ita occultè * temperatur, ut impleat, nec redundet. Sunt alioqui labra, uasa uinitoribus accommodata, quemadmodum lacus & cuppæ, H
quibus labris apud nos uindemiæ exportantur in uehiculis. Labra etiam lapidea balneis usum præstant, fossæque lapideæ in balneis labra uocabantur, cuius significationis exempla sunt apud Vitruuiũ lib. 5. cap. 10. πυελοὶ & πλυνοὶ Græcè dicuntur, hoc est solia balnearia. Salientes autem capita sunt fistularum, atque etiam ipsæ tubulorum fistularúmque scaturigines, quæ & siphunculi dicuntur, & sipunculi, ab aquæ expressione, tanquam ex siphone salientis. hos Græci κρουνοὺς uocant. Lucianus, ἐμφορῦμαι χανδὸν ἐποθεὶς ὦ κρουνῷ τὴν κεφαλήν. Vnde enneacrunos fons Atticæ ab nouem salientibus sic dictus. Et κρουνίζειν uerbum Galeno, quod fundere aquam gracili saliente significat. Ci- I
cero ad Quintũ fratrem, Piscina & salientibus additis mira suauitate uillam habiturus es. Vitruuius lib. 8. Collocentur in castello tres fistulæ æqualiter diuisæ * in tria receptacula coniuncta: uti cum abundarit, ab extremis in medium receptaculum redundet: ita in medio ponentur fistulæ in omnes lacus & salientes. Accursius de his omnibus aliter prorsus censuit.

Labra. *Crater.* *Ad Apollinarem. epist. 6.* ** perforato,* *Salientes.* *Siphunculi.* *Κρουνοὶ.* *Enneacrunos fons.* *Κρουνίζειν.* *Lib. 3. epist. 1. Cap. 7. non procul ab initio.* ** intra*

Ex.l. Fundi. §. Si ruta, eodem in titulo.

Si ruta & cæsa excipiantur.) Quid sint ruta & cæsa, Vlpianus hic, & in.l. seq. apertè docuit: aliquid tamen his addendum. Cicero in fine Topicorum de rutis & cæsis ita inquit, scribens ad Trebatium hominem Iuriscon. Nam K
ne præterirem aliquid, quod ad argumẽtum in omni ratione reperiendum pertineret, plura quàm à te desiderata erãt, sum complexus: fecíque quod sæpe liberales uenditores solent, ut cum ædes fundúmue uendiderint rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa aptè & suo loco positum esse uideatur. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam uoluimus non debita accedere. Inde illud

Ex titulo, De actio. empt.

Crassi

Source : BIU Cujas

A Craſſi in Lucium Brutum Bruti Iuriſcon.filiũ,ex ſecundo lib.de Orat. Quid patri nunciari uis?cui rei, cui gloriæ, cui uirtuti ſtudere? patrimonióne augendo? at id non eſt nobilitatis.ſed fac eſſe, nihil ſupereſt,libidines totũ diſſipauerunt.An iuri ciuili?eſt paternum.ſed dicet te cum ædes uenderes, ne in rutis quidem & cæſis ſolium tibi paternum reliquiſſe. Prouerbialiter à Craſſo dictum eſt in hominis nequitiam,qui adeò effuſus fuit paternis bonis addicendis & diſſolutus,ut nihil cauerit ſibi in rutis ſaltem & cæſis recipiẽdis, *Ruta & cæſa recipere.*
in quibus,ut ex illis uerbis Ciceronis apparet,maiorum memoria conſeruari ſolebat.Craſſus enim cum Brutorum gentis imagines in funere anus cu-
B iuſdam ferrentur,quæ ex familia Brutorũ erat (ut moris fuit antiquis) ſcommatis occaſione arrepta ita ad Brutum in foro inquit, unde pompa funeris uideri poterat,Tu lucem aſpicere audes?tu hos intueri? tu illam mortuam, tu imagines ipſas non perhorreſcis,quibus non modò imitandis,ſed ne collocandis quidem locum tibi ullum reliquiſti? Plinius libro triceſimoquinto de iis loquens,Aliæ,inquit,* in foribus & circa limina animorum ingẽtium imagines erant,affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori refringere liceret,* quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. In rutis igitur & cæſis huiuſmodi imagines & ſtemmata familiarium erant. Neque uerò
C Mutius in titulo De uerborum ſignificat. rutorũ cæſorum ſignificationem tam arctè complexus eſt,quàm hîc Vlpianus fecit.In rutis,inquit,& cæſis ea ſunt,quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili tectorióue non continentur. Secundum quæ uerba opus inteſtinum in rutis & cæſis continetur. quod cum ex dicto loco Ciceronis in Topicis intelligitur, tum uerò ex iis quæ.§.ſuperiore de pluteis dicuntur.Eſt autẽ opus inteſtinum, inſtrumentum domus,ut ſcamna, ſedes,grabati,abaci,ſubſellia,fulcra,plutei,armaria, ſcrinia,foruli,loculamenta,menſæ, tripodes,monopodes uel potius monopodia,dorſualia quæ igni opponuntur cum accumbimus,repagula,& clau-
D ſtra lignea,& omnia denique quæ materia conſtant. Vitruuius libro ſecundo, de abiete loquens, Ima autem cum exciſa quadrifluuiis diſparatur, eiecto torulo ex eadem arbore ad inteſtina opera comparatur. Idem libro ſexto, de cauediis diſpluuiatis loquens,Itaque redundantes canales reſtagnant, & inteſtinum opus & parietes in eis generibus ædificiorum corrumpũt. Vbi inteſtinum pro feneſtris poſuit.Et rurſus alibi, Habẽt autem hæ domus ueſtibula egregia,& ianuas proprias cum dignitate, porticúſque periſtyliorũ albariis & tectoriis,& ex inteſtino opere lacunariis ornatas. Materiaria autẽ incruſtatio,quam lambritiũ dicunt,tectorij uicem implet. Coaxatio enim,
E quæ & coaſſatio dicitur,tabulis id genus conſerta eſt,quibus cuppæ & lacus conficiuntur. Aſſes enim,quæ & axes dicuntur, tabulæ ſunt ſectiles, non abſimiles ſcandulis, quibus tecta tegularum uice in quibuſdam locis tegũtur. Plinius aſſamenta etiã appellat libro decimoſexto,ut Græci σανιδώματα. Coaxatione antiqui ad intertignia utebãtur,quod nuper in uſum rediit. Lignea uerò incruſtatio tympanis & orthoſtatis compacta eſt,panella & mordeſias à mordendo appellant artifices,& tenones quaſi tenaces. Axes ij ſunt excaua-

** triumphabántq; etiam dominis mutatis ipſæ domus. L. In rutis.*

Opus inteſtinum.

Dorſualia.

Cap.9.

Cap.3.

Lib.6.ca.10.

Incruſtatio materiaria.

Coaxatio & coaſſatio.

Aſſes & axes, & aſſamenta.

Cap.40.

Σανιδώματα.

Orthoſtatæ, Mordeſiæ.

Tenones.

Source : BIU Cujas

ti cardinatíque,quibus tympana undique ambiuntur & continentur. Arre- F
Arrectaria & transuersaria. ctaria etiam trãſuerſariáque iugamenta dicuntur.Cardo ſumma pars eſt iu-
Cardo. gamenti quod in cauum inditur. Contabulatio generale nomen eſt.Aſſeres
Cõtabulatio. ab aſſibus differunt.Sunt enim aſſeres oblongi,trientali circiter materia,lati-
Aſſeres. tudine ferè ac craſſitudine æquales,uulgo membraturæ dicuntur.

Ex eadem lege.

Caſtellum. Haloan. Caſtella plũbea, putea,opercula puteorũ, epiſtomia fiſtulis adplũbata. Caſtella plumbea putea opercula puteorũ epitonea.) Lego, caſtella plũ-
bea putealia,id eſt opercula puteorũ,epiſtomia: ut fortaſſe hæc uerba, id eſt
opercula puteorum, ſint ex margine in textum addita. Caſtella in aquædu-
ctibus duplicem uſum præbent. Sunt enim caſtella conceptacula quædam G
laxiora certis ſpatiis emodulata,ex quibus aqua per fiſtulas in uaria loca di-
ſtribuitur,id eſt in uillas & prætoria nobilium indultu principali,ut docet
Cap.7. Frontinus in libro de Aquæductibus. Vitruuius libro octauo,Ductus aquæ
fiunt generibus tribus: riuis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis, ſeu
tubulis fictilibus,quorũ hę rationes ſunt.Si canalibus,ut ſtructura fiat quàm
ſolidiſſima, ſolúmque riui libramenta habeat faſtigiata ne minus in cente-
nos pedes ſemipede. Eæque ſtructuræ conformicẽtur, ut minimè ſol aquam
tangat. Cúmque uenerit ad mœnia,efficiatur caſtellum,& caſtello coniun-
ctum ad recipiendum aquam triplex immiſſarium. Collocentúrque in ca- H
**intra* ſtello tres fiſtulæ æqualiter diuiſæ *in tria receptacula coniuncta, uti cum
abundauerit, ab extremis in medium receptaculum redundet. Ita in medio
**ex* ponẽtur fiſtulæ in omnes lacus & ſaliẽtes.*in altero in balneas quę uectigal
quotãnis populo præſtẽt:ex quibus tertio in domos priuatas, ita ne deſit in
Immiſſaria. Receptacula. Lacus. publico. Immiſſaria Vitruuius & receptacula pro iiſdẽ accipit, lacus autem
pro iis conceptaculis aquæ, in quibus mulieres lintea abluebant. Canales
ſtructiles ſemiruti hodie Romæ uiſuntur. Tubulis & fiſtulis Gallia utitur.
Caſtellorum altera eſt utilitas, quòd aqua per canalium aut tubulorum an-
guſtias magno ſpiritus impetu eliſa, cum in caſtellorum laxitatem inci- I
derit,impetum illum à ſpiritu elidente per anguſtias cõceptum amittit,qui
alioquin aquæductibus propter rapiditatẽ noxius eſſe poſſet. Propterea cre-
bra in aquæductibus erãt caſtella certis ſpatiis aſtructa. Vlpíanus autem hîc
de priuatis caſtellis intellexit,hoc eſt de quibuſdam cõceptaculis atque im-
miſſariis aquæ uel tubis deriuatæ uel hauſtæ machinis,quæ cum uſus uenit,
per emiſſarium uel per ſalientes emittitur ad eum locum quò emitti opus
Cap.9. eſt.Vitruuius libro decimo, de organis hauſtoriis loquens, Cum autem al-
tius extollẽdum erit,eadem ratio commutabitur ſic. Rota fiet circum axem
ea magnitudine,ut ad altitudinem quæ opus fuerit,cõuenire poſſit.Circum K
extremum latus rotæ figẽtur modioli quadrati, pice & cera ſolidati. Ita cum
rota à calcantibus uerſabitur,modioli pleni ad ſummũ elati,rurſus ad imum
Li.10. ca.12. reuertentes, infundent in caſtellum ipſi per ſe quod extulerint.Idem de Cte-
ſibica machina loquens, Ita ex inferiore loco caſtello collocato ad ſaliẽdum
Epiſtomion. aqua ſubminiſtratur.Epiſtomion æramentum eſt,quo ora ſalientium obtu-
rantur & laxantur cum opus eſt, dum manu ducitur uertibulum illud per-

Ex lege,Fundi.De actio.emp. tuſum,

Source : BIU Cujas

A tuſum, quod admittit uel arcet aquam, prout hoc aut illo modo uerſatur. Epiſtomion enim Græcum eſt, quaſi oris obturaculum dicas. Hoc ad hauriendum ad quotidianum uſum uinum in hypogeis utimur, fontem appellantes. Vitruuius libro decimo, de hydraulicis organis loquens, Singulis autem canalibus ſingula epiſtomia incluſa ſunt, manubriis ferreis collocata, quæ manibus cum torquentur, ex arca patefaciunt nares in canales. Idē, Motione uerò uectium uehementiore ſpiritus frequēs compreſſus epiſtomiorum aperturis influit, & replet anima canales. Epiſtomiō accepit pro eo obturaculo, quod in muſicis organis ſpiritū continet, & laxat ut opus eſt. Vbi- *Cap. 13.*

B que tamen apud eum epithomion corruptè legitur. Varro libro tertio de re Ruſtica, Epiſtomiis, inquit, uerſis ad unumquenque actum ſic ut influat in conuiuium. Epiſtomizo uerbum contineo & ſuffreno ſignificat. Vnde epiſtomion dictum, quia ori uaſis pertuſi opponitur, ut fluētem liquorem cohibeat, & rurſus tranſmittat cum opus eſt. Fiſtulæ porrò applumbatæ ſunt quæ eliquato plumbo in lapidum cauis ferruminatæ ſunt, quæ interdū extra parietes prominent, interdum introrſus latent eminente tantùm mamma ærea, quæ Maſtos uerbo Græco dicitur, cuiuſmodi paſſim uiſuntur Pariſiis. Ferè enim maſtis erumpunt, non epiſtomiis, cum perenniter fluant. *Cap 5.* *Epiſtomizo.* *Fiſtulæ applumbatæ.* *Maſtos.*

C Sigilla parua ſunt ſigna, id eſt ſimulacra in ſuis ædiculis collocata, quaſi parietum honeſtamenta. Iuuenalis, Si quis in ædicula deus unicus. Vel etiam ſimulacra columnarum abacis inſidentia. *Sigilla.* *Satyr. 8.*

Ex. l. Si uenditor, eodem titulo.

Si de plumbeo caſtello fiſtulæ ſub terram miſſæ, aquam ducerēt in equū lateribus circunſtructum.) Legendum eſt in ſpecum, licet Accurſio aliter uiſum ſit. Specus enim inter opera aquariorum numerantur. Frontinus de Aquæductibus, Quicunque poſt hanc legem rogatam, riuos, ſpecus, fornices, fiſtulas, caſtella, tubulos, lacus aquarum publicarum, quæ ad urbem du- *Haloand. ſub terra.* *Haloand. in aënum.* *Specus.* *Non procul à fine.*

D cuntur, forauerit, ruperit: & reliqua. Idem, Placere circa riuos qui ſub terra eſſent, & ſpecus intra urbem & extra urbem ad continentia ædificia, utraque ex parte quinos pedes uacuos relinqui. *Paulo antè.*

Ex. l. Creditor, in fine, eodem titulo.

Ante domum mari iunctam molibus iactis pyram conſtituit.) Legendū pilam. Pilæ lapideæ in ædificiis ſunt columnæ ſtructiles, aut ſtructuræ ex lapide cæſo, quaſi quædam ædificiorum femora, quibus Mutuli (quos coruos uocant) incumbentes, trabes & epiſtylia ſuſtinent, de quibus alibi diximus. Pilæ etiam opera ſunt informia quæ in aqua conſtruuntur, cuiuſmodi ma- *Pilæ.* *Mutuli.*

E gnifica Genuæ uiſitur. molem uulgò appellant. Earum uſus eſt ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum cōſtructione Vitruuius libro quinto ſic inquit, Deinde ſuper eam exæquationē pila, quàm magna cōſtituta fuerit, ibi ſtruatur: eáque cum erit extructa, relinquatur ne minus duos menſes, ut ſicceſcat. Tunc autem ſuccidatur margo quæ ſuſtinet arenā. ita arena fluctibus ſubruta, efficiet in mare pilæ præcipitationem. Huiuſmodi pilam Virgilius libro nono deſcribit his uerbis, *Cap. ult.*

Source : BIU Cujas

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam F
Saxea pila cadit,magnis quam molibus antè
Conſtructam ponto iaciunt:ſic illa ruinam
Prona trahit,penitúſque uadis illiſa recumbit.

Huiuſmodi autẽ fiebant ex puluere Puteolano,qui in aqua lapideſcit.Fiunt
Arcæ. & alia ratione intra aquã circũdatis tabulationibus,quas arcas Vitruuius ap-
Septa aquaria. pellat ab arcẽdis aquis ab opere.Alij aquaria ſepta uocant.Noſtrates fabri &
Baſtardelli. ſtructores baſtardellos dicũt: cuiuſmodi dudũ in põte Pariſiẽſi uidimus ſu-
ſcudatis lignis ad perpendiculũ depactis,ne aqua per rimas erumpere poſſet.
Suſcudes. Sunt autẽ ſuſcudes ſubcudéſq;,lignea retinacula quæ etiã ſecuriclæ à forma G
Securiclæ. dicũtur,quaſi ſecuriculæ,quibus duo tigna * tenaciſſima inter ſe uinciũtur,
** tenaciſſimè* unde ſecuriclati cardines apud Vitruuiũ libro decimo,licet uulgò ſecurida-
Securiclatus. ti legatur,noſtri(ut arbitror)hirundinũ caudas appellant.Cato,Subcudes ili-
Cap.18. gneas adindito: eas ubi cõfixeris,clauis corneis occludito. Apud Auguſtinũ
Cap.27. libro decimoquinto de Ciuitate,ſuſcudines legitur. Vitruuius lib.10.cap.10.
de tympano ad molendam farinam loquens,Secundum id tympanũ,maius
item dentatum planum eſt collocatum,quo continetur axis,habens in capi-
te ſummo ſubcudem ferreã, qua mola continetur. Quod Vitruuius ſubcu-
dẽ hîc appellat, noſtri ferrũ molendini appellãt, ex quo forma ſubcudis in- H
telligi poteſt. In codicibus tamen impreſſis locus ille mutilatus eſt. Deſunt
enim decem uerba à uerbo priore cõtinetur,uſque ad alterũ idem uerbum.

Ex.l.penultima eiuſdem tituli.

Puta enim eum fuiſſe ſeruum,qui per catadromũ deſcendere,aut in cloa-
Catadromus cam demitti ſolitus eſſet.) Catadromus de quo miranda cecinit, id eſt uati-
cinatus eſt Accurſius,Latinè decurſorium ad uerbum trãsferri poteſt. Dro-
Cap.11. mos enim curſum ſignificat. Tranquillus in Nerone, *Nobiliſſimus eques
** Notiſſimus* Romanus elephanto ſuperſedens per catadromon decucurrit. id eſt,per ſta-
dium in quo equites decurrere ſolebãt imaginario prælio,ut fit ſæpe in Gal- I
Hippodro- lia Principe ſpectãte: licias uocant. Nonnulli catadromum & hippodromũ
mus. pro eodem accipiũt.Eſt autem hippodromus equorum curriculum, in quo
de pernicitate certatur citra ſimulacrum pugnæ. Neutra autem ſignificatio
hic cõuenit.Quid enim ſimile catadromo cum cloaca? aut quid ſeruo cum
decurſione equeſtri ? Propterea ſuſpicor locũ hunc mendoſum eſſe. Decur-
Decurrere. rere autem quid ſit, unde decurſorium dictum, docet Liuius libro decimo
Decurſoriũ. de bello Macedonico his uerbis, Mos erat luſtrationis, ſacro peracto decur-
rere exercitum, & diuiſas bifariam acies concurrere ad ſimulacrum pugnæ.
Cap.3 ſubfi- Regij iuuenes duces ei ludicro certamini dati. Gellius libro ſeptimo,Vt in K
nem. decurſibus, inquit,ludicris,aut ſimulacris præliorum uoluptariis fieri uide-
mus.Virgilius de Pallantis funere loquens in undecimo,

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrêre rogos,ter mœſtum funeris ignem
Luſtrauere in equis:
It cœlo clamórque uirûm,clangórque tubarum.

Ex lege penultima,tit.De actio.emp. Huiuſmodi

Source : BIU Cujas

A Huiuſmodi autem decurſione equites Romanos uti ſolitos ex Tranquillo apparet in Nerone, Deductus, inquit, in forum tyro, populo cõgiarium, militi donatiuum propoſuit indicta decurſione. Torneamenta edicere hodie appellant, aut etiam indicere. *Cap. 7.*

Ex. l. Videamus, in titulo, Locati.

Inter conductorem & locatorem conuenerat, ne in uilla urbana fœnum componeretur.) Quid ſit uilla urbana, nõ omnes, credo, Accurſius ſcire uoluit, quum de hoc nihil dixerit. Ab aliquo igitur antiquorum id requirendum. Is erit Varro, qui libro primo de re Ruſtica ſic inquit, temporum ſuo- *Villa urbana.* *Cap 13.*

B rum luxuriam taxans, Fructuoſior certè fundus eſt propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim ad fructuum rationem faciebant, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum uillæ ruſticæ erant maiores quàm urbanæ, quæ nũc ſunt pleræque. Idem paulò pòſt, Item cætera ut eſſent in uilla huiuſcemodi, quæ * cultum quærerent, prouidebant. Nunc contrà, uillam urbanam quàm maximam ac politiſſimam habeant, dant operam: ac cum Metelli ac Luculli uillis peſſimo publico ædificatis certant. Villam urbanam Palladius præ- **cultura quæreret,* *Prætorium. Lib. 1. cap. 8.*

C torium appellat, his uerbis, Ipſius etiã prætorij ſitus ſit loco aliquatenus erectiore & ſicciore quàm cætera, propter iniuriam fundamentorum, & ut læto fruatur aſpectu. Tranquillus in Auguſto, Ampla & operoſa prætoria grauabatur: id eſt iniquo animo ferebat Auguſtus uillas quaſdam elegantius & ſumptuoſius extructas. Et in Calig. In extructionibus uillarum & prætoriorum omni ratione poſthabita, nihil tam efficere cupiebat, quàm quod effici poſſe negaretur. Vlpianus etiam alibi prætorium, quod hîc uillam urbanam, appellauit his uerbis, Plenum autem uſum habere debet, ſi & uillæ & prætorij ei relictus eſt. Villa ruſtica eſt ea pars uillæ, quam uillicus colonus, uel uinitor, uel arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ uillaticę, *Cap. 72.* *Cap. 37.* *L. Plenum. ff. De uſu & habitatione.* *Villa ruſtica.*

D atque inſtrumento omni ruſtico condendo, aut continendo. Villa urbana, quæ & prætoriũ dicitur, ea pars eſt quam dominus ſibi recepit, quæ quia elegantius amœniúſque ædificari ſolet & inſtrui, ideo urbana uocatur, quaſi urbani nitoris & elegãtiæ plus habens, quàm ruſticæ. Propterea Vitruuius huiuſmodi ædificia pſeudourbana appellat. ſic enim inquit libro ſexto, Earum autem rerum non ſolùm erunt in urbe ædificiorum rationes, ſed etiam ruri, præterquam quòd in urbe atria proxima ianuis ſolent eſſe, ruri in pſeudourbanis ſtatim periſtylia. Columella uillam tripertitò diſtribuit, partem unam urbanam, ruſticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. In pro- *Villa urbana.* *Pſeudourbana.* *Cap. 8.* *Villæ partes. Lib. 1. cap. 6. in initio.*

E poſito igitur nihil mirum, dominum uillam ſibi urbanam recepiſſe in locatione fundi, ne fœnilis uſum colono preberet.

Ex. l. ſequenti, Item quæritur, ſi ciſiarius.

Ciſium uehiculi genus eſt biroti, ut inquit Nonius. Marcus Tullius in ſecunda Philip. Cum hora diei decima ferè ad Saxa rubra ueniſſet, delituit in quadam cauponula, atque ibi ſe occultans perpotauit ad ueſperum. Inde ciſio celeriter ad urbem aduectus, domum uenit capite inuoluto. Ita enim lo- *Ciſium.*

Source : BIU Cujas

Gellius lib.7. cap.11. cum illum legunt Nonius & Gellius, licet corruptè caſſia in impreſſis libris F
legatur. Hoc autem uerbo utitur Plinius libro duodetriceſimo. Multa ſunt
Vehicula oneraria. autem nomina uehiculorum, ut carrum qui & carrus dicitur, plauſtrũ, car-
pentum, & ſarracũ, quod uehendis marmoribus & grandi materiæ accom-
Satyr.3. modatum eſt apud Vitruuium & Iuuenalem, Longa coruſcat Sarraco ue-
Vehicula geſtatoria. niente abies. Supradicta igitur uocabula ſunt onerariorum uehiculorum.
Geſtatoria uerò ſunt carruca, ciſium, eſſedum, rheda, petorritum, & ſtaticu-
lum. Cicero in eadem Philip. Vehebatur in eſſedo Tribunuſplebis: lictores
laureati antecedebant: inter quos aperta lectica mima portabatur. ſequeba-
Cap.17. tur rheda cum lenonibus, comites nequiſſimi. Plinius libro 34. Argentum G
incoquere ſimili modo cœpere, equorũ maximè ornamentis, iumentorúm-
que iugis. Cœpere deinde & eſſeda, & uehicula, & petorrita exornare. Simili-
que modo ad aurea quoque, nõ modò argentea ſtaticula inanis luxuria per-
**prodigum* uênit: quæque in ſcyphis cerni * prodigium erat, hæc in uehiculis atteri, cul-
tus uocatur. Hactenus Plinius. Ex cuius uerbis apparet multum olim uſum
geſtatoriorum fuiſſe etiam uiris. Vidi certè nuper geſtatorium currum Præ-
fecti prætorio in quodam libro pictum quadrirotum, æratum, aut inauratũ
magnifica ſpecie, extante in eo ſella curuli. Lampridius in Alexandro. Carru-
cas Romæ & rhedas Senatoribus omnibus, ut argentatas haberent, permiſit: H
intereſſe Romanæ dignitatis putans, ut iis tantæ urbis ſenatores uterentur.
Vehicula ſacra. Erant & ſacra uehicula, quæ Thenſæ uocantur, auctoribus Seruio & Feſto.
Thenſæ. Trãquillus in Cæſ. Ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt,
Cap.76. ſedem auream in curia, & pro tribunali, thenſam, & ferculum Circẽſi pom-
Fercula. pa. Ferculis autem pompa traducebatur, & deorum ſimulacra geſtabantur.
Cap.37. Idem in eodem, Pontico triumpho inter pompæ fercula trium uerborum
prætulit titulum, Veni, uidi, uici. Cur autem ſic uocarentur, diuus Auguſti-
Cap.4. nus libro ſecundo De ciuitate dei docet. Sic hodie uocari poſſunt geſtato-
riola, quibus Euchariſtia & ſanctorum reliquiæ in ſupplicationibus circun- I
Vectabula muliebria. feruntur. Pilenta muliebria erant uectabula, quibus matronæ geſtabantur,
Pilenta. auctore Feſto: quibus tamen ſolis caſtis uti licebat, ut inquit Seruius. Virgi-
lius in octauo, - caſtæ ducebant ſacra per urbem
P ilentis matres in mollibus. Id eſt penſilibus. Sunt autem
Geſtatoria pẽſilia. penſilia geſtatoria, quos tremulos currus uocamus. Bigæ, trigę, quadrigæ, ad
curule certamen & ſacra certamina pertinent. His enim uerbis non tam ue-
Bigæ, &c. hiculum, quàm equi biiuges, triiuges, quadriiuges ſignificantur.

Ex.l.Ex conducto.§.primo.

Calamitas. Si uis tempeſtatis calamitoſæ contigerit.) Calamitatem (inquit Donatus) K
propriè grandinem ruſtici dicunt, quòd calamum, hoc eſt culmum ac ſege-
Cap.7. tem comminuat. Plinius libro decimooctauo naturalis hiſt. Ordeum ex o-
mni fruméto minimè calamitoſum, quia tollitur antequam triticum occu-
Verr.3. pet rubigo. Vnde Cicero metaphoricôs in Ver. actione ſecunda ita inquit,
Eadémque ui & iniuria cum pecunias maximas cogeres, per omnes partes
prouinciæ te, tanquam aliquam calamitoſam tempeſtatem peſtémque, per-

Ex lege, Ex conducto. tit. Locati & cond. uaſiſſe

Source : BIU Cujas

A uaſiſſe demonſtro.Idem alibi de eodē, Quacunque iter fecit,eiuſmodi fuit, ut non Legatus populi Romani, ſed ut quædam calamitas peruadere uideretur.Non potuit Cicero ſignificātius Verris Prætoris furta ac rapinas & iniurias exprimere. Quo uerbo uocari poteſt noſtro tempore militū improbitas pagatim graſſantium,qui quacunque iter faciunt,impotentiſſimæ petulantiæ ueſtigia ad finem anni uertentis impreſſa relinquere ſoliti ſunt, uſqueadeò omnia diuexata,omnia exhauſta, omnia diſiecta,quaſiſque grandine ac procella proculcata obtritáque digreſſis illis uiſuntur, ſimul ignorante Principe,ſimul iis quos editiore loco poſitos hic turbo percellere non po- *Verr.3.*

B teſt,nihil ad ſe attinere eam calamitatem interpretantibus. Quis enim (ſi ad normam ueritatis loqui uolumus) publica uice commoueri, aut certè permoueri in huiuſmodi rebus uiſus eſt,eorū quidem qui populo apud Principem adeſſe & debent & poſſunt? Noui unum & alterum eorum, qui ſummarum rerum actui aliquando præfecti fuerunt, quos compertum habeo difficillimis plebis temporibus,cum ad eos huiuſmodi calamitates deferren tur (ſunt enim quocunque tempore uiri boni, qui uicem miſerorum non dolere nequeunt) cúmque his aliiſque permultis ærumnis iamiam ceſſura plebis inopia diceretur,ad Principémque & ſanctius Principis cōſilium re- *In eos qui uicem calamitoſæ plebis nō dolent.*

C ferri de hac re debere primo quoque tempore: hactenus uice publica commotos eſſe,ut reſponderent,non ſibi id negocium eſſe,ut afflictæ plebeculę illachrymando,periculum non quidem ſibimetipſis, ſed fortunis ſuis creatum irent,& tāquam popularibus ærumnis piacularē fortunā ſuam ſubderent,publicæ calamitatis ſuccidaneam.ſic enim loqui ſolēt, belliſſimum eſſe putātes,improbius quàm facetius dictum riſu etiam proſequi. At enim huiuſmodi nuncij nec Principibus feſtiui ſunt, & in nonnullorum aliquando potentium offenſionem incurrunt.Itáne uerò tauris ipſi à natura datum eſſe fatebuntur,ut pro uitulis imbellíque arméto ſumma ui,ſummóque diſcri-

D mine cum leonibus dimicent: ad ſe autem præter naturalem hominum inter homines commendationem, etiam in magiſtratibus aut honoribus poſitos,popularia incommoda pertinere negabunt?Primos honores ipſi gerāt, coli ſe à populo ſupra modum quoque uelint: ſtipendia immenſa,&(quod indignitatem auget)collatione plebeculæ corraſa mereāt,& calamitoſæ plebis querelas nihil ad ſe pertinere dictitent? Videant quæſo rectúmne ſit, aut num id tueri citra grauem animæ noxam poſſint. Verùm illi fortaſſe plus uiderunt. Vt enim in membris & partibus corporis humani aliqua ſibi tantùm quodammodo nata eſſe uidentur, ut aures & oculi, alia cæteris mem-

E bris ſubſeruire,ſuúmque munus obire,aliorum cauſa nata ſunt, ut crura,ut manus,ut pedes:ſic aures & oculi reipublicæ,id eſt hi quos primos ordines in adminiſtrandis rebus ducere Princeps uoluit,more hominū ſæpe faciunt, ut ſibi ſuiſque conſulere in communibus rebus agendis,id eſt publicis,ſatis habeant:reliquos omneis uectores,qui procul gubernaculis agunt,& plebeculam præſertim quæ ad ſcalmum interdiu noctúque adhæreſcere cogitur, & remis incumbere, tanquam aſinum ad clitellas, ſic ad inopiam & ærum-

Source : BIU Cujas

nam natos esse censeant: ut clauum tenentibus ipsis, & omnibus fœlicibus F
feriatis esse liceat, atque etiam, si diis placet, laboribus ærumnosorum frui.
Quasi uerò non eadem naui, id est eodem periculo tempestatum, & gubernatores, & remiges, & uectores, per huius uitæ uarios euentus, quasi per fretum aliquod undabundum, trãsmittãtur. Aut quasi remigio disiecto ociosè etiam ac placidè uelificari possint. Atqui isti, ut uidetur, cum ad summa honorum fastigia euaserunt, rem ita inter se componunt, ut inuicem Plautinũ
In Rudente Act. 4. Sce. 3. illud dicant, Si tu proreta huic naui es, ego gubernator ero: atque ita distributis sibi suisque primis quibusq; muneribus, summissim inter se (quasi ad populares & oppidanos homines loquentes) dicere solent, G

Lucan. lib. 5.
- nunquam sic cura Deorum
S e premit, ut uestræ morti, uestræque saluti
F ata uacent. procerum motus hæc cuncta sequuntur.
H umanum paucis uiuit genus.

Deos autem more nostro nunc appello (ut antea diximus) quos immodica potentia uiuos uiuentésque inter diuos retulit, in quorum manibus tanquã in cardinibus summa rei Gallicæ uertitur. Qui tãdiu in cœlo esse solent (ut
In cœlo esse. Ciceronis uerbo utar hic appositissimo) id est omnium ore celebrari, ac nominis sui fama, fora ac conciliabula, omnésque conuentus circulósque implere, quãdiu fortunæ collibuit. Quorum diuinitas toto hoc imperio, quãlibet latè patet ipsum, locis omnibus, omnibúsque horis, omnium uocibus H
inuocatur, nominatur, agitur rea, laudatur, arguitur, & interdum cum conuiciis colitur. Volubilis tamen & cæca existimata, uaga, inconstans, incerta, uaria, indignorúmque fautrix, desultoria celeritate subinde in alium aliúmque transiens. Cui omnia expensa, omnia feruntur accepta, & quæ in nostro-
Plin. lib. 2. cap. 7. rum hominum ratione sola utranque paginam facit, ut inquit ille. Vt enim quicquid publicè priuatímque rectè secúsue cesserit, ita bene eos, aut malè audire illico necesse est. Quibusdam uerò eorum in ista beatitudine tãta hu I
manitatis obrepit obliuio (quasi ad lethæas aquas biberint) ut se uelut onagros omni lege solutos, omnis ærumnæ ac laboris immunes esse nimia fortunæ indulgentia cæci interpretentur, nec popularium calamitatibus ueluti iniquis asellorum clitellis condolescant. In quo tamen longè mihi falli uidentur homines ambitiosissimi. Amplissimũ est enim homini uiribus aut corporis aut animi prævalenti, aut etiam opibus, quamplurimos homines
Deus qui fias. Lib. 2. cap. 7. iuuisse. Deus est mortali iuuare mortalem (inquit Plinius) & hæc ad æternam gloriam uia. Et Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem & Pollucem in cœlum (ut inquit Marcus Tullius libro secundo de Legibus) merita uo- K
cauerunt. Quod quomodo intelligi debeat, ex uerbis eius colligi potest libro tertio de Natura deorum, Atqui (inquit) in plerisque ciuitatibus intelligi potest, augendæ uirtutis gratia, quo libentius reipublicæ causa periculũ adiret optimus quisque, uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium cõsecratam. A quo etiam mutuatus ex professo Lactantius libro pri-
Cap. 15. Ex Cic. lib. 2. De natu. deo. mo Institu. ita inquit, Suscepit autem uita hominum, consuetudóque com-

 munis,

Source : BIU Cujas

munis,ut beneficiis excellentes uiros in cœlum fama ac uoluntate tollerent. Hinc Hercules,hinc Caſtor, hinc Pollux, hinc Aeſculapius, hinc Liber. Et rurſus,In pleriſque autem ciuitatibus intelligi poteſt,acuendæ uirtutis gratia,aut quo libentius reipublicæ cauſa periculum adiret optimus quiſque, uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam. Sed hoc nimirum eſt illud. Quemadmodum membrorum, id eſt partium corporis alia uidentur propter uſum à natura eſſe data,ut manus,ut pedes,ut ea quæ ſunt intus in corpore:alia nullam ob utilitatem,ſed quaſi ad ornatũ, ut cauda pauoni, pennæ uerſicolores columbis, uiris mammæ & barba: ſic eorum qui ad primos magiſtratus uocãtur,quaſi ad unum corpus reipublicæ adminiſtrandum,quidam rebus egregie geſtis perficiunt, ut non ſibi nati eſſe,ſed omnibus uideãtur:quibus morte extinctis gloria perpetua ſuccedit. quidam ſocordia tanta præditi ſunt,ut nõ magiſtratus gerere, ſed magiſtratuum perſonam induiſſe uideantur, ut reipublicæ ſuarum interim partium ſi minus ratio,at numerus certè conſtet. Sed fuiſſe nobis huiuſmodi homines ſperamus reipublicæ præfectos,ut alibi dictũ eſt. Omnia iam nobis meliora non modò fore,ſed etiam eſſe ſpopondimus. Et alioquin hoc Principe iandiu in portu nauigare uidemur. Qui cum ad ſemiermem huius reipublicæ nauem, atque in alto luxus & incuriæ publicæ fluitantem nauarchus acceſſiſſet,in multos eam tumultus ingruentium inſtantiúmque bellorum iamiam incurſuram,ſacra quadam anchora frugalitatis haud dubiè ſtabiliuit.Vt ad rem redeamus:Terentius in Eunucho,Sed ecca ipſa egreditur noſtri fundi calamitas.Propterea factum,ut calamitas pro diſpendio & ſterilitate accipiatur.Cicero pro lege Manilia,Nam in cæteris rebus cum uenit calamitas,tum detrimentum accipitur: at in uectigalibus non ſolum aduẽtus mali,ſed etiam metus ipſe affert calamitatem. Calamitoſus ærumnoſus eſt, malis calamitatibúſque prægrauatus, inquit Nonius. Cicero in Diuinatione,Honoris ampliſſimi eſſe puto,& accuſare improbos, & miſeros calamitoſóſque defendere. Inde calamitoſus ager Catoni, & calamitoſum periculoſumque cœlum. Calamitas etiam in ludis ſcenicis dicebatur, cum fabula exigebatur:ut in prologo Hecyræ.à Græcis πλακῦσμα dicitur,cum alioqui calamitas λύμη & ὀικοφθορία dicatur,& πόρισμος. Vlpianus igitur omnis antiquitatis peritiſſimus,ut hîc,ſic ubique ferè ſermonis proprietatem ſeruauit.His enim uerbis talem procellam ſignificauit, quæ ſegetes frugéſque procellere ſolet,qualem Virgilius primo Georgicorum deſcribit:

O mnia uentorum concurrere prælia uidi,
Quæ grauidam latè ſegetem ab radicibus imis
Sublimè expulſam eruerent:& reliqua. Hæc χαλαζοκοπία à Græcis dicitur,id eſt grãdo procelloſa.Cæterum ſturnus cuius hîc Vlpianus meminit,auis eſt maculoſa,quæ Græcè Pſarus dicitur,magnitudine merulæ,ut inquit Ariſtoteles,gregatim uolans ut paſſer. Sturnellus uulgò dicitur. Auis eſt docilis,ut turdus, & galerita, & monedula, & reliquæ humanæ uocis imitatriculæ. Graculus,genus eſt monedulæ, coracias ab Ariſtotele dicitur à coruina ni-

Act.1. Sce. 1.

Calamitoſus.

Non procul à fine.

Calamitas.

Vlpianus omnis antiquitatis peritiſsimus.

Sturnus.

Pſarus.

Graculus.

Source : BIU Cujas

gritie,roſtro tamen rutilo,docilis etiam, & facilè manſueſcens. Huiuſmodi F
uidentur ad uiuarium Vincenariũ innumeræ, roſtro ferè nigrante. Et ſturni & monedulæ aues ſunt gregariæ quotannis migrantes, remigrantéſque, nonnunquam tanta ui earum ingruente,ut frugibus & uitibus latè depopulatis ſterilitatem afferant.

Ex eodem.§.

Rauca. Si raucis aut herbis ſegetes corruptę ſint.) Rauca uermis eſt,cuius Plinius
Cap.18. in uitiis ſegetum non meminit:ſed in decimoſeptimo,de cultura talearum loquens,Olea,inquit,ubi quercus effoſſa ſit,malè ponitur:quoniam uermes, qui raucæ uocantur,in radice quercus naſcuntur,& tranſeunt.Idem in deci- G
Cap.17. mooctauo,Naſcuntur & uermiculi in radice, cum ſementem imbribus ſecutis incluſerit repentinus calor humorem.Gignũtur & in grano, cum ſpi-
Ibidem. cæ pluuiis calor inferueſcit.De herbis autẽ noxiis idem ita inquit, Nam lolium & tribulum & carduum lappámque, non minus quàm rubum, inter frugum morbos,potius quàm inter ipſius terræ peſtem numerauerim. Lo-
Lolium. lium herba eſt quæ Græcè æra dicitur,de qua idem alibi,Triticum enecat æ-
Li.18. ca.17. ra,ordeum feſtuca,quæ ægilops dicitur,lentem herba ſecuridaca. Et hæ quidem complexu necant. Aerę granum minimũ eſt in cortice aculeato,quod
Aera. cum eſt in pane, celerrimè uertigines facit. herba uulgò nota eſt, hibraia à H
Aegilops. noſtris dicta.Aegilopem Virgilius Latinè auenam appellauit in hoc uerſu,
Auena. Infelix loliũ,& ſteriles dominantur auenæ. Plinius, Primum omniũ, inquit,
Georg.1. frumenti uitium auena eſt,& ordeum in eam degenerat, ſicut ipſa frumen-
Li.18. ca.17. ti fit inſtar,quippe cum Germaniæ populi ſerant eam,neque alia pulte uiuãt.
Runcatio. Runcatio contra inutiles huiuſmodi aut etiam noxias herbas inuenta eſt.
Runcare. Vnde runcare uerbũ,quod Græcè βοτανίζειν dicitur, id eſt herbas noxias uel-
Cap.18. lere, & runcatio βοτανισμὸς.Plinius libro decimooctauo, Poſtea pauci run-
Cap.21. cant,quod botaniſmon uocant. Idem, Runcatio cum ſeges in articulo eſt, euulſis inutilibus herbis,frugum radicem uindicat, ſegetémque diſcernit à I
ceſpite.Et rurſus, Faba runcari non geſtit,quoniam euincit herbas. πασμὸς à
Sarritio. Theophraſto dicitur.Sarritio,quæ à Græcis σκάλισις dicitur(ut ſarrire σκάλλειν)
Ibidem. ſarculo perficitur.Vnde etiam Sarculatio dicitur, de qua idem Plinius, Sarculatio induratam hyberno rigore ſoli triſtitiam laxat teporibus uernis, no uóſque ſoles admittit. Qui ſarriet,caueat ne frumenti radices ſuffodiat. Triticum,ordeum,ſemen,fabam bis ſarrire melius.

Ex eodem.

Sed & ſi labes facta ſit,omnémque fructum tulerit,damnum coloni non
Labes. eſſe. Et paulo pòſt, Sed & ſi vredo fructum oliuæ corruperit.) Labes hoc in K
loco pro ruina & agri conſidentia accipi poteſt, quæ Græcè σωίζησις dicitur. Labes enim à lapſu dicitur,ut inquit Seruius in illum Virgilij locum, Hinc
Aeneid. 2. mihi prima mali labes. Eſt autem labes agri, cum ager repẽtè terræmotu aut
Chaſma. quauis alia ratione ſubſidet in uaſtam uoraginem,quæ Græcè chaſma dici-
L. Si in uen-ditione. tur,id eſt hiatus terræ, quo uerbo Vlpianus uſus eſt ſuprà, De periculo &
Chaſmaticus terræmotus. commodo rei uẽditæ. Vnde chaſmaticus terrę motus dictus,cum mouẽte

Source : BIU Cujas

A terra huiuſmodi hiatus exiſtunt. Plinius libro ſecũdo, de terræmotu loquẽs, Cap. 80.
Hiatus uerò aliàs remanet, oſtendens quæ ſorbuit, aliàs occultat ore compreſſo, rurſusque ita inducto ſolo, ut nulla ueſtigia extent, urbibus plerunque deuoratis, agrorúmque tractu hauſto. Ariſtoteles chaſmatiam appellat in libro De mundo, τῶν δὲ σεισμῶν, οἱ μὲν σωιζήσεις πιέζοντες εἰς τὰ κοῖλα, χασματίαι λέγονται, Terræmotuum, inquit, hi qui ſoli conſidentias in cauernas faciunt, chaſmatiæ dicũtur. Lucæ decimoſexto inualuit erratũ, ut chaos pro chaſmate legatur, his uerbis, Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum eſt: ubi Græcè χάσμα μέγα ἐστήρικται, id eſt, chaſma magnum firmatum
B eſt, legitur. Eſt enim error librariorum, aut eorum qui locum emendare ſe putauerunt, non interpretis: cuiuſmodi alia inoleuerũt in iiſdem libris. Simile eſt Eccleſiaſtici capit. 7. Noli amare mendacium aduerſus fratrem tuũ, ubi interpres ſcripſerat, noli arare, μὴ ἀροτειᾷ ψεῦδος ἐπ' ἀδελφῷ σοῦ: antea enim dixerat, Non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & nõ metes ea in ſeptuplum. Sed ridebunt illi qui Euangelia Græca, & totum inſtrumentum nouum fidei noſtræ, id eſt Apoſtolorum & Euangeliſtarũ editionem, nullius auctoritatis eſſe credũt, præiudicio illo utẽtes, quòd hæc noſtra traductio ab uniuerſa eccleſia occidentis recepta ſit. Quaſi uerò errata etiam nominatim re-
C cepta ſint, aut quaſi hæc traductio publico decreto Græcæ origini prælata ſit, ab iis præſertim qui Græcè prorſus nihil ſciuerunt, id eſt qui poſt Hieronymum, Ambroſium & Auguſtinum fuerũt. Quod ſimile eſt, atque ſi traduces ex uite aut arbore ductas, præſtantiores ſtirpibus ipſis eſſe contendant, unde ſint enatæ. Huiuſmodi hominum pertinaciam Hieronymus inſectari multis in locis ſolet: nec ab re id fecit. Iniquum eſt autem, & literis incõmodum, opinionem ſeculorum aliquot errore cõſtanter aſſertam, facilè extorqueri è manibus mordicus retinẽtium non poſſe. Cum autem ille liber Sapientia Solomonis inſcriptus Græcè ſit, mirè ſententioſus, Latinè ita cor-
D ruptus eſt, ut ſæpe abſurdi ſint ſenſus, & incongrui: partim errore interpretis ſupra modum oſcitantis & imperiti: partim emendatorum culpa: ut cap. ſecundo, Quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris, & ſermo ſcintillæ ad commouendum cor noſtrum: ὅτι καπνὸς ἡ πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν, καὶ ὁλίγος λογισμὸς ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν, Quoniam fumus, ſpiratio, uel anima in naribus noſtris: & modica ſcintilla in motu cordis noſtri. Sic enim uerti debuit, niſi interpres præ imperitia & ſtupore ingenij ὁ λόγος, id eſt ſermo, pro ὀλίγος, id eſt modicus intellexiſſet. Quod ſequitur, Qui extinctus cinis, erit corpus noſtrum, legi debet, quæ extincta, ſcintilla ſcilicet. In eodẽ capite, Quoniam deus creauit
E hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum, ὅτι ὁ θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ, καὶ εἰκόνα τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. lego, Quoniam deus creauit hominem ad naturam nõ interituram, & effigiem proprietatis ſuæ fecit illum. Cap. 3. Maledicta creatura eorum, quoniam fœlix eſt ſterilis: ἐπὶ κατάρατος ἡ γένεσις αὐτῶν, Execrabilis eorum genitura, quandò beata ſterilis non inquinata. Et paulò pòſt, Filij adulterorum cum conſummatione erunt. lego, Liberi adulterorum imperfecti erunt, id eſt non con-

Chaſmatiæ.

Locus emendatus in Luca.

Locus reſtitutus in libro Eccleſiaſtico.

In libro Sapientiæ.

Source : BIU Cujas

summati. Error est emendatorum, τέκνα μοιχῶν ἀτέλεστα. Et inferius, In die agni- F
tionis allocutionis. lego, In die diiudicationis solamen, uel solatium, ἐν ἡμέρᾳ
διαγνώσεως παραμύθιον. Capit. 4. circa finem, Et quare minuerit illum dominus,
legendum, munierit: id est, securitate donarit, ἠσφαλίσατο. Error est librariorũ,
aut enarratorum. Cap. 7. cum multa perperam sint uersa, tum illud in fine
absurdissimè de sapientia, Attingit ergo à fine usque ad finem fortiter, & di-
sponit omnia suauiter, διαπνεῖ δὲ ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας εὐρωστῶς, καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρη-
στῶς, Perspirat autem ab extremo ad extremũ firmiter, & administrat omnia
commodè. Et in cap. sequenti, Doctrix est enim disciplinæ dei, & doctrix o-
perum illius, μύστις γὰρ ἐστὶ τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης, καὶ εὑρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ, Initiatrix est G
enim sciẽtiæ dei, & inuentrix operum eius. Vbi interpres corruptum exem-
plar secutus est, & permultis in locis. Illud miror in cap. primo, Et hoc quod
continet omnia, scientiam habet uocis, καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει σοφίας,
cognitionem habet sapientiæ, uel notitiam. quanquam sunt huiuscemodi
multa temerè immutata. Appetit autem tempus, cum hæc & alia huiusmo-
di à plerisque intelligentur, propter literarum Græcarum studium. Sed ut in
Cap. 79. in fine. uiam redeam, est etiam chasma cœleste, cuius meminit Plinius lib. 2. & Ser-
Labes. uius lib. 9. Aeneid. De labe autem Cicero libro primo de Diuinatione sic in-
quit, Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam alti- H
tudinem terra desedisset, Apuliáque maximis terræmotibus conquassata es-
set, Quibus portentis magna populo Romano bella, perniciosæque seditio-
nes denunciabantur. Verùm quoniam uredinis Vlpianus hîc meminit, &
paulò pòst infrà agri terræmotu corruentis, propterea non labes hîc, sed ta-
Tabes. Cap. 24. bes legendum existimo ex Plinio & Theophrasto. Plinius libro decimose-
ptimo, de uitiis & morbis arborum loquens, Quædam, inquit, temporum
causæ, aut locorum, non propriè dicuntur morbi, quoniam protinus necãt:
sicut tabes cum inuasit arborem, aut uredo, uel flatus alicuius regionis pro-
prius, ut est in Apulia Atabulus, in Eubœa Olympias. Hic enim si flauerit I
circa brumam, frigore exurit arefaciẽs, ut nullis postea solibus recreari pos-
sint. Hoc genere conualles, & apposita fluminibus laborant, præcipuéque
uitis, olea, ficus. quod cum euenerit, detegitur statim in germinatione. Quæ
uerba Plinij ad uerbũ ferè ex quarto Theophrasti de plantis transcripta sunt,
qui hanc tabem ἔκπληξιν τῶν δένδρων uocat, quasi perculsionem aut stuporem
arborum, cum stirpes arescunt tabido morbo exuctæ, eo modo quo homi-
nes ægri longa tabe emaciati, defectíque. Id tamen quod Plinius ex Theo-
phrasto dicit, frigore exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari pos-
sint, nos ita apud Theophrastum legimus, ἀποκαίει δὲ τὰ δένδρα, καὶ οὕτως αὖα ποιεῖ K
καὶ ξηρὰ, ὡς οὐδ' ἀρ' ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ' ἄν, διὸ καὶ καλοῦσι καυθμόν. id est, Exurit
autem arbores, eousque arefaciens, ut ne sol quidẽ eodem modo multo tem
Vredo. pore arida facere possit, quare & uredo uocatur. Qui sensus congruẽtior ui-
detur, sed Plinius in tumultuaria lectione aliud exemplar secutus est. Simi-
lis uredini est sideratio, quæ Græcè σφακελισμὸς dicitur, & Latinè etiã carbun-
Cap. 24. Sideratio. culatio. Plinius libro 17. Sideratio tota cœlo constat. Quapropter & grando

Ex lege, Ex conducto. tit. Locati & cond. in his

A in his cauſis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarũ iniuria euenit. Hæc enim uerno tepore inuitatis & erumpere audẽtibus ſatis mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculum uocant. Pruinæ pernicioſior natura, quoniam lapſa perſidet, gelátque, ac ne aura quidem ulla depellitur, quoniam non fit niſi immoto aëre & ſereno. Proprium tamẽ ſiderationis eſt, * ſub ortu canis ſiccitatum uapor, cum inſitæ ac nouellæ arbores moriuntur, præcipuè ficus & uites. Idem libro decimooctauo, In hoc temporis interuallo res ſumma uitium agitur, decretorio uuis ſidere illo quod caniculam appellamus: unde * carbunculatæ dicũtur, B ut quodam uredinis carbone exuſtæ. Non comparantur huic malo grandines, procellæ, * quæque nunquam annonæ intulere caritatem. Agrorũ quippe mala ſunt illa: Carbunculus autem regionum latè patentium. Hactenus Plinius. Columella libro tertio, Sed ea tum præcipua eſt, ſi nec nimis celeriter ſpondet, & primo quoque tempore defloreſcit, nec nimis tardè miteſcit: quin etiam pruinas, & caliginem, & carbunculum facilè propulſat. Huc autem pertinet quod dicitur in lege, Si merces. §. Vis maior, infrà hoc eodem titulo, Vis maior quam Græci appellant, non debet conductori damnoſa eſſe. Quo in loco libenter quæſierim ab Accurſianis Iuriſperitis, quid per C uim maiorem Iuriſconſultus Caius intelligi uoluerit. Hæremus, inquiunt, dic ipſe. Agedum audiant Plinium lib. 18. de ſterilitatum cauſis loquentem his uerbis, Ante omnia autem duo genera eſſe cœleſtis iniuriæ meminiſſe debemus: unum, quod tempeſtates uocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque ſimilia intelliguntur: quæ cum acciderunt, uis maior appellatur. Hæc ab horridis ſideribus exeunt, ueluti arcturo, orione, hœdis. Alia ſunt illa, quæ ſilente cœlo, ſereníſque noctibus fiunt, nullo ſentiente niſi cum facta ſunt. Publica hæc, & magnæ differẽtiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus uerò ſterilitatem. Ex his D uerbis apparet uim maiorem eſſe, quam Vlpianus ſuprà calamitoſam tempeſtatem uocauit. Columella libro primo, Nam ubi ſedulò colitur ager, plerunque compendium, nunquam (niſi ſi cœli maior uis, aut prædonis inceſſit) detrimentum affert. Quo modo autem Caius Græcè appellauerit, ex antiquis exemplaribus coniicere non potui, niſi quòd thian in ſecundo uerbo legiſſe mihi uideor, id eſt diuinam: ſed quod ſit ſubſtantiuum uocabulum, nõ facilè dixerim. Vis diuina appellatur in titulo De damno infecto. Theophraſtus libro quinto de cauſis plantarum, πλὴν ὀχὸ τῦ δαίμονος αἰτίαν appellat: id eſt cauſam diuinitus demiſſam, uel ut interpres uertit, deorũ numine urE gentem, cuius exemplum χαλαζοκοπίαν ponit, id eſt grandinem procellentem. Dicitur etiam à Græcis μεγάλη πτεισάσει. Hæc autem quatuor eſt generum. Repentini enim flatus exhalante terra coorti, rurſuſque in terram deiecti, obducta nubium cute multiformes exiſtunt. Vagi quippe & ruentes torrentium modo, tonitrua edũt & fulgura: qui maiore illati pondere incurſuque, ſi latè ſiccam ruperint nubem, procellam gignunt, quæ Ecnephias uocatur à Græcis, quaſi è nube erumpens. ſin uerò depreſſo ſinu arctius rotati effrege-

Carbunculatio. *Pruina.* *ab Cap. 28.* *carbũculare* *nec quæque unquam* *Cap. 2. non procul ab initio.* *Vis maior.* *Cap. 28.* *Horrida ſidera.* *Cap. 7. non procul ab initio.* *Haloander legit θεῖ̃ εἶαν, interpretatur; uim diuinam.* *Vlpian. in l. Fluminum. Cap. 9.* *Grandinum 4. genera. Verba ſunt Plinij lib. 2. cap. 48.* *Ecnephias.*

Source : BIU Cujas

Typhon. rint ſine igne, hoc eſt ſine fulmine, ecnephian illum faciunt, qui typhon à F
Vertex. Græcis, id eſt uibratus appellatur, & à Latinis uertex. Defert hic ſecũ aliquid abreptum è nube gelida conuoluens uerſansq́ue, & ruinam ſuam illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida uertigine, præcipua nauigantium peſtis. Qui etiam illiſu ipſo repercuſſus, correpta ſecum in cœlum refert, ſorbétque in excelſum. Quòd ſi maiore depreſſæ nubis eruperit ſpecu,
Turbo. ſed minus lato quàm procella, nec ſine fragore, turbinem uocant, proxima
Preſter. quæque proſternentem. idem ardentior accenſusq́ue dum furit, preſter uo-
Cap. 48. catur, amburens contacta pariter & proterens. auctor idem Plinius lib. ſecũdo, & ante eum Ariſtoteles lib. tertio Meteorologicôn, qui δίνην, id eſt uerti- G
ginem appellat, quam Plinius uerticem. In libro tamẽ de Mundo ſtrobilon appellat, ubi genera multa ponit uentorum, quos uiolentos uocat. Proinde
Sterilitatum cauſæ. ex prædictis colligere poſſumus ſterilitatum cauſas, alias inteſtinas, alias externas eſſe. Interiores cauſæ ſunt, quæ ex re ipſa oriũtur, & damno coloni ce-
Vermiculatio. dunt, ut uermiculatio, cum enatis uermiculis & beſtiolis ſegetes arboréſue infeſtantur, quod uermiculari dicitur, & à Græcis σκολήκουσθαι, & θηριοῦσθαι. Eadẽ ratio eſt herbarum exitialium, contra quas runcatio inuenta eſt: aut earum in quas fruges ipſæ degenerãt, cuiuſmodi eſt auena in ordeo, aut lolium in tritico. Theophraſtus ἐξαιροῦσθαι uocat, quaſi lolieſcere, id eſt in lolium dege- H
Luxuria. nerare. In eadem cauſa etiam eſt luxuria ſegetum, cum nimia pabuli uber-
Syluescere. tate laſciuiunt, quod ἐξυβρίζειν dicitur, & in arboribus ὑλομανεῖν, id eſt ſyluеſcere: & itidem de aliis. Externæ cauſæ duorum ſunt generum. aut enim iniuria humana accidunt, ut ſi uiator aut prædo aliquid abſtulerit, huiuſmodi cauſæ damno coloni cedunt: aut iniuria cœleſti, & hę rurſus bifariam diſtribuuntur. aut enim ui maiore accidunt, quæ & calamitoſa dicitur, in quo genere eſt grando procelloſa, turbo, uertex, & reliqua quæ tempeſtatis nomine cenſentur. Sub hoc genere chaſma nunc & labem agri comprehẽdi uolumus, tametſi aliud genus ſit. Aut ui ſilẽte, & quæ nullo ſentiente obrepit, I
& hoc genus cum ſuperiore damno coloni cedit. In eo ſunt uredo, quæ Græcè καυθμὸς dicitur, pruina quæ πάχνη, irroratio, uel ut Plinius appellat, roratio, quæ ῥοὰς, tabes quæ ἔκπληξις, carbunculatio, ſideratio, quæ ipſa tamẽ tanquam
Sideratio. genus multas ſpecies complectitur. Sideratio enim tota (inquit Plinius) cœlo
Li. 17. ca. 24. *Pruina.* conſtat. Pruina eſt, quæ lapſa perſidet & gelat, nec fit niſi immoto aëre & ſereno. Hoc genere alternis propè annis in Gallia uites, arbores & frumẽta interdũ præcocia uitiantur. Etenim pruina à perurendo dicta eſt, quaſi perurina: urit enim germina cum ſole liquefacta eſt, ut ſæpe uidimus. Vulgò gelu uocamus, Ariſtoteles in libro de Mundo, κρύσταλλος μὲν ἐστιν ἀθρόον ὕδωρ ἐξ αἰθρίας K
πεπηγὸς, πάχνη δὲ δρόσος πεπηγυῖα, Gelu, inquit, eſt aqua conferta, à ſerenitate cœli
Gelu. concreta, pruina uerò ros concretus. Gelu igitur eſt glacies, pruina eſt quod
Carbunculatio. gelu uulgò dicitur. Carbunculatio & carbunculus in arboribus eſt (quantũ ego coniicere poſſum) eiuſmodi corruptio, quam uulgari ſermone pruinam appellamus, quæ uerno tempore adurit lacteſcentes germinum oculos, & cum flores aduſſerit, carbunculus tum uocatur. Apud Theophraſtũ nomen

Ex lege, Ex conducto, tit. Locati & cond. eius

Source : BIU Cujas

A eius non memini me legisse. At uerò in uitibus carbũculatio, quæ circa Idus Augusti in Italia accidit, uitium est, cum uuæ non satis foliis tectæ, præ-
ruidis solibus interdum rètorridæ fiunt & exuctæ, ex quo tandem acescunt,
ut quodam uredinis carbone exustæ, aciníque tunc * præcoquuntur in cal- * *decoquũtur*
lum, ut quodam in loco Plinius ait. Quod fit ad canis ortum interlunio ac- *Li.17.ca.24.*
cidente. Quanquam Plinius paulò pòst ita inquit, Plerique tamen dixere ro- *Li.18. ca.28.*
rem inustũ sole acri, frugibus rubiginis causam esse, & carbunculi uitibus.
Quod ex parte falsum arbitror, omnémque uredinem frigore tãtùm, inno-
xio constare sole. Id manifestum fiet attendentibus. Nam primum omnium
B hoc non euenire nisi noctibus, & ante solis ardorem, deprehenditur, totúm-
que lunari ratione constat: & reliqua, quæ ille solertissimè indagata, prose-
quitur magis quàm explicat, ut mihi quidem uidetur. nec mirum, quippe
qui in his multa dixisse se affirmet à nullo antè dicta, utcunque certè memo-
rabilia. Hæc igitur uitia Plinius noctu contrahi existimat, non interdiu. Vn- *Ibidem ad finem capitis.*
de illud ab eodem dictum est, Alia sunt illa, quæ silente cœlo, sereníque no-
ctibus fiunt, nullo sentiente, nisi cum facta sunt. Publica hæc, & magnæ dif-
ferentiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum ap-
pellãtibus. Et rursus, Cœlestis, inquit, sterilitatis alterutrum fore in causa, hoc *Li.18. ca.29.*
C est plenilunium, aut interlunium, non erit dubium. Et in hoc admirari mi-
rabilem naturæ benignitatem succurrit: Iam primum hanc iniuriam omni-
bus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus: nec nisi paucis
noctibus anni, ídque quando futurum sit, facilè nosci. Sic quoque non sine
remedio. Deinde remediũ addit. Vnde iterum alibi de carbunculo loquens, *Li.18.ca. 28.*
Non difficili remedio, inquit, nisi calumniari rerum naturã homines, quàm
sibi prodesse mallent. Tum astruit historiam Democriti, qui primus intelle-
xit ostendítque cœli cum terris societatem. Rubigo in segetibus est, quam *Rubigo.*
Theophrastus eruginem appellat, id est ἐρυσίβην: quo genere, ut ipse inquit, *Li.4. De cau sis.cap.15.*
D frumentacea præcipuè corripiuntur, & inter ea triticum præcipuè & ordeũ,
ἐρυσίβη δὲ σῆψίς ἐστι τῶ ἐφεστακότος ὑγροῦ, id est, Est autem erugo incidentis segetibus *Erugo.*
humoris putrefactio. Propterea cum multum pluerit, humor ille abluitur,
nec in eruginẽ putrescit. Cum uerò rores permulti sustillauerint, & sol sub-
secutus cum tranquillitate fuerit, tunc erugo putrescit. Ideo in locis editio-
ribus minus fit, in conuallibus autẽ plerunque, ubi uenti consilescũt. Cuius
tamen pro parte in causa est lunaris calor, propterea; plenilunio, id est præ-
ualente luna magis fit. Quæ uerba Theophrasti ex libro quarto de Causis
plantarum Plinius supradicto loco reprehendere uidetur. Rubigo uel erugo *Rubigo.*
E (nisi fallor) est quam nuillam nostrates agricolæ uocant. Spicæ enim marci-
dæ fiunt hoc uitio, & in puluerem fœtidum cõfriatiles. A rubigine Rubiga- *Rubigalia.*
lia dicta, id est festi dies amoliẽdæ rubigini instituti ab antiquis, quales sunt
supplicationes amburbiæ, aut ambaruales, quæ hodie propter eiusmodi cau
sas factitantur. Plinius, Rubigalia Numa constituit, quæ nunc aguntur ad se- *Li.18.ca.29.*
ptimum Calendas Maij, quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat. Rora- *Roratio.*
tio, quam Theophrastus rhoada, quasi defluxum appellat, morbus est uitiũ,

Source : BIU Cujas

Cap.24. quem uulgò colaturam uocamus: de quo Plinius lib.17. Siderationis genus F
est in uitibus deflorescentibus roratio. Theophrastus lib.4. de plantis, Roratio, inquit, fit cum uitis deflorescens irrorat. Fit autem id genus affectionis
Li 17.ca.24. cum acini defluunt, & qui remanent, paruuli sunt. Idem Plinius alibi, Pessimum est inter omnia, cum deflorescentem uitem & oleam percutit imber, quoniam simul defluit fructus. Propter hoc uitium Floralia ab antiquis in-
Li.18.ca.29. Floralia. stituta sunt, auctore Plinio his uerbis, Floralia quarto Calēdas Maij instituerunt anno urbis quingentesimo sextodecimo, ex oraculis Sibyllæ, ut omnia bene deflorescerent. Fuerunt & Florales ludi, quæ Floralia etiam dicūtur, in
honorem Floræ instituti, qui cum omni obscœnitate rerum uerborúmque G
celebrabantur. Vnde natum prouerbium, Florales agentem spectari à Cato-
Cap.20. Valer. De M. Porcio Catone. ne. Horum meminit Lactantius lib. primo, Valerius lib. secundo, cap. quinto, Augustinus lib.2. de Ciuitate. Erucæ sunt, quas Græci campas appellant, unde Pityocampæ, id est erucæ in pinu nascentes: inter uenenata numerantur in lege Eiusdem, Ad legem Corneliam de Sicariis, ubi corruptè legitur
Erucæ. Pityocāpæ. Li.17.ca.24. hoc uerbum. Plinius, Sunt ex eadem causa, id est ex imbre, nascētes & erucæ, dirum animal, erodúntque frondem, aliæ florem, oliuarum quoque, ut in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum
*tepôre Sideratio. *tempore humido & lento. Sideratio apud Plinium, morbus est arborum H
Li.17 ca.24. afflatarum sidere, quocunque modo id acciderit. Peculiare autem nomē si-
*ab derationis est, *sub ortu canis siccitatum uapor, cum insitæ ac nouellæ arbores emoriuntur, præcipuè ficus & uites. A Græcis sideratio astrobolismos dicitur, quasi sideris perculsio, quam sphacelismon quidam appellant, ut in-
Cap.10. quit Theophrastus lib. quinto de causis, qui sideratas arbores astrobletas appellat, quasi sidere perculsas. Siderantur autem, inquit, præcipuè plantæ nouellæ, ac surculi suæ causa imbecillitatis, quod accidit cum siccata tellure humorem trahere nequeunt. quapropter plurima pereunt sub sidus. At maiores ætate, utpote ualidiores, magis resistunt, & alimentū longè trahunt. Idem I
sphacelismon morbum esse radicis ait lib. quarto de plantis, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι, id est, Cum radices nigrescunt. Siderationis nomen ad homines per similitudinem translatum est arescente corpore. Vnde homines hoc modo
Siderati. affecti ἀστροβλῆτες, & Latinè siderati dicuntur. Hoc etiam σφακελίζειν ab Aristotele & Paulo Aegineta dicitur. Aristoteles, γιλούμενα τὰ ὀστᾶ τῶν ὑμένων σφακελίζει, id est, Ossa suis membranulis nudata siderantur. Aegineta sphacelon, id est siderationem appellat partes carnis in corpore marcidas, & iam sine sensu, ut in carcinomate perfecto cōtingit, id est, Νεκρώσεις σαρκὸς ὅταν ἀναίσθητα γένωνται τὰ τοῦτο παθόντα μορία. Gangrenas uerò uocat morbum eundem nondū in- K
Cap.16. ad finem. curabilem. Plinius lib. nono, Fluuiatilium silurus caniculæ exortu sideratur, & aliàs fulgure sopitur. id est obtorpescit. Nam Aristoteles in libris de animalibus, καρῦται ὑπὸ βροντῆς dixit. Herodotus, σφακελίσαντος δὲ σαπέντος τοῦ μηροῦ, id est, Siderato & marcente femore. Sunt autem & alij morbi corruptionésque arborum & frugum apud Theophrastum, & apud Plinium: sed supradicta maximè ad rem pertinere mihi uisa sunt. Sideratio autem arborum com-

Ex lege, Ex conducto, tit. Locati. & cond. munis

A munis est omniũ. Plinius, Arborum, inquit, communes quidã morbi, qui- Li. 17. ca 24.
dam priuati generũ. Communis uermiculatio, sideratio, & dolor membro-
rum. Vermiculantur magis minúsue quædam, omnes tamen ferè. Addendũ
& illud quod Theophrastus lib. 4. de hist. plantarum ait, Affectiones quasdã Cap. 17.
temporarias ἴνια τῶν κατ' ἔαρ, id est statis anni temporibus euenientes, necare
solere arbores, quas nemo morbos dixerit, ut tabem, & quã uredinem appel-
lant. Cæterùm quod statim sequitur, Idémq; dicendum est, si exercitus præ-
teriens per lasciuiam aliquid abstulerit, hunc intellectum habet, non si aut Lasciuia.
populabundus, aut pabulabundus exercitus segetem abstulerit, id ad colonũ
B pertinere: sed si per lasciuiam, id est per ludum improbiorem & noxium ali-
quid damni dederit: ut solent petulantes uiatores. Varro lib. primo de re Ru- Cap. 14.
stica, Inter septa, inquit, primum est naturale sepimentum, quod obseri solet
uirgultis aut spinis, quod habet radices uiuæ sepis, ac uiatoris prætereuntis
lasciui non metuet facem ardentem. Lasciuire est petulanter agere, ut equi Lasciuire.
indomiti solent, aut qui diu in ocio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitũ,
aut lusitare exultaréque solent. Propterea Liuius libro secũdo ab Vrbe cõd.
Appius, inquit, Claudius & natura immitis, & efferatus hinc plebis odio, il-
linc patrum laudibus, non miseriis ait, sed licentia tantum concitum turba-
C rum: & lasciuire magis plebem, quàm sæuire: id est, plebem nimio ocio ma-
gis petulantem se præbere, quàm ueram seditionem meditari, nulla satis di-
gna iniuria nobilitatis concitatam. De plebe enim tanquam de equis, qui ab
aurigante reguntur, locutus est. Idẽ, Correpti à Patribus Consules, cum quid
ergo se facere uellent, percontarentur: decernunt ut delectum quàm acerri-
mum habeant. Ocio enim lasciuire plebẽ. Lasciuire etiam arbores dicuntur,
cum nimia pabuli ubertate eluxuriant, id est ὑβρίζειν. Arrianus lasciuiam sic
intelligi uoluit in lege, Omne delictum, infrà De re militari, Per uinum au-
tem aut lasciuiam lapsis capitalis pœna remittenda est.

D Ex lege, Sed addes. §. Illud nobis.

Fiscos autẽ, quibus ad premendam oleam.) De fisco & eius deriuatis nos Fiscus.
alibi satis multa diximus. Hoc autem in loco fiscus pro qualo oleario poni-
tur, qui ceruici torcularis supponitur, ne fraces in lacũ cum oleo defluãt, uel
etiã pro qualo in quo oliuæ ponũtur, cum prelo supponũtur: ut amurca, id
est oleũ crassius, aliquãtisper exanietur, id est exudet, & per uimina perfluat.
Columella lib. 12. Sereno cœlo manibus destringi oliuam oportebit, & sub- Cap. 50.
stratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari: tum diligenter mundatã pro-
tinus in torcular deferri, & integrã in fiscis nouis includi, prelísque subiici,
E ut quantũ possit, paulisper exprimatur. Idem alibi, Deinde intrita oliua no- Cap. 49.
uo fisco includitur, & prelo subiicitur, ut tota nocte exprimatur. Et rursus, de Cap. 47.
condiendis oliuis loquens, Postero die cribratur, & nouo fisco inclusa prelo
supponitur, uehementérq; premitur, ut exudet quantulũcunq; habet amur- Cap. 6.
cæ. Plinius lib. 15. fiscinam appellat. unde fiscella diminutiuũ Virgilio, Fiscel- Ecloga. 10.
lam texit hibisco. Trapetum mola est olearia, ut inquit Seruius. Virgilius Fiscella.
in secundo Georgicorum, Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis. Trapetum.

Source : BIU Cujas

Ex eodem, Quòd ſi regulis olea prematur. F

Et prelum, & ſuculam, & regulas, & tympanum, & trochleas: & reliqua.)

Regula. Regula & fiſcus eundem uſum, ut arbitror, præbẽt in olei factura. Columel-

Li.12. ca.50. la eodem libro, Aut regulis, inquit, ſi conſuetudo erit regionis, aut certè no-

Cap.52. uis fiſcis ſampſæ exprimi debent. Idem alibi, Suſpẽſa mola oliuam frangito, eámque uel in regulas, uel in nouos fiſcos adiicito, ſubiectámque prelo ſic premito, ne uaſa intorqueas: ſed tantùm ipſius preli pondere quantulũcunque exprimi patiaris. Meminit regularum Plinius lib.15. in principio. Prelũ trabs eſt, qua uua uel oliua premitur, auctore Seruio à premendo dictum.

Cap.1. Prelum.

Georg.2. Virgilius, - tu ſpiſſo uimine qualos G

Coláque prelorum fumoſis deripe tectis.

Noſtri hodie in torcularibus cochleis utuntur: per quarum capreolatos anfractus tollitur demittitúrque prelum aut ſuculæ aut rotæ uerſatione. Prela etiam dicuntur inſtrumenta preſſoria, quibus pannarij, chartarij, & librorũ impreſſores utuntur. Plinius lib.13. de chartis loquens, Premitur deinde prelis, & ſiccantur ſole plagulæ, atque inter ſe iunguntur. Cochlea in torculari lignum eſt erectum, clauiculatim, id eſt ſpirulatim & capreolatim ſtriatum, quod per medium prelum ſtriatum & ipſum, tranſactum, uertigine ſua tollendo demittendóque prelo inuentum eſt: uulgò uiſa torcularis dicitur. unde & cochlea in ædificiis dicta, quæ ſcalæ cochlides etiam dicũtur, ob id ſic dictæ, quòd anfractuoſæ ſint in modum cochlearis teſtæ, & quòd clauiculata & tortili ſtructura à tricliniis in cœnacula euadant: cuiuſmodi ferè ſunt in ædificiis Gallicis ſcalę. Eadémque ratione cochlea dicitur hauſtorium organum, quod uulgus pompam appellat, cuiuſmodi uidimus dudũ in ponte Pariſienſi, cum pilarum fundamẽta iacerentur. In medio enim eius rota eſt, quæ dum à calcantibus uerſatur, machina introrſus clauiculatim detornata, inter ſtrias & ſtrigles aquas exorbet ex aquario ſepto, & retrorſus emittit. Huius autem machinæ conficiendæ ratio à Vitruuio in decimo deſcribitur. Sucula machina eſt tractorij generis. Conſtat autẽ ex tereti ligno, duobus aut pluribus uectibus traiecto, utrinque æqua extantibus longitudine. Hæc dum uerſatur, funis qui ductarius dicitur, circũ eam obuoluitur, onera ſenſim adducẽs. Huiuſmodi machina hodie uietores, id eſt cupparij uina ex hypogeis ſubuehunt, aut in ea demittunt, turnũ eam appellantes. Vectes autem baculi ſunt ualidi per mediam machinam traiecti, quibus manu ductis machina dum uerſatur, funem ductariũ aduoluit. Ab his uectibus uectiarij dicti ſunt homines, qui uectes uerſanda ſucula manu ducũt. Hæc autem machina trium generum eſt. Vnum genus iam dictum, porrecta ſcilicet ſucula & iacens, duobus tignis incumbens ad parietem admotis: qualis etiam paſſim uiſitur cum uina aut doliaria aut culearia ex hypogeis educũtur. Alterum genus eſt erectum, ſuis fulcimentis, & ſua ueluti baſi nixum: quod non ductu brachiorum, ut illud primum, uerſatur, ſed ambientibus machinã uectiariis, ac brachiis & pectore connitentibus. Huiuſmodi etiam Pariſiis uidimus, qua lapides cædendi è nauigiis extrahebantur. Simia (ut arbitror)

Cochlea.

Cochlides ſcalæ.

Cap.11. Sucula.

Vectes.

Vectiarij.

H I K

Source : BIU Cujas

A bitror)à fabris appellatur,à Vitruuio etiam ergata dicta. Tertium genus eſt *Ergata.*
etiam erectum quaternis tignis fibulatis conſtans:quod genus Pariſiis uidimus,cum in ponte ſublicio fabri ſublicas in aquam magna ui adigerẽt.Hac enim machina ad tollendam fiſtucam utũtur,quæ fiſtuca identidem ſublata demiſſaque,ſublicas in alueum defigit. Hoc autẽ genus alterno brachiorum ductu,quomodo & illud primum,uerſatur, eodem ueſtigio uectiariis inſiſtentibus. Vitruuius lib.10.de tractoriis machinationibus loquens, Cum *Cap.2.*
autem funis habet caput ad ſuculam religatum,& uectes ducentes eam uerſant,funis ſe inuoluendo circum ſuculam extẽditur,& ita ſubleuat onera ad
B altitudinem,& operum collocationes.Idem, Vectibus autem coacta ſucula *Cap.3.*
uerſabitur,erigẽtque per ſe machinam ſine periculo. ita circa diſpoſitis funibus, & retinaculis in palis hærentibus, ampliore modo machina collocabitur. Trochleæ & ductarij funes, ut ſuprà ſcriptum eſt,expediantur. Hactenus ille. Trochlea totam illam machinationem ſignificat,quæ cõtinet ro- *Trochlea.*
tulam,& axiculum per rotulam traiectũ,circa quem rotula uerſatur, & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit,qualem in puteis uidemus.A Græcis τροχίλιον dicitur.Huiuſmodi meminit Cato libro de re
Ruſt. in inſtrumento torcularis, in quo ſuculas quinque, funes ductarios *Cap.12.*
C quinque, trochleas decem oportere eſſe tradit. Quintilianus metaphoricôs
uſus eſt libro undecimo his uerbis, Iam tuſſire,& expuere crebrò, & ab imo *Cap.3.*
pulmone pituitam trochleis adducere,etſi non utique uocis ſunt uitia,quia tamen propter uocem accidunt,huic loco potiſſimum ſubiiciantur. Vitruuius alterius generis trochleam deſcribit multiplici machinatione inſtructam,qualem aliquando uidimus, quam & rechamum interdum appellari *Rechamus.*
dicit.Sinautem, inquit, coloſſicotera amplitudinibus & ponderibus onera *Li.10.cap.4.*
in operibus fuerint, non erit ſuculæ committendum: ſed quemadmodum
ſucula cheloniis retinetur,ita axis includatur, habens in medio tympanum
D amplum,quod nonnulli rotam appellãt, Græci * peritheon uel peritrochiũ * ἀμφίρευσιν, *alij* περίτροχον *uocant.*
uocant.In his autem machinis trochleæ non eodem,ſed alio modo comparantur.Habent enim & in imo & in ſummo duplices ordines orbiculorum: ita funis ductarius traiicitur in inferioris trochleæ foramẽ, uti æqualia duo capita ſint. Hæc uerba apud Vitruuium ita deprauata ſunt, uix ut intelligi queant. Coloſſica onera, ſunt onera magnæ molis, quales ſunt coloſſi. Pli- *Coloßica onera.*
nius,Nero,inquit,Princeps iuſſerat coloſſeum ſe pingi. Coloſſicotera autẽ *Lib 35. ca. 7.*
comparatiuum eſt Græcum,pro grandiora,uaſtiora, coloſſi inſtar habentia. *Coloßicotera.*
Chelonia utrinque ſuculam continent,à ſimilitudine teſtudinis dicta. Che- *Chelonium.*
E lonium enim tegumentum eſt teſtudinis animalis.Eius autem integumenti ſimilitudinem habent chelonia,id eſt retinacula,quibus intra tigna ſucula retinetur. Tympanum rota eſt,quæ à calcantibus uerſatur, qualem paſ- *Tympanum.*
ſim uidemus in ea machina qua ſaxa ſubuehuntur in magnificis ædificationibus:uerbo Græco Geranion, id eſt grus dicitur, quo uerbo etiam lingua *Geranion.*
uulgari appellatur.In ea trochleæ ſunt in ſummo carcheſio,id eſt in uerſatili *Grus.*
& ſuperiore parte machinæ:& in trochlea ductarius funis, qui circum tym-

Source : BIU Cujas

panum aduoluitur:& à fune dependẽtes qui forfices dicuntur, quibus one- F
Lib.10.ca.2. ra euehenda prehenduntur. Vitruuius, In quadris autem tignorũ posterioribus,quo loci sunt diuaricata,figuntur chelonia,in quæ coniiciuntur sucularum capita,ut * faciles axes uersentur. Hæ suculæ proxime capita habẽt foramina bina,ita temperata,ut uectes in ea conuenire possint.Ad rechamum autem imum ferrei forfices religantur, quorum dentes in saxa forata accõ-
Lib 10. ca.5. in fine. modantur. Idem alibi, Harum autem machinarum, quæ suprà sunt scriptæ, rationes,non modò ad has res, sed etiam ad onerandas & exonerandas naues sunt paratæ, aliæ erectæ, aliæ planæ in carchesiis uersatilibus collocatæ. Nec minus sine tignorum erectionibus,in plano etiam eadẽ ratione & tem- G
Tympanum hausorium. peratis funibus,& trochleis, subductiones nauium efficiuntur. Tympanũ etiam machina hausoria dicitur,quæ dum uersatur, aquã adnexis permultis modiolis haurit,& iterum circumactu defundit,qualẽ in ponte Parisiensi uidimus,dum pilæ intra septa aquaria substruerentur:à Vitruuio in decimo describitur: passim in pistrinis aquariis uidentur. Ex iam dictis (ut arbitror) apparet quomodo intelligẽda sint hoc in loco supradicta Vlpiani uerba.Instrumentum enim torcularis describens, fiscos, prelum,suculam, regu-
Torcularia. las,tympanum,trochleam enumerauit. Erant autem torcularia, quæ & torcula dicebantur, alterius etiam generis apud antiquos, quàm apud nos pas- H
Cap.9. sim uiderim,ut ex Vitruuio colligere possumus lib.6. Ipsum autem torcular,inquit,si non cochleis torquetur, sed uectibus & prelo premitur, ne minus longum xl. pedes constituatur. ita enim erit uectiario spatium expeditum.Latitudo eius ne minus pedum senundenũm: nam sic erit ad plenum opus facientibus libera uersatio & expedita.Quo in loco corruptè trochleis pro cochleis impressum est. Torcular autem tam olearium quàm uinarium apud antiquos legitur.Idem, Torcular item proximum sit culinæ: ita enim ad olearios fructus commoda erit ministratio. Quod autem hoc in loco sequitur,Item æneum quo olea calida lauatur:legendum ahenum,ex Catone I
in enumeratione instrumenti uillici.

Ex lege,Sed addes.§.Si inquilinus.

Si inquilinus arcam cameratam in ædes contulerit,& ædium aditum do
Arca camerata. minus coangustauerit.) Camerata arca est arcuata & confornicata. Camera fornix est, unde camerata uehicula, quæ Græci camarota uocant, qualia
Camera. Camarota. sunt pensilia,quibus matronæ gestãtur.Huiusmodi arcam hîc Vlpianus intellexit,quales etiam hodie fiunt corio cõtectæ.Camera,quam Græci cama-
Camara. ram uocant,fornix,arcus,testudo, cognata sunt uocabula:sed tamen nonni-
Cameratum opus. hil inter se differentia,si quis scrupulosius inquirat. Cameratũ opus & con- K
Concameratio. cameratio ad similitudinem pergularum hortensium factum est, quæ iunipero conflectuntur ad ambulationes opacandas:nomen lingua nostra à cunabulis infantium habet,quo genere in hypogeis uinariis structuræ fieri so-
Cap 5. lent.Plinius de cucurbitis lib.19. Vires sine adminiculo standi non sunt, uelocitas pernix,leni umbra cameras & pergulas operiens. Inde hæc duo prima genera,camerarium,& plebeium quod humi repit.Camerarium genus

 cucurbitæ

Source : BIU Cujas

A cucurbitæ uocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi ſerpit. Tranquillus in Auguſto, Tonitrua & fulgura paulo infirmius expaueſcebat, ut ad omnem maioris tempeſtatis ſuſpicionem in abditum & cõcameratum locum ſe reciperet. Varro lib. 3. de re Ruſtica, *Periſteron fit ut teſtudo, magna camera tectus. Et paulò pòſt, Intrinſecus quamlęuiſſimo marmorato toti parietes ac cameræ oblinuntur, ne mus aut lacerta adrepere ad columbaria poſſit. Periſterona Varro columbariũ appellat, ut ornithona auiarium & gallinarium: qui teſtudinem & cameram pro eodem accepiſſe uidetur. Teſtudo ex duobus arcubus conſtat in centro ſe ſecantibus. A Græcis

B φαλὶς dicitur. Quatuor enim arcuatæ pilæ inuicem tranſuerſæ, & crucem cõfigurantes, teſtudinem abſoluunt. Huic figuræ proximum eſt hemiſphæriũ, niſi quòd exactè ſphæricum eſt, ut Romæ Pantheon. Fornix non unius eſt generis, ut fornices ſubcuneales in theatris, quorum hodie ueſtigia extant aliquibus in locis. Ab hoc confornicatum opus dicitur. Accurſius cameratam arcam, habentem plures cameras interpretatur: ſcilicet de arca Noë intelligi uoluit Vlpianus. Adde quod cameram Accurſius pro cubiculo intellexit, quam ſignificationem Vlpianus nunquam nouit. Dignus (credo) interpres, propter quem edictum illud Iuſtiniani de ſacroſanctis Pandectis nullo

C commentario profanandis, antiquaretur. Admirari certè ſæpe ſoleo hominis fiduciámne dicam, an confidentiã? in iis rebus intrepidè enarrandis, quæ ætate eius omnibus Iuriſperitis ignotæ prorſus erant. Sexcẽta ſunt huiuſmodi, quorum permulta uel admonitione indigna nunc putamus. Puerile eſt enim iam iſta non noſſe, non ingeniorum præſtantia, ſed temporum felicitate. Cuius generis illud eſt (ut ſpecimen aliquod demus) in primo ſtatim libro Pandectarum, in titulo De offic. Præfecti uigilum, ubi inſulam Accurſius impropriè pro domo accipi dicit. quod ſi uerũ eſt, miror quid Tranquillus in Nerone intelligi uoluerit cum dixit, Formam ædificiorum urbis no-

D uam excogitauit, & ut ante inſulas ac domos porticus eſſent, de quarum ſolariis incendia arcerentur. Et rurſus, Tunc propter immenſum numerum inſularum, domus priſcorum ducum arſerunt, hoſtilibus adhuc ſpoliis adornatæ. Nimirum domus & inſulas pro eodem à Tranquillo accipi nemo ſanę mentis dixerit. Proinde inſulæ (inquit Feſtus) dictæ propriè, quæ non cõiunguntur communibus parietibus cum uicinis, circuituque publico aut priuato cinguntur, à ſimilitudine uidelicet earum terrarum quæ fluminibus ac mari imminent, ſuntque in ſalo: à Græcis νῆσοι περιῤῥῶφοδες dicitur. Ab inſula inſularius dictus, qui lingua uernacula conciergus uocatur: cuiuſmodi

E homines eſſe ſolent in domibus Principum, quæ inſulæ plerunque ſunt, id eſt à priuatorũ domibus diſtinctæ. Hoc uerbo inſularius Pomponius uſus eſt in l. Si ita, De uſu & habitatione. Eiuſdẽ inſcitiæ eſt, quòd Accurſius compilatis horreis, pro ruptis expoſuit, in l. Dominus, hoc eodem titulo, qui expilatam fortè hæreditatem pro effracta interpretari potuiſſet. Hos autẽ eius errores hodie ij demũ ſequuntur inter iuris ſtudioſos, qui nefas eſſe putant alios libros quàm iuris attingere. quos ipſos ab aliis elegantioris ſermo-

*Periſtereon. Periſteron.

Cap. 7.

Teſtudo.

Hemiſphærium.

Fornix.

Confornicatum opus.

Accurſiana errata quædam.

Cap. 16. Inſula.

Cap. 38.

Inſularius. Conciergus.

Source : BIU Cujas

nis amantibus tam facilè internoſcas, quàm hircoſos & alliatos ab unguentatis & nitidis. F

Ex.l.In naue,eodem in titulo Locati.

Veluti cum argentum puſillatum fabro daretur ut uaſa fierent.) Quid ſi paſtillatum legam? ut informe argentum infectúmque aurifici datum eſſe intelligamus.Sunt enim paſtilli,à pane per diminutionem dicti,auctore Feſto,maſſæ cuiuſcunq; materiæ,unde paſtilli medicinales. Horatius libro primo Serm. Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircũ. Trochiſci Græcè dicuntur ab orbiculari forma.Paſtilli medicis arida ſunt medicamẽta,contrita humore non pingui,aut uino uel aceto incocta,quæ à coctione rurſus inaruerunt:quæ, cum utendum eſt, ſubinde eiuſdem generis humore diluuntur, deinde uulneribus illinuntur:non autem imponuntur ut emplaſtra.Plinius lib.33.cap.6.de Stimmi,quod in argenti metallis inuenitur, Quod ibi ſubſidit,inquit,flos intelligitur,ac linteolo interpoſito in ſole ſiccatur, ut nõ pereareſcat:iterúmque in mortario teritur, & in paſtillos diuiditur. Paſtilli,emplaſtra,malagmata,cognata ſunt genera in inſtrumento chirurgico: inter ſe tamen differentia, ut late docet Celſus libro quinto medicinæ. Vno hodie uerbo unguenta appellantur praua loquendi conſuetudine, cum unguenta non medicamentaria ſint,ſed uoluptaria,& ad ſuaueolẽtiam & delicias inuenta:ut diapaſmata,quæ aridis odoribus conſtant, ut inquit Plinius lib.13. & lib.21.Diapaſmata,inquit, fiunt ad ſudores coercendos,ut à balneis inareſcant corpora.Vnde illud Plautinum in Moſtel.

Paſtilli. *Satyr 2.* *Cap.17.* *Vnguenta.* G H *Cap.2.* *Cap.19.* *Act.1.Sce.1.*

Non omnes poſſunt olere unguenta exotica,
Sicut tu oles. paulò pòſt,
Sine me alliatum fungi fortunas meas.

Exotica unguenta appellat ab externis gentibus importata, & precioſa. Paſtillatum igitur argentum intelligere poſſumus, in paſtillos formatum,cuiuſmodi hodie argentum Germani promercale afferunt, quas cendreas appellant.Ac nihilo ſecius tamen puſtulatũ legendum contenderim ex Tranquillo in Nerone his uerbis, Exegítque ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum,argẽtum puſtulatum,aurum obryzum, ut plerique omnem collationem palàm recuſarẽt. Vbi puſtulatum argentum pro purgatiſſimo & excoctiſſimo poſuit,cuiuſmodi aurum obryzũ à Græcis appellatur ἀ πολλάκις ἐφθόν, hoc eſt multipliciter excoctum.Inde obryzati nummi in.l.ultim. De ueteris numiſmatis poteſtate, lib.11. Codicis: & obryzati ſolidi lib.12.in lege unica,De oblat.uotorum.licet obryciati corruptè legatur. Vnde autem puſtulatum dictum ſit,nõ facilè dixerim. Puſtulæ ſunt apud Celſum lib.5. id genus morbi quod uulgò uariolas & rubeolas uocant, morbus in ætate puerili maximè eueniens,ut inquit ille,rarò in medio corpore, ſæpe in eminentibus partibus.Inuenio apud Gellium libro ſexto, Alphenum Iuriſconſultum Seruij Sulpitij diſcipulum, Digeſtorum lib.30.ſcriptum reliquiſſe,in fœdere quod inter Romanum populum & Carthaginenſes factum eſt, cautum fuiſſe,ut Carthaginenſes quotannis populo Romano darent certũ pon-

Puſtulatũ argentum. *Obryzum aurum.* I *Cap.44.* *Puſtulæ.* *Cap.ult. De puſtularũ generibus.* K *Cap.5.*

Source : BIU Cujas

A dus argenti puri puti. Vbi purum putũ Gellius intelligi uoluit expuratum excoctúmque, atque aliena omni materia carens, omnibúsque ex eo uitiis detractis emaculatum & candefactum: quo uerbo antiquos uti solitos esse ait. Propterea Plautus in Pseudolo ridiculè ita inquit, *Purus putus.*

- eho Polymachæroplacides *Act. 4. Sce. 2.*

Purus putus est ipsus: noui. heus Polymachæroplacides.

Quasi diceret, ipse est omnino, & nullus alius prorsus: uerus, nõ adulterinus est: translatione ab argẽto tracta, cum merum prorsus & omni parte uerum est. uerba sunt lenonis in epistola symbolon militis agnoscentis. Idem alibi *Act 4. Scen. penult.*

B in eadem, Purus putus sycophanta est. hoc est merus sycophanta, in quo nihil probitatis inest, ex omni uitio concretus, qualis delator & calumniator esse debet. Festus, Putum (inquit) antiqui pro puro dicebant, unde putum aurum putatum dici solet, id est expurgatum. Meminit & Nonius. *Putatus.*

Ex eadem lege.

Quòd si separatim tabulis aut eronibus, aut in alia cuppa clausum uniuscuiusque triticum fuisset.) In antiquis ubique heronibus legitur: ut fortasse beronibus legendum sit. Sunt enim berones sacci, quasi perones à pera dicti. *Haloã. Quòd si separatum tabulis, aut centonibus. Berones.*

Plinius lib. 36. cap. 14. de templo Ephesiæ Dianæ loquens, Summa miracula,

C epistylia tantæ molis attolli potuisse. id consecutus est architectus ille beronibus arena plenis, molli puluino super capita columnarũ exaggerato, paulatim exinaniens ab imo. Aliqui tamẽ peronibus apud Plinium legunt, quasi perones à pera dicãtur: quo uerbo Vitruuius circa finem libri quinti usus est his uerbis, Arcæ duplices relatis tabulis & catenis colligatæ in eo loco qui finitus erit, constituãtur: & inter destinatas arcas creta peronibus ex ulua palustri factis calcetur. Alioqui pero rusticum est calciamentum, ut inquit Seruius. Virgilius libro 7. Aeneidos, *Perones.*

- crudus tegit altera pero. & Iuuenalis Satyra xiiij.

D Nil uetitum fecisse uolet, quem non pudet alto

Per glaciem perone tegi. *Satyr 5.*

Vnde peronatus arator Persio. Tibialia sunt laxa, quibus nostrates rustici utũtur, sic dicta (ut arbitror) quòd peræ modo sint informia. In uetusto Plinio eronibus legitur, quare nihil hîc cõstituo. Paro genus est nauigij apud Festum, unde myoparo piraticum nauigium. Brigantinus hodie, aut Gallio uocatur. Cuppæ, uasa sunt uinaria prægrandia, ea forma (ut arbitror) qua lacus torcularis. In eadem lege, oneris aduersi non semel fit mentio: quibus in locis auersi, non aduersi legendum est, contra opinionem receptam à Iu- *Tibialia. Parones. Cuppæ.*

E risconsultis. Est enim onus auersum, quod interceptum est, & furtim ablatũ. id quod uerba Alfeni Iurisconsulti indicant, ubi furti esse actionem ait ex onere auerso. Qui igitur per auersionem onera uehenda conduxit, id præstare debet, ne à se, aut suis, aut alienis, quippiam intercipiatur & auertatur. Quod indicat lex paulò superior eodem tractatu, cuius initium est, In lege locationis. Sic intelligendum quod est in lege Opus, infrà hoc eodẽ tractatu, Opus quod auersione locatum est, donec approbetur, conductoris peri-

Source : BIU Cujas

culo est.id est, quod ita faciendum conduxit mercenarius & redemptor, ut F
custodem se futurum sponderet.Et in lege prima.§.exercitorem, De exercitoria actione,ut exercitor qui nauem utendam cōduxit, si nauis furto auersa fuerit & abacta,perinde teneatur,ac si sua culpa periisset. Auersio νοσφισμὸς, καὶ νενοσφισμένος φόρτος,onus auersum,& ἐσφετερισμένος,κεκλαμμένος. Hoc non intellecto,lex illa, In naue Saupheij, intelligi non potest,ut quidem sententia cum uerbis consentiat.

In eodem titulo,Locati.

Manceps. Ex lege,Qui fideiussor existit apud mancipem pro colono.) Manceps est (inquit Festus)quisquis à populo aliquid emit cōducítue,quia manu sublata G
significat auctorem se emptionis esse. Mancipes(inquit Pedianus) erant publicanorum principes,Romani homines,qui decumas quęstus sui causa re-
Scriptura. dimebant,aut publica pascua, quorū ratio scriptura dicebatur. Hi enim exigenda à sociis suo periculo redimebant, & populo repræsentabant, prospicientes commodis suis. Cicero in Diuinatione, Mancipes à ciuitatibus pro
Scripturarius. frumento pecuniam exegerunt. Horum autem tabelliones scripturarij dicebantur ex Nonio & Festo,id est ij qui eorum rationes faciebāt,quales hodie sunt quos clericos & commissarios uocant octauanorū & uicesimano-
Ephemeris. rum.Hi enim ephemeridas faciunt,id est diurna, papyros diarias appellant, H
Breuiarium. & præterea breuiaria,id est epitomas,summas acceptas continētes,quę summaria uocant.Scriptura tamen proprium nomen erat uectigalis,ut portoriū
Verr.4. & decima. Cicero in Verrem acti.tertia, Furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat ea, quæ sine portorio Syracusis erant expor-
Portus. tata. Portum autem & scripturas eadem societas habebat. Ita factum est, ut essent permulta,quæ ex societatis literis dicere in istū ac proferre possemus. Portum & scripturam pro duobus uectigalibus posuit. Idem pro lege Manilia,Nam cum hostium copiæ non longè absunt,etiam si irruptio nulla facta sit,tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur,mercatorum naui- I
gatio conquiescit.ita neque ex portu,neque ex decumis, neque ex scriptura uectigal conseruari potest.Scripturam pro eo posuit quod ex pascuis publi-
Cap.1. cis pensitatur. Varro libro secundo rerum Rusti. Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum:atque ad publicanum profitentur,ne si inscriptum pecus pauerit,lege censoria committant mulctam.
Victorius hūc locū aliter legit. Vide eius annot. in Varronem. Scripturarius ager(inquit Festus) dicitur,in quo ut pecora pascantur,certum est,quòd publicanus scribendo conficit rationem cum pastore.Scriptura huiusmodi hodie est eorum mancipum,qui glandarios & pascuos saltus redi-
Prædes. munt.Mancipum fideiussores, prædes propriè appellantur, ut alibi diximus. K
Ad Caniniū epistola 17. Cicero epist.libro secūdo, Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ:ut & mihi & populo cautū sit sine uecturæ periculo. Man
Manceps. ceps ab eodem in Prætura urbana pro redemptore sartorum tectorum acci-
Verr.3. pitur,Si opus(inquit)pupillo redimeretur,si res abiret ab eo mancupe,quem
Cap.1. ipse apposuisset,sibi nullam prædam esse cœpit cogitare.Tranquil.in Vespas. pro priuato redemptore posuit his uerbis, Non negarim iactatum à quibus-

Ex lege,In naue.tit.Locati.

dam,

A dam, Petronij patrem è regione Tranſpadana fuiſſe, mancupem operarum quæ ex Vmbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare ſolerent. id eſt conductorem mercenariorum & operariorum ſeruorũ, ut operis eorum ad quæſtum uteretur. Plinius libro decimo, de coruo loquens, qui populũ ſalutare ſolitus erat, Hunc ſiue æmulatione * incitatus manceps proximæ ſutrinæ, ſiue iracundia ſubita, ut uoluit uideri, excrementis eius impoſita calceis macula, exanimauit. Mancupẽ pro magiſtro officinæ dixit, quaſi operis opificũ redemptis uteretur ad quæſtum. Vel propolam uoluit intelligi, id eſt uenditatorẽ, qui res minoris emptas, pluris poſtea uẽdit. Plinius iu- Cap. 43. * uicinitatis Propola.

B nior metaphoricôs uſus eſt epiſt. libro ſecundo, Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redempti mancipes: conuenitur à conductis & redemptis. Mancipes inquit, id eſt ij qui cauſidicos in cauſis agendis conducta ad hoc corona uulgi plaudentis laudandos redemerunt. Secundũ quod mancipes uocari poſſunt emiſſarij homines in creationibus antiſtitum, qui emerendorũ ſuffragiorum curam ac nonnunquã etiam emercandorum ſibi depoſcere ſolent, quaſique creandos pontifices redimere, omnem ambiendi depeciſcendíque moleſtiam atque etiam inuidiã in ſeſe transferẽtes. Quo- Ad Maximũ epiſtola 14.

C rum diligẽtia interdũ factum eſt, ut homines honorum præcupidi, ſed qui cupiditatem ante rem peractam promere uererentur, ambitus infamiã apud multitudinem interim elucrarentur, quaſi inuiti & reſtitantes ex umbratili uita ad lucem & ſolem gerendorum honorum attraherẽtur. Verùm in tanto iam lumine ſimulatio exiſtẽs fallere porrò nequit, præſertim cum re peracta impunè prodere ſe poſſe ſciant, nec iam ſimulationis grande aliquod operæprecium eſſe intelligant. Et alioqui ſcitum eſt illud Biantis, ἀρχὴ δὲ ἄνδρα δείξει. cuius Ariſtoteles meminit in quinto Ethicorum, Magiſtratus (inquit ille) aut primaria dignitas uirum qualis ſit oſtenderit.

Ex l. Qui domum, eodem titulo.

D Terram in eam aream amplius quàm fundamenta cæmentitia locatoris erant, congeſſit.) Cæmentum non calcem & arenam commixta ſignificat, ut Accurſius putauit, ſed lapides, ut alibi diximus. Liuius, Cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto. Cæmenta ſunt lapides temerè cæſi, atque etiam rudes, id eſt uulgares, non quadrati aut ordinarij, quales ſunt quibus farturæ inter pilares ductus fiunt. Cato de re Ruſtica, Villam ædificandam ſi locabis nouã à ſolo, faber hæc faciat oportet: parietes omnes calce & cẽmentis, pilas ex lapide angulari. Erit igitur in propoſito ſenſus, ut intelligamus inferiorem partem cæmentitiam fuiſſe, cuiuſmodi parietes ſorbere humorem Cæmentum. Decad. 3. li. 1. Cap. 14.

E non ſolent quo abundant propter calcis copiã, ut docet Vitruuius. Superiorem autem partem lateritiam uel cratitiã, id eſt ex crudo latere nondũ perarefacto. Cratitij enim parietes exactiores citò fiunt: & ideo auidius humorẽ admotum imbibunt, quo tandem exputreſcunt: auctor Vitruuius his uerbis, Cum enim linuntur, recipientes humorẽ turgeſcunt, deinde ſicceſcendo contrahuntur, & ita extenuati diſrumpunt tectoriorum ſoliditatem. Lateritij uerò antequam aſſiccati ſint, humore uitiantur. Huiuſmodi parietes Gal- Lib. 2. cap. 8.

Source : BIU Cujas

liæ ignoti ſunt,ut opinor. Fundamenta igitur cæmentitia pro parte inferiore parietis intelligenda ſunt,quaſique quadam baſi ex lapide conſtructa. Solent enim parietes ſurſumuerſus ſenſim extenuari, atque ex leuiore materia ſubſtrui.Conductor autem in culpa fuit,qui area conducta improuidentius uſus eſt,altius aggeſta humo quàm quanta eſſet cæmentitia ſtructura,quæ humori obnoxia non erat. Quod uerò ſequitur, Parieti eius qui locauerat, humore* præſtituto:legendum arbitror perſtillato,aut aliquid ſimile. F

Haloan. legit præſtito.

Ex l.Cum in plures.§.Mandaui,eodem titulo.

Mandaui tibi ut excuteres quanti uillam ædificare uelles:renunciaſti mihi ducentorum impenſam excutere.) Excutere impenſam Accurſius malè pro exigere interpretatur. Excutere autem præter notas ſignificationes, has quoque exquiſitiores habet.Accipitur enim interdum excutere pro ſcrutari,& diligenter inquirere.Tranquillus in Claudio,Neque ægrum quēquam uiſitauit,niſi explorato prius cubiculo,culcitríſque & ſtragulis prętentatis & excuſſis.id eſt diligēter contrectatis & diuentilatis,ne gladius intus eſſet.Cicero pro Roſcio Amerino,Nihil eſt Glaucia quod metuas, non excutio te:ſi quid fortè ferri habuiſti,non ſcrutor. Plautus in Aulularia, Excutedum pallium, ne inter tunicas habeas. Plinius libro ſeptimo,A ianitore ſemper excuſſa nequid inferret cibi,deprehenſa eſt uberibus ſuis alens eam. Hoc modo excutiūtur hodie deprehenſi improbiores fures, quos Plautus Zonarios ſectores appellat in Trinummo. Ariſtophanes comicus βαλανοποπύμους, id eſt crumeniſecas uocat.Sic enim crumeniſeca Latinè dici poteſt,& crumeniſex, ut fœniſeca & fœniſex ab antiquis dicitur falcarius operarius, & crimen ipſum crumeniſecium, uel crumeniſicium potius, ut fœniſecium & fœniſicium, quibus uerbis Varro & Columella utūtur. Quo modo & ueniſeca & ueniſecium pro phlebotomia, quo nōnulli utuntur. Huiuſmodi igitur ueluti præſtigiatoribus omnia pertentantur ad interulam uſque & diuentilantur, ut ſi quis uncinus uſquam latet,is decidat:quod excutere uno uerbo dicitur.Excutere etiam eſt commouere ſe, & ſpiritus omneis ſenſusq; ſuos ad intelligentiam colligere & excitare: quod fit cum res aliqua intellectu difficilis obiicitur nobis.Cicero in tertio de Offic. Explica atque excute intelligentiam tuam.Inde factum ut excutere ſit diligentius æſtimare, & exactius aliquid expendere: quo modo hîc accipitur. Vlpianus,Si tibi mandauero ut excuteres uires hæreditatis.Et alibi, Si tibi mādauero ut uires excuteres eius cui eram crediturus.Cicero pro Plancio,Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis : aſpicitur, non attrectatur: procul apparet,non excutitur, non in manus ſumitur.id eſt non accuratè æſtimatur. Valerius libro ſeptimo,excuſſum conſilium & exploratum pro eodem fere poſuit. Excutere eſt etiam nomen exigere,& debitorem appellare:in qua ſignificatione in iure perſæpe accipitur. Paulus,Non prius pupillus ad magiſtratus reuerti poteſt,quàm omnes tutores excuſſi fuerint.id eſt quàm actione tutelæ expertus ſit, an ab eis ſuum ſeruare poſſit.Inde factum ut excutere pro ſpoliare, & pecuniis exhaurire accipiatur.Cicero de Aruſpicum reſponſis,Nō ignouit,mihi crede, G H I K

Excutere.

Cap.36.

Act.4.Sce.4.

Cap.36.

Act 4.Sce.2.

Zonarius ſector.

Crumeniſeca.

Excutere.

L.Si mandauero. ff. Mandati.

Cap.2.de Scipione Africano.

L. Lucius.ff De adminiſtr.& peric. tutorum.

Ex titulo,Locati & cond. non:

Source : BIU Cujas

A non: nisi fortè tibi ignotum putas,quòd te iudices dimiserunt excussum & exhaustum,suo iudicio absolutum, omnium condemnatum.id est exhaustum pecuniis quibus eos corrupisti,&(ut uulgò dicitur) deplumem te reliquerunt,nihil tibi reliqui fecerunt.

Ex.l.Si uir uxori,De præscriptis uerbis.

Vt eos fundos,si ipse uellet,eodē precio mulier transcriberet uiro.) Trās- *Transcribere.*
scribere(inquit Seruius)tradere significat. Virgilius in septimo Aeneidos,

T urne,tot incassum fusos patiere labores?
E t tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?

B Μεταταξαι Græci dicunt. Hic autem sermo tractus est de pecunia: nam scri- *Μεταταξαι.*
bere est dare.Horatius, Scribe decem Nerio: non est satis?adde Cicutæ *Lib. 2. Serm. Satyr.3.*
N odosi tabulas centum. Rescribere uerò, reddere. Idem, *Rescribere.*
D ictantis quod tu nunquam rescribere possis. Terentius,
A rgentum illud denuo rescribi iube Phormio.

Hactenus Seruius.Verùm Scribere apud Horatium non significat tradere, sed iuris uerbo mutuum sumere, ut inquit Porphyrio. Rescribere uerò,restituere. Donatus autem in Phorm. Quoniam ad numerationem, inquit, pecuniæ antecedit scriptura: ideo rescribere dicebāt pro renumerare.Teren- *Act.5. Sce.8.*
C tius in Phormione,

S ed transi sodes ad forum,atque illud mihi
A rgentum iube rursum rescribi Phormio.
Phor. Quod? næ ego perscripsi porrò illis,quibus debui.

Id est per scripturam reddidi uel dedi, ut inquit Donatus. Hic enim sermo sumptus est à rationibus fœneratorū. Scribere enim est per mēsæ scripturā *Scribere.*
dare. Transcribere(inquit Agretius) dicitur cum ius nostrū in alium trāsit. *Transcribere.*
quæ significatio hoc in loco quadrare uidetur: ut sit transcribere fundum, iure cesso tradere.Transcribere in libris censualibus dici debet, cum res cen-
D sualis ab uno nomine in aliud transfertur, quod uulgò super alium onerare dicunt.Quo modo & in rationibus,cum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, & nomen meum ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in lege ultima Codice De prædiis nauicul. Hac tamen, inquit,pactione seruata,ut si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiā auctores transcripti prædij teneantur obnoxij.Caius in lege Aliquando,suprà,Ad Velleianum,Si hæreditatem emerit,& æs alienum hæreditarium in se transcribat. Liuius libro quinto de bello Macedonico, Instabat alia cura, quòd ciuitas fœnore laborabat: & cum multis fœnoribus legibus constri-
E cta auaritia esset, uia fraudis inita erat, ut in socios qui non tenerentur iis legibus,nomina transcriberent.Seneca,Philosophia te in uirum transcripsit: *Epistola 4.*
μετέταξέ σε εἰς ἄνδρας.

Ex eodem titulo in.l.Si apud te.

Non enim ambo pecuniam ego & fugitiuarius deposuimus.) Fugitiua- *Fugitiuarius.*
rij apud antiquos,fugitiuorum seruorum reprehensores erant,qui eam operam profitebantur, ut fugitiuos inuestigatos reducerent. Hoc uerbo Varro

Source : BIU Cujas

Cap.14. metaphoricôs quodammodo uſus eſt libro tertio de re Ruſtica: Idoneus, in- F
quit, ſub dio ſumendus eſt locus cochleariis: quẽ totum circùm aqua clau-
das, ne quas ibi poſueris ad partũ, non liberos earum, ſed ipſas quæras. Aqua
inquam finiendæ, ne fugitiuarius ſit parãdus: id eſt φυγαδοδιῶρυξ. id eſt, ne ſi lo-
cus fugæ pateat cochleis, cogaris poſtea tanquã fugitiuos ſeruos, ſic cochleas
fugitiuas perſequí, & uti miniſterio reprehenſorum. Ferũt piratas hodie fu-
gitiuariis canibus uti ad reprehenſionem remigum uinctorum, qui ad ſcal-
mum damnati aufugerunt. Fugitiuarius autẽ ea forma dicitur, qua thunna-
Aquila anataria. rius, de quo alibi diximus, & anataria quædam aquila apud Plinium, id eſt
Lib.10. ca.3. anatum inſectatrix, quam Ariſtoteles neſſophonõ appellat: & leporaria, quã G
ille lagophonon, à necandis leporibus & anatibus inditis nominibus.

Ex.l. Apud Labeonem.

Vaſcularius. Si cum emere argentum uelles, uaſcularius ad te detulerit.) Vaſcularius
eſt qui uaſa argentea & aurea facit: ſunt enim inter aurifices uaſcularij, cæla-
Bractearij. tores, inauratores, & bractearij, id eſt qui aurum malleis tuſum, & ad quãuis
Verr.6. tenuitatem ductile, rebus inaurãdis inducunt. Cicero in Verrem acti. quin-
ta, Verres poſtea quàm tantam multitudinem collegerat emblematum, ut
ne unum quidem cuiquam reliquiſſet, inſtituit officinam Syracuſis. In regiã
maximam palàm artifices omnes, cælatores, ac uaſcularios conuocari iubet, H
& ipſe ſuos complures habebat. Eò conducit magnam hominum multitu-
dinem: menſes octo continuos opus iis nõ defuit, cum uas nullum fieret ni-
Cap.22. Cælatura. ſi aureum. Celatores qui ſint, docet Fabius his uerbis libro ſecundo, Cælatu-
Sculptura. ra eſt quæ auro, argẽto, ære, ferro, opera efficit. Nam ſculptura etiam lignum,
ebur, marmor, uitrum, gemmas, præter ea quæ ſuprà dixi, complectitur. Ha-
ctenus ille. Toreutice ſculpturam, uel ut aliqui loquũtur, ſcalpturam & cæ-
Toreumata. laturam complectitur, à qua toreumata huiuſmodi opera dicũtur, aut ſcul-
pta aut cælata ex quacũque materia, quæ in deliciis habeatur: quo uerbo Ci-
Tornata opera. cero, Saluſtius, & reliqui utuntur. Latinè tornata opera quædam dicuntur à I
torno inſtrumento, quo huiuſmodi opera fiunt. Nam cælum ferrum eſt cæ-
latoris. Fabius in fine ſecundi, Neque enim ſcientia deſiderat inſtrumẽtum,
Tornus. ut cælator cælum, & pictor penicilla. Tornus inſtrumentum eſt, quo uaſa
detornantur, id eſt ſcalpuntur, & ſtriatim interdum cauãtur. Hic autem non
unius generis eſt, ſed diuerſis artificibus uariè accommodatus. Torni exem-
Fulcrarij. plum uidemus in officina eorum opificum, quos fulcrarios appellare poſſu-
mus, qui ſpondas & fulcra lectorũ fabricantur, & turbines pueriles, & rhom-
bos muliebres, quibus fila agglomerantur: qui & crepitacula lignea pueri-
Ferramentũ. lia, & huiuſcemodi opera tornatilia faciũt. Ferramẽtũ eſt manubrio inclu- K
ſum, fune appenſo obuolutũ, quod pede artificis ducitur, & manu dirigitur.

Ex.l. penultima, De pignoribus.

Fœneratus à te denaria ſexaginta rogaui te non certificatorem, ſed ſuppo
ſitionem à me accipere.) Hic locus Græcè à Scæuola ſcriptus, ab imperito
quodam ineptè traductus eſt, quo modo permulta in Pandectis loca, quæ ta
men poſthac intacta præteribo, ut admonitione nulla indigentia. Sic autem

uerti

Source : BIU Cujas

A uerti debuit: Fœneratus à te denarios uel denaria lx. orandũ te duxi ne sponsorem à me, id est βεβαιωτὴν, sed pignus acciperes. Et quod sequitur, Et ut seuero homini credidisti, uel securo potius, dicendum fuit ut fido homini. Pignus est quod Græcè hypotheca, quasi obligationi suppositũ dicitur, uel quasi ob fidem debiti suppositum, quod Latinè pignori opponere dicunt. Pignus enim tam de immobili, quàm de re mobili dicitur. Terentius in Phormione, Ager oppositus est pignori ob decem minas, ædiculæ item sunt ob decem alias. Tacitus in libro decimonono, Credebatur affectam eius fidem præiuuisse, domo agrísque pignori acceptis. Quo modo etiam Iurisconsulti aliquãdo utuntur. Hoc Græcè ὑποθέσθαι, id est supponere dicitur. Inde ille titulus, De rebus eorum qui sub tutela sunt, non alienandis uel supponendis. quanquam ille qui pignori opponit, id est mutuum sumens, ὑποτιθέναι dicitur: hoc est ὁ δανειζόμενος. Creditor uerò & fœnerator dicitur ὑποτίθεσθαι, id est pignori accipere. Aeschines, ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους, Publicos ei reditus talento oppignerarunt. Demosthenes κατὰ Ἀφόβου, Ποῖ οὖν στρατοίμεθα; εἰς τὰ ὑποκείμενα τοῖς δανείσασιν; ἀλλὰ τῶν ὑποθεμένων ἐστίν. ὑποθεμένους & δανείσαντας pro iisdem dixit, id est pro creditoribus pigneratitiis. Dicitur etiam ab eodem τίθεσθαι pro pignus accipere, ἐν ᾧ πρὸς Νικόστρατον, καὶ ὅτι οὐ χωρίον οὐ ἐκ γειτόνων μοι τοῦτο οὐδεὶς ἐθέλοι οὔτε πρίασθαι οὔτε τίθεσθαι, Quòd nullum uicinum mihi fundum uel emere uel pignori accipere uellet. Et paulum infrà itidem, οὔτε ὠνεῖσθαι, οὔτε τίθεσθαι. Pignerari ex eorum imitatione, est pignora accipere, uel etiam pignus capere. Cicero Philip. 14. In fuga, fœda mors: in uictoria, gloriosa. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quẽque pignerari solet. Pignerari dixit pro eo quod est quasi pignus accipere, & sibi asserere, quasíque obnoxium sibi debitúmque rapere. cuius dicti hic sensus est, Fortissimus enim quisque primus in prælio occumbere solet. Tranquillus in Claud. Armatos pro concione in nomen suum iurare passus est, promisitque singulis quindena sestertia: primus Cæsarum fidem militis etiam præmio pigneratus: id est quasi pignore obligatam obnoxiámque sibi & auctoratam sumens. Liuius, Postea conscientia sibimetipsi exilium cõsciscentes, bona tantùm quæ publicari poterant, pigneranda pœnæ præbebant. Iuuenalis per actiuum dixit, Cuius & * albeolos & lænam pignerat Atreus. Atreus autem pro fœneratore ponitur. Est enim pignerari id quod uulgò per executionem capere dicimus: hoc est, pignora capere: quod Demosthenes ἅψασθαι τῶν κτημάτων dicit: dicitur & ἐνεχυράζειν καὶ κατενεχυράζειν. Cicero in Verrẽ actione quarta, Cum in his, inquam, rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator, nõ ereptor neque possessor soleat esse: tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominum, hoc est de aratoribus, ea iura constituebas, quæ omnibus aliis essent contraria. Edixerat enim Verres, ut publicani possent iure suo ab aratoribus decumarum nomine quantum uellent capere, nõ iudicis auctoritate (ut assolet) pignora eorum capere. Pigneratio etiam est ἀνδρολημία & ἀνδρολήψιον in cap. unico lib. sexto Decretal. in tractatu De iniuriis: & ut non fiant pignerationes Collatione. 5. ubi ἐνεχυριασμοὶ uocãtur. Bona uerò publicè

Pignus. *Hypotheca.* *Act. 4. Sce 3.* *ὑπηθέσθαι.* *Supponere.* *ὑπητιθέναι.* *ὑπητίθεσθαι.* *Τίθεσθαι.* *Pignerari.* *Cap. 10.* *Decad. 3. li. 9* *Satyr. 7.* ** alueolos* *Pignero.* *ἅψασθαι τῶν κτημάτων.* *Verr. 5.* *Pignerator.* *Bona publicè possidere.*

poſſidere,id eſt,quod in manum regiam ponere dicimus. Cicero Philip.11. F
Itaque non aſſentior ſolum,ſed etiam gratias ago Quinto Fuſio:dixit enim
ſeueram,graué,réque publica dignã ſentẽtiam : iudicauit hoſtem Dolabel-
lam:bona eius cenſuit publicè poſſidenda.Quò cum addi nihil poſſet(quid
enim atrocius potuit,quid ſeuerius decernere?)dixit tamen, ſi quis eorũ qui
poſt ſe rogati eſſent,grauiorem ſententiam dixiſſet,in eam ſe iturum.

Ex.l.Si prior,in principio,Qui potiores in pignore habeantur.

Vt primam tantùm pecuniam expenſam ferat, non etiam quam poſtea
Expẽſum ferre, & acceptum referre. credidit.) Expenſum ferre dicimus,& acceptũ referre,quod & accepto ferre
à Iuriſconſultis dici ſolet, tracta à ratiocinationibus metaphora. Duæ enim G
Acceptũ & expenſum. Verr.4. partes rationum ſunt: prior accepti eſt, & poſterior expenſi. receptam uulgò
dicimus & impenſam.Cicero in Verrem actione tertia, Nunc ad ſociorum
tabulas accepti & expenſi reuertemur.Acceptum referre,eſt ſcribere ſe acce-
Cap.15. piſſe:hoc eſt in acceptorum paginam referre. Tranquillus in Tiberio, Nec
quicquam poſt adoptionem pro patrefamilias egit:aut ius,quod adoptione
amiſerat,ulla ex parte retinuit.Nam neque donauit, neq; manumiſit:ne hæ-
reditatem quidem aut legata percepit ulla aliter,quàm ut peculio referret
accepta.id eſt in peculiũ aſcriberet.Cicero in ſecunda Philip. Ego enim am-
Acceptilatio. plius feſter.ducenties acceptum hæreditatibus retuli. Inde acceptilatio non H
accepti relatio dicta. Vnde illud metaphoricè ab eodem dictum in eadem
Philippica,Omnia denique quæ uidimus,(quid autem mali non uidimus?)
ſi rectè ratiocinabimur,uni accepta referemus Antonio. id eſt, horũ omniũ
malorum in cauſa fuiſſe ſolum Antonium exiſtimabimus.Antonio,inquit,
imputabimus,& ideo parem uicem reddendam ei arbitrabimur.Hoc Græci
Προσλογίσασθαι. ἀναπθῖναι. προσλογίσασθαι in utroque ſignificatu dicunt,& ἀναπθῖναι. Seneca tamen, philo-
ſophiæ acceptum fero quòd ſurrexi,dixit:pro acceptum refero. Expenſum
ferre,eſt ſcribere,te pecuniam dediſſe,ut inquit Aſconius:ut cum per ſingu-
Nomina. la expenſi nomina ſummam quandam expenſam aſcribimus. Nomina au- I
tem uocantur in rationibus,quos nunc articulos dicimus,quo uerbo Cice-
Verr.3. ro in Verrinis identidem utitur,ut alibi diximus:Homo,inquit, amentiſſi-
me,tabulas cum conficeres,ſatis te elapſurum omni ſuſpicione arbitrabare,
ſi quibus pecuniam credebas, iis expenſum non ferres? neque in tuas tabu-
las ullum nomen referres? Idem, Cum tot tibi nominibus acceptum Curtij
referrent,quid proderat tibi te expenſum illis nõ tuliſſe? Gellius lib.14.cap.2.
Clamitabat,probari apud me debere pecuniam datam conſuetis modis,ex-
penſi latione,menſæ rationibus chirographi exhibitione, teſtium interceſ-
ſione.Ex conſuetudine autem antiquorum hæc tracta ſunt, qui tabulas con K
Epiſtola 4. ficiebant,de quibus alibi dicendum.Cicero ad Atticum libro ſecundo , Fe-
ciſti mihi pergratum , quòd Serapionis librum ad me miſiſti : pro eo tibi
præſentem pecuniam ſolui imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres. id
eſt ne te donaſſe eum mihi exiſtimares:uolo enim eum emptum mihi eſſe.
Plautus in Moſtellaria.Act.1.Scen.3.

Bene igitur ratio accepti atque expenſi inter nos conuenit:

Tu

Source : BIU Cujas

A Tu me amas,ego te amo,merito id fieri uterque existimat.
Id est uterque nostrum sese obnoxium alteri putat mutuis beneficiis: quod non faciunt, qui beneficia inuicem exprobrant.quod enim alter expendisse se contendit,alter accepisse se inficiatur. Hinc illud Plinianum in secundo naturalis historiæ,Toto quippe mundo,& locis omnibus,omnibúsque horis,omnium uocibus Fortuna sola inuocatur, una nominatur, una agitur rea,una cogitatur,sola laudatur,sola arguitur,& cum cõuiciis colitur:huic omnia expensa,huic omnia feruntur accepta: & in tota ratione mortalium, sola utranque paginam facit. id est quicquid lucri aut damni quasi expensi
B & accepti mortales faciunt,omnia fortunæ ascribunt. Dicitur & referre datum,Cicero pro Flacco,Cum illam, inquit,pecuniam nominatim Flacco dam tam referant. Referre ad ærariũ rationes & quæstores & reliqui magistratus dicebantur,pro eo quod nunc computũ reddere dicunt.Cicero,Audistis quæstoriam rationẽ tribus uersiculis relatam. Idem, Solus est hic qui nunquam rationes ad ærariũ referat.Et in Pisonẽ,Rationẽ ad ærarium retuli continuò,sicut tua lex iubebat. Referre autẽ rationibus,est rationibus ascribere,hoc est impensam uel receptam facere, ut uulgus loquitur. Trãquillus in Vespas.Expugnatus autẽ à quadam,quasi amore sui deperiret, quum perdu-
C ctæ pro concubitu sester. quadraginta donasset: admonente dispensatore quemadmodũ summã rationibus* referri uellet,Vespasiano,inquit,adamato.Dicitur & referre in rationes,ut referre in publicas literas, quod Iuuenalis referre in acta dixit,hoc est registrare. Dispungere rationes, est computum(ut nostri dicunt)examinare.* Vlpianus,Dispungere,inquit,est conferre accepta & data.Idem alibi,Percontandas,inquit,atque examinandas rationes,& dispungendas atque discutiẽdas.Et iterũ alibi, Vtrum semel an etiam sæpius recognitio & dispunctio cõcedenda sit creditoribus. Expunctæ autẽ rationes dicuntur,cum ultima manus calculo & dispunctioni imposita est.
D Hermogenianus Iurisc̃ons̃ul.Reip.rationes subscriptæ & expunctæ, aduersus eum quidem qui administrauerit,ultra.xx.aduersus uerò hæredẽ ultra x.annos retractari non possunt.Expungere enim est punctis circunducere & tollere,& quasi rem iam cõfectã eximere è codice:ut expunctus miles dicitur, qui è numeris exemptus est,& ære dirutus.Plautus in Curcul.Miles pulchrè centuriatus* est expuncto in manipulo.Sic apud Persium,Pupillúmue utinam,quem proximus hæres Impello,expungã. Apud Tertullianũ expungere reum,& pœnę eximere,ut contraria ponuntur:quia expungere est tollere, aut designare ut tollendum & damnandũ.Græci uocant διαγράφειν & ὀβελίζειν.
E Summa rationũ quadrans dicitur,in qua nihil excurrit, & in qua nulla sunt reliqua,id est cum æqualis est summa accepti & expensi.Cicero in Verrem, Expensa Chrysogono seruo sester. sexcenta milia,accepta pupillo Malleolo retulit.Quo modo igitur sexcenta eodem modo quadrarint(ut illa de Gnei Carbonis reliqua sester.sexcenta facta)uos æstimabitis.

Ex.l.Rescriptum,De distra.pigno.

Quia ex contractu,qualiquali obligatione à debitore interposita.) Qua-

Cap.7.

Referre rationes ad ærarium.
Verr.3.

Referre.

Cap.22.

**inferri*
Satyr.2.

Dispungere rationes.
**Papinianus, De uerbor.significat.l.Cognoscere.*
L.Si statuliberam.ff.De statulib.

De rebus iudic. auctor. possid.l.ultima.

Expungere rationes.
*De diuersis tẽpor.præscrip. Act.4.Sc.ul.*es*
Satyr.2.

Διαγράφειν, ὀβελίζειν.

Summa quadrans.
Verr.3.

Source*: BIU Cujas

Qualisqualis & similia. Satyr 8. uersu penult. Act.3. Sce. 3.

lisqualis pro qualiscunque dicitur, eo modo quo quisquis pro quicunque. F
Iuuenalis, Maiorũ primus, quisquis fuit ille tuorum. Et quantusquantus pro quantuscunque, auctore Donato. Terentius in Adelph.

- nimium inter uos Demea,
A c non quia ades præsens, dico hoc, pernimium interest.
T u quantusquantus, nihil nisi sapientia es:
I lle futilis, somnium.

Sic quotquot pro quotcunque, & utut pro utcunque, ubiubi pro ubicunque. Terentius in Andria,

Act.4. Sce. 2.

I am ubiubi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum G
T uum Pamphilum.

Vbi Donatus hæc uerba adnotauit, Vbiubi, inquit, in prima parte uim suã tenet, in secunda productionem: & est quemadmodum utut, quaqua, undeunde, pro utcunque, quacunque, undecunque.

Ex.l.pri.§.Sed sciendum. De Aedilitio edicto.

Haloander, Ego puto Aediles tollendæ dubitationis gratia, bis κατὰ τὸ αὐτὸ id dixisse.

Ego puto Aediles, tollẽdæ dubitationis gratia, bis idem dixisse, nequa dubitatio superesset.) ubi inter bis & idẽ, areola relicta est scribẽdo Græco: hãc lacunã hoc uerbo replendam censeo, ἐκ παραλλήλου, hoc modo: bis ec parallelu idem dixisse: id est, per alternitatẽ: uel ut Gellius uertit, ex geminatione. Gręci enim cum duo uerba idem significãtia iungũtur, ec parallelu, id est alternitate quadã posita esse dicunt, quasi geminato sensu, quale est illud ex ultimo Iliados libro, βάσκ' ἴθι ἶρι ταχεῖα, id est, Vade î Iri citata. Et alibi, βάσκ' ἴθι οὖλε ὄνειρε, Vade î noxie somne. Gellius libro duodecimo ita inquit, Cęterùm quis tam obtuso ingenio est, quin intelligat apud Homerũ uerba duo idẽ significantia nõ frustra posita esse, ut illa, βάσκ' ἴθι οὖλε ὄνειρε. καὶ, βάσκ' ἴθι ἶρι ταχεῖα, id est Vade î somnium agens. & I, perge Iri citata: neque ec parallelu, id est ex geminatione, ut quidam putant: sed hortamentum esse acre iussæ imperatęque celeritatis. Virgilius, Vade age nate dea. similia sunt, δεῦτ' ἄγε, & ἀμφιπερίστρωφα. I

Li.13. ca. 23.

Sensus est igitur in hoc loco, uerba hæc edicti, Quid morbi uitiíue cuique sit, ab Aedilibus per geminationem apposita esse tollendæ dubitationis gratia, cum idem propè significent. Meminit horum uerborum Gellius libro quarto, ex monumentis ueterum Iurisconsultorum. Cicero libro 4. Tuscul. Morbum appellant, inquit, totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: uitium, cum partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius ualetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur: uitium autem integra ualetudine ipsum ex se cernitur. K

Cap.2.

Ex.§.Exempli.

Fanatici. Enthei.

Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset.) Fanatici olim dicti sunt homines numine afflati, qui uerbo Græco enthei dicuntur, & θεοφορούμενοι, quòd non sua sponte, sed diuino numine ferantur, cuiusmodi Cumæa Sibylla à Virgilio describitur in sexto,

- cui talia fanti,

Ex titulo, De Aedilitio edicto.

Ante

Source : BIU Cujas

A Ante fores ſubitò,non uultus,non color unus,
Non comptæ manſere comæ:ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument:maiórque uideri,
Nec mortale ſonans,afflata eſt numine quando
Iam propiore dei. & reliqua.

Huiuſmodi erant Galli matris deûm Cybeles, qui propterea Corybãtes di- *Corybantes.*
cuntur,quaſi furibundi ſaltãtes.Illi enim in ſacris ſuis, uel ſacrilegiis potius,
caput quatiebant,& urinantium more in caput ſe iactabant. unde & Cybe- *Cybele.*
le dicta à uerbo cybiſto,quod in caput rotari ſignificat, ut petauriſtæ ſolent.
B Iuuenalis Satyra.2. Et crine ſenex fanaticus albo Sacrorum antiſtes. Liuius, *Decad.4.li.8*
Galli matris magnæ à Peſſinunte occurrêre cum inſignibus ſuis, uaticinan-
tes fanatico carmine,deam Romanis uictoriam dare. Idem lib.9.de bel.Ma-
ced. de Bacchanalibus loquẽs, Viros uelut mente captos cum iactatione fa-
natica corporis uaticinari.Quintilianus in xj.Frequens etiam capitis nutus *Cap.3.*
non caret uitio:adeò caput iactare,& comas excutientem rotare, fanaticum
eſt.Fanatici à fanis dicti ſunt:fana autẽ à fando, quòd ea Pontifex certa uer-
ba fando dedicat,auctore Feſto.Inde Profani dicti ſunt βέβηλοι,ἀμύητοι, qui ſa *Profani.*
cris initiati non erant: quod Virgilius lib.6. ſignificat cum inquit, Procul ô
C procul eſte profani,Conclamat uates. Nunc laicos uocamus, quaſi popula-
res. Laicum enim uulgò attrectabile ſignificat, ſicut ſacrum dicitur & ſan- *Laicum.*
ctum,cuius tactu populo interdictum eſt. Sic accipiuntur laici panes,primi
Regum cap.uiceſimoprimo,ad ſacrorum differẽtiam, & Ezechielis ultimo,
profana urbis propriè accipiuntur pro iis partibus, quæ uſibus populi &
uſui promiſcuo dedicatæ ſunt.Propterea profanos appellaui ubique homi-
nes ſacris non initiatos.Non enim libens facio, ut Græcis uerbis utar,ubi La
tina ſuppetunt idem ſignificantia. Fanaticus autem ſeruus hoc in loco pro
maniaco accipitur, quales ſunt qui melancholici dicuntur. Aegineta libro
D tertio,de mania & melancholia loquens,τινὲς δὲ δοκῶσιν ὑπό τινων μειζόνων ἐφορᾶ-
σθαι δυνάμεων, καὶ προλέγειν τὰ ἐσόμενα, καθάπερ οἱ θεάζοντες, ὃς καὶ οἱ θεασικὸς ἰδίως ὀνομά-
ζεσθαι, Sunt qui uideantur, inquit,à maioribus quibuſdam potentiis regi, &
futura prædicere,inſtar eorum qui numine afflati dicuntur, quos etiam pe-
culiari nomine entheaſticos appellant, id eſt fanaticos. Hoc idem bacchari
paulò pòſt Vlpianus uocat, hoc eſt Baccharum more lymphaticè uaticina-
ri.Quanquam Accurſius occupari interpretatur, diuinacior ipſe interdum
omnibus fanaticis. Ex quo apparet quid illa uerba eiuſdem Vlpiani ſigni-
ficent,Et aliqua profatus eſſet. Profari enim Latinè dixit, quod Græci pro- *Profari.*
E phetare dicunt,id eſt futura prædicere. Cæterùm Plato libro ſecundo de Le-
gibus, poëtarum genus thion, id eſt diuinum, & entheaſticon, id eſt deo *Entheaſtici.*
plenum,diuinitus inſpiratum uocat.Quo nomine meritò ac uerè uocitari
poſſunt uates noſtri, id eſt prophetæ, qui aduentum lucis æternæ in mun-
dum prædixerunt.Ii enim demum enthei & entheaſtici fuerũt, & theopho-
rumeni,id eſt diuino illo ſpiritu pleni,quo ad ueritatem proferẽdam & du-
cebantur & ferebantur. Quos uerò antiqui ſic uocabant, dæmoniſtici dici *Dæmoniſtici.*

Source : BIU Cujas

debent:quem enim deum putabant, dæmon erat,id eſt genius deprauat us. F
Dicemus & mox aliqua eodem pertinentia.

Ex eodem loco,Superſtitioſum,iracundum.

De ſuperſtitione Cicero libro ſecundo de Natura deorum,Non enim,in-
Superſtitio. Religio. quit,philoſophi tantùm,uerum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem à reli-
gione ſeparauerunt.Nam qui totos dies precabantur & immolabant,ut ſibi
ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati : quod nomen patuit
poſtea latius.Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerēt,diligen-
ter retractarent,& tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi. Ita factum eſt al-
Atheï. terum uitij nomen,alterum laudis. Idem in primo, de atheis quibuſdam lo- G
quens,id eſt qui deos eſſe nullos affirmabant,atque adeò omnem uim diui-
nam tollebant:Horum enim ſententiæ,inquit,non modò ſuperſtitionē tol-
lunt,in qua ineſt timor inanis deorum:ſed etiam religionem, quæ deorum
Cap.30. cultu pio continetur. Cuius dicti meminit Auguſtinus libro quarto de Ci-
Lib.8.cap.3. uitate,ſi quis latius hoc perſequi fortè uelit. Fabius, Vt à diligēti,inquit,cu-
Cap.9. rioſus, à religione ſuperſtitio diſtat. Auguſtinus libro ſexto de Ciuitate,
Quale autem illud eſt,quòd Varro religioſum à ſuperſtitioſo ea diſtinctio-
ne diſcernit,ut à ſuperſtitioſo dicat timeri deos,à religioſo autem tātùm ue-
reri ut parentes,non ut hoſtes timeri?Græci ſuperſtitionem δεισιδαιμονίαν ap- H
Deſidæmo-nes Scrupuli. Scrupuloſi. pellant,& deſidæmonas ſuperſtitioſos, ab inconſulta & abſurda diuinæ po-
tentiæ formidine.Huiuſmodi meticulos, ſcrupulos nunc appellāt non ine-
pto uerbo, & inde ſuperſtitioſos ſcrupuloſos. Ineſt enim ſemper aliquid
quod malè eos habeat,& tanquā lapillus,id eſt ſcrupulus in calceo, identidē
punctitet. Sic accipitur ab Vlpiano in.l.Quæ ſub, De cond. inſtitutionum.
Propterea factum,ut ſuperſtitio pro inani etiam obſeruatione ponatur. Fa-
Cap.2. bius in quarto,Amentis eſt enim ſuperſtitione præceptorum contra naturā
cauſæ trahi. Ponitur etiam à doctis ſuperſtitio pro ea quam hæreſim uoca-
Cap.9. mus.Idem libro tertio de laude & uituperatione loquens, Et eſt conditori- I
bus urbium infamiæ, cōtraxiſſe aliquam pernicioſam cæteris gentem, qua-
lis eſt primus Iudaicæ ſuperſtitionis auctor, de Moſe loquens.Eadē de cau-
ſa Tacitus libro decimoquinto,Chriſtianorum dogma exitiabilem ſuperſti-
tionem appellat,uidelicet temporibus ſuis inſeruiēs,quibus in Chriſtianos
maximè ſæuitum eſt. Cicero in Partitionibus,Cernenda autem ſunt diligen
ter,ne fallant ea nos uitia,quæ uirtutem uidentur imitari. Nam & prudentiā
malitia,& temperantiam immanitas in uoluptatibus aſpernādis, & magni-
tudinem animi ſuperbia in animis extollendis,& deſpicientia in contēnen-
dis honoribus,& liberalitatem effuſio,& fortitudinem audacia imitatur,& K
patientiam duritia immanis, & iuſtitiam acerbitas, & religionem ſuperſti-
tio,& lenitatem mollitia animi,& uerecundiā timiditas,& illam diſputandi
prudentiam cōcertatio captatióque uerborum, & hanc oratoriam uim ina-
nis quædam profluentia loquendi. Quo in loco Cicero ſuperſtitionem pro
Hæreſis. deſidæmonia, id eſt inconſulto deorum timore accepit. Hæreſis autē uer-
bum apud uulgus infame, opinionem firmatam de aliquo dogmate ſigni-

Ex lege prima,tit.De ædilitio edicto. ficat,

Source : BIU Cujas

A ficat, quales sunt quæ sectæ dicũtur. Cicero in præfatione Paradoxorum, Cato autem ea sentit, quæ non sanè probantur in uulgus: & in ea est hæresi quę nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit efficit: de secta Stoicorum loquens. Sectas enim, id est hæreseis dicimus habitus animorum & instituta philosophiæ circa disciplinam, ut auctor est Seruius in librum decimũ Aeneid. Aug. lib. 8. de Ciuitate, Aristoteles uir excellentis ingenij, cum sectam Peripateticam condidisset, quòd deambulans disputare consueuerat, plurimos discipulos præclara fama excellẽs uiuo adhuc præceptore in suam hæ-

Sectæ.

Cap. 12.

B resim congregauit. Lactantius libro quarto Institutionum, religionis nomẽ aliter interpretatus est: Hac, inquit, conditione gignimur, ut * generati nos deo iusta & debita obsequia præbeamus: hunc solũ nouerimus, hunc sequamur. Hoc uinculo pietatis obstricti deo & religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit: non ut Cicero interpretatus est, à relegendo. Et paulò pòst, Quid ergo est? nimirum religio ueri cultus est, superstitio falsi. Et omnino quid colas interest, non quemadmodum colas. Religionis uerbo significãtissimè antiquitas usa est. Plinius in epist. Si parentibus solis ius præceptores conducendi relinquatur, iisdémque religio rectè iudicandi necessitate col-

Cap. 28.

**generanti*

Religio.

Lib. 4. epistola 13. Ad Corneliũ Tacitũ.

C lationis addatur. id est solicita & anxia cura probos præceptores idoneósque deligendi liberis suis. Columella religiosè pro solicitè & accuratè dixit: Nihil, inquit, curiosè administrat, nihil religiosè. Obstringere religione, & obligare, dicebant pro eo quod dicimus cõscientiæ metũ incutere. Cicero in Philip. secunda, Obstrinxisti populũ Rom. religione: Augur Auguri, Consul Consuli * nunciasti. δεισιδαιμονίαν ᾧ δήμῳ περιέθηκας, id est de cœlo seruasse te dixisti, ne populus eo die comitia haberet: & uitiũ obuenisse dixisti (uerba sunt auguralia) ut comitia disturbares, & populũ alligares, & morareris hac obnũciatione. Verebãtur enim Romani aliquid agere uetantibus auspiciis,

Lib. 3. ca. 10.

Religiosè.

Obstringere religione.

**obnũciauisti*

D ne malè cederet si cõtra deorũ monita agerẽt. Idẽ de Aruspicũ responsis, Quę tãta religio est, qua nõ in nostris dubitationibus, atq; in maximis superstitionibus, unius P. Seruilij ac M. Luculli responso ac uerbo liberemur? id est, ut nunc loquimur, qui tantus cõsciẽtię scrupulus? Liuius lib. 6. secũdi belli Punici, Instructis utrinq; exercitibus in eius pugnæ casum, in qua urbs Roma præmiũ uictori esset, imber ingens grãdine mixtus ita utrãque aciem turbauit, ut uix armis retẽtis in castra sese receperint. Et postero die eodẽ loco acies instructas eadẽ tempestas diremit. Vbi recepissent se in castra, mira serenitas cum trãquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos uersa est. οἱ δὲ

E καρχηδόνιοι ἔτι ἐνθύμιον ἐποιήσαντο δεισιδαιμόνως, id est, Pœni interpretati sunt id diis nõ placere, ut pro urbe Roma capienda confligerẽt, uel ut urbs Roma armis oppugnaretur. Plautus in Curgul. Vocat me ad cœnã: religio fuit, denegare nolui. Verba sunt parasiti significãtis se (ut uulgi uerbis loquar) conscientiã fecisse, si homo ipse parasitus ad cœnã uocatus nõ iret. Cicero in prima Philippica, Vt inexpiabiles, inquit, religiones in remp. inducerentur. id est anxietates & formidines impendentis quasíque aduentantis iræ diuinę. Exoluere

In religionem uerti.

Act. 2. Scen. ult.

Exoluere religione.

religione,eſt huiuſmodi ſcrupulum adimere. Liuius libro nono ab Vrbe F
cond.de Spurio Poſthumio loquens Caudinæ pacis auctore, Dedamur per
fœciales nudi uinctíque: exoluamus religione populum, ſiqua obligaui-
mus:ne quid diuini aut humani obſtet,quo minus iuſtum piúmque de in-
tegro ineatur bellum. Et paulò pòſt, Nam quòd deditione noſtra negant
exolui religione populum:id iſtos magis ne dedantur, quàm quia ita ſe res
habeat,dicere, quis adeò iuris fœcialium expers eſt, qui ignoret? Idem libro
tertio,Edicimus itaque,Omnes qui in uerba iuraſtis, craſtina die armati ad
lacum Regillum adſitis. Cauillari tum Tribuni, & populum exoluere reli-
gione uelle: priuatum eo tempore Quintium fuiſſe, cum ſacramẽto adacti G
ſunt.id eſt,cœperunt Tribuni dicere,nulla religione ſacramenti obſtrictum
eſſe populum, qui in uerba priuati hominis iuraſſet: nec metuendum per-
iurium,ſi imperio eius non paruiſſent.

Ex eadem lege,circa finem.

Etiam ſi per luxuriam id factum.) Sic quidem ubique legitur, ſed corru-
ptè omnino.Propterea non per luxuriam, ſed plurifariam legẽdum eſſe pu-
to,hoc ſenſu, Etiam ſeruum fanaticum hoc edicto redhiberi non debere,
non modò ſi ſemel aut uno modo id fecerit, ſed etiam ſi plurifariã. Vitium
enim eſſe animi fanaticè uaticinari,de quo hoc edicto nihil cauetur.Et alio- H
qui luxuria in hoc ſeuſu Latinum nõ eſt,id eſt ut crapulam ſignificet & ui-
Luxuria. noſitatem. Luxuria enim & luxus profuſam impenſam ſignificat. Luxuria
(inquit Feſtus) morum eſt ſolutio.Luxa enim membra dicuntur è ſuis locis
mota,à quo luxurioſus,in re familiari ſolutus. Eſt etiam luxuria & luxuries
Li.18.ca.17. ſegetum,quam Plinius inter uitia frugum ponit,id eſt redundantia germi-
Lib.2. nis.Cicero de Oratore, In eius oratione(ut in herbis ruſtici ſolent dicere) in
ſumma ubertate ineſt luxuries quædam,quæ ſtylo depaſcenda eſt.id eſt,ſcri-
bendi frequentia & aſſidua meditatione reprimenda illa naturalis ubertas,
quæ interdum redundat. I

Ex l.ſecunda,Vel melancholici.

Melãcholici. Melancholici ſunt,qui morbis melãcholiæ,id eſt atræ bilis uexantur:qui
morbi animi ſunt,nõ corporis. Apud Aeginetam medicinæ auctorem ca-
put eſt in tertio, de mania & melancholia, ut ſuprà diximus. Melancholici
igitur ut manici,qui & maniaci dicuntur,mente capti ſunt.Vnde Cicero in
tertio Tuſcul. de inſania & furore loquens,Eos enim,inquit, ſanos intelligi
neceſſe eſt,quorum mens motu,quaſi morbo,perturbata nullo ſit.Qui con-
trà affecti ſunt, hos inſanos appellari neceſſe eſt. Et paulò pòſt, Græci autem
maniam unde appellent,non facilè dixerim, eam tamẽ ipſam diſtinguimus K
nos melius quàm illi.Hanc enim inſaniã, quæ iuncta ſtultitiæ patet latius,à
Furor. furore diſiungimus.Greci uolunt illi quidem,ſed parum ualent uerbo.Quẽ
nos furorem,melancholiam ipſi uocant:quaſi uerò atra bili ſolùm mens,ac
non ſæpe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. quo ge-
nere Athamantem,Alcmæonem,Aiacem,Oreſtem furere dicimus. Qui ita
ſit affectus,eum dominum eſſe rerum ſuarum uetant xij tabulæ. Itaque non

Ex titulo,De ædilitio edicto. eſt

Source : BIU Cujas

A est scriptum, Si insanus, sed Si furiosus esse incipit. Insaniam enim censuerũt, id est inconstantiã sanitate uacantem, posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitæ communem cultum atque usitatum. Furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia cæcitatem. Quod cum maius esse uideatur quàm insania, tamen eiusmodi est, ut furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Secundum hæc Ciceronis uerba insania est quam Græci maniam, furor quam ipsi melancholiam appellãt. Idem alibi philosophicè insaniam interpretans ita inquit, Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constantiáque censebant. His enim rebus mentem uacuam ap- *Insania. Mania.*

B pellarunt insaniam, propterea quòd in perturbato animo, sicut in corpore, sanitas esse nõ possit. Celsus lib. 3. insaniam Latinè appellari dicit, quam Græci phrenesin uocant: & phreneticorum, uel phreniticorum potius, id est insanorum, tria genera facit. Est autem phrenesis, siue ut Græci scribunt, phrenitis, acutus morbus in febre superueniens, cum ægrotantes desipiunt, & aliena loquuntur. Plinius libro uicesimooctauo, Athletæ torpẽtes, uenere restituuntur, uenere uox reuocatur, cum è candida declinat in fuscam: medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mẽte captis, ac melancholicis. Aristoteles in Probl. tricesima sectione, multa de melancholicis subtiliter & *Cap. 17. Phrenesis. Phrenitis. Cap. 6.*

C luculentè disputauit, ex quo problemate nonnulla ad hunc locum attinentia ascribenda his putauimus. In quibus autem, inquit, habitu melancholico natura constiterit, mox iis multa & uaria morũ genera exoriuntur, prout alius aliam habitus intemperiẽ sortitus est. Exempli gratia, in quibus multa & frigida bilis est atra, ij stolidi sunt & ignaui: in quibus permulta & calida, ij perciti & ingeniosi, amasij, propensi ad omnem excandescentiam & cupiditatem: nonnulli etiam loquaciores. Multi etiam propterea quòd ille calor sedi mentis in uicino est, morbis uesaniæ implicãtur, aut instinctu lymphatico inferuescunt, ex quo Sibyllæ efficiũtur & Bacchæ, & omnes qui diuino *De melancholicis ex Aristotele.*

D spiraculo instigari creduntur, cum scilicet id nõ morbo, sed naturali intemperie accidit. Interpres uir doctissimus morbos uesaniæ uocauit, quos Aristoteles manicos dixit: & spiritu lymphatico inferuescere, pro entheasticũ fieri & fanaticũ, ut suprà diximus. Lymphati sunt quos Gręci nympholeptos uocãt, quasi nympharũ spiritu correptos. Vnde & lymphationes nocturnæ apud Pliniũ. Γολλοὶ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ νοσροῦ τόπου τὴν θερμότητα ταύτην, νοσήμασιν ἁλίσκονται μανικοῖς ἢ ἐνθουσιαστικοῖς, ὅθεν σίβυλλαι καὶ βακχίδες καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες. *Lymphati. Li. 34. ca. 15.*

Ex. l. iiij. Nec gulosos nec impostores.

Impostores (inquit Accursius) qui imponunt aliquid alicui. Impostores *Impostores.*

E dicuntur uersuti & fallaces homines: & impostura huiusmodi fallacia, ab eo dicta, quòd adulterinas merces pro ueris supponat. Inde imponere pro decipere simpliciter accipitur. Tacitus libro decimoseptimo, Falluntur quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Sic Plinius in epistolis, Ne tibi optimæ indolis iuueni quorundam immensa luxuria specie frugalitatis imponat. Pollio in Galienis, Cum quidam gemmas uitreas pro ueris uendidisset eius uxori, atque illa re prodita uindicari uellet, rapi quasi ad leonem uendi- *Impostura. In oratione Pisonis ad cohortem palatinam. Lib. 2. epistola 6. ad Auitum.*

torem iuſſit,deinde cauea caponem emittit:mirantibúſque cunctis rem tam ridiculam,per curionem dici iuſſit,Impoſturam hic fecit,& paſſus eſt.deinde negociatorẽ dimiſit. φεναϰισμὸς à Græcis impoſtura dicitur: & φεναϰίζειν imponere,quo uerbo Demoſthenes identidem uti ſolet.Verbum ab eo tractũ, quòd φενάϰη adulterina cõma dicitur, quem Latini uno uerbo galericulum appellant, ut Græci πιλίδιον apud Demoſthenem ϖολλὰ παραπρεσβείας. Ibi enim πιλίδιον, πλὴν ὑδὶ τινὸς πλὴν πλὴν ϰώμης intelligo. Tranquillus etiam capillamentum.Impoſtores etiam à Græcis plani dicuntur, ſed certi cuiuſdam generis impoſtores,inſigni uerſutia præditi: quo uocabulo potius quàm Latino Cicero pro Cluentio uſus eſt: Hic ille planus,inquit, improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus,qui illi pecuniæ quam condiderat,ſpe iam atque animo incubaret,contrahit frontem(recordamini faciem,atque illos eius fictos ſimulatóſque uultus) queritur ſe ab Oppianico deſtitutum: & qui eſſet totus ex fraude & mendacio factus,quíque ea uitia quæ à natura habebat,etiam ſtudio atque artificio quodã malitiæ cõdiuiſſet, pulchre aſſeuerat ſe ab Oppianico deſtitutum.De planis ita inquit Euſtathius Homeri interpres in Odyſſeam, ἔστι δὲ πλάνος ὁ τέχνην ἔχων τινὰ, ϰαὶ ἐ ἀφροπλανᾶν δὲ Ἡφαιλύτης, ὁ ποῖοι ϰιφισόδωρός τε ϰαὶ Ραντολέων ϰαὶ Ματρέας· ὃς ϰαὶ πλὴν ἱστορίαν τῆ Ἀθηναίᾳ ἔλεγε πρὸς αἴνιγμα, θηρίον τι τρέφειν ὅπερ αὐτὸ ἑαυτὸ ἐθέλει, Planus eſt,inquit,qui artem quandam profitetur imponẽdi etiam ſpectãtibus,quales fuerunt Ciphiſſodorus & Pantoleon & Matreas apud Alexandriam:qui,ut auctor eſt Athenæus hiſtoricus,huiuſmodi ænigma propoſitabat, Alere ſe feram quandam quæ ſemet ipſa eſitaret, ita ut nunc uſque Matreæ fera non inuenta ſit.Fortaſſe autem,inquit,aut iram aut inuidiam aut animi ægritudinem ſignificare uoluit,aut huiuſmodi aliquẽ affectum, ὡς ϰαὶ ζηθεῖσθαι μέχρι τῆ νῦν ἐ Ματρέα θηρίον. ἐ δὲ ἴσως ἢ φθόνον δηλοῖ, ἢ λύπην. Huiuſmodi autem impoſtores in deliciis olim regum fuiſſe,ex Plinij uerbis coniicere licet libro triceſimoquinto:Non fuerat,inquit,Apelli gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo. Quo regnante Alexandriam ui tempeſtatis expulſus,ſubornato fraude æmulorum plano regio inuitatus, ad regis cœnã uenit: indignantíque Ptolemæo,& uocatores ſuos oſtendenti, ut diceret à quo eorũ inuitatus eſſet, arrepto carbone extincto è foculo,imaginem in pariete delineauit, agnoſcente uultum plani rege ex inchoato protinus. Gellius libro decimoquinto hæc ignoraſſe uidetur, qui pro ſycophanta planum intelligendum putauit apud Laberium & Catonem. Qui etiam addubitaſſe uidetur an uerbum Latinum eſſet.Impoſtorẽ inſignẽ ætas patrum noſtrorũ uidit Frãciſcum Villionũ, quo uno nomine plani diffinitio maximè intelligi poteſt. Iudæi Chriſtum dominũ noſtrum cõtumelioſiſſimo nomine planũ uocauerunt, Matthæi uiceſimoſeptimo: Domine recordati ſumus,quia ſeductor ille dixit adhuc uiuẽs, Poſt tres dies reſurgam. ϰύριε ἐμνήσθημεν ὅτι πλάνος ἐϰεῖνος, μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. Qui locus haud dubiè ſic uerti debuit, Domine memoria tenemus quòd impoſtor ille dixit, Poſt tres dies reſurgo. Impoſtorẽ enim uocabãt, quaſi præſtigias quaſdã pro miraculis ederet,& ueluti circulatoriis ſtrophis populum ludificaretur.

Φεναϰισμὸς. Φεναϰίζειν.

φενάϰη.

Galericulus. Πιλίδιον.

Capillamentum.

Plani.

Planus.

Matreas.

Cap.10.

Lib.16.ca.7.

Matt.locus.

Ex titulo,De ædilitio edicto. Ex

Source : BIU Cujas

A Ex eodem loco.

Tamen si ita fatuum uel murionem uendiderit.) Legẽdum morionem. Moros Græcè stultus dicitur, unde morion diminutiuum, quo etiam Latini *Morion.* utuntur. Moriones sunt fatui, quos in deliciis Principum esse uidemus. Plinius in epistolis, Scurræ, cinædi, moriones mẽsis inerrabant. Ibidem, Si quid *Lib. 9. epistola 17. ad Genitorem.* molle à cinædo, petulans à scurra, stultum à morione profertur. Lampridius in Alexandro, Nanos & nanas & moriones & uocales exoletos & omnia acroamata & pantomimos populo donauit. Eiusdem generis sunt Sanniones, *Sannio.* à sanna, id est ab ore distorto dicti: nisi quòd sannio ex mimorũ genere fuis-
B se uidetur. Cicero in secundo dialogo de Oratore, Atque hoc etiam animaduertendũ est, non esse omnia ridicula faceta. Quid enim potest esse tam ridiculum, quàm Sannio est? sed ore, uultu, imitandis moribus, uoce, deniq; ipso corpore ridetur. Salsum hunc possum dicere, atque ita, non ut eiusmodi esse oratorem uelim, sed ut mimum. Huiusmodi sanniones uidemus in pompis quæ per urbem traduci solẽt, & in ludis theatralibus, & in saltationibus chironomicis, scurrili ipsos gesticulatione risum populariter excitantes. Moros igitur, unde morion dictus, fatuum & stupentem significat. Vnde morari *Morari.* uerbum Latinum prima producta factum. Cuius exemplum in scommate
C illo Neroniano apud Tranquillum, Certè omnibus rerum uerborúmque *Cap. 33.* contumeliis mortuum insectatus est, modò stultitiæ, modò sæuitiæ arguẽs. Nam & morari eum inter homines desiisse, producta prima syllaba iocabatur: multáque decreta ut insipiẽtis atque deliri pro irritis habuit. Morari pro stupidè & fatuè & delirè agere dixit, quod Græci μωραίνειν dicũt. Vnde Matthæi quinto, Vos estis sal terræ. quòd si sal euanuerit, in quo condietur? Qui *Matth. locus.* locus sic uerti debuit, Quòd si sal infatuatus fuerit, id est si desipuerit, hoc *Infatuari.* est salis & condimenti saporem amiserit, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ. Sequitur enim, Ad nihilum ualet ultrà, nisi ut conculcetur ab hominibus. Fatui cibi dicũ- *Fatuus.*
D tur insipidi & inconditi. Martialis in Xeniis,

V t sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm sæpe petet uina pipérque coquus!

Fatuas betas dixit, salsi saporis expertes. Fatuũ lapidem pro insipido Hermolaus Barbarus ex Themistio transtulit, hoc est nullius saporis, quem Græci achylon dicunt. Quemadmodum autem insipientem hominem dicimus trãslatione à cibis ducta, ita etiam fatuum hominẽ, & salem fatuũ dicimus, non qui euanuit, id est in nihilum abiit, sed qui sapientia aut sapore caret.

Ex lege, Item Offilius.

E Idem ubi neque matutino tempore uidet, neq; uespertino: quod genus morbi Græci uocant. eluscationem quidam esse putant.) Hermolaus Barbarus in emendationibus Plinianis hunc locum ita legit, Quod genus morbi Græci nyctalopas uocant. Luscitionem eam quidam esse putant: & reliqua. Luscitiosi, qui & luscosi & nuscitiosi dicuntur, sunt, ut quidam existimant, *Luscitiosus.* quos Græci nyctalopas appellant, qui & mane & uesperi exiliter admodum *Luscosus.* uident, nec ferè nisi interdiu. Alij luscosos eos esse putant, qui uesperi plus *Nuscitiosus.*

Source : BIU Cujas

uident, quàm meridie, uel adhibito lumine. Luſcitioſi (inquit Feſtus) ſunt F
qui parum uident propter uitium oculorum, quíque plus ueſperi uident,
quàm meridie. Nonius, Luſcioſi, inquit, ad lucernam nõ uident. Et myopes
minus uidentes uocantur à Græcis. Varro, Veſperi non uident, quos appel-
Cap. 6. lant luſcioſos. Plinius libro undetriceſimo, Fimum quoque Gallinaceorum
Cap. ult. duntaxat rubrum luſcioſis illinendum monſtrant. Idem, Earundem auium
Cap. 50. ſanguis nyctalopas ſanat. Idem libro octauo, Caprinũ iecur reſtituit ueſper-
tinam aciem iis quos nyctalopas uocant. Plautus in Milit. Act. 2. Scen. 3.

Mirum eſt lolio uictitare te, tam uili tritico.
Pa. Quid iam? Sc. quia luſcioſus. Pa. uerbero, ædepol tu quidem G
Cæcus, non luſcioſus.

Exiſtimo tamẽ hunc locum ita legendum eſſe, Sed & μύωπα morboſum eſſe
conſtat. Idem ubi homo neque matutino, & reliqua. Ita ut ibi, Sed &, initiũ
ſit alterius ſenſus, nec à prioribus dependentis. Myopes enim & nyctalopes
cognata ſunt uocabula, & alioqui textus cohærentior erit. Ducor etiam con
Cap. 2. iectura ex Gellio ſumpta libro quarto, ubi de edicto Aedilium loquitur. Sic
enim inquit περὶ νωδοῦ, id eſt de edentulo: De myope quoque, qui luſcioſus
Latinè appellatur, diſſenſum eſt. Alij enim redhiberi omnino oportere, alij
contrà, niſi id uitium morbo contractum eſſet. Quæ uerba apud Gellium H
corrupta atque etiam inuerſa ſtructura leguntur. Fulgentius, Luſcioſos, in-
Myopes. quit, dicunt, qui interdiu parum uident: Græcè myopes dicuntur. Nyctalo-
Nyctalopes. pes igitur & myopes iidem eſſe putantur, & pro iiſdẽ à nonnullis accipiun-
tur, hoc eſt pro iis qui interdiu propter uiſus hebetẽ uim contueri nequeũt,
nec niſi clauſis oculis, à conniuentibus oculis myopes nomen habẽtes. Ny-
ctalopes à nocturnis, quaſíque noctuinis oculis. Alij nyctalopes à myopi-
bus diſtinguunt, eodem ad utrunque ſignificatum etymo ſubſeruiente, ut
ſint myopes, qui iam inde à principio ortus ſui, niſi admota oculis contue-
ri nequeunt: cuiuſmodi multos uidemus, qui res intuẽdas oculis propè cõ- I
tingunt, & limis etiam, ſemicluſisque oculis aſpiciũt. Ariſtoteles in Proble-
matibus, ſectione trigeſimaprima, διὰ τί οἱ μύωπες συνάγοντες τὰ βλέφαρα ὁρῶσιν;
Cur myopes contractis palpebris uident? Μυωπάζειν δὲ λέγονται οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν
ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐκ ὁρῶντες. ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γηρῶντες τοῖς μυωπάζουσιν, τὰ
γὰρ ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες, τὰ πόῤῥωθεν βλέπουσι, id eſt, Myopes autem dicũtur, qui ab or-
tu primo proxima quidem uident, remota uerò non uident. Senibus autem
uitium huic contrarium accidit. ſiquidem ſenes admota non uidentes, lon-
gè reducta uident. Idem, Νυκτάλωπας δὲ λέγουσι, ὅταν μὲν συμβῇ τὴν μὲν ἡμέραν βλέ-
πειν, δυομένου δὲ ἡλίου ἀμαυρότερον ὁρᾷν, νυκτὸς δὲ γενομένης οὐδ' ὅλως, Nyctalopas dicunt, K
cum interdiu uident, occidente uerò ſole hebetius uident, ad plenam uerò
noctem ne paululum quidem. Nyctalopia uitiũ ipſum eſt, ut myopia. Dio-
ſcorides tamen nyctalopa pro uitio identidem accipit.

Ex eadem lege.

Quæſitum eſt an balbus & blæſus & atiphus, íſque qui tardius loquitur, &
uarus & uaricus ſanus ſit.) Hunc locum cum eſſem Florẽtiæ, in Piſanis Pan-

Ex titulo, De ædilitio edicto. dectis

A dectis ita legi, An balbus, & blæsus, & atypus, ísque qui tardius loquitur, & uarus & uarius. Apud Gellium libro quarto sic etiam corruptè legitur. Balbus autem & atyphus uitiosi magis, quàm morbosi sunt, ut equus mordax aut calcitro, uitiosus magis quàm morbosus est. Aristoteles in Probl. segmẽto undecimo, tria genera huiusmodi uitiorum ponit, τραυλότητα, ψελλότητα, ἰσχνοφωνίαν, uel etiam ἰσχοφωνίαν, ut apud Herodotum legimus in antiquo exemplari, id est blæsitatem, balbutiem, linguæ hæsitãtiam. τραυλότης, inquit, id est blæsitas, est τοῦ γράμματός τινος μὴ κρατεῖν, καὶ τοῦτο οὐ τὸ τυχόν: id est, literam aliquam exprimere non posse, eámque non quamlibet, sed certam. ψελλότης, id est balbuties, τοῦ ἐξαιρεῖν τὶ ἢ γράμμα ἢ συλλαβὴν, est literam exterere, uel syllabam: id est pronunciando eximere & prætermittere. Hæsitãtia est syllabam syllabæ iungere properè non posse. Hæc tria uitia expressit Vlpianus, & aliud præterea, quod atypi nomine uocauit, quod quid sit, nondum inueni, nec inuẽturum me spero. Existimo tamẽ ab etymologia uocabuli eos esse atypos dictos, qui non satis expedito plectro linguæ uterentur, quasi aërem non ferientes, uel quasi non satis uerba exprimentes, conformantésue. Sic enim uulgus dicere solet de iis qui malè uerba exprimunt. Aegineta ancyloglossum appellat uitium linguæ, aut congenitum, astricta lingua infanti nascenti membranulis quibusdam duriusculis & breuioribus: aut agnatum, id est accidentariũ, cum ulcus sub lingua cicatricem duriorem obduxit. Est autem uinculum neruosum, quod filum uulgariter nuncupatur. Eximitur autem hoc uitium instrumento chirurgico, quod ancylotomon appellant: id quod cum puero eximeretur, uidi. ἀγκυλόγλωσσον (inquit ille) πάθος ἐν τῇ γλώσσῃ, ποτὲ μὲν ἐκ φύσεως, ποτὲ δὲ ἐξ ἀθικτήτου. Aristoph. in comœdia quæ Spheces, id est Vespæ inscribitur, Traulos, id est blæsos esse significat, qui l pro r exprimunt. Cicero tamen in pri. de Orat. balbum in eo significatu accepit, de Demosthene loquens, Cúmque ita balbus esset, ut eius ipsius artis cui studeret, primam literam nõ posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur: de litera ῥ loquens, quæ prima est in rhetorica. Vari sunt pedibus incuruis, & in se contractis, cuiusmodi spadones & castratos uidemus. Vnde etiam uaræ manus Ouidio nono Metamorph.

Haloan uatius. Cap. 2.

Vitia linguæ.

Τραυλότης.

Blæsi.

Balbi.

Hæsitantes.

Atypus.

Ancyloglossum.

ἀγκυλόγλωσσον.

Non procul à fine.

Vari.

- tenuíque à pectore uaras

In statione manus. Id est incuruas. Iis contrarij sunt ualgi, qui altrinsecus prominentes suras habent, & in diuersum actas, quales cancri habent & lacertæ auctore Aristotele, qui Aegyptios huiusmodi esse tradit in Proble. eadem ratione qua capillum crispum habent, & à calore intortum. Hi à Græcis βλαισοὶ dicũtur, ut illi ῥαιβοί. Valgos (inquit Festus) Aurelius intelligi uoluit, qui diuersas suras habent, sicut è contrario uari dicuntur incurua crura habentes. Aristoteles, διὰ τί οἱ αἰγύπτιοι καὶ αἰθίοπες βλαισοί εἰσιν; Cur Aethiopes & Aegyptij blæsi sunt cruribus? Sic enim transtulit interpres, qui blæsos Græcè protulit, quos Festus ualgos Latinè appellatos esse dixit. Blæsitas autem non modò uitium est linguæ, sed etiam eorum uitium, qui oblæsum gressum habent, quæ ratio est uocabuli apud Græcos παρὰ τὸ βλάπτω.

Valgi.

ῥαιβοί.

Vatij. Vatij ſunt,qui pedes extrorſus obtortos habent,iidem,ut arbitror,qui ualgi. F
Cap 9. Varro libro ſecundo de re Ruſtica, de canibus loquens, Sint cruribus rectis, ac potius uaris quàm uatiis.id eſt,in ſe potius & introrſus intortis, quàm ex-
Cap.45. trorſus. Plinius lib. 11. Vola homini tantùm, exceptis quibuſdam. Nam &
**Plăci,Plauti.* hinc cognomina inuẽta,*Plauci,Planci,Scauri,Panſæ:ſicut à cruribus Vari,
Vari. Vatiæ,Vatinij,quæ uitia & in quadrupedibus. Alioquin uari apud Celſum
Cap 5. *Ephelides.* lib.6.maculæ ſunt oris, ut lenticulæ & ephelides, unde homines uarij dicti. Idem libro quinto, de puſtulis loquens, quæ exanthemata dicuntur Græcè, Ea,inquit,modò rubent,modò colorem cutis non excedunt, nonnunquam
Varius. plures ſimiles uaris oriuntur. A uaris uarius homo dictus, ut lynces uariæ. G
Cap.4. Vnde iocus Ciceronis apud Quintilianum in 6.in Iſauricum,Miror quid ſit quòd pater tuus homo conſtantiſſimus te nobis uarium reliquit. Vbi intelligi uoluit uaris in facie diſtinctum.

Ex lege,Qui clauum.

Trebatius ait non eſſe morboſum os alicui olere. ueluti hircoſum, ſtrabonem.hoc enim ex ingluuie oris accidere.) Hic locus haud dubiè deprauatus eſt,uel mutilatus potius. Quid enim ſtraboni cum hircoſo ? aut quid
Hircus. ingluuies ad oculos diſtortos pertinet? Hircus fœtor eſt alarum, quem Plinius alarum graueolentiam appellat, & aliquando uirus alarum: à Græcis H
Tragos. itidem tragos dicitur:unde tragizontes pueri ab Ariſtotele dici putantur li-
Hircientes. bro ſeptimo de hiſto.animalium,ab alarum odore,quaſi hirciẽtes, cum pubeſcentes uenerem agnoſcere incipiunt, & uocem in ſonum aſperiorem inæquabiliorémque mutare.Neque enim,inquit,acuta pręterea uox eſt,neque grauis, neque tota æquabilis, ſed ſimilis fidibus incontentis & aſperis, ὁμοία φαινομένη ταῖς παρανενευρισμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς, ὃ τραγίζειν καλοῦσι. Alexander tamen Probl.libro primo τραγῶντας eos uocat,metaphora(ut ipſe inquit) ab hircorum uoce ducta propter arteriæ aſperitatem. Alioquin omnis graueolen-
ὑπερτραγίζειν. tia tragos à Græcis dicitur,unde ὑπερτραγίζειν τῇ ὀσμῇ Dioſcoridi, pro admodũ I
Tragomaſchali. olêre.Idem, οὐ περὶ τὴν ὀσμὴν βρομῶδες τράγον καλοῦσι. Et tragomaſchali dicti, qui uirus alarum olent,id eſt hircoſi, ut Plautus appellat. Gellius libro undeci-
Lib.12. ca. 2. *Hircoſi.* mo, Quidam ſunt tam magni ſenſus Quinti Ennij,ut licet ſcripti ſint inter hircoſos,poſſint tamen inter unguẽtatos placere. Quo in loco tamen metaphoricè accipitur.Fortaſſe igitur hîc legendum ueluti hircos, uel tragon,uel ſic,ueluti hircoſum tragonta, uel quid ſimile.Eſt autem Græcum,quod imperiti Latinis literis perperam ſcripſerunt. Nihil tamen conſtituo. Vix enim rationem inire poſſis, cur ab oris fœtore Iuriſconſultus ad alarum fœtorem abruptè tranſierit,quaſi exemplum ſubdendo eius quod antè dixerat. Sed il- K
luuie legendum eſſe,non ingluuie,facilè coniicio.Ingluuies enim non oris
Illuuies. eſt,ſed illuuies,quæ Græcè ἀλουσία dicitur.
ἀλουσία.

Ex lege,Quæritur,de eo qui urinam facit.

ἐνουρεῖν. Vlpianus his uerbis morbi genus ſignificauit quod à Græcis ἐνουρεῖν dici-
Immeiere. tur,id eſt immeiere Latinè : quem qui patiuntur, lectos permingere ſolent. Morbus eſt plerunque puerilis,ut inquit Paulus Aegineta, χάλασις τοῦ τραχήλου τῆς

Ex titulo,De Aedilitio edicto.

κύστεως

A κύστεως μυὸς, οὗτο δ' πάθος ἐργάζεται, Luxatus, inquit, ceruicis uesicæ musculus hoc uitium efficere solet.

Ex eadem lege, Si quis habeat antiacham.

Hic locus luculento errore corruptissimè legitur in omnibus exemplaribus: sic autem haud dubiè emendandus, Si quis habeat antiadas, an redhiberi possit quasi uitiosus, quæritur. & si antiades sunt quas existimo, id est inueteratos, uel etiam inueterati, & qui iam discuti non possunt faucium tumores: qui antiadas habet, uitiosus est. Antiades Græcè, tonsillæ Latinè dicuntur, de quibus Plinius, Tonsillæ, inquit, in homine, in sue glandulæ. Ab B Aristotele in primo de histo. animalium paristhmia uocantur, quasi iuguli isthmon, id est angustias obsidentes. Cicero in secundo de Natura deorum, Linguam autem ad radices eius hærens excipit stomachus, quò primum illabuntur ea quæ accepta sunt ore. is utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Stomachũ hoc in loco Cicero propriè pro gula & gutture accipit. Est enim stomachus, ut Galenus inquit, στόμα τῆς γαστρὸς, id est os uentriculi. Antias nomen est tam particulæ quàm morbo accommodatum, ut uua, de qua paulò superius legimus, Item si uua in gutture intumuerit. Quãuis Aristoteles in anatome, In ore, inquit, penitiore par- C ticula est alia staphylophoros, id est uuigera, columella nomine, uenæ insidens: quæ si nimio humore intumuerit, staphyle, id est uua uocatur, & strangulat. Celsus uuam appellat & morbum, & particulam. Alexander Probl. libro secundo, κιονίδα, id est columellam uel columnellam à similitudine columnæ uocitari ait, cum ex rheumate oblonga fuerit: uuam autem, id est σταφύλην, cum in acinum intumuerit. Tonsillarum exemplum est apud Celsum libro septimo, Tonsillas quæ post inflammationes induruerunt, antiades autem à Græcis appellantur, cum sub leui tunica sint, oportet digito circunradere & euellere. Si ne sic quidem resoluũtur, hamulo excipere, & scal- D pello excidere: tum ulcus aceto eluere, & illinere uulnus medicamento, quo sanguis supprimatur. Quo tamen in loco mendosè antidyades pro antiades in impressis libris legitur. Paulus libro tertio, ἔστι δὲ ἀντιὰς ὄγκος σκιῤῥώδης τῶν παρισθμίων, Antias, inquit, est tonsillarum affectio, cum in tumorem obduruerũt. Idem libro sexto, Quemadmodum autem adenes, id est glandulæ, cum induruerunt, chœrades, id est scrophulæ uocitantur: ita & tonsillæ inflammatione supra modum adauctæ, uorandi spirandíque meatus altrinsecus insidentes, antiades uocitatæ sunt, καὶ τὰ παρίσθμια φλεγμήναντα, καὶ ὑπεραυξηθέντα, τῇ τε καταπόσει καὶ τῷ πνεύματι ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων τεταγμένα, ἀντιάδες ἐκλήθησαν. Discutere au- E tem uerbum est medicinale. Tubercula enim aut discutiuntur, aut emittũtur. Discutiuntur interdum, id est dissoluuntur, discutiuntúrque incipiẽtia, ne suppurẽt: quod fieri solet, cum in aliquem locum incommodum humores ingruunt. Emittuntur autem suppurantia & iam concocta, aut naturæ sponte, aut scalpello uel cautere adhibito: quod fit, cum humores ad locum opportunum erumpentes, eliciuntur etiam medicamentis, & euocantur, ut ulcera prorsus exanientur, id est pus & saniem egerant. Inde discussoria me-

Antiades.

Li. 11. ca. 37.

Stomachus.

Vua.

Columella.

Tonsillæ.

Cap. 12. De dentibus.

Discutere.

Discussoria.

Source : BIU Cujas

dicamenta dicta,quæ Græci diaphoretica uocãt:exempla apud auctores ſca- F
Cap.2. tent.Diſcutere alioqui diſiicere eſt & diſturbare. Fabius libro ſexto, Non autem commouere tantùm miſerationẽ, ſed etiam diſcutere, epilogi eſt pro-
Paulò pòſt. prium.Idem,Diſcutiendæ tamen oratione huiuſmodi ſcenæ.

Ex lege,Quæ bis in menſe.

Quæ bis in menſe purgatur,ſana non eſt. Item quæ nõ purgatur.) Huius
Cap.15. dicti cauſam uerbis Plinianis reddemus,libro ſeptimo Naturalis hiſtorię de menſtruis muliebribus loquentis:ſic enim inquit,Et hoc tale tantúmque omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit. Quibuſdam uerò ſæpius menſe, ſicut aliquibus nunquam: ſed tales non gignunt,quandò hæc eſt ge- G
nerando homini materia,ſemine è maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerãte,quod deinde tempore ipſo animatur,corporatúrque.Ergo cum grauidis fluxit,inualidi,aut non uitales partus eduntur,aut ſanioſi,ut auctor eſt Nigidius.Paulus duo uitia circa hoc ponit, ἐμμιώων ἀρχὼ,id eſt menſtruorũ retentionem,cum menſtrua ſiſtuntur: & ὑπερκάθαρσιν, id eſt immodicã purgationem,cum mulier plus iuſto purgatur, quæ & αἱμορῤῥαγία τ ὑστέρας uocatur.Ad huiuſmodi uitia medicamẽta inuenta ſunt,qui peſſi dicuntur, & ex lana confecti in muliebria induntur.

Ex.l.Quis ſit fugitiuus,circa principium. H

* Viuianum Item apud * Iulianum relatum eſt, fugitiuum ferè ab effectu animi intelligendum eſſe.) Sic quidem ubique legitur, præterquam etiam quòd Accurſius ita agnoſcit, ut ex citatis ab eo locis apparet. Quod mihi mirum uidetur,cum nemo ſit hodie ferè, iudicio quidem non carens, qui non facilè intelligat,non effectu animi,ſed affectu legẽdum eſſe. Fugitiuus (inquit Iuriſconſultus) ab affectu animi, id eſt habitu animi & propoſito intelligendus eſt,non autem ab effectu,id eſt à fuga ipſa. Fuga enim,id eſt effectus,nõ continuò fugitiuum facit, niſi comes quoque ſit affectus: quemadmodum & uice uerſa affectus non fugitiuum facit,niſi ſequente effectu : quippe nõ I
ſolùm conſilij,ſed etiam facti fugere eſt.Similis eſt error tertio abhinc paragrapho, Fugitiuum eſſe ab effectu animi cuiuſque æſtimandum. Vbi affectu proculdubio legendum eſt.

Ex eadem lege.§.Idem ait.

Si autem in hoc tantùm latuiſſet, quoad iracundia dominorum efferue-
Efferueſcere. ſceret.) Efferueſcere ira dicitur,cum homo ira excãdeſcit.Efferueſcere enim
Li.12.ca.28. ebullire eſt. Columella lib.xiij. Tertio die quàm calcaueris,condituram infundito.Sed antequam condias,muſti aliquantulum in ſeriam de ſeria trãſferto,ne in condiendo cum medicamẽto efferueſcat & defluat,id eſt ne ebul- K
liendo circunfundatur.Cicero in ſecundo de Oratore,Oratione autem celeri & concitata,& uerbis efferueſcentibus. Idem de Prouinciis conſularibus, Mithridaticos impetus, totúmque Pontum armatum efferueſcentem in A-
Deferueſcere. ſiam.id eſt feruendo erumpentem, ἐβραισόμενον. Legendum igitur deferueſcat, quod contrarium eſt efferueſcendi. Cicero in quarto Tuſcul. de ira percitis loquens:His autem ſunt ſubtrahendi ij,in quos impetum conantur

Ex titulo,De Aedilitio edicto. facere,

Source : BIU Cujas

A facere,dum ſe ipſi colligant:aut rogandi ſunt, orandíque,ut ſi quam habent ulciſcendi uim,differant in tempus aliud,dum deferueſcat ira.Deferueſcere autem certè ſignificat ardorem animi inuita ratione excitatum: & reliqua. Deferueſcere igitur dicitur,ut deflagrare. *Deflagrare.*

Lucanus lib.4. - ſic deflagrare minaces
Incaſſum,& uetito paſſus langueſcere bello. *Decad.4.lib. 10.*

Et Liuius,Spes interdum ſubibat,deflagrare iras ueſtras,purgari ſuſpiciones poſſe.Et deflagrare ſeditionem,Tacitus. Et deſæuire pro miteſcere.Lucanus, Nec dum deſæuiat ira Expectat.quod Liuius exæuire dixit,de tempeſtate lo *Tacit.lib.18. Lucan.lib.5. Deſæuire. Exæuire.*

B quens, ἀντὶ τῆς ἀφυβρίζειν. Efferueſceret tamen defendi poteſt eodem utrobique ſenſu,quanquam contrariæ ſint ſignificationes duorum uerborum. Quemadmodum enim quoad uiuet,& quoad morietur, uidentur duæ res dici cõtrariæ,cum tamen idem tempus demonſtrent,ut auctor eſt Gellius, & quoad Senatus habebitur,& quoad Senatus dimittetur: ſic etiam quoad ira dominorum efferueſceret, id eſt quoad domini excandeſcerent, & quoad ira deferueſceret,id eſt quoad miteſcerent ipſi,eodem ſenſu dici poſſunt. Quin & Cicero efferueſcere,ut Vlpianus,pro deferueſcere uſus eſt, hoc eſt ἀκροβολίζειν,ad Varronem ſcribens, Tibi igitur cenſeo latendum,dum efferueſcit hæc *Quoad. Lib.7.ca.21. Epiſt.famil. lib.9.epiſt.2.*

C gratulatio.niſi ſit dum,pro tantiſper dum, & interim dum,cum indicatiuo. Terentius in Heauton. *Act.1.Scen.1.*

Ego te meum eſſe dici tantiſper uolo,
Dum quod te dignum eſt facies. Idem, *Act.4. Sce.3.*
Quid?(malum)me tandem cenſes uelle id adſimularier?
Vnus eſt dies,dum argentum eripio:pax,nihil amplius.

Quod autem ſequitur, Cum dominum animaduerteret uerberibus ſe afficere uelle,præripuit ſe ad amicum. Legendum proripuit,id eſt raptim ſeſe è conſpectu eius abſtulit.Cicero de Aruſp.reſp.Attamen ignarus ille qui Con- *Proripere.*

D ſules eſſent,exanguis atque æſtuans ſe è curia repentè proripuit cum quibuſdam fractis iam atque inanibus minis.Vſus eſt etiam Martianus in.l.ſecũda De captiuis,& poſtlim.reuerſis. Subducere uerò ſe, eſt ſenſim & clanculum diſcedere, ita ut nullus animaduertat. Terentius in Eunucho, Vbi primùm poterit,ſe illinc ſubducet ſcio. Idem proruere pro proripere dixit, *Subducere. Act.4.Sce.1. Proruere.*
Vix elocuta eſt hoc,foras ſimul omnes proruunt ſe. *Act.3.Sce.5.*
Abeunt lauatum:perſtrepunt,ita ut fit, domini ubi abſunt.

Significant enim hæc uerba impetum eundi.
Idem in Adelph. - Syre *Act 4.Sce.2.*

E Obſecro,uide ne ille huc prorſus ſe irruat.

Liuius in ſecundo ſecũdi bel.Pun. Itaque ne procul in cõſpectos immitterẽtur equites,ſublatis raptim ſignis,quàm citatiſſimo poterant agmine,ſeſe abripuerunt.Apuleius in octauo Aſini, Arrepto nudo gladio,per mediã ciuitatem curſu furioſo proripit ſe,proculdubio neſcio quod ſcelus geſtiens.

Ex eadem.l.§.Apud Labeonem.

Si quis in aſillum confugerit.) Aſylum ſcribẽdum per y Græcum,& uni-

Source : BIU Cujas

Asylia. cum l. Asyli meminit Liuius lib. primo ab Vrbe cōd. Ab asylo Asylia dicitur pro eo iure libertatis & ueniæ, quod quis apud aras consequitur, quam immunitatem ecclesiæ uulgò uocant: ut in illo exemplo, εἰς τὸ θέσειον καταφεύγοντες ἀσυλίαν εἶχον. Aedem igitur asylam, uel ut Græci loquuntur, asylon dicere possumus, & simulacrum asylum, id est in qua, uel ad quod ius est asyliæ confugientibus Philost. καὶ ἄσυλος ἦν ἀνδριὰς τοῦ Τυβερίου, id est, Ad statuam Tyberij confugientibus ius erat asyliæ: uel ad uerbum, Asylos enim erat statua Tyberij. Græci enim huiusmodi nomina composita communi genere efferunt, ut diagonios linea apud Vitruuium libro sexto, quæ diagonalis à plerisque dicitur. Et lib. 5. Ab eo loco per centrum parallelos linea ducatur. Sic & perimetros & diametros. Et linea cathetos apud Censorinum pro perpendiculari, quam normalem etiam ipse uocat. Et apud eundem Vitruuium libro nono aquarū expressio automatos, id est spontanea. Asyli etiam dicuntur à Græcis homines à uiolentia tuti, ut sunt sacrosancti, quos attingere sine piaculo non licet, nec prehendere, quales erant Tribuniplebis apud Romanos. Plutarchus in Problem. τῇ δὲ τιμῇ τοιοῦσιν αὐτὸν καὶ ἱερὸν καὶ ἅγιον καὶ ἄσυλον. Honore, inquit, Tribunum sacrosanctum Romani faciunt & asylon. Pollux, ἄσυλοι δὲ ἦσαν οἱ κήρυκες, καὶ ἐξῆν αὐτοῖς πανταχόσε ἀδεῶς ἰέναι, Asyli erant caduceatores, & licebat eis tutò quoquò uellent ire.

Asylos.

Cap. 4. & lib. 9. cap. 1. Cap. 6. De die natali cap. 21. Cap. 9.

Ex. l. Si quid uenditor.

Si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut uigilacem, aut ex frugalitate sua peculium acquirentē affirmauerit: & is ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, piger, & tardus comessor inueniatur.) In aliquibus libris commensor legitur, neutrum rectè. Ad intelligentiam igitur huius loci, commemorandum esse ratus sum id quod Donatus in Phormionem adnotauit, quaternos olim frumenti modios quolibet mense seruos à dominis suis accipere solitos, ídque demensum appellatum esse: uerum à mense an à demetiendo, incertum. Ex quo more Terentianum illud manasse.

Demensum.

Phormion. Act. 1. Sce. 1.

Quod ille unciatim uix de demenso suo
Suum defraudans genium comparsit miser,
Id illa uniuersum abripiet: haud existimans
Quanto labore partum. Hactenus ille. Plautus in Sticho,
Vos meministis quotcalendis petere demensum cibum:
Quî minus meministis, quod opus sit facto, facere in ædibus?

Act. 1. Sce. 2.

Σιτομέτριον. Lucæ locus.

A Græcis σιτομέτριον dicitur, quasi frumenti mensura. Lucæ duodecimo, τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος καὶ φρόνιμος ὃν καταστήσει ὁ κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ τοῦ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον; Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Sic enim habet traductio uulgata. Quem locum si Hieronymus trāstulisset, ut fecisse falsò creditur, sic ad uerbum ut arbitror dixisset, Quisnam est fidelis ille ac prudens dispensator, quem constituet dominus super familiam suam, uel in familia sua, ut det illi in tempore demensum? De futuro enim loquitur, non de præsenti, aut præterito. Constituet enim per futurum

Ex titulo, De Aedilitio edicto.

scriptum

Source : BIU Cujas

A ſcriptum eſſe ab interprete credo,non cõſtituit, ſed poſtea deprauatum eſſe: alioquin permultis in locis Euangelij,temporis error manifeſtus eſt his qui Græcè uel tantulum intelligunt. Quo in loco inſignis eſt Lyrani hallucinatio,qui tempus tritici,tempus Euangelij interpretatur,quaſi Chriſtus appellatione tritici intelligendus ſit,cum nulla in eo loco tritici mentio ſit.Interpres enim non tempus tritici intellexit, ſed menſuram tritici in tempore. Quanquam etiam Græcè non tritici dicatur, ſed frumenti, id eſt σιτομέτειον, non πυρομέτειον.Serui enim quolibet frumẽto ueſcebãtur,non tritico.Diſpẽſatores igitur ſerui,id eſt atrienſes & primæ auctoritatis, ſeruis reliquis fru-
B mentum Calendis admetiri ſolebãt,quod demenſum dicebatur. Ex qua conſuetudine dictum illud Euangelicum allegoricè emanauit. Frugi porrò ſerui,id eſt parſimonia utentes, & modico cibo contenti, ex eo quod de quaternis modiis comparcere poterant,peculium ſibi comparabant.unde etiam interdum à dominis ſeſe redimebãt: aut aliàs arbitratu ſuo utebantur,ut ille Terentianus Geta,qui munuſculum nuptiale herilis filij uxori dediſſe dicitur.Serui autem nequam,id eſt prodigi & luxurioſi,nullum aut tenue peculiũ habebant: luxu enim & comeſſationibus,id eſt perpotationibus no-
ctурnis,demenſum ſuum atque omne peculiũ dilapidabant. Quare hîc non *Comeſſor legit Haloand.*
C commeſſor, quod nihil ſignificat, ſed comeſſator lego. Comeſſari eſt quod *Comeſſator.* Græci κωμάζειν dicũt,unde comeſſatores dicti,qui nocturnis aut intempeſtiuis conuiuiis indulgent,qui à Græcis comaſtæ dicũtur.Plinius lib.21. Athe- *Comeſſari.* *Cap.3.*
nis comeſſabundi iuuenes ante meridiem conuentus ſapientum frequentabant. comeſſabundi,id eſt comeſſatum euntes, hoc eſt perpotatũ, uel madidi & uinoléti.Curtius libro nono,Ibat uehiculis pro copia cuiuſq; ador- *Ad finem.*
natis comeſſabũdus exercitus,armis quæ maximè decora erant, circumpendentibus.hoc eſt, μετ' ὠδῆς φυφῶν. Idem, Si quid uictis ſaltem aduerſus comeſ- *Paulò pòſt.*
D ſantes animi fuiſſet, mille hercle uiri modò ſobrij, ſeptem dierum crapula graues in ſuo triumpho capere potuerũt.Liuius libro decimo de bello Maced.pro eo conuiuio accepit, quod ad multam noctem agitatur poſt cœnã. Quod uerbo eleganter ficto ab Hermolao Barbaro Pocœniũ appellare poſ- *Pocœnium.*
ſumus. Demetrius enim apud Liuium iam cœnatus ita ad comites inquit, Quin comeſſatum apud fratrem imus? τί οὐκ εἰσκωμάζομεν εἰς ἀδελφόν; Vtitur & *Decad.4.lib. 10.*
in hac ſignificatione Tranquillus in Domitiano,cap.21.

Ex eadem lege.

Venditor qui optimũ cocum eſſe dixerit,optimũ in eo * artificiũ præſta- ** artificio Culinaris ratio.*
re debet.) Mirari quiſpiã poſſit culinaris miniſterij tantam rationẽ habitã à
E Iuriſconſultis eſſe:mirari autẽ deſinet, qui Liuium lib.nono de bello Maced. legerit,Luxuriæ,inquit, peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico in urbẽ inuecta eſt.Inde primùm pſaltriæ,ſambuciſtriæque,& conuiualia ludionũ oblectamenta addita epulis.Epulæ quoque ipſæ,& cura & ſumptu maiore apparari cœptæ.Tunc cocus,uiliſſimum antiquis mancipium & æſtimatione & uſu,in precio eſſe:& quod miniſterium fuerat, ars haberi cœpta. Vix tamen illa quæ tum conſpiciebãtur,ſemina erant futuræ luxuriæ.Plautus in Aulul.

Source : BIU Cujas

Act. 2. Sce. 1. Cocus ille nundinalis eſt,in nonum diem F
Solet ire coctum. Id eſt uulgaris & uilis,qui non niſi nundinis conducitur,cum plebs ex agris cõuenit.Serui igitur coci erant in precio propter eorum operas,quæ magno locabantur,tanquam artificiales, non miniſteriales.Plinius libro nono,At nunc,inquit, coci triumphorum preciis parantur,& * equorum piſces: nullúſque propè iam mortalis æſtimatur pluris, quàm qui peritiſſimè cenſum domini mergit.

Cap. 17. in fine.

** coquorum*

Ex lege,Si uerò,eodem titulo.

Sabinus ſcribit ex priore cauſa, quæ ſtatim,inquit, ut uenit id mãcipium, eo nomine agere poſſe cœpit.) Sic quidem legit Accurſius aſtipulantibus G exemplaribus,ſed in luto hæret,ut dicitur. Ego uerò ſtructurã inuerſam eſſe cenſeo:cuius generis errata multa in antiquis ſcriptoribus deprehendere licet.Sic igitur legendum cenſeo,ut ſenſus perſpicuus reddatur: Sabinus ſcribit,ex priore cauſa(quæ ſtatim,inquit,ut uenit id mancipium, cœpit)eo nomine poſſe agere: ut ſit ſenſus,Redhibitionis tempus licet dicti promiſsíue nomine competat,à uenditione tum demum ſubſecuta procedere, quippe cum ex eo promiſſo ante uenditionem agi non potuerit. Cœpit igitur non ad agere infinitiuum,ſed ad nominatiuum cauſa refertur.

Ex lege,Redhibere. H

Vel ſi quid ex eo quod egerit,ad eum peruenerit: uel dolo malo uel culpa eius factum ſit,quò minus peruenirent: hiſdem diebus reddi.) Lego hiſdẽ de rebus reddi.De enim interdũ pro uel propter ſignificat.Cicero libro primo Epiſt.Tanta enim magnitudo eſt tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu,niſi perfecta re, de me non conquieſti, ego quia non idem in cauſa tua efficio,uitam mihi acerbam eſſe putem.De me,inquit,id eſt propter me. Terentius, - ecquid nos amas

De. Epiſtola. 1. in ipſo penè initio.

Eunuch. Act. 3. Sce. 2.

De fidicina iſtac? Hiſdem igitur de rebus reddi,id eſt propter haſdem res reddi, uel pro his rebus rectè præſtari: ut in lege, Aliud,De I uerborum ſignificat. Rectè autem dari,uel præſtari, priſca eſt locutio. Cato, Rectè hæc dari fierique,ſatíſque dari domino, aut cui iuſſerit,promittito,ſatíſque dato arbitratu domini.

Cap. 146.

Ex l. Cum autem,circa finem.

Pædius etiam illud nõ putat eſſe ſpectandũ, cuius contemplatione teſtator ſeruum hæredem ſcripſerit: quia etſi uenditio remanſiſſet, nihil hæc res emptori proderat.) Remanſiſſet (inquit Accurſius) id eſt facta non eſſet:ego nec Accurſij auctoritate,nec exemplariũ teſtimonio adduci poſſum, ut credam Vlpianum ſic ineptè locutum. Propterea non ſi uenditio remanſiſſet, K ſed ſi uenditoris manſiſſet,legere hîc ſoleo,& intelligo ſeruus legatarius.

Ex l. Aediles,circa finem.

Sic legit Haloan. Præterea in edicto dicitur ſic, Et quanta pecunia pro &c.

Sic,& quanta pecunia pro eo homine ſoluta.) Emẽdatius in antiquis legitur,& ſi quanta.Quod autem ſequitur, Cuiúſue pecuniæ quis eo nomine obligatus erit,non liberabitur: ſic reſoluitur, Vel ſi ea pecunia non liberabitur,cuius pecuniæ obligatus erit eo nomine.Eſt autem figurata locutio,frequens

Ex titulo,De Aedilitio edicto.

Source : BIU Cujas

A quens in edictis Prætorum, & in priscis formularum conceptionibus, cum antecedens casum relatiui sequitur, quod tum ferè est, cum relatiuum præcedit. Cicero pro Ligario, Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, easdem in aliis reprehendatis. Idem in secundo Epist. Est enim tibi grauis aduersaria constituta & parata, incredibilis quædã expectatio: quam tu una re facillimè uinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam admiraris, quibus artibus eæ laudes cõparantur, in iis esse elaborandũ. Liuius per accusatiuum, Quem ceperant exules montem, herbidus aquosusque est. Obligatus autem pecunię dicitur, ut obligatus furti. Gellius lib. 7. Quod cui

Epistola 4.

Decad. 3 li. 9.

Obligatus pecuniæ.

B seruandum datum est, si usus est: siue quod utẽdum acceperit, ad aliam rem atque accepit, usus est, furti se obligauit. Idem, Qui alienum tacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur. Sic compertus criminis dicitur apud Liuium, Duæ Vestales eo anno stupri compertæ. Et rursus, Quos sacrilegij compertos in uinculis Romam misisset. Et manifestus criminis apud Ciceronem. Legimus & apud eundem Liuium quosdam tantæ pecuniæ damnatos, quantum exoluere non possent. Sic æris cõfessos, & debiti iudicatos Gellius dixit. lib. 19. Sic Græci ἑάλω φόνου, ἑάλω κλοπῆς. Aristoph. Γότερον παρανοίας ἕλω; Nunquid delirij eum conuincere me uis? Sic anquirere capitis apud Liuiũ,

Cap. 15.

Li. 11. ca. ult.

Compertus stupri.

Decad. 3. li. 2.

Deca. 4. li. 2.

Decad. 4 lib. 8. in fine.

Confessus æris.

Lib. 20. ca. 1.

C & arcessere capitis apud Ciceronem, & apud Sallustium arcessere captæ pecuniæ. Cæterùm in. l. Illud. §. pri. infrà eodem titulo, Vt pecuniæ cuius nomine obligatus erit, liberetur. lego, Cuius pecuniæ nomine obligatus erit, liberetur. Alioqui Latina constructio non erit, id est, à Iurisconsultorum stylo, & præsertim Vlpiani, abhorrens. Est autem hic sensus, Vt ea pecunia liberetur, cuius pecuniæ nomine obligatus erit.

Ex. l. Qua uulgò, eodem titulo.

Si aduersus ea factum erit, solidi ducenti præstabuntur.) Solidos pro aureis accipi nemo leguleorum nescit, adnotante id Accursio libro quarto In-

D stitutionum. Appellationis autem causam aliquando inquirentibus nobis Lampridius se obtulit, qui de Alexandro principe Romano loquens, Vectigalia, inquit, publica in id contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem * aurei præstarent: hoc est trigesimam partem: túncque primùm semisses aureorum formati sunt: tunc etiam cum ad tertiã partem * aurei uectigal decidisset, tremisses: dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quòd minus non posset. Quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans ut si uectigal contrahere potuisset, & eos ederet. Sed cum non potuisset per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses

** auri*

** auri*

E tantùm solidósque formari. Formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiam atque amplius usque ad quinquagenarias quoque & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, resolui præcepit, neq; in usu cuiusquam uersari: atque ex eo iis materiæ nomen inditum est, cum diceret plus largiendi hanc esse imperatori causam, si cum multos solidos minores dare posset, dans decem uel amplius una forma, triginta & quinquaginta & centum dare cogeretur. Ex his uerbis Lampridij, quæ uulgò corruptissimè leguntur, fa-

Source : BIU Cujas

Solidi. cilè intelligimus ſolidos primùm dictos eſſe aureos nummos certi cuiuſ- F
dam ſuíque ponderis,quaſi integros. Erant dimidiati aurei,& tertiarij à ter-
Semiſſes. tia parte dicti,qui ſemiſſes tremiſſesque dicebantur, quemadmodum bina-
Tremiſſes. rij, ternarij quaternariíque & deinceps dicti ſunt, qui binos aureos, & ter-
nos,& quaternos, denóſque penderent. Sic intelligendi tremiſſes in.l. Iube-
mus,De erogatione mil.an.lib.12. Cod. Trientales autē Latinè dici poſſent.
Proinde ſolidos noſtros primùm argenteos nummos fuiſſe coniicio duo-
denarios, id eſt duodecim turoniis uel Pariſinis ualentes, deinde ſemiſſes
nummos factos, id eſt dimidiatos. Poſtea quadrantes ſeu quartarios, quos
liardos dicimus. Poſtremò ſextantes, ſeſcunciales, unciales,& ſemunciales, G
qui oboli dicebantur. Trientes autem & quadrantes apud antiquos nomi-
na ſignatæ pecuniæ fuerunt,ut alibi fortaſſe dicetur.

Ex.l.Si tamen,in fine.

Simplariarum uenditionum cauſa ne ſit redhibitio, in uſu eſt.) Accurſius
ſibi non cōſtat in huius uerbi enarratione: quod mihi mirum uidetur,cum
omnibus obuium ſit id quod errabunda ipſe indagine inueſtigare conatur.
Simplariæ uē ditiones. Conſtat enim (ut arbitror) ſimplarias uēditiones eſſe,pro quibus neceſſe uen-
ditor nō habet de dupla emptori repromittere, quarum meminit Vlpianus
in l.Emptori,infrà De euictionibus.Ita enim ſimplariæ uenditiones à Pom- H
ponio dicuntur,ut ſimplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebā-
Quadruplatores. tur,quæ in ſimplum,duplum, quadruplum dabantur. Vnde quadruplato-
res dicti delatorum genus,qui eo ſeſe quæſtu tolerabant, ut ea perſequeren-
tur,quorum ex legibus quadrupli erat actio : quorum crebra mentio apud
Simplares. Cap.7. antiquos.Eadem ratione armaturæ ſimplares duplaréſque à Vegetio dicun-
tur libro ſecundo de re militari:quas qui geſtabant, ſingulas & duplas con-
ſequebantur annonas. Et à Modeſto de uocabulis rei militaris,torquarij
ſimplares duplaréſque : quòd qui illa præmia uirtutis & decora militiæ me-
ruiſſent, ſingulas & binas præter alios conſequebātur annonas. Sic hodie in I
ſacerdotalibus collegiis ſacerdotia quædam ſimplaria dici poſſunt,& quæ-
dam duplaria : à ſimplice duplicéque ſtipe uel ſportula in confeſſu eccleſia-
ſtico accipienda. Propterea ſimplarias res dictas ab antiquis quidam putant
minutas,& nullius propè precij,pro quibus ſcilicet in ſimplum tantùm uen
ditori cauendum eſſet.

Ex.l.ultima eiuſdem tituli.

Seruus tam ueterator quàm nouitius dici poteſt: & reliqua.) Si quis hoc
dictum Venulei cum Vlpiani dicto conferat in.l. Præcipiunt, ſuprà eodem
hoc titulo, diſcrepantia hæc duo dicta omnino inueniet. Propterea Lau- K
Lib.6.ca.59. rentius Vallenſis hunc locum notans ita inquit, Quid tam contrariū,quàm
hæ duæ Iuriſconſultorum ſententiæ? quid magis abſurdum, quàm non di-
co inter eas non iudicaſſe, ſed eas aut ambas ſcripſiſſe, aut contrarias eſſe nō
uidiſſe? & complura in rebus (ut coniectura ducimur) eſſe debent, cum in
uerbis tot ſint & tam manifeſtè contraria. Hactenus ille. Neque uerò igno-
ro hoc dictum Laurentij iis perſuaderi non poſſe,qui Iuſtiniano credūt nul-

Source : BIU Cujas

A las in Pandectis duas leges ſibi cõtrarias eſſe: hoc eſt(ut uerbo eius utar) nullam antinomiã:ſic enim inquit in lege priore Cod.De ueteri iure enucleando.Quo in loco Accurſius adnotandum cenſuit,nulla duo dicta in iure,aut contraria,aut ſimilia eſſe.Quod conniuentibus oculis credi oportere legulei cenſent,nec ſine ingenti piaculo in dubium reuocari poſſe.Propterea ne litem noſtram faceremus(ut dicitur)uerba Laurentij aſcripſimus, uiri haud dubiè doctiſſimi, ac iudicij ſingularis. Nonnulla tamen & alia loca in Pandectis adnotaſſe mihi uideor, in quibus conſarcinandis Tribonianus dormitaſſe deprehenditur.Libera enim uel contra receptas opiniones rationem
B ſequenti ſententia debet eſſe.In.l.per ſeruum,De uſu & habita.Denique ſi tibi fructus deducto uſu legatus eſt : inutile eſſe legatum Pomponius libro quinto ad Sabinum ſcribit. In.l Hac ſtipulatione,titulo ſequenti, Ergo & ſi fructus ſine uſu obtigerit , ſtipulatio locum habebit. Non uideo quomodo hæc dicta non diſſidere poſſunt: & quò magis mireris, Vlpianus utrobique loquitur,niſi fuerit error librariorum, qui Vlpianum pro alio quouis prænotauerint.Pomponius in.l.Si pœnæ,De cond.indebiti,Quãuis debitum ſibi quis recipiat,tamen ſi is qui dat,non debitum dat, repetitio competit. Et paulò pòſt,Quãuis enim debitum ſibi quis recipiat, tamen ſi is qui dat, nõ
C debitum dat,repetitio competit.Paulus eodem titulo in.l.Repetitio,Repetitio nulla eſt ab eo qui ſuum recepit,tametſi ab alio quàm à uero debitore ſolutum eſt.Vlpianus De contrahenda emptione,in.l. Quid tamen, Si & ego me uendere aurum putarim,& tu emere,cum æs eſſet, uenditionẽ eſſe conſtat,ideo quia auri aliquid habuit.Nam ſi inauratũ aliquid ſit, licet ego aureum putem,ualet uẽditio.Iulianus eodem titulo in.l. Cum ab eo, Maſſam argento coopertam mihi ignoranti pro ſolida uendidiſti imprudens , nulla eſt emptio : & pecunia quæ eo nomine data eſt, condicetur. Et in titulo De uerborum oblig.in.l. Hoc iure, Hoc iure utimur,ut ex hac ſtipulatione, Si
D Lucius Titius ante Calendas Maias in Italiam nõ uenerit,decem dare ſpondes?non antè quicquam peti poſſit,quàm exploratum ſit ante eam diem in Italiam Titium uenire non potuiſſe,neq; ueniſſe:ſiue eo uiuo,ſiue eo mortuo id acciderit. * Vlpianus in.l.Stipulationes,infrà eodem titulo, Nec ſi in-
ſulam fieri quis ſtipulatus ſit, expectandum ut tantum temporis prætereat, quanto inſula fabricari poſſit:ſed ubi iam cœpit mora faciendæ inſulæ fieri, tunc agetur,diéſque obligationi cedet.Et rurſus inferius Papinianus in.l.Inſulam,Inſulam intra biennium illo loco ædificare ſpondes? ante finem biennij ſtipulatio nõ committitur , quanuis reus promittendi non ædificauerit,
E & tantum reſidui temporis ſit,quo ædificium extrui nõ poſſit. Neque enim ſtipulationis ſtatus, cuius dies certus in exordio fuit, ex pòſt facto mutatur. Idémque & in ſtipulatione iudicio ſiſtẽdi cauſa facta placuit,ſcilicet ut ante diem ſtipulatio non committatur,ſi certum eſſe cœperit pareri ſtipulationi reſiduo tempore non poſſe. Vlpianus in.l. Cum quidam, De iure fiſci, Cum quidam capitis reus emancipaſſet filium, ut hæreditatem adiret: reſcriptum eſt,non uideri in fraudem fiſci factum,quod acquiſitum non eſt. Paulus in-

Antinomiæ in Pandectis. Ex Quintil. lib.2.cap.9.

** Papinianus*

Source : BIU Cujas

frà in.l.In fraudem,In fraudem fiſci non ſolum per donationem,ſed quocũ- F
que modo res alienatæ,reuocantur:idémque iuris eſt, & ſi non quæratur:æ-
què enim in omnibus fraus punitur. Vlpianus in.l.Si filiusfa.De iudiciis,Iu-
dex tunc litem ſuam facere intelligitur,cum dolo malo in fraudẽ legis ſen-
tentiam dixerit.Dolo autem malo uidetur hoc facere, ſi euidens arguatur
eius uel gratia, uel inimicitia,uel etiam ſordes. Caius in.l.ultima,De uariis
& extraordinariis cognitionibus, Si iudex litem ſuam fecerit, non propriè
ex maleficio obligatus uidetur: ſed quia nec ex contractu obligatus eſt, &
utique peccaſſe aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo uidetur
quaſi ex maleficio teneri in factum actione. Niſi iſta & huiuſmodi cõtra- G
ria omnino inter ſe atque etiam pugnantia ſint, non uideo cur aientia & ne-
gantia pulchrè conuenire non poſſint. Nec tamen ignoro nihil tam diſſonũ
eſſe,quod Accurſius interpretatione illa ariolatrice, & deſultoria(ut ita dicã)
leuitate à Martino in Ioannem,& inde rurſus in Azonẽ,aut Bulg.ac ſubinde
in alium atque alium tranſeundi, & uerò in Apollinem, ſi aliud commini-
ſci non queat,conſentaneum etiam & quadrans eſſe,perſuadere iis non poſ-
ſit,qui lege Pythagorica, ut alibi diximus, in auctoritatem eius à præcepto-
Litem ſuam facere. ribus adacti ſunt.Sed uideamus quid ſit litem ſuam facere, quandoquidem
id inter Iuriſconſultos non conuenit.Cicero libro ſecundo de Orat. Quid,ſi H
quæ uitia aut incommoda ſunt in aliquo iudice uno, aut pluribus, ea tu in
aduerſariis exprobrando,non intelligas te in iudices inuehi: mediocre pec-
catum eſt? Quid ſi cum pro altero dicas,litem tuam facias: aut læſus efferare
iracundia,cauſam relinquas:nihílne noceas?Id eſt ſi ita agas,ut non alienam
cauſam,ſed tuam agere uidearis.Gellius libro decimo, Ad hæc ego reſcripſi
nihil amplius,quàm uerba Marci Varronis, quibus uerbis utrũque de quo
Cap.1. ad me ſcripſerat,decideretur. Nam & Varro ſatis apertè quid dici oporteret,
edocuit:& ego aduerſus eum qui doctus eſſe dicebatur, litem meam facere
abſens nolui.id eſt nolui rationibus cum eo contendere,ſed tantùm auctò- I
ritatem Varronis ſecutum me eſſe oſtendi, ne contentione implicarer, aut
rei periculum ſuſciperem. Noſtro tempore litem ſuam facere iudices uidẽ-
tur interdum,cum nimium in alterum litigatorum propenſi, non tantùm
diſceptatoris & arbitri partes,ſed etiam cauſidici uſurpant, ſtudium ſuũ præ
cupiditate prodentes: quomodo & aduocati, cum ſtudio litigatoribus ſuis
placendi,in aduerſarios ſimul contumelioſiſſimis uerbis, ſimul graſſatoriis
uultibus inuehuntur,id ſe in commẽtariis habere dictitantes.Perinde qua-
ſi fidem aduocationis implere non poſſint, niſi & inimicitias litigatorũ ſuo-
rum cauſa ſuſceperint.Atenim cauſæ inſeruiẽdum:etiámne antequam cau- K
ſam pernouerint? etiam eouſque,ut ex profeſſo inimici perſonam induant?
eſt certè quatenus cauſæ id poſcere uideantur, ſed multi non tam liti quàm
litiganti ſubſeruiunt. Litem ſuam facere Græci πιεῖν χεῖρα ἰδίαν dicũt.Liuius
Litem in rem ſuam uertere. libro tertio ab Vrbe cõdita circa finem,litem in rem ſuam uertere dixit, pro
eo quod eſt rem inter duos controuerſam adiudicare ſibi: quod eſt cum iu-
dex ita cum litigatoribus agit,ut ei iure ſuo cedant.Orare,inquit,ne peſſimũ

Source : BIU Cujas

A facinus peiore exemplo admitterent iudices, litem in ſuam rem uertendo. Tribonianus autem huius operis, id eſt Pandectarũ, architectus, qualis uir fuerit, ex Sudæ monumentis apparebit: ſic enim ad uerbum Græcè inquit, Tribonianus dogmate Græcus, cùm omnis religionis cõtemptor erat, tum uerò in primis à Chriſtiana fide abhorrẽs, aſſentator & fraudulentus, ut qui Iuſtiniano Principi perſuaſerit, mortem eum non oppetiturum eſſe, atque in cœlum cum carne aſſumptum iri. Quæſtor Iuſtiniani fuit, tanta ui ingenij præditus, ut doctrina præſtantiſſimus euaſerit, ac nulli æuo ſuo ſecundus. Cæterùm auaritiæ eouſque indulgens, ut lucro uenale ius habendum B ſemper duxerit. Nam & leges fermè ſordida dinũdinatione antiquare idẽtidem ferréque inſtituerat, ut cuique commodum eſſet. Hic cum diu poſt honorem adeptum ſuperuixiſſet, morbo tãdem interiit, nihil prorſus moleſtiæ à quoquam unquam paſſus. Erat enim ſermone blandus, & alioqui ſuauis: auaritiæ quoque morbum, doctrinæ præſtantia facilè obumbrare poterat, τῶν δὲ νόμων ἡμέρας ἐκ τοῦ ὑπηπλείστου ἑκάστης, οὗ μὲν ἀνήρει, οὗ δὲ ἔγραφεν ἀπεμπολῶν τοῖς δεομένοις κατὰ τὴν χρείαν ἑκατέρου. ἔτη δὲ πολλὰ ὑπηβιοὺς τῇ τιμῇ, ἐτελεύτησε νόσῳ, οὐδὲν ἄχαρι πρὸς οὐδενὸς παθών. ἦν γὰρ αἱμύλος, καὶ τ' ἄλλα ἡδύς, καὶ τῆς φιλοχρηματίας δὲ νόσημα ὑπισκιάσαι ἱκανώτατος τῇ τῆς παιδείας περιουσίᾳ. Idem de Iuſtiniano loquens ita inquit, Ἰουστινιανὸς ὁ C βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθοδοξότατος· ἦν δὲ ἀμάθητος γραμμάτων ἁπάντων, καὶ δὴ λεγόμενον, ἀναλφάβητος, Iuſtinianus Romanorum Imperator in primis orthodoxus: hic literarum omnium expers fuit, atque etiam (quod aiunt) analphabetus. Analphabeti à Græcis dicuntur homines, qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quas Fulgentius quaſi uerbo è uerbo ducto abecedarias appellat in tertio Mythologicôn. Hic tamen eſt qui omnia iura in pectore condita habuiſſe creditur, atque etiam in promptuario quodam omnis antiquitatis, ne quid uſquam in iuris ciuilis uoluminibus uel tãtulum diſcreparet. Verùm ut ad rem redeamus, Martianus in lege, Interdum, infrà De publicanis, Ve- D terana, inquit, mancipia ſunt, quæ anno continuo in urbe ſeruierunt. Nouitia autem intelliguntur, quæ anno nondum ſeruierunt. Mirum igitur quid ſit, quòd non ſpatio ſeruiendi æſtimandum ueteratorem * Celſus ait, ſed genere & conditione ſeruiẽdi. Veterator ſeruus quis ſit, nemo ignorare poteſt qui Comicos legerit: à Græcis niſi fallor παλίμβολος dicitur, & παλίμπρατος, qui diuturna ac multiplici, & ſæpe commutata ſeruitute aſtutus & uafer euaſit. Hoc autem uerbum transfertur & ad liberos homines. Cicero in ſecundo de Finibus, Acutum, uerſutum, ueteratorem, facilè ut excogitet quomodo occultè ſine ullo conſcio fallat. Idem in Bruto, de Cethego oratore loquens, E Huic de rep. ſatis ſuppeditabat oratio: totam enim tenebat eam, penitúſque cognorat. Itaque in Senatu Conſularium authoritatem aſſequebatur: ſed in cauſis publicis nihil, in priuatis ſatis ueterator uidebatur. Veterator aduocatus dici hodie poteſt, qui diu ac multum in foro uerſatus, omnes litium trahendarum anfractus, omnes ambagioſas fugitandi ludificationes, omnes prehenſiones nexúſque lubrici litium certaminis tenet: qui in ancipiti forenſium ſalebrarum marte, belliſſimè inſidias diſponere, atque etiam proui-

Tribonianus.

Iuſtinianus.

Analphabetus.

Literæ abecedariæ.

L. finali ff. De ædilitio edicto.

** Cælius*

Veterator.

dere nouit: sed is propriè (ut uno uerbo absoluam) qui eam se artem scire, atque exercere profitetur, qua arte causa inferior, superior euadere, uel reclamante æquo bonóque possit, idque quod Græci dicunt ἀντὶ ἥττονα λόγον κρείττονα ποιεῖν. quam olim professionem factitasse sophistas Cicero in Bruto, & Gellius in quinto meminerunt. F

Gell. lib. 5. cap. 3.

Veterator in omni arte & instituto dicitur, qui ea astutia, ac subdola solertia utitur, quam lingua uernacula ruzam uocamus. Inde ueteratorium pro subdolo ponitur & impostorio. Cicero in Bruto, de Macro oratore loquēs, At in inueniendis componendísque rebus mira accuratio, ut non facilè in ullo diligētiorem maiorémque cognouerim: sed eam ut citius ueteratoriam quàm oratoriam diceres. ἢν μὲν τοι παντὸς μᾶλλον πρὸς θυμότροπον ἢ ἐπτοημένως αὐ ἕξις. Idem de Iulio Cæsare, qui postea remp. oppressit, Hanc cum habeat præcipuam laudem in communibus, non uideo cui debeat cedere: splendidam quandam, miniméque ueteratoriam rationē dicendi tenet, λαμπράν τινα ἅπασι φανερῶς δ' φάσεως ἰδέαν παρακατέχων, uoce, motu, forma etiam magnifica & generosa quodammodo. Idem in Prętura urbana, Nihil ab isto tectum, nihil ueteratoriū expectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur. Propterea honestos & probos aduocatos diu in foro uersatos, ueteranos non ueteratores appellauerim, ut milites ueteranos, quibus opponuntur tyrones, id est nouicij. Idem in Diuinatione, Apuleium esse uideo proximum subscriptorem, hominem non ætate, sed usu forensi atque exercitatione tyronem. id est, non tam ætate nouicium, quàm inertia. G H

Veteratorium.

Verr. 3.

Tyro. Verr. 1.

Tyrocinium.

Inde tyrocinium dictum, cum in forum primum oratores futuri deducebantur, quasíque oratoriæ arti initiabantur, & agendis causis. Huiusmodi enim artis exercendæ auspicamentum, tyrocinium dicebatur, túncque oratores dicebantur tyrones. Tranquillus in Nerone, Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum proposuit indicta decursione. Idem in Augusto, Decimumtertiū Consulatum biennio pòst ultro petiit, ut Caium & Lucium filios amplissimo præditus magistratu, suo quenque tyrocinio deduceret in forum. πάντα τινὰ εἰς τὸ δικαστήριον παρόντων ἐν τῇ αὐτῆς πρωτοπειρίᾳ. uel ἐν τῷ ἰδίῳ ἐγκαινίῳ. Idem in Tyber. Neronē & Drusum Patribus conscriptis commendauit, diémque utriusque tyrocinij congiario plebi dato celebrauit. Plinius libro octauo, Tanaquil prima texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induūtur, nouæque nuptæ. Togam autem puram sumebant adolescentes tyrocinij die, posita prætexta puerili. Hæc toga, quæ etiam uirilis dicebatur, in Capitolini Iouis templo sumebatur, auctore Valerio libro quinto. A Græcis hoc δοκιμασθῆναι εἰς ἄνδρας dicitur, καὶ εἰς ἄνδρας ἐγγραφῆναι, ut Isocrates in Panathen. & simpliciter, δοκιμασθῆναι, ut Demosthenes κατὰ Μειδίου, εἰσιόντι μοι τὸν δόξαντα ὧν ὁ πατήρ μοι καταλιπεῖν, μὴ ὧν δίκαιον ἦν με δοκιμασθέντα κομίσασθαι, id est εἰς ἄνδρας ταχθέντα, id est cum in meā tutelam ueniissem, ut Iurisconsulti loquuntur. Aulici dicunt ex pueris asseclis excedere, quos uulgò pediſſequos regis appellant. Terentius hoc modo ex ephebis excedere dixit, I K

Cap. 7.

Cap. 26.

Cap. 54.

Cap. 48.

Toga pura & uirilis.

Cap. 4. De Marco Cotta.

Ex asseclis excedere.

Andr. Act. 1. Scen. 1.

Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia,
Liberius uiuendi fuit potestas.

Ex titulo, De Aedilitio edicto. Et

Source : BIU Cujas

A Et excedere è pueris, Cicero pro Archia. Transfertur & ad alia tyrocinium, & pro cuiusque artificij rudimento ponitur. Plinius libro septimo, Valeria Emboliaria reducta est in scenam ludis pro salute diui Augusti uotiuis, annum centesimumquartum agens, quæ producta fuerat tyrocinio à Marco Pompeio Aedili plebis ante annos nonaginta unum. Tyrocinium mimæ uocauit Plinius, ut tyrocinium patroni & oratoris, tracta metaphora à tyrocinio militari. Tyrones autem milites sunt οἱ νεοσύλλογοι, καὶ τῆς στρατιᾶς πρωτόπειροι. Cicero in primo de Orat. Fateor enim callidum quendam hunc, & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum ac hospitem in agendo esse debe- Cap. 48.

B re, φημὶ δὲ ἐν οὐδενὶ πράγματι πρωτόπειρον δεῖν εἶναι ἢ ἀνάσκητον. Idem in Sallust. At hercle lapsus ætatis tyrocinio, postea se correxit. id est inscitia & ignorantia. Plinius de nauibus dixit per Metaphorã libro uicesimoquarto, Zopissam eradi nauibus diximus cera marino sale macerata: optima hæc à tyrocinio nauium. Tyrocinium nauium uocat, cum primùm mari committuntur, & ueluti in Neptuni militiam conscribuntur. Facere tyrociniũ, & ponere rudimẽtum Latinè dicitur, id quod uernacula lingua caput operis facere dicunt, id est initium opificij, cum opifices specimen artis edentes magisterio decorãtur, ἀρχθέσθαι τὴν ἀνασκησίαν. Tyrocinium etiam Latinè dicitur, quod uulgus no- Cap. 7. *Facere tyrocinium.* *Specimẽ edere.*

C strum deuirginationem appellat, id est artis cuiusque aut instituti auspicatum, & industriæ proprię probationẽ & experimentũ. Tyrocinium igitur animi hoc in loco Venuleius elegãter pro simplicitate & rudimẽto posuit, elegantius tamen ipse quàm uerius locutus, his uerbis, Nouicium autẽ non tyrocinio animi, sed conditione seruitutis intelligi. Et paulò antè, Sed ueteratorem non spatio seruiendi, sed genere & causa æstimandum * Celsus ait. *L. finali. ff. De ædilitio edicto.* * *Cælius*

Ex. l. Si ita quis, De euict.

Sanum esse, furem non esse, uespertilionem non esse.) Vespertilio (ut arbitror) uerbum est circunforaneum, & ex formula uenalitiorum sumptum, *Vespertilio.*

D pro eo fortasse quem alibi myopem dixit, id est qui interdiu exiliter uidet, & uesperi iustam aciem habet, qui luscitiosus Latinè dicitur, ab auium (ut uidetur) uespertilionum similitudine. Ouidius in iiij. Metamorph.

- lucémque perosæ
Nocte uolant, seróque tenent à uespere nomen.

Vt autem uespillonem legatur pro sandapilario, sensui non congruit. Sudas auctor est Chærephonta quendam philosophum nycterida, id est uespertilionem ob id dictum, quòd philosophando expalluisset, & supra modum emaciatus esset. Martianus in lege, Qui decem, infrà De solutionibus, Num *Vespillonem legit Haloãd. Nycteris.*

E ergo & si uespertilionem, aut aliàs turpem dederit hominem, idem sit? Iurisconsulti autem interdum eam licentiam sibi permittunt, ut uerbis triuialibus & circunforaneis aut castrensibus pro legitimis & purè Latinis utantur. Quo fit ut difficilior sit interdũ uerborum apud eos enarratio, cum ea uerba apud auctores nunquam reperiantur. Quid si uersipellem legamus? Plinius lib. 8. Homines in lupos uerti, rursumque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia quæ fabulosa tot seculis *Et hîc Vespillonem legit Haloander.* *Versipellis. Cap. 22.*

Source : BIU Cujas

comperimus. Vnde tamen iſta uulgò infixa ſit fama in tantum, ut in male- F
dictis uerſipelles habeat, indicabitur: & reliqua. Meminit etiam Auguſtinus
lib.18.de Ciuit.cap.18.

Ex lege, Herennius, eodem titulo.

Laudare. Et quæſtione mota fiſci nomine auctorem laudauerat.) Laudare (inquit
Act. 2.Sce.3. Nonius) ſignificat nominare. Plautus in Capt.

- Iouem ſupremum teſtem laudo Aegio.
Me infidelem non futurum Philocrati.

Quo tamen in loco non teſtem laudo, ſed teſtem do, uulgò legitur: ſed men
dosè, ut ex Nonio apparet. Vnde apud Maronem in tertio Georg. G

- quis aut Euryſthea durum,
Illaudatus. A ut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Cap.7. Illaudati, id eſt, ne nominandi quidem. Laudare (inquit Macrobius in 6. Sa-
turnalium) ſignificat priſca lingua nominare, appellaréque. Sic in actionibus
Auctor laudatur. ciuilibus auctor laudari dicitur, id eſt nominari. Illaudatus ergo Buſiris, id
eſt illaudabilis, & nunquam nominandus. Hæc ille à Gellio accepta libro ſe-
Cap.6. cundo Noctium Atticarum. Laudare tamẽ, quod uerbum eſt ipſum iuris, ſi
quis diligenter aduertat, non modò nominare, ut Gellius & Macrobius &
Nonius dixerunt: ſed etiam nominatim citare ſignificat, & appellare, hoc eſt H
iudicio dictato interpellare. M. Tul. lib.3. de Orat. de Carneade loquens, Hu-
ius ego etſi multos auditores cognoui Athenis, tamen auctores certiſſimos
laudare poſſum, μαρτύρας ἐνθυγράφεσθαι δύναμαι, & ſocerum meum Scæuolam,
qui eum Romæ audiuit adoleſcens, & Q. Metellum familiarem meum, qui
illum à ſe adoleſcente Athenis iam affectum ſenectute multos dies auditũ
eſſe dicebat. Idem in eodem, Atque hæc quidem ab his philoſophis, quos tu
maximè diligis Catule, dicta ſunt: quod eo ſæpius teſtificor, ut auctoribus
laudandis ineptiarum crimen effugiam. id eſt, his philoſophis nominatim
citandis, & tanquam ad teſtimonium dicendum euocandis: quos auctores I
harum rerum habeo. Idem pro Flacco, His tu igitur epiſtolis Deciane reci-
tatis, his mulierculis productis, illo abſente auctore laudato, tantum te cri-
men probaturum putaſti? laudato, id eſt nominato, & teſte huius criminis
Cap.16. citato. Gellius lib.3. Varro undecimo mẽſe naſci hominem poſſe dicit, eiúſ-
que ſententiæ Ariſtotelem laudat auctorem. Pomponius in.l. Tenetur, ſuprà
De act. empt. Si tibi iter uendidero, ita demum auctorem me laudare pote-
ris, ſi tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem uolueris. Laudare aucto-
rem Modeſtinus & Pomponius, quo modo & Cicero, pro nominatim cita-
re poſuerunt, ὀνομαστὶ τὸν πράττην παρέχωσθαι καὶ βεβαιωτὴν, & ad ſui defenſionem K
accerſere appellaréque, quod uulgò ſummare dicimus. In quo ſignificato e-
tiam accipitur in lege ſecũda De in litem dando tutore, Cod. Id autem Gel-
lius Macrobiúſque ſignificare mihi uidẽtur, cum dicunt, laudare priſca lin-
gua, eſſe nominare appellaréque. Appellare enim eſt iudicium dictare, ut
Appellare. Iuriſconſulti loquuntur. Græci δίκην λαγχάνειν uocãt, uel etiam citra iudicium
Cap.7. interpellare. Columel. lib.1. de officiis patrisfamiliâs erga colonum loquens,

Ex titulo, De euict. &c.

Nec

Source : BIU Cujas

A Nec ſanè eſt uindicandum nobis quicquid licet:nam ſummum ius antiqui ſummam putabant crucem.nec rurſus in totum remittẽdum : quoniam uel optima nomina non appellando fieri mala,fœnerator Alphius dixiſſe ueriſſimè fertur.id eſt non interpellando.hoc enim appellare elegantiores auctores non interpellare uocant. Cicero pro Quintio, Quis tam negligens,quis tam tui Sexte diſſimilis,qui,cum res ab eo quicum contraxiſſet,receſſiſſet,& ad hæredem perueniſſet,non hæredem cum primum uidiſſet, certiorem faceret?appellaret? rationem afferret?ſi quid in controuerſiam ueniret,aut intra parietes,aut ſummo iure experiretur?id eſt repoſceret debitum,& rationẽ
B cum eo iniret,& id quod controuerſum eſſet,aut domeſticis arbitris,aut forenſibus committeret.Et in primo de Offic.Cauendum eſt etiam,ne maior pœna quàm culpa ſit, & ne iiſdem de cauſis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.Plinius in epiſt.Libera tandem hendecaſyllaborum meorum fidem,qui ſcripta tua communibus amicis ſpoponderunt.appellantur quotidie & efflagitantur,ac iam periculum eſt ne cogantur ad exhibendum formulã accipere.id eſt ne actione dictata cogantur exhibere ſcripta tua.Quòd autem auctor ſit uerbum iuris,& eum ſignificet,à quo quis ius in re comparauit,aut aliàs quæſiuit,ſatis ex ſuperioribus exemplis liquet.Quibus auctoritas Ciceronis accedit, qui in ulti.in Verrem act.ita inquit, Nam ſtatim L. Metellus,ut iſti ſucceſſit,ex C.Sacerdotis & Sexti Peducei inſtituto ac literis, frumentum Mamertinis imperauit. tum illi intellexerunt, ſe id quod à malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. Auctoritas etiam nomẽ eſt unum ex iis quæ dominium rerum perficiũt.Idem de Aruſp.reſponſis, Multæ ſunt domus in hac urbe,Patres conſcripti , atque haud ſcio an penè cunctæ,iure optimo,ſed tamen iure priuato,iure hæreditario , iure auctoritatis, iure mancipij,iure nexi.Quo modo intelligi debet Venuleij dictum in lege ulti.De euictionibus,Si alienam rem mihi tradideris,& eãdem rem pro de-
D relicto habuero,amitti auctoritatem (id eſt,actionem pro euictione) placet. ἀφεβάλλεσθαι τῆς κτήσεως τὴν βεβαίωσιν. Illud Ciceronis, iure auctoritatis, ſignificat iure uſucapionis, quam præſcriptionem uocant, quæſito ab auctore, cuius cauſam ſequitur,qui ab eo rem quæſiuit quouis modo legitimo & ciuili.id quod liquet ex oratione eiuſdẽ pro Cecinna:Lex,inquit, iubet uſum & auctoritatem fundi eſſe biennium. At utimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur.id eſt,de quibus lex ſiluit.Vſum & auctoritatem uocauit uſucapiendi conditionem,quæ olim erat biennij in rebus ſoli:ut auctor eſt Iuſtinianus in ſecundo Inſtitut.Et in Topicis,Item, Quod in re pari ua-
E let,ualeat in hac quæ par eſt: ut, Quoniam uſus & auctoritas fundi bienniũ eſt,ſit etiam ædium. Rurſus pro Cecinna, Aquæ ductus,hauſtus, iter,actus, à patre relinqui poteſt,ſed rata auctoritas harum rerum omnium à iure ciuili ſumitur. id eſt,uſucapionis iure:hoc enim ſignificat.Apud Gellium autem lib.16.illa legis Attinię uerba,Quod ſubreptũ erit,eius rei æterna auctoritas eſto,hoc ſignificare cenſeo,quod in cauſa furti ceciderit, nullo tempore,quanuis longiſſimo,uſu & auctoritate quæratur.Rei,inquit,furtiuæ,non

Lib.5.epiſtola 11. ad Tranquillum.

Auctor.

Auctoritas.

Lib.17.ca.7.

Source : BIU Cujas

annuus usus sit & auctoritas: aut bima trimáue dies, sed æterna. Res enim F
furtiuæ & ui possessæ usucapi lege xij tabul.&.l. Attilia non possunt, ut dicit Iustinianus: à Gellio tamen Attinia lex dicitur, nõ Attilia: nisi mendum est. Sic intelligẽda uerba eiusdem Ciceronis pro Cecinna, Fundus à patre relinqui potest: at usucapio fundi, hoc est finis solicitudinis ac periculi litiũ, non à patre relinquitur, sed à legibus. Aquæ ductus, haustus, iter, actus, à patre: sed rata auctoritas harum rerum omnium à iure ciuili sumitur. Ad quam significationem auctoritatis allusit Plaut. in Trinummo, Act. 1. Scen. ult. in fine.

- Quòd si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
Vnde quicquid auditum dicant: nisi id appareat, famigerator G
Næ sit cum damno & malo. Cæterùm à laudando, id est nominando auctore, Laudimias quas uulgò dicimus, deductas esse puto. Emptor enim nominare auctorẽ suũ domino sŏli tenetur intra paucos dies, & ab eo rem mancipio accipere, quod uulgò insæsinari dicũt: alioqui mulcta cõmittitur. Quin & alaudij appellatio ab eodem uerbo profecta esse uidetur, quòd qui prædia eo iure habeãt, laudare auctorẽ suum nemini tenerentur, ut qui nullum sŏli dominũ agnoscant, nec patronũ, id est qui in nullius fide sint. sic enim Latinè dici debet. Cicero pro Plancio, Eorúmq; preces & uota de meo reditu exaudiens, Dyrrhachiũ quod erat in fide mea, petere contẽdi. Et alibi H
in eadẽ oratione, Iter à Vibone Brundusiũ terra petere contendi, cũ omnia illa municipia, quæ sunt à Vibone Brũdusiũ, in fide mea iudices essent. Moris autem fuit apud antiquos, ut prouinciales & socij populi Rom. in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant non modo publicè, sed etiam priuatim, iíque ut clientes eorum dicerentur, id est πελάται, & fœminæ πελάτιδες, inter se uero hospites. Ferebat autẽ id huiusmodi necessitudo, ut clientes perpetuò patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur, uicissimque ipsi patronos suos omni obseruantia atque obsequio colerent & uenerarentur. Plutarchus in Romulo, ἑτέρους δὲ τοὺς I
δυναστοὺς ἀχὴ τῶν πολλῶν διήρει, πάτρωνας ὀνομάζων, ὅπερ ἐστὶ προστάτας, ἐκείνους δὲ κλίεντας, ὅπερ ἐστὶ πελάτας. Cicero in Diuinat. Clarissimi uiri nostræ ciuitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque ducebant, ab hospitibus clientibúsque suis, ab exteris nationibus quæ in amicitia populi Rom. ditionéque essent, iniurias propulsare, eorúmq; fortunas defendere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum uirum & prudentissimum, cum multis graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos Consul fuerat, iniurias. Hoc ius necessitudinis non personale, sed gentilitium erat, & ad agnatos & gentiles transiẽs. Idem, Scit hoc Caius Marcellus: scit is quẽ K
adesse uideo, Lentulus Marcellinus: quorum fide atque præsidio Siculi maximè utuntur, quòd omnino Marcellorum nomini tota illa prouincia adiuncta est. Idem in Verrem act. 5. Itaque nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni: Verres in eorum locum substitutus est. Quam in te tantam uirtutẽ esse aut dignitatem arbitratus es, ut conarere clientelam tam illustrem tam splendidæ prouinciæ traducere ad te, auferre à certissimis antiquissimísque

Alaudium.

In fide esse.

Clientes.

Ibidem.

Verr. 6.

Ex titulo, De euict. &c. patronis?

A patronis? Tu iſta ſtultitia, nequitia, inertia, nõ modo totius Siciliæ, ſed unius tenuiſſimi Siculi clientelam tueri potes? Idem Philip. 2. Vexauit Puteolanos, quòd Caium Caſſium, quòd Brutos patronos adoptaſſent. Dicebantur autem illi conferre ſe in fidem ac clientelam patronorum, patroni autem cliẽtes in fidem recipere. Idem pro Roſcio Amerino, Nam cum multos ueteres à maioribus Roſcij patronos hoſpitéſque haberent, omnes eos colere atque obſeruare deſtiterunt, ac ſe in Chryſogoni fidem & clientelam contulerunt. Hoc in loco de priuata clientela locutus eſt, id eſt unius familiæ, non de publica, ut ſuperioribus exemplis. Gellius huius neceſſitudinis meminit lib. 5. *In fidẽ ſe conferre.* *Clientelæ.* *Cap. 13.*

B Maſurius, inquit, Sabinus in lib. Iuris ciui. tertio antiquiorem locum hoſpiti tribuit quàm clienti: cuius uerba hæc ſunt, In officiis apud maiores ita obſeruatum eſt. primum tutelæ: deinde hoſpiti: deinde clienti: tum cognato: poſtea affini. Idem ex oratione Catonis, Aduerſus cognatos pro cliente teſtatur: teſtimonium aduerſus clientem nemo dicit. Patrem primùm, poſtea patronum proximum nomen habere. Hunc morem clientelarum uetuſtiſſimum Gallis fuiſſe auctor eſt Cæſar lib. 6. de bel. Gallico his uerbis, In Gallia non ſolùm in omnibus ciuitatibus, atque in omnibus pagis partibúſque,

C ſed penè etiam in ſingulis domibus factiones ſunt. Earum factionum ſunt principes, qui ſummam auctoritatem eorum iudicio habere exiſtimantur: quorum ad arbitrium iudiciúmque ſumma omnium rerum conſiliorúmque redeat. Id eius rei cauſa antiquitus inſtitutũ eſſe uidetur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilij egeret: ſuos enim opprimi quiſque & circũueniri non patitur: neque, aliter ſi faciat, ullam inter ſuos habet auctoritatẽ. Hæc eadem ratio eſt in ſumma, totius Galliæ: nãque omnes ciuitates in partes diuiſæ ſunt duas. Cum Cæſar in Galliam uenit, alterius factionis principes erant Hedui, alterius Sequani. Hi cum per ſe minus ualerent, quòd ſum-

D ma auctoritas antiquitus erat in Heduis, magnæque eorum clientelæ, Germanos atque Ariouiſtum ſibi adiunxerãt, eóſque ad ſe magnis iacturis pollicitationibúſque perduxerant. Prælijs uerò compluribus factis ſecundis, atque omni nobilitate Heduorum interfecta, tantum potentia anteceſſerant, ut magnam partem clientium ab Heduis ad ſe traducerent, obſidéſque ab iis principum filios acciperent, & publicè iurare cogerent nihil ſe contra Sequanos conſilij inituros. Et paulò pòſt, Aduẽtu, inquit, Cæſaris facta commutatione rerum, obſidibus Heduis redditis, ueteribus clientelis reſtitutis, nouis per Cæſarem comparatis: quòd ij qui ſe ad eorum amicitiam aggrega-

E uerant, meliore conditione atque imperio æquiore ſe uti uidebant, reliquis rebus eorum gratia dignitatéque amplificata: Sequani principatum dimiſerant. Et rurſus, Hi autem qui propter ueteres inimicitias nullo modo cum Heduis coniungi poterant, ſe Rhemis in clientelam dederunt. Hos illi diligenter tuebantur: ita & nouam & repentè collectam auctoritatem tenebãt. His uerbis accuratè perpenſis, ac ne perpenſis quidem, ſed tantùm animaduerſis, nemo eſt (ut arbitror) qui non hanc noſtram feudorum conſuetudinem ab illa clientium obſeruantia in patronos, & fide patronorum in clien-

Source : BIU Cujas

tes,oriundam esse iudicet. Itaque quos uasallos uocant, clientes Latinè ap- F
pellare soleo: & clientelam,obseruãtiam ipsam & obsequium: quod homa-
gium dicunt,clientaris officij sponsionem agnitionémque. In usibus feudo-
Beneficiũ ipsum abnegare. rum apparet clientelam & beneficium olim hoc uocatum fuisse: & res be-
neficiarias uocatas, quæ hoc iure possidentur: & abnegare beneficium eos,
Clientela. qui non agnoscunt: quanquam clientela interdum clientium multitudinẽ
Famulitium. significat,ut famulitium famulorum,& ministerium ministrorum:ut in le-
Ministerium. ge Denique,De pignoribus:& equitium,equorum armentum: & custodia
Equitium. *Custodia.* eos qui custodiuntur,id est reorum multitudinem:& sodalitium,sodalium
Sodalitium. cœtum:& comitatus comitũ, id est assectatorum: & operæ operarios apud G
Comitatus. *Operæ.* Suetonium,& apud Ciceronem homines redemptos & conductos: sicut a-
pud Græcos θεραπεία obsequium significat,& clientium turbam, ἑταιρεία so-
dales & sodalitatem:sic δουλεία, ἰατρεία, πρεσβεία, πενεστεία ὃ πλῆθος significant.Cæsar
lib.secundo de bello ciuili:Cæsar, etsi multis necessariísque rebus in Italiam
reuocabatur,tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinque-
re,quòd magna esse Pompeij beneficia, & magnas cliẽtelas in citeriore pro-
In fide esse. uincia sciebat.In fide autem alicuius esse id est, quod feudum tenere ab ali-
quo dicunt. Fides enim auxilium & tuitionem significat. Cæs.lib. 2. de bel.
In fidem recipere. Gallico: Cæsar honoris Diuitiaci atque Heduorum causa sese eos in fidem H
recepturum & conseruaturum dixit.id est(ut uulgi uerbo dicam)in saluan-
gardiam.Cicero in Pisonem, Eúmque seruis symphoniacis & aliis muneri-
bus acceptis,timentem & multum dubitantem confirmasti,& Thessalonicã
fide tua uenire iussisti.id est sub tua assecurantia, ut uulgò dicimus. Inde illa
locutio, Deorum hominúmque fidem implorare, id est auxilium,ut solent
ij quibus aliqua fit iniuria, aut aliqua uis infertur. Verba autẽ ad eam rem
pertinentia sunt hæc,Iniicere manum prædio clientelario,id est sæsire feudũ.
Et emancipare prædiũ,ut alibi diximus,pro eo quod est à clientela sese exi-
mere,& ut uulgò dicũt,deponere fidem,& alium in locum suum substitue- I
Mãcipio fundum dare. re.Patronus mancipio dare fundum dici potest, & in fidem suam clientem
accipere:id est in patrocinium & tutelam.Cliens autem mancipio accipere,
& fidem patroni sequi,& in fidem se cõferre,& clientelam exhibere,uel ob-
sequium præstare,& huiusmodi alia,& alienato prædio obsequium exuere,
Controuersiã sui facere. uel clientelam. Is autem,qui patronum agnoscere non uult,controuersiam
sui facere dici potest,& clientelę se eximere,& clientelam beneficiariámque
conditionem inficiari: quod si temerè faciat,in fraudem,id est pœnam inci-
Committere. disse dicitur,id est prædium commisisse. Committere autem uulgò confi-
Verr.4. scare dicunt. Cicero in Verrem acti.iij. Est in eo testamento quo ille hæres K
esset,scriptum, ut statuas in palæstra deberet ponere: faciemus ut palæstritæ
L. Debitor meus. negent esse positas,petant hæreditatem,quòd eam palæstrę commisisse dicãt.
Paulus De negociis gestis,Si periculum erat ne prædia in publicum cõmit-
terentur. Inde commissa in titulo De publicanis. Sunt & illa uerba, Catalo-
gum rerum clientelariũ subclientelariúmque exhibere,id est enumeramen-
tum,ut etiam uulgò dicitur,annuum patrono offerre,aut quintum quẽque

Ex titulo,De euict. &c. subquintúmque

Source : BIU Cujas

A ſubquintúmq; nummum precij. Iuſta obſequia exhibere, dare manus ſupplices atque obſequiales, oſculum obſequioſe porrigere, in uerba iurare, ſacramento adigi. At uerò patronus obſequia admittere dici debet, & oſculo in fidem recipere. Et uerba præire, & iureiurando diſcinctum clientem adigere, manus iniectionem remittere. Manum iniectam tollere, in fidem ſuſcipere: quod ſine fraude ſua aliorúmque fiat, id eſt ſaluo ſuo alienóque iure. Liuius lib. 1. Fœcialis regem interrogauit, Rex, facís ne me tu regium nuncium, populíque Romani Quiritium, uaſa comitéſque meos? Rex reſpõdit, Quod ſine fraude mea populíque Romani Quiritium fiat, facio. Dicitur & *Quod ſine fraude ſua aliorúmq; fiat.*

B apocham admiſſæ clientelæ dare, & cliens antapocham exhibitæ, quod aduotamentum lingua uernacula dicitur: id eſt agniti patroni teſtificatio, & rerum clientelarium enumeratio. Quod uulgò tolerantiam appellant, precarium clientelare Latinè dici poteſt: ut cum dicimus patronum clienti indulſiſſe ut precariò poſſideret, uel clientem precarium obtinuiſſe, uel annuũ, *Precarium.* uel quinquẽnale, uel aliud quantulũcunque, quod minoribus uiginti annis neceſſariò datur, ab iiſque ſuo iure poſtulatur. Iuriſconſulti precarij uerbo utentes, precariò rogare dicunt, & precariò concedere. Non me latet precarium eſſe, quod quandoque reuocari poteſt: id eſt quod nec ſtatutum tem-

C pus, nec certum uſum habet: ſed aliud uerbum non habemus quo magis id ſignificare poſſimus. ſunt enim precaria quædam ad certum tempus conceſſa: unde interdictum de precario natum. Prædia autem olim quædam penſitantia dicebantur, quædam immunia. Penſitationum tria erant genera, *Penſitare.* ut inquit Aſconius, canon, oblatio, indictio, de quibus alibi diximus. Quæ immunia prorſus erant, id eſt, ut nunc loquimur, alaudialia, ea optimo iure prædia dicebantur. Cicero de lege Agr. Optimo enim iure ea ſunt *Optimo iure prædia.* profectò prædia, quæ optima conditione ſunt. Libera meliore iure ſunt, quàm ſerua. Capite hoc omnia quæ ſeruiebant, non ſeruient. Soluta me-

D liore in cauſa ſunt, quàm obligata. eodem capite legis tuæ obligata omnia, ſi modo Syllana ſunt, liberantur: Immunia commodiore conditione ſunt, quàm illa quæ penſitant. Ego Tuſculanis pro aqua Crabra uectigal pendam, quia à municipio fundum accepi: ſi à Sylla mihi datus eſſet, Rulli lege non penderem. Qui uerò rerum prædialium periti erant, ij prædiatores *Prædiatores.* uocabantur, quo nomine hodie appellari poſſunt homines in iure prædiatorio periti. Cicero pro Cornelio Balbo, Etenim Quintus Scæuola ille Augur, cum de iure prædiatorio conſuleretur, homo Iuriſperitiſſimus, conſultores ſuos nonnunquam ad Furium & Caſellium prædiatores reiiciebat.

E Idem ad Attic. libro 12. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis xxv ſpopondiſſe dicit Flauius, etſi reus locuples eſt, & Apuleius prædiator liberalis: tamen uelim des operam, ut inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſit ne ita. Libera indictio uel arbitraria dici poteſt de iis, qui uulgò taleabiles ad *Indictio libera uel arbitraria.* uoluntatem dicuntur. Eſt enim libera domino indictio in huiuſmodi obnoxios uel aſcriptitios homines, ut arbitratu ſuo indicere quantamuis collationem ei liceat.

Source : BIU Cujas

Ex.l.Cum quidam.§.Fiſcus.in tit.De uſuris. F

Haloander legit à foricariis Fornicarij. Fiſcus ex ſuis contractibus uſuras non dat, ſed ipſe accipit, ut ſolet à fornicariis qui tardius pecuniam inferunt.) Fornicarij ſunt opifices & propolæ & inſtitores,qui tabernas à fiſco conducũt ſub fornicibus,ut ibi merces ſuas uenales habeant:cuiuſmodi eſſe ſolent in porticibus fori uenaliũ,id eſt macelli,quas fallas appellant. Fornices autem arcus erant in memoriã rerum à triumphalibus uiris geſtarum extructi, quaſi monumenta uictoriarũ. Cicero libro ſecundo de Oratore,Etiã illa ridentur, quæ minuendi aut augendi cauſa ad incredibilem admirationem efferuntur: uelut tu Craſſe in concione,ita ſibiipſi magnum uideri Memmium,ut in forum deſcendẽs, caput G ad fornicem Fabij demitteret.

Fornices.

Ex l.Seia,ſuprà eodem titulo.

Niſi ſua quaque die uſuræ ſoluerentur: & infrà, Non tamen in ampliorem quantitatem uſurarum conueniri poſſit, quàm eius penſionis nomine quæ egreſſa eſt diem præſtitutum.) Senſus expoſcit ut etiam refragantibus exemplaribus,non quaque die,ſed quæque,nec quàm penſionis,ſed præterquam penſionis legatur.

Ex.l.Si bene collocatæ,eodem titulo.

Dummodo non acerbum ſe exactorem nec cõtumelioſum præbeat, ſed H moderatum,& cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum. nam inter inſolertiam incurioſam, & diligentiam non ambitioſam,multum intereſt.) Sic quidem legit Accurſius:qui etiam hæc uerba interpretando ineptire mihi uidetur.Ego uero locum hunc mendoſum eſſe,ſicque emendandum cenſeo:Nam inter inſolentiam curioſam,& diligentiam non ambitioſam multum intereſt,niſi legamus iniurioſam inſolentiam,id eſt ἐφυβριστικὴν. Solers eſt acer & induſtrius,cui opponitur nõ inſolers,ſed iners. Ideóque nõ inſolertia, quod Latinum non eſt,ſed inſolentia lego. Eſt autem inſolentia, cùm eo genere peccamus,quod uſitatum non eſt: ut cum inſolentem homi I nem dicimus,ſignificantes præferocem, & ultra modum uſitatum elatum. Græci ἀλαζόνα uocant.Cicero in ſecũdo de Oratore,Tum ſi erunt honeſtiora atque grauiora,tamen non eſſe tanti ulla merita,quanta inſolentia hominis,quantúmque faſtidium.Inſolentiam pro faſtu inaudito aut inſolito poſuit.Et pro Cluentio,Iam inſolentiam noratis hominis,noratis animos eius ac ſpiritus Tribunitios. Quod erat odium, dij immortales? quæ ſuperbia? quanta ignoratio ſui? quàm grauis atque intolerabilis arrogantia? Idem in Bruto, Inſulſitatem enim & inſolentiam tanquam inſaniam quandam orationis odit: ſanitatem autem & integritatem, quaſi religionem & uerecun- K diam oratoris probat.Et in Oratore perfecto, Gorgias autẽ auidior eſt eius generis,& iis feſtiuitatibus (ſic enim ipſe cenſet) inſolentius abutitur. Inſolentius non pro elatius aut faſtidioſius dixit, ſed pro immoderatius, & præter modum ſolitum. Sic inſolentem exactorem Vlpianus intellexit durum & acerbum,& omnino nihil remittentem.Curioſus eſt qui à Græcis periergos dicitur,à nimia & inuſitata cura agẽdarum rerum , propter quod in uitio

Inſolentia.

ἀλαζών.

Curioſus. Periergos.

Source : BIU Cujas

A tio ponitur periergia,id eſt anxietas,& ueluti diligentię redundantia. Ambitioſus aucupator eſt gratiæ, id eſt philotimos. Cicero pro Cluentio, Hoc in reo,qui abſoluit, ambitioſus: qui diſtulit,cautus:qui condemnauit,conſtans exiſtimatur.Idem pro Muræna, Quibus Lucius Lucullus tantum laudis impertit,quantum neque ambitioſus Imperator, neque inuidus tribuere alteri in cõmunicanda gloria ſolet.Tranquillus in Auguſto, Neque poſt bella ciuilia,aut in concione,aut per edictum ullos militum commilitones appellabat,ambitioſius id eſſe exiſtimans,quàm aut ratio militaris,aut temporum quies,aut ſua maieſtas poſtularet. Ambitioſus in his exemplis pro
B gratiæ præcupido ponitur,& affectantius blandiente ad emerendum fauorem.Ambitio enim præter notum ſignificatum, obſequium glorioſum ſignificat.Tranquillus in Othone,Nullo officij aut ambitionis in quenquam genere omiſſo. Ambitus etiam pro aucupatione gratiæ & uitioſa emerendæ famæ cupiditate à Quintiliano ponitur libro quarto, Eſt enim,inquit, nonnũquam prauis iudicibus hic ambitus,aduerſus amicos, aut pro iis quibuſcum ſimultates gerunt,pronunciandi faciendíque,iniuſtè ne feciſſe uideantur.Idem libro duodecimo, Summouendum uerò eſt utrunque ambitus genus,uel potentibus contra humiles uenditandi operam ſuam: uel il-
C lud etiam iactantius,minores utique contra dignitatem attollẽdi:non enim fortuna cauſas uel iuſtas uel improbas facit.Ambitioſa decreta, infrà De decretis ab ordine faciendis,non ea intelligenda ſunt,quæ per largitionem facta ſunt,ut Accurſius intellexiſſe uidetur,ſed quæ per gratiã.Tria enim ſunt quæ iudicia corrũpere ſolent,ambitio,odiũ, & ſordes, id eſt auaritia. Quintilianus in quarto, Sed præcipua in hoc dicentis auctoritas, ſi omnis in ſubeundo negocio ſuſpicio ſordium,aut odiorum,aut ambitionis abfuerit. Plinius in tertio epiſt.Etenim tum maximè fauor & ambitio dominatur,cum ſub aliqua ſpecie ſeueritatis deliteſcere poteſt. Tranquillus in Domit. Plerũ-
D que & in foro pro tribunali extra ordinem ambitioſas Centumuirorũ ſententias reſcidit,nummarios iudices cum ſuo quenque conſilio notauit.Liuius,Conſul cum ſatis ambitioſè partem utranque fouendo incerta reſponditſet. & reliqua.Idem libro nono de bello Maced. Carminaque à militibus ea in Imperatorem dicta, ut facilè appareret, in ducem indulgentem ambitioſumque ea dici:triumphúmque eſſe magis militari fauore, quàm populari celebrem.De ſordibus iudicum Cicero Philippica prima,Vt enim quiſque ſordidiſſimus uidebitur,ita libentiſſimè ſeueritate iudicandi ſordes ſuas eluet,laborabítq; ut honeſtis decuriis potius dignus uideatur, quàm in tur-
E pes iure coniectus.Idem in tertia,Nihil humile de Tarquinio,nihil ſordidũ accepimus.At uerò huius domi inter quaſilla pendebatur aurum, numerabatur pecunia:una in domo omnes quorum intererat,totum imperium populi Romani nundinabantur.Sordes δωροδοκίαν Græci uocant,& ſordidos iudices δωροδόκους. A recentioribus etiam quibuſdam fures huiuſmodi iudices dicuntur,imitatione Græcorum qui κλέπτας appellant,ut à Lampridio in Alexandro,& Vopiſco in Aurelio.Iudicia autẽ obſcœna,id eſt ſtupris & adul-

Ambitioſus. Cap.25. *Ambitio.* Cap.4. *Ambitus.* Cap.1. Cap.7. Cap.1. *Epiſtola 9.ad Minutianũ.* Cap.8. *Decad.4.lib.* 8. *Sordes.* Δωροδοκία. Δωροδόκος. Κλέπτης.

Source : BIU Cujas

Conſtuprata iudicia. Epiſtola 15.

teriis corrupta, conſtuprata à Cicerone luculento uerbo uocantur. Sic enim ad Atticum inquit libro primo, Etenim poſt profectionem tuam primus (ut opinor) introitus fuit in cauſam fabulæ Clodianæ. In qua ego nactus (ut mihi uidebar) locum reſecandæ libidinis, & coërcendæ iuuentutis, uehemẽs fui, & omnes profudi uires animi atque ingenij mei: non odio adductus alicuius, ſed ſpe non corrigendæ ſed ſanandæ ciuitatis, afflicta republica empto conſtupratóque iudicio. Ambire alioqui eſt magiſtratum uel honorem petere, allegatis ob id amicis. Latinè etiam prehenſare uocatur. A Græcis itidẽ φιλοπμᾶᾷ, φιλοπμεῖσθαι, φιλοφρονεῖᾷ, πρωτολαρχεῖν, μνᾶσθαι, ἀρχαιρεσιάζειν, δεξιῶσθαίq; dicitur, id eſt manibus rogando prehendere, ut candidati ſolebant, id eſt qui magiſtratuũ petitores ſe profitebantur in comitiis. Tranquillus in Cæſare. Sed cum * editis iam comitiis ratio eius haberi non poſſet, niſi priuatus introiſſet urbem, ambientíque ut legibus ſolueretur, multi contradicerent. & reliqua. Sic Salluſtius, Singulos, inquit, è Senatu ambiendo effecerunt. id eſt prehenſando, blanditiis exorando. Et ambitus huiuſmodi contentio gratioſa & blanda dicitur. Tacitus, Patres odio delatoris, ut curia Tarquinius eiiceretur, contra Agrippinæ ambitum peruicere. Ambitio autem duplex erat. Vna, lege uetita, unde leges de ambitu latæ, cum tributim pecuniæ diuiſorum miniſterio diſtribuerentur: hoc eſt τῶν ὄχλων δικασμός. Altera nõ uetita, quæ ſine largitione fiebat. Cicero in Salluſt. Cedo ſi fuerim in honoribus petendis nimis ambitioſus, non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem * profiteor: ſed illam pernicioſam contra leges, cuius primos ordines Salluſtius duxit. Ambitioſum etiam enixum dicunt & affectatum, quod Græci κατασκευασμένον dicunt, id eſt ingenti ſtudio factum. Tacitus libro duodecimo, de Othone loquens, Funus eius maturatum: ambitioſis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. Spartia. in Adria. Aurum coronarium in prouinciis minuit, & quidem difficultatibus ærarij ambitioſe ac diligenter expoſitis. Tractum id à Græcis, qui φιλοτίμως dicunt ἀντὶ τοῦ ὑπερμέτρως, ὑπερμιλῶς, id eſt, enixè, præter modum. Sic enim ambientes agere ſolent. In propoſito igitur diligentia non ambitioſa eſt iuſta & accurata, nec nimia nec affectata, aut famæ aucupatrix. Nimiam & ambitioſam diligentiam notans Cicero in libro de claris Orat. ita inquit, Caluus cum literis eruditior quàm Curio, tum etiam accuratius quoddam dicendi & exquiſitius afferebat genus. Quod quanquam ſcienter elegantérque tractabat, nimium tamen inquirens in ſe, atque ipſe ſeſe obſeruans, metuénſque ne uitioſum colligeret, etiam uerum ſanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illuſtris: à multitudine autem & à foro, cui nata eloquentia eſt, deuorabatur. Nimia religione, inquit, id eſt anxia & nimia diligentia ac cura, nunquam ſatis ſibi faciente, ὑπερμέτρῳ δυλαβείᾳ. Eodem etiam pertinet dictum illud Plinij de Apelle loquentis libro xxxv. Aliam etiam, inquit, gloriam uſurpauit, cum Protogenis opus immenſi laboris, ac curæ ſupra modum anxiæ, miraretur. Dixit enim omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora, ſed uno ſe præſtare, quòd

Ambire.

Prehenſare.

Φιλοπμᾶᾷ, Φιλοφρονᾶσθαι, &c. Cap. 18.

** editis*

Lib. 12.

Ambitio duplex.

** confiteor:*

Ambitioſum.

Κατασκευασμένον. Lib. 18.

φιλοτίμως.

Nimia religio.

Cap. 10.

Source : BIU Cujas

A manum ille de tabula nesciret tollere: memorabili præcepto, nocere sæpe nimiam diligentiam.

Ex.l.Et in contraria,eodem titulo.

Si mutuatus sum pecuniam,ut creditorẽ tuum absoluam.) Non impropriè hîc ponitur absoluere,ut credidit Accursius, sed elegantissimè. Terẽtius in Adel.Ego ad forum ibo,ut hunc absoluam. id est reddito precio dimittã. Nam ueluti ligati sunt,quibus debetur aliquid,ut inquit Donatus.Idẽ paulò pòst, - obsecro hercle hominem istum impurissimum

Absoluere creditorem. Act.2.Sce.4.

Quamprimum absoluitote:ne si magis irritatus siet,

B A liquà ad patrem hoc permânet.

de lenone loquens, qui xx.minas assiduè flagitabat ab Aeschino. Dicebant & soluere.Plaut.in Bacchid.

Soluere creditorem. Act.4.Sce penult.

Ego ad forum autem hinc ibo,ut soluam militem.

id est,ut dem ei ducentos philippeos, quos à me stipulatus est. Simile est liberare & dimittere creditorem, quod lingua uernacula expedire appellat. Vlpianus,Si filiusfamiliâs accepit mutuam pecuniam,ut eum liberaret, qui si peteret,exceptione non summoueretur:Senatusconsulti cessabit exceptio.

Liberare creditorem. Dimittere creditorem. In.l.Item.ff. De senatusconsulto Macedoniano.

C A Græcis hoc sumptum. Aristoteles in octauo Ethic. οὐχ ὁμοίως δὲ καὶ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος ἐγκαλέσει. id est,Nisi autem ut contraxerit,ita dissoluatur uel dimittatur, expostulabit. de creditore loquens,qui in diem debitorem sibi obligauit.Idem,γίνεται οὖν τὰ ἐγκλήματα μάλιστ' ὅταν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι καὶ διαλύωνται.Demosthenes πρὸς Ἀπατούριον,τὸν μὲν τρόπον τοῦτον ἀπήλλαξε τοὺς χρήστας Ἀπατούριος,Hac ratione suos creditores liberauit Apaturius.Et κατὰ Τιμοκράτους,ἀπαλλάξαι τὸν γραψάμενον,id est accusatorem corrũpere,id est διαφθεῖραι. Et sic idẽtidem.Paulus,Si mulier pacta sit,ut ex fructibus fundi quem dedit in dotem, creditor mulieris dimittatur, an ualeat pactum? Plinius Caluinæ, Quum

De pactis dotalibus. L. Quæris. Li.2. epist. 4.

D uerò ego ductus affinitatis officio,dimissis omnibus, qui nõ dico molestiores,sed diligentiores erant,creditor solus extiterim, non est quod uerearis.id est,quum omnibus persoluerim quod eis debebatur. Vlpian.itidẽ in l. Ambitiosa.De decretis ab ord. fac.dimittere debitorem dixit, pro remittere debitum,& accepti latione debitorẽ liberare. Dimittere reos, pro uinculis soluere.Plin.ad Traianum,Quum præeunte me Deos appellarent, & imagini tuæ thure ac uino supplicarent,dimittendos esse putaui,ἀφετέους. quod etiam remittere pœnam dicitur,& remittere debitum, quod Græci dicunt,ἀφίημί σε τοῦ χρέους,ut Phalaris in epistol.& ἀφειμένος τῶν τόκων,Demosth.κατὰ Διονυσοδώρου,usu-

Dimittere debitorem. Dimittere reos. Epist.101. Remittere pœnam. Remittere debitum.

E ræ pensitatione liberatus.Liuius libro sexto secũdi belli Punici, Non ad Romam obsidendam, sed ad Capuæ liberandam obsidionem Annibalem ire. id est ad Capuam obsidione liberandam.

Ex.l.Nihil interest,De nautico fœnore.

Quod in singulos dies in stipulatum deductum est, ad finem centesimæ non ultra duplum debetur.) Hic textus inuersus est ab Accursio & aliis, qui centesimam usuram sortem æquare credebant, quæ opinio iãdiu explosa est Hermolai Barbari diligentia.Sic igitur hunc locum lego,Ad finem nõ ultra

Source : BIU Cujas

duplum centeſimæ debetur.Hoc ſenſu,non poſſe traiectitiam pecuniam ultra duas centeſimas mereri. Duæ autē centeſimæ poterāt deberi pro duobus commeatibus,id eſt pro pecuniæ traiectu, & mercium retro importatione ex ea pecunia comparatarum,ut in lege prima huius tituli. Propterea Pollux libro octauo,fœnus nauticum duorum generum ponit,Heteroplū & Amphoteroplum.Heteroplum eſt cum commeatus tantùm periculum fœneratos ſuſcepit: Amphoteroplum,cum remeatus quoque.Centeſimæ autem duorum generum erant:aliquæ enim perpetuo fœnore ducebantur,& duodenos quotannis nummos merebant,quos Plinius ad Traianum duodenos aſſes appellat,his uerbis,Pecuniæ publicæ uereor ne ocioſæ iaceant. Nam & prædiorum comparandorum aut nulla aut rariſſima occaſio eſt : nec inueniuntur qui uelint debere reip.præſertim duodenis aſſibus, quanti à priuatis mutuantur.Alteræ cēteſimæ cum renouatione fœnoris anniuerſaria ducebantur,quas uſuras uſurarum appellant.Cicero uerbo Gręco Anatociſmō appellat:ſic enim ſcribit quadam ad Atticum epiſtola libro quinto,Interim cum in edicto tranſlatitio centeſimas me obſeruaturum haberem cum anatociſmi anniuerſario,ille ex ſyngrapha poſtulat ſibi ius dici. Idē paulò pòſt, Clamare omnes qui aderāt,nihil impudentius Scaptio, qui centeſimis cum anatociſmo contētus non eſſet. Idem,Senatuſconſultum modò factum eſt, poſtquam tu es profectus,in creditorum cauſa,ut centeſimæ perpetuo fœnore ducerentur.Hoc quid interſit, ſi tuos digitos noui, certè habes ſubductum.Perpetuo fœnore dixit pro uno & eodē,ſine anatociſmo.Anatociſmus enim uſuræ eſt anniuerſaria renouatio,ut Cicero ipſe docet in ſexto ad eundem,his uerbis, Magnam ego pecuniam confeceram ut ſoluerent, centeſimis ſexennij ductis cum renouatione ſingulorū annorum.Centeſimas quidam opinantur ex eo dictas, quòd quolibet menſe centeſimum nummum mereant,id eſt duodenos aſſes annuos. cui opinioni facile aſſentior.

Heteroplum. Amphoteroplum. Cēteſimæ duplices. *Epiſtola 54.* *Anatociſmus* *Epiſt.ult.* *Paulò pòſt.* *Epiſtola 1.* *Centeſimæ.*

F G H

Ex.l.Quinquaginta,De Probationibus. I

Ab utroq; ergo eius rei probatio exigēda eſt.)Lego ab utro,interrogatiuè.

Ex.l.Cum de ætate,eodem titulo.

Et durum & iniquum eſt,cum de ſtatu ætatis alicuius quæritur, & diuerſæ profeſſiones proferuntur, ei potiſſimum ſtare quæ noceat.) Accurſius,& qui eum ſecuti ſunt, profeſſionem depoſitionem teſtiū interpretātur, ignorantia latinitatis lapſi,& hîc,& in lege Etiam , & lege ultima, infrà eodē hoc titulo. Profiteri eſt publicè & apud acta aliquid ultro denūciare, quod uulgò inſinuare uocant. Curtius libro decimo, Alexander priuſquam ſecerneret quos erat retenturus, edixit ut omnes milites æs alienum profiterentur. graue eſſe pleriſque compererat: & quanquam ipſorum luxu contractum erat,diſſoluere tamen ipſe decreuerat.Idem,Rex ſatis gnarus profeſſioni æris pudorem non contumaciam obſtare,menſas totis caſtris poni iuſſit, & decem millia talentorum proferri. tum demum fide facta profeſſio eſt.Fiebat etiam profeſſio in cenſu peragendo.Vlpianus,Vitia priorum cenſuum editis nouis profeſſionibus euaneſcunt. A Græcis ἀπογράφεσθαι dicitur,& profeſ-

Profiteri. *ff. De cēſibus l ſecunda.* *ἀπογράφεσθαι.*

K

ſio

Source : BIU Cujas

A sio ἀπογραφή. Lucæ secundo, αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, Hæc professio prima facta est, & reliqua. Profiteri etiam merces dicimus, hoc est uectigales facere, & publicanis non subducere. Vnde merces improfessæ à Martiano dicũ- *Merces professæ & improfessæ.* ἀπογραφή.

tur in.l.Interdum, infrà De publicanis, quarum nomine negociatores uectigal non pependerunt, id est ἀτελώνητοι. Antiqui porrò liberos natos sibi profitebantur apud acta. Iuuenalis Satyra nona, ἀτελώνητοι. *Professio liberorum natorum.*

Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes
Argumenta uiri: foribus suspende coronas,

B Iam pater es. Capitolinus in Marco philosopho, Inter hæc liberales causas ita muniuit, ut primus iuberet apud prętectos ærarij Saturni unũquẽque ciuium natos liberos profiteri, intra* tertium diem nomine impo- **triceſimum*

sito. Per prouincias tabulariorum publicorum usum instituit, apud quos idẽ de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij: ut si fortè aliquis in prouincia natus, causam liberalem diceret, testationes inde ferret. Atque hãc totam legem de assertionibus firmauit. Idem in Gord. Nam illud satis constat, quod filium Gordianum nomine, Antonini signo illustrauit, cum apud

C præfectos ærarij more Romano professus filium, publicis actis nomen eius insereret. Scæuola in.l.ultima, infrà, Mulier grauida & à marito repudiata, *ff. De probationibus.* enixa filium absente marito, ut spurium in actis professa est. Fiebat autem professio addito die & Consule: propterea professione ætas facilè probari poterat: ut in lege prima, Codice, Si minor se maiorem dixerit: quod mirum est Accursio hoc in loco excidisse. Eâdem latinitatis ignorantia, aut etiam fœdiore lapsus est idem.l.seq. ubi hæc uerba, Morem ei geri, pro morem iudiciorũ seruari interpretatur, quo modo etiam interpretatus est in. l. Quod si possessor, suprà De rei uendic. palmarium sibi esse ratus, hoc uerbum enar-

D rauisse, quod Placentinus se non intellexisse fassus est. Cicero in secundo de Oratore, Quæ est enim alia causa, nisi quòd nobis, & horum adolescentium *Morem gerere.* studio, qui te attentissimè audierunt, morem gerere uoluisti? Morem gerere Cicero pro obsequi dixit. Dicitur & morigerari. Idem in Oratore perfe- *Morigerari.*

cto, Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Ipse ad Atticũ lib. 13. sic Græcè dixit, Ad id autem quod uolumus ἀφόρυμα, nihil aptius uidetur, quàm lucus, quem ego noram: sed celebritatem nullam tum habebat, nunc audio maximam. In hoc* τῷ τύφῳ μου πρὸς ἐμὲ συγγνώμην. In hac mea insolentia & fastu obsecro te per deos mihi morigerare. hoc est, indulge, & patien- **τὸν τύφον*

E tiam accommoda, τοῦτο χάρισαί μοι. Sunt & alia huiusmodi nõ pauca, ut alibi diximus, omnia fustuario digna, si quidem hoc tempore dicta essent, ut in lege Testium, infrà De testibus, circa principiũ, An ad ea quæ in- *Extempore.* terrogaueris, extempore uerisimilia responderit. Vbi hoc uerbum extempore, id est confestim & in præsentia, idem Accursius non intellexit.

Ex.l.Qui testamentum, eodem titulo.

Titio centum do lego, quæ mihi pertulit: quæ ideo ei non caui, quòd *omnes fortunas*

* omnem fortunam & substantiam, si quam à matre susceperat, in sinu meo

In ſinu habere. habui ſine ulla cautione.) In ſinu meo dixit,pro in occulto, & penitus apud me,& in poteſtate mea.Simile illud Ciceronis in tertio Tuſcul.Tãtùm iſtos admonebo,ſi maximè uerum ſit,ad corpus omnia referre ſapiẽtem: ſiue (ut honeſtius dicam)nihil facere niſi quod expediat : ſiue omnia referre ad utilitatem ſuam : quoniam hæc plauſibilia non ſunt, ut in ſinu gaudeant, gloriosè loqui deſinant.id eſt ſecum & cum ſuis gaudeant: nec gaudium ſuum in uulgus edant,& palàm faciant. Sic intelligo illud ſcitè dictum ab eodem ad Q.Fratrem,Mihi crede,in ſinu eſt,neq; ego diſcingor.Ac ſi diceret,in poteſtate habeo,neque periculum eſt ut imprudenti mihi uel immemori excidat,& ita in poteſtate mea eſſe deſinat. Vel in ſinu, hoc eſt in occulto:neque periculum eſt ut indicio meo mihi excidat, qui noui tacenda ſilere & continere.Plinius in Panegyr.An Senatus populíque Romani exercitus,prouincias,ſocios tranſmiſſurus uni,ſucceſſorẽ è ſinu uxoris accipias? ſummęq; poteſtatis hæredem tantùm intra domum tuam quæras?E ſinu uxoris, id eſt ex familiaritate penitiſſima,& intima amicitia. Cicero ad Atticum libro ſecundo,Itaque * inſinuatus in ſinu aut in familiaritate adoleſcentis,& cum eo(ut res indicat)ſæpe congreſſus,rem in eum locum deduxit,ut diceret ſibi certum eſſe cum ſuis in Pompeium impetum facere. Plinius in eodem Panegyr.Geſtus Conſulatus nõ in hoc urbis ocio,& intimo ſinu pacis,ſed iuxta barbaras gẽtes.Sinum hic pro ſecuritate poſuit.Alibi, Confugit in ſinum tuum cõcuſſa reſp.ruénſque imperium ſuper Imperatorem , Imperatoris tibi uoce delatũ eſt.id eſt in præſidium.Quod autem dicit hîc Iuriſconſultus,Quæ mihi pertulit,hunc habet intellectum, quæ apud me eſſe ſiuit,nec à me repetiit.

Rifi.

In ſinu eſt.

Epiſtola 24.

** inſinuatus in familiaritatem*

Sinus.

Perfero.

Ex.l.Si arbiter,eodem titulo.

Poteſt enim memoria nõ teneri intra annum puta factum, cum interim nemo ſit eorum qui meminerit quibus Conſulibus id uiderit.) Neceſſe eſt (niſi fallor)ut hæc particula nõ,expungatur,& affirmatiuè legatur: aut ut teneri non intra annum,legatur.poteſt enim hoc memoria teneri. Nam præterquam quòd ſenſus id expoſcit, particula etiam interim , quæ hîc aduerſatiua eſt,nos ita credere cogit, ut ſit ſenſus, Poteſt enim fieri, ut multi meminerint non ante annum id factum,nec tamẽ meminerint certum diem aut Conſulem,quo Conſule id factum ſit.Interim autem pro tamen hoc in loco accipitur,ut apud Ciceronem pro Sylla, Quod flagitium Lentulus nõ cum Antronio concepit? quod ſine eodem illo Catilina facinus admiſit? cum interim Sylla cum * iiſdem illis non modò noctem ſolitudinémque non quæreret,ſed ne mediocri quidem ſermone & congreſſu coniungeretur. Quod ſimile eſt ac ſi diceret,Et tamen Sylla tum cum illis non coniunctus erat. Et paulò pòſt,Et hoc infinitè ſimiliter ſurſumuerſum accideret,cum memoria operis facti non extaret.Lego uel repugnantibus exemplaribus, Et hoc infinitè ſimiliter ſurſumuerſus acciderit, tum memoriam operis facti non extare.Sic enim ſenſus explicitus elucebit. Nec uerba duo ſubaudiri neceſſe erit,ut Accurſius ineptulè cenſuit. Pandectarum enim libris à Iuſtiniano ad Accurſium per multa ignorantiæ ſecula, per alios atque alios exemplarium traduces

Interim.

** eiſdem ipſis*

Ex titulo,De probationibus.

Source : BIU Cujas

A traduces deinceps propagatis,&(quod ſuper omnia eſt) manibus Latinè neſcientium,nihil magnopere mirādum multas mendorum labes inoleuiſſe, partim ita indelebiles,ut quò magis attingātur,eò illuſtriores fiant: partim facilè eluibiles,quæ potiſſima pars eſt,niſi fortè authoritate Accurſij agnoſcētis ſacroſanctæ factæ eſſe credātur.Cuius ego ut iuriſperiti authoritatē ſequi, non ut literatoris ſoleo.Simile eſt in lege penultima, infrà tit.proximo,Si res geſta ſine literarum quoque cōſignatione ueritate factū ſuum præbeat. Vbi probet legendum eſſe, mirum eſt Accurſium non uidiſſe. Sunt & alia huiuſmodi,quæ ſcientes prætermittimus:ſatis eſt enim ſpecimen eorum dediſſe. *Haloand. legit præbeat.*

B Ex.l.Teſtium,De teſtibus,circa principium.

An honeſtæ & inculpatæ uitæ, an uerò quis notatus & reprehenſibilis.) Inculpatus uerbum eſt ſignificantius,quàm uulgò eſſe putetur:quemadmodum illaudatus, quod ei è regione opponitur. Gellius libro ſecundo,de illo loco Virgiliano loquens, Aut illaudati neſcit Buſyridis aras: Sedenim, inquit,qui in omni re atque omni tempore laude omni uacat,is illaudatus eſt, íſque omnium peſſimus deterrimúſque eſt:ſicuti omnis culpæ priuatio,inculpatum facit. Inculpatus autē inſtar eſt abſolutæ uirtutis:illaudatus quoque finis eſt extremæ malitiæ. Itaque Homerus non uirtutibus appellandis, *Illaudatus. Cap.6. Georg.3.* *Inculpatus.*

C ſed uitiis detrahendis laudare ampliter ſolet. Hoc enim eſt μολπῆς ἀμύμων,Iliados pri.Inculpabilis auſpex,ἄψογος. Eadem ratione Virgilius inamabilem dixit ſtygiam paludem.Ex hoc Gellij dicto apparet inculpatum teſtem à Calliſtrato dictum eſſe exploratæ fidei,ac nulla unquam inconſtantia teſtimonij labefactatæ,& moribus probatiſſimis,& integræ famæ.Hoc nomine propriè uocari poſſunt Heroës illi,quos nouem probos appellant, ab eo indito nomine,quòd clariſſimam illam fortitudinis gloriam nulla uſquam indignitate temeraſſe & delibaſſe credūtur.Quanquam uerbo Homerico amymones ſignificantius dicātur,hoc eſt qui nihil unquam riſu & ſubſannatio- *Inculpati heroës nouem.* *Amymones.*

D ne dignum admiſerunt: οἱ μή τι ἐλεγκτὸς τε καὶ μυγμοῦ ἄξιον, ἤγουν τῆς δι' ἀπῆ μυκτήρων ἤχου, οἱονεὶ ἀμύγμονες. Ac ſi dicas, in quos nihil obtrectatoribus aut cauillatoribus licet.Inculpati etiam Latinè dici debent equites ſplendidioris nominis, quos equites ſine opprobrio appellamus, ſignificantes eos perpetuo ac conſtanti militiæ tenore nullum prorſus in ſeſe dedecus admiſiſſe.

Ex eadem.l.paulò pòſt.

Qui & cuius dignitatis,& cuius æſtimationis.) Lego,qui & cuius dignitatis & cuius exiſtimationis ſint,& qui ſimpliciter uiſi ſunt dicere ueritatem. Vtrum unum eundémque præmeditatum ſermonē attulerint, an ad ea quæ

E interrogaueris,extempore ueriſimilia reſponderint. Quo in loco Accūrſius ignorantia latinitatis fœdè hallucinatus eſt.Sic enim ipſe legit,An ad ea quæ interrogaueris ex tempore,ueriſimilia reſpōderint.cum certo certius ſit,poſt uerbum interrogaueris ſubdiſtinguēdum eſſe,& inde inferendum uno ſpiritu,extempore ueriſimilia reſponderint. Accurſius enim de tempore ſuper quo interrogantur teſtes, intellexit, cum ſit ſenſus prorſus alius. Extempore enim à iuriſconſulto aduerbialiter poſitum eſt pro in præſentia, & illico, & *Extempore.*

Source : BIU Cujas

impræmeditatè, quod à Græcis per imitationem Latini acceperunt, qui ἐκ καιρῦ dicunt,& ἐπὶ καιρῦ, hoc eſt ἐκ τῆ παρα χρῆμα. Aeſtimare igitur debet iudex an unum & eundem ſermonem teſtes & domi præmeditatum attulerint, an ad ea quæ necopinato interrogati ſunt,extempore, id eſt derepētè ueriſimilia reſponderint,quod indicium eſt puri ac ſynceri teſtimonij.Debet enim (ut aiunt)è re naſci teſtimonium, non autem uelut è commentario proferri. Quintilianus in.x.Maximus uerò ſtudiorum fructus eſt, & uelut præmium quoddam longi laboris, extempore dicendi facultas. Eant igitur barbariei uindices,qui linguæ Latinæ cognitionem nihil ad ſtudium iuris ciuilis cōferre,atque etiam obeſſe deprædicare non erubeſcūt:perinde quaſi qui à Cicerone & Quintiliano,& reliquis eiuſdem aut proximæ claſſis ſcriptoribus Iuriſconſultorum intelligētiam petat, is à Nymphis uinum poſcat (ut dicitur)aut aquam à Libero. Videlicet ipſi ignari,iuris huius conditores latinitatis & elegantiæ conſultos,nedum iuris fuiſſe. Verùm hoc illud eſt potius, Habet amatores multos antiqua illa linguæ Latinæ puritas, ſed paucos ex profeſſo:quemadmodum & libertas in tyrānide. Quotus enim quiſque eorum etiam qui non modò elegantiam deteſtari ſolent, ſed etiam qui grammaticæ contemptum profitentur, non in cenſendo ſcribendóque caperata fronte barbariem illam enixè excutere uidetur,& ueluti trochleis decimum quodque uerbum non deterrimum ex intima mēte ducere? Ac ſi quod forte fortuna probum & elegans ore exciderit,protinus attentionem quaſique plauſum præſtigiæ petere? Sed ſcilicet quod aſſequi ſe poſſe deſperant,fugitare etiam auerſarique uideri uolunt. Attendant igitur tandem(Si mens tamen diu potatis erroribus ebria,aliquid eos ſanum conſiderare permittit,ut diuus inquit Auguſtinus) animaduertant Accurſium (quem ipſi ſibi Ciceronis & Quintiliani,& omnium antiquorum inſtar eſſe uoluerunt)non ſatis lotis manibus ad tractandam iuris interpretādi materiam acceſſiſſe,tametſi in principio ſtatim Pandectarum deterrente eum Caio: ut mirum non ſit tam maculoſos Iuriſconſultorum libros nunc eſſe, qui ſordidis manibus tandiu contrectati ſint.Cæterùm exiſtimationis hîc,non æſtimationis legēdum eſt. Librariorum enim errore factum eſt, ut ubique in iure hæc uerba confuſa ſint, cum multum ſignificatione differant. Aeſtimatio conſideratio eſt & perpenſio:exiſtimatio iudicium & arbitratus. Exiſtimatio ab æſtimatione proficiſcitur.rebus enim æſtimatis,id eſt perpēſis & excuſſis, poſtea iudicamus & arbitramur.Sed iam exiſtimatio pro fama uſurpari cœpit,quēadmodum & opinio, ut Græcè δόξα. Fama ſiquidem ex uulgi iudicio naſcitur. Propterea exiſtimatum hominem Gellius appellat,qui in primis cenſetur.Nam quos Euripides οὐ δοκοῦντας uocauit in Hecuba,ille exiſtimatos uertit.Contrà inexiſtimatos οὐκ ἀδοξοῦντας.Cicero in ſecundo de Oratore, de exordio loquens,Ex iis autem,inquit,apud quos agetur,ſententias duci decebit, ut beneuolos, benéque exiſtimantes efficiamus.id eſt bene de reo iudicantes.Exiſtimator eſt opinator & δοξαστής. Cicero in Orat. perfecto, Illud tamen meminerimus,ita nos potius acturos, ut omnia quaſi exiſtimatores uidea-

ἐκ καιρῦ.
ἐπὶ καιρῦ.
Cap.7.
De origine iuris.l.prima.
Aeſtimatio.
Exiſtimatio.
Lib.II. ca.4.
οἱ δοκοῦντες.
Exiſtimatus.
Inexiſtimatus.
οἱ ἀδοξοῦντες.
Exiſtimator.

mur

Source : BIU Cujas

A mur loqui, non ut magiſtri. Et in Bruto, Exiſtimator doctus & intelligens. Et exiſtimatio eſt opinio. ὑπόληψις, quod tacitum eſt iudicium. δοξαστὴς exiſtimator, qui ui præditus eſt opinandi. Ariſt. in ſexto Ethic. καθάπερ ὠιδή τῆ δοξαστικῆ δύο ἔστιν εἴδη, δεινότης καὶ φρόνησις. æſtimator autem eſt iudex. In tertio de Finibus, Quia te habeo æquiſſimum eorum ſtudiorum quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & iudicem. Curtius, Immodicus æſtimator ſui, celebrare quæ geſſerat cœpit. eſt enim æſtimare, τιμᾶν, ἀναχείναι, σταθμᾶσθαι, καταδικάζειν. Sunt enim huiuſmodi non pauca lubrici erroris, quæ apud auctores Latinos inſcitia librariorũ emendatorúmque mutuò ſuccedentia inueniũ- *Aeſtimator.* *Lib. 8.*

B tur: quorum tamen aliqua non facilè à quolibet deprehenduntur, ut hoc æſtimo pro exiſtimo, & uiceuerſa hoc pro illo, centum in locis iuris. Cicero in Verrem actione tertia in fine, Craſſi, inquit, & Antonij, ut opinor, ad hanc cauſam non accederent, ne in alterius impudentia ſui pudoris æſtimationẽ amitterent. ubi exiſtimationem legendum. Et itidem in quarta. Sic iudico & indico. Quintilianus in duodecimo, de genere orationis loquens, Nam *Cap. 10.*

mihi aliam quandam uidetur habere naturã ſermo uulgaris, aliam uiri eloquentis oratio: cui ſi res iudicare modò ſatis eſſet, nihil ultra uerborum pro-

C prietatem elaboraret. Quo in loco indicare legendum, pro eo quod eſt ſimpliciter rem enunciare, non figuratè aut ornatè dicere. Græcè ἀπαγγέλλειν & ἑρμηνεύειν. Apud eundem anguſtius pro auguſtius. ſic enim inquit, de claris pictoribus loquens, Nam Zeuſis plus membris corporis dedit, id amplius atque auguſtius ratus, atque (ut exiſtimant) Homerum ſecutus, cui ualidiſſima quæque forma etiã in fœminis placet. Sed anguſtius pro auguſtius uulgò in impreſſis legitur. Auguſtius autem magnificentius ſignificat, & plenius maieſtatis, ἀξιωματικότερον, σεμνότερον, σεβασμιώτερον, ἱερώτερον, ἀξιοπρεπέστερον, σεβασμιώτερον, θειοπρεπέστερον. unde auguſti Imperatores dicti. Direptus pro diremptus. *Indicare.* *Li. 12. ca. 10.* *Auguſtius.*

D Cicero in Officiis circa finem, Quo magis reprehendendos Calliphonem & Dinomachum iudico, qui ſe direpturos cõtrouerſiam putauerunt. Dirempturos enim legi debet, à uerbo dirimo. Et in l. penult. De iure dotiũ, Si direpto matrimonio petitur, ex cauſa & perſona id tribuendum puto. dirempto legi debet. Liuius libro quarto ab Vrbe cond. Decemuiros connubium diremiſſe, ne incerta prole auſpicia turbarentur. καταλύσαι. Vendicare pro uenditare. Cicero in Lælio, Quanquam à multis ipſa uirtus contemnitur, & uendicatio quædam atque oſtentatio eſſe dicitur. Venditatio legi debet. Sic apud Quintilianum in xij. uendicandi pro uenditandi. Summouen- *Cap. 7.*

E dum uerò eſt, inquit, utrunque ambitus genus, uel potentibus contra humiles uenditandi operam ſuam, uel illud etiam iactantius, minores utique cõtra dignitatem attollendi. Eſt autem uenditare oſtentare, tracta ab inſtitoribus metaphora, qui merces ſuas oſtentare præcupidè ſolent. Et uenditare ſeſe alicui, eſt per aſſentationem operam ſuam ultro ſpondere, quaſíque uenalem oſtentare. Græci hoc ἐνδείκνυσθαι dicunt. Demoſthenes τοῦτ' παροξύνει βέλτιον, ἐνδείκνυσθαι. ἔστι δ' ἐμοὶ ἐγγύτερα πάντα ἐνδεικνύμενοι καὶ ὑποδρομολακτοῦντες ἐκεῖνον. Cicero ad Atticum, Sermo hominum à Philotimo ad me ſcribitur. Is enim me ab optimatibus *Vendito.* *Lib. 8. epiſtola ult.*

Source : BIU Cujas

ait conſcindi. Quibus optimatibus dij boni? qui nunc quo modo occurrũt? F
quo modo autem ſe uenditant Cæſari? Vbi tamen uendicant corruptè legi-
tur, id eſt ſeſe in clientelam Cæſari dedunt, & in eius partes adiungunt. ἑαυ-
τοὺς προσνέμουσι ᾧ Καίσαρι, ἑαυτοὺς παραδιδόασι χρήσασθαι ὅτι βούλοιτο. Hoc autẽ uerbum
Detineri. mirum eſt apud omnes ferme auctores & ubique deprauatum eſſe. Deti-
Περιστᾶσθαι. neri etiam, id eſt diſtringi, quod Græci περιστᾶσθαι dicunt. In Philip. 11. Nos a-
lio bello detineri putat. ubi diſtineri legendum. Liuius libro primo ſecundi
belli Punici, Oppidani ad omnia tuenda obeundáque multimoda arte deti-
Lib. 17. neri cœpti ſunt. pro diſtineri. Apud Tacitũ corruptius legitur, Interim Gal-
Diſtinere & Diſtentus. bam duæ ſententiæ detinebant. ἀνθεῖλκον δύο γνῶμαι. Diſtinere, occupare & di- G
ſtringere: unde diſtentus pro occupato. Cicero de Natura Deorum circa fi-
Lib. 15. nem, & ad Atticum, diſtentiſſimus pro occupatiſſimo, quod etiam à diſten-
Diſtendere. do deriuari poteſt. Liuius, Diſtẽdit ea res Samnitium animos. Et in tertio ab
Ab Vrbe cõdita lib. 9. Vrbe condita, Reliquo exercitu haud procul mœnibus Tuſculi conſidunt:
** diſtinerent, Diduco.* ut * diſtenderent hoſtium copias. ἐφῷ περιστᾶν δυνάμεις τῶν ἐπεναντίων. Deduco
pro diduco, in. l. Idem, ſuprà De rei uendicatione, Si plumbum cum argento
Haloan. utrobiq; legit deduci. mixtum ſit: quia deduci poteſt, nec communicabitur, nec communi diui-
dundo agetur: ſed ſi deduci non poſſit. ubi diduci utrobique legendum, pro
dirimi, diſtingui. Quintilianus libro tertio circa finem, Nec diſcentem per H
ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta deducet. pro di-
Lib. 4. ducet. διαστελεῖ. Cicero in Acad. Situs earum rerum & interualla aut contrahi-
mus aut deducimus. pro diducimus. Eſt enim diducere, diſtinguere, diuide-
Cap. 1. re. Quintilianus in xj. Argumenta diducet in digitos, & propoſitionum ac
Lib. 11. cap. 3. partitionum captabit lepôrem. Idem de pronunciatione, Stare diductum,
uel rigidum, uel ſupinum, uel incuruum, uitioſum eſt. Diductum, id eſt di-
Ecquis. uaricatis diſtentíſque cruribus, διαβεβηκότα, διεσκελισμένον. Et quis pro ecquis, &
quod pro ecquod, & quid pro ecquid, ſexcentis in locis apud Ciceronem: ut
& quemnam pro ecquemnã. Ecquis interrogatiuum eſt, pro nunquis. Per- I
Præſtringere. ſtringere aciem uel oculos, & præſtringere, quidam idem ſignificare putant,
quæ identidem apud auctores ſuccidanea inuicem aut errore aut opinionũ
uarietate legimus. Malim tamẽ præſtringere dici, unde præſtigiæ & præſti-
giatores dicti. Eſt enim præſtringere, obtenebrare, caliginẽ offundere: ut ſol
Præſtigiatores. præſtringit oculos obtuẽtiũ. περιαστράπτει, καταλάμπει, δυσωπεῖ. Et præſtigiatores,
qui celeritate luſitãdi, & ludibria illa oculorũ factitãdi, pręſtringunt uiſum
intuentium, ut miracula facere credantur. Cicero in pri. de Diuinatione,
Epiſtola ult. Quorum utrunque pręſtringere aciem mẽtis ſolet. Et ad Brutum, Qui ſplẽ-
dore falſi honoris obiecto, aciem boni ingenij præſtringi poſſe confidunt. K
Perſtringere. ἀμβλυνέσθαι. & acies gladij pręſtricta, ἀπεστομωμένη. Perſtringere uerò eſt leuiter
attingere, προσάπτεσθαι, προσψάνειν, & metaphoricôs pro leui dolore afficere. κα-
θάπτεσθαί τινος. Cicero circa finem Bruti, Conſulatúſque meus qui illum leui-
ter perſtrinxerat. id eſt dolore nõnullo affecerat. Proinde pro perinde. Effun-
Offundo. do pro offundo. Cicero de Finibus libro tertio, Obſcuratur enim & effundi-
tur luce ſolis lumen lucernæ. Vbi offunditur ſcribi debuit, pro circunfun-

Source : BIU Cujas

A ditur & obruitur, περιλημύπεται. Et libro primo de Natura Deorum, Multis etiam ſenſi mirabile uideri, eam nobis potiſſimũ probatã eſſe philoſophiã quæ lucem eriperet, & quaſi noctem quandam rebus effunderet. De Academica loquens, ubi itidem offunderet ſcribi debuit. Et inſigni errore ſexcuplex & ſexcuplum per x, pro ſ ſeſcuplex & ſeſcuplum, id eſt hemiolium uel ſeſquialterum: de quibus alibi fortaſſe dicemus. Conſenſus iudicũ, pro conſeſſu. Leniter pro leuiter, id eſt remiſsè, quod Græci ἠρέμα dicunt. Leue pro non arduo. Curtius, Rupes leuiore ſubmiſſa faſtigio. id eſt ſenſim ſeſe attollente. ubi etiam lene legi poteſt. Sic Plinius Iunior leuiter & ſenſim conſur-

Seſcuplex.

Leuis, pro nõ arduo.

Lib. 6.

Lib. 5. epiſt. 6. ad Apollinarem.

B gentem cliuum dixit. ἡσυχῇ προσάντη. Confirmatio pro conformatio. Cicero libro primo de natura Deorum, Quæ compoſitio membrorum, quæ confirmatio lineamentorũ, quæ figura, quæ ſpecies humana poteſt eſſe pulchrior? Conformatio legi debet. ἐπιτύπωσις, ut apud Quintilianum confirmationes uerborum pro conformationes. Et confirmatio orationis pro conformatione. & aliàs perſæpe. Energia pro enargia apud eundem in octauo: Itaque, inquit, energiam, cuius in præceptis narrationis feci mẽtionem, inter ornamenta ponamus: cuius uirtus eſt, res de quibus loquimur, clarè atque ut cerni uideantur, enunciare. Enargia per a ſcribi debet, id eſt euidentia, & rerum

Energia.

Cap. 3.

Enargia.

C repræſentatio, & ut Cicero inquit, illuſtratio. Energia enim per e in ſecunda ſyllaba efficiẽtiam ſignificat. Sic apud Ciceronem in Acad. Eóſque qui perſuadere uellent eſſe aliquid quod comprehendi & percipi poſſet, inſcienter facere dicebant, propterea quòd nihil eſſet clarius energia, ut Græci appellant, perſpicuitatem aut euidentiam nominemus. Enargia per a legi debet. Inimicum pro mimico apud Plinium in vij. epiſt. ad Montanum, Maximè tamen (inquit) hic me titulus admonuit, quàm eſſent inimica & inepta, quæ interdum in cœnum, in has ſordes abiicerẽtur. Quo in loco ex antiquis codicibus mimica legimus, id eſt hiſtrionica. Aduocamentum pro auoca-

Lib. 4.

Mimicum.

Auocamentum.

D mento, apud eundem ad Geminum libro nono, qui tamẽ in antiquis octauus inſcribitur, Ero ergo ſuſpenſus pro homine amiciſſimo, dum admittere aduocamenta & cicatricem pati poſſit. Vbi auocamenta ſine d legendum, haud dubiè pro ſolatiis quæ mentem à mœrore & animi ægritudine auocant. διαγωγὰς ἀπὸ τῶν λυπῶν ἀσχολούσας. Lactantius libro de Opificio dei. Traducitur autem mens cogitatione cæca, & ſibi auocamenta inuenit, ne ſaluberrimam quietem corporis interrumpat. Auocamenta animæ appellat ea uiſa, quibus in ſomnum corpus delabitur. Sic apud Quintilianum lib. 10. Nanque illa ipſa quæ delectant, neceſſe eſt auocent ab intentione operis de-

Lib. 8. epi. 5.

Cap. 18.

Cap. 3.

E ſtinati. neque enim ſe bona fide in multa ſimul intendere animus totum poteſt. Vbi aduocent per d corruptè uulgò legitur. Et in hac ipſa lege. §. ultimo, Et multo minus milites aduocandi ſunt à ſignis. auocandi ſine d legendum eſt. ἐνθελκτέοι. Adiicio & addico (de quibus alibi dictũ eſt) errore librariorũ identidem mutuò ſuccidanea ſunt, ut proprius & propius, frequẽter in his libris. Quædam nõ erroris, ſed iudicij ſunt, ut fiſtuca & feſtuca pro eodẽ: de quibus alibi dictum. Vindico & uendico. exuccum pro exucto. demenſum

Source : BIU Cujas

pro dimenſo, cuius meminit Nonius. monimentum pro monumento. auctor & author uel autor. ſimilare pro ſimulare. perducere puellam pro producere, id eſt προάγειν. & perductor pro productore, id eſt amantiũ internuncio, & adminiſtro libidinis, qui Græcè προαγωγὸς & προαγωγεὺς dicitur. Sunt & alia huiuſmodi multa, ſed iſta nunc in mentem uenerunt. F

Προάγειν. Perductor. Productor.

Ex eadem lege. §. Idem diuus.

Quæ crimina obiecerit.) Hic locus haud dubiè in omnibus libris mutilatus eſt. Sic autem emendari poſſe uidetur, ut unum uerbum incuria librariorum ablatum reſtituatur, & aliud in locum ſuum reponatur, hoc modo, Noſti quæ crimina obiecerit apud me Alexander Apro. quem quia nõ probabat. & reliqua: remiſi ad prouinciæ præſidem. G

Ex lege, Inuiti, eodem titulo.

Haloan. Item is, qui quid exercitui præbendum conduxerit.

Item is qui exercitui præbendam conduxerit.) Sic in omnibus libris legitur hic locus. Fortaſſe autem ſic reſtitui poteſt, Item is qui exercitui, quæ opus ſunt præbenda conduxerit. Liuius libro tertio ſecũdi belli Punici, Prodeundum igitur in concionem Fuluio Prætori eſſe, indicandáſque populo publicas neceſſitates, exhortandóſque qui redempturis auxiſſent patrimonia, ut reip. ex qua creuiſſent ad tempus commodarent: conduceréntque ex lege præbenda, quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſent. Fortaſſe etiam ſic, Item is qui exercitui præbendam annonam conduxerit. H

Ex eodem titulo, circa finem.

Produci teſtis non poteſt, qui antè in eum reum teſtimonium dixit.) Accurſius locum implicitum interpretatione ſua implicatiorem reddidit. Exiſtimo autem locum aut mutilatum eſſe, aut inuerſum: ſicque legi debere, Produci teſtis non poteſt in reum, qui antè in eum teſtimonium dixit.

Ex lege, Plurimum, De iuris & facti ignorantia.

Deperditi legit Haloand.

Sed Caſſius ignorantiam Sabinum ita accipiendam exiſtimaſſe refert, nõ deperditi & ſecuri hominis.) Exiſtimo non deperditi legendum eſſe, ſed deſidia præditi & ſecuri hominis. Securus eſt diſſolutus ſine ulla cura, quem ſupinum Iuriſconſulti uocare ſolent, id eſt ſocordem & deſidem: quo modo & Græci ὕπτιον, τοῦτ' ἔστιν τὸν ἄπρακτον. Quintilianus de Tautologia loquens libro octauo, Hæc enim, quanquam non magnopere ſummis auctoribus uitata, interim uitium uideri poteſt, in quod ſæpe incidit etiam Cicero, ſecurus tam paruæ obſeruationis. id eſt negligens & contemptor, ἀφροντιστῶν. Lucanus in pri. Pharſaliæ, de leone loquens, Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit. Prouerbiorum decimoquinto, Omnes dies pauperis, mali: ſecura mens, quaſi iuge cõuiuium. Quem locum Lyranus ineptè interpretatus eſt ignorantia huius Latini uocabuli. His enim uerbis beata illa ſecuritas ſignificatur, quam Democritus Euthymiam appellauit: id eſt animi rectam placidámque conſtitutionem, malorum impendentium cura uacantem. Cicero libro quinto de Finibus, Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tãquam tranquillitas, quam appellant Euthymiam, eò ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas ea ipſa eſt beata uita. Idem in 5. Tuſcul. I K

Securus.

Cap. 3.

Euthymia.

Qui

A Qui autem illam maximè optatam ſecuritatem (ſecuritatem autem nũc appello uacuitatem ægritudinis, in qua uita beata poſita eſt) habere quiſquam poſſit, cui aut adſit, aut adeſſe poſſit multitudo malorum? Securitati diſſolutæ opponitur aliud uitium curioſitas, quam Græci periergiam appellant. Quintilianus in viij. de ornatu loquens, Eſt etiam quæ periergia uocatur, ſuperuacua (ut ſic dixerim) operoſitas, ut à diligenti curioſus, à religione ſuperſtitio diſtat. Hæc eſt quæ paulò pòſt in. l. Nec ſupina, curioſitas delatoria uocatur. Delatorum enim appellatione intelliguntur ſycophantæ, id eſt criminatores. cuius appellationis rationẽ Plutarchus in Solone exequitur. Et quadruplatores, quorum Feſtus & Pedianus meminerunt. Quadruplatores dicti ſunt criminum publicorum delatores, qui pro delationis præmio quartam partem in bonis delatorum cõſequebantur. Et ut aliqui dicunt, eorum reorum accuſatores, qui conuicti quadrupli damnari ſolebant, ut aleæ, aut pecuniæ grauioribus uſuris fœneratæ quàm quibus per leges licebat. Vnde quadruplari uerbum Plauto in Perſa,

Securitas. *Curioſitas.* *Periergia.* *Cap. 3.* *Delatores.* *Quadruplatores.* *Act. 1. Sce. 2.*

Neque quadruplari me uolo: neque enim decet
Sine meo periculo ire aliena ereptum bona:
Neque illi qui faciunt, mihi placent.

Quadruplari pro quadruplaturam exercere dixit. ἐργολαβεῖν, ἐνδεικνύναι. Cicero in Verrem act. iij. Quid? ad Verrem quis detulit? nemo. niſi fortè exiſtimatis ei quadruplatores ad fretum præſto fuiſſe. Capitolinus in Marco philoſopho, Calumniis quadruplatorum interceſſit, appoſita falſis delatoribus nota. Delationes quibus fiſcus augeretur, cõtempſit. Delatoria igitur curioſitas à Iuriſconſulto prouerbialiter dicta eſt à quadruplatorũ improbitate, de quibus illud Plauti in Trinummo, de famigeratoribus loquentis dici poteſt,

Verr. 4. *Act. 1. Scen. ult. ſub finem.*

Quod quique in animo habent, aut habituri ſunt,
Sciunt. id quod in aurem Rex Reginæ dixerit, ſciunt. quod
Iuno fabulata ſit cum Ioue. quæ neque futura, neque facta ſunt,
Tamen illi ſciunt.

Quadruplatorum appellatione ſignificari poſſunt homines qui delationibus faciendis confiſcationes à Principibus impetrant, ut homines interdum inſontes fortunis omnibus euertant, cuiuſmodi patrum noſtrorum memoria multi extiterunt, noſtra etiam nonnulli: quanquam ſectores illi propriè appellari poſſunt, cuius uocabuli meminit Aſconius. Res autem ipſa ſectio appellatur. Cicero in Antoniana ſecunda, Et eius uiri nomine me inſectari audes, cuius me amicum, te ſectorem eſſe fateare? Ad Antonium loquens, qui Pompeij bona ſectione inuaſerat. Idem, Expectantibus omnibus quiſnam eſſet tam impius, tam demens, tam diis hominibúſque hoſtis, qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inuentus eſt nemo præter Antonium. Et rurſus, Tantus igitur te ſtupor oppreſſit, uel, ut uerius dicam, tantus furor, ut primum cum ſector ſis iſto loco natus, deinde cum Pompeij ſector, non te execrandum populo Rom. non deteſtabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & eſſe inimicos, & futuros ſcias? Hoc tamen principatu ſe-

Sectores. *Sectio.*

Source : BIU Cujas

ctionis nomen penè obſoleuit, non quòd deſint qui ſectores eſſe uelint,ſed F
Princeps nondum experiri uoluit,quantum ſibi in fortunas priuatorum liceat.Legibus enim omnia adhuc permiſit: qua moderatione non tam legibus ſolutum ſe eſſe docuit, quod alij gloriari ſolent, quàm legibus teneri Principis innocentiam non poſſe.

Ex lege,Quæſitum,De ſponſalibus.

Quæſitum eſt apud Iulianum,an ſponſalia ſint ante duodecim annos,ſi
Collatæ. fuerint nuptiæ collatæ.) Accurſius collatas nuptias pro reuera celebratis malè intelligi uoluit.Collatæ enim nuptiæ in duodecimum annum ſignifican
Conferre. tur,id eſt dilatæ,reiectæque.Dicimus enim conferre rem in arbitrium alicu- G
ius,& conferre in aliquod tempus.Huius ſignificationis exemplum eſt in.l. Si res,in principio,infrà De iure dotium.

Ex.l.In eo iure.§.ulti.De ritu nuptiarum.

Si ab hoſtibus patronus captus eſſe proponatur,uereor ne poſſit iſta connubium habere nubendo,quemadmodum haberet ſi mortuus eſſet.)Huiuſmodi eſt iſta locutio,ut uix dicere poſſis affirmatiua néne ſit. Cui ſimilis eſt illa in.l.Non ſolum.§.Sed uideamus,infrà eodem hoc titulo,Nam finita iam tutela,& nupta puella alij,uereor ne longum ſit adoptionem mariti eius impedire,quaſi propter hoc interponatur,ut ratio tutelæ reddendæ cohibeatur. H
Animaduertere igitur debemus quædam eſſe uerba,quæ idem ſine negatione ac cum negatione polleant, ut uereor,timeo,metuo,caueo,& ſiqua ſunt eiuſdem ſignificationis.uereor ne ueniat,uereor ut ueniat:timeo ne moriar,
Andr. Act.2. Scen.3. & timeo ut moriar:caue facias,& caue ne facias. Terentius, Sed pater adeſt,
De uſu negationis. caue te eſſe triſtem ſentiat.Vt enim interdū duæ negationes non plus quàm una pollent,ut ſi dicas, nunquam mihi nec obfuiſti, nec profuiſti: ſic interdum una negatio duarum negationum inſtar eſt,dūtaxat adiuuante ui uer-
Lib.6.epiſtola 4. bi,Cicero ad Atticum,Quòd enim abfuiſti,uereor ne ſatis diligenter in Se-
Lib.4. natu actum ſit de literis meis. id eſt ne non ſatis. Idem in Acad. Anaxagoras I
niuem nigram dixit eſſe.ferres me, ſi ego idem dicerem? tu, ne ſi dubitarem
Li.7. epi.11. quidem.Idem ad Atticum, Si manet, uereor ne exercitum firmum habere poſſit.id eſt opinor eum exercitum firmum non habiturum. Quod fortaſsè ſic reſoluitur,uereor ut ne habere poſſit.quo modo loquendi Cicero ipſe uti ſolet: ut in Bruto, Ego tamen ita de unoquoque dicam, uti ne elici poſſit quem exiſtimem oratorem, quem declamatorem fuiſſe. Et in ſecundo de
Lib.2. Orat.Omnis cura mea ſolet in hoc uerſari ſemper,ſi poſſim,ut boni aliquid
Andr. Act.1. Scen.1. efficiam dicendo: ſin id minus, ut certè nequid mali. Ex more Terentiano ſumptum,qui ait, Vt ne quid nimis. Hunc autem loquendi modum uideo K
noſtræ aut proximæ memoriæ clariſſimos ſcriptores ſequi. Hermolaus in quadam orat. Vt ſolicita ſit admodum uniuerſa ciuitas,ne lætitiam incredibilem ſuam oratione conſequi ualeamus.id eſt ne non ualeamus.Sic Vlpianus,Vereor ne poſſit iſta connubium habere nubendo,id eſt ne non poſſit, ut ipſe alibi dixit in.l. Si ego.§. pri. infrà De iure dotium. Et Tryphonius, Vereor ne longum ſit adoptionem mariti eius impediri.id eſt opinor non

eſſe

Source : BIU Cujas

A eſſe longum,id eſt incommodũ.Hoc etiam per ut particulam Cicero enunciare ſolet: ut ad Atticum, Qui cùm impudentiſſimè poſtulauerit, tamen conceditur:& tamen uereor ut ipſis contentus ſit. Et pro Quintio, Si uereretur ut res iudicio facto parata ſit. In quibus locis multi exiſtimarent deeſſe negationem,cum nihil deſit.Terentius, *Lib.7.epiſtola 15.*

Andr. Act.4. Scen.2.

- dies hic,mihi ut ſit ſatis,uereor

Ad agendum. Politianus in Herod. Veritis omnibus ut ſatis libenter Imperatorem Pertinacem milites reciperent. id eſt ne non reciperent.Eſt etiam alioquin inuenire,cum una negatio in oratione deeſſe uide-
B tur.Cicero in iij.de Legibus, Quæ res cum ſapientiſſimè conſtituta eſſet à maioribus noſtris,nihil habui ſanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. Non modò multum, pro non modò non multum. Et de perfecto Oratore,Nam ſic ut in epularum apparatu à magnificentia recedens, non ſe parcum ſolùm,ſed etiam elegantem uideri uolet, eliget quibus utatur.Non ſolùm,pro non ſolùm non,dixit. Idem pro Publio Sextio,Cum illi ſoli eſſent,præter illum flagitioſum Tribunumplebis duo reipub.turbines,qui non modò præcipitanti patriæ ſubuenirent, ſed etiam nimis tardè concidiſſe mœrerent. Et de reditu ſuo ad populum, Tribunitiis ſuperiores
C illi rogationibus, nulla authoritate Senatus ſunt reſtituti. Marius uerò non modò à Senatu,ſed etiam oppreſſo Senatu eſt reſtitutus.id eſt non modò nõ à Senatu.Et in iiij.Tuſcul.Iis enim malis inſidentibus, non modò beati, ſed ne ſani quidem eſſe poſſumus.Liuius,Aſdrubalíque nõ modò in Italiam traducendi exercitus,ſed ne manendi quidem ſatis tutò in Hiſpania ſpem reliquit.Plinius in epiſt.Multa in urbe noſtra,iuxtáque urbem,non oculis modò, ſed ne auribus quidem nouimus. Quæ exempla & ſimilia mirum eſt Laurentium Vallenſem non animaduertiſſe. Is enim lib.3. Elegantiarum,ut
D ſcitè pauca de hac re, & ſubtiliter diſſeruiſſe mihi uidetur, ita ſi eius doctrinam ſequi uelimus, hæc loca tueri non poterimus. In cauſa eſt (ut arbitror) quòd Laurentius ad normam Latinæ proprietatis ea redigere uoluit, quæ Græcorum imitatione uſurpata ſunt.Græci enim τῷ ἐχ ὅπως, ἀντὶ τῦ ὁ μόνον ἐχὶ ſubinde utuntur.Demoſthenes, ἐνόμιζον μὲν ἀφ' ὧν ἐπολιτευόμην, ἐχ ὅπως μηδὲν ἀδικῶν τοιαῦτα πείσεσθαι, ἀλλὰ καὶ μέτρια ἐξαμαρτῶν συγχνώμης τεύξεσθαι. ἀντὶ τῦ οὐ μόνον ἐχὶ πείσεσθαι. Simile eſt ἐυχ ὅτι & μηδ' ὅτι crebra apud oratores & elegantiores ſcriptores. Plato, ἐπὶ δὲ ἀνθρώπῳ, μηδ' ὅτι δὴ θεῷ: id eſt,non ſolum hoc non dixerim de deo.Et μήτι, μητιδὴ, quæ itidem pro non ſolum non, accipiuntur. Hoc etiam per nedum Latinè dici ſolet.Salluſtius,Quippe ſecundę res ſapientium animos fa-
E tigant:nedum illi corruptiſſimis moribus, uictoriæ temperarent. Apud Liuium in viij.ſecundi bel. Punici,hoc modo Fabius loquitur aduerſus Scipionem in Africam traiecturum,Me Dictatorem, cum uigerem adhuc uiribus,& in curſu maximarum rerum eſſem, recuſantem nemo audiuit quo minus infectanti me magiſtro equitum (quod fando nunquam antè auditum erat)imperium æquaretur meum: nedum ego perfunctus honoribus, certamina mihi cum adoleſcente florentiſſimo proponam. id eſt non mo-

Τὸ ἐχ ὅπως.

ἐχ ὅτι, μηδ' ὅτι.

In Catilin.

Source : BIU Cujas

Decad. 4. lib. 10. ĩ oratione Demetrij. do nunc non proponam. Idem, Attonitus repentino malo, uix quid obiiceretur, intelligere potui, nedum ſatis ſciam quomodo me tuear. Cicero pro Plancio, Ego uerò ne immortalitatem quidem contra rempublicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie reip. uellem. ubi alius etiam non indoctus nollem (ut arbitror) dixiſſet. Et pro Cluentio, Nec Metellus, nec Popilius clariſſimi uiri uim Tribunitiam ſuſtinere potuerunt: nedum his temporibus, his moribus, ſine ueſtra ſapientia, ac iudiciorum remediis, ſalui eſſe poſſimus. Lucianus, καὶ πάνυ ἁπαλὸς τὼ πόδε, καὶ οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο. Cicero in Acad. Anaxagoras nigram niuem eſſe dixit. ferres me, ſi ego idem dicerem? tu, ne ſi dubitarem quidem. Vnam negationem Cicero duarum uice poſuit. Interdum contrà duas pro una poſitas inuenimus. Idem libro tertio de Finibus, Sed quanquam negent Stoici nec uirtutes, nec uitia creſcere, attamen utrũque eorum fundi quodammodo & quaſi dilatari putant. Et in. v. De finibus bonorum & malorum. Itaque ne ſi iocundiſſimis quidem nos ſomniis uſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari. Et in Acad. libro primo: Quod bonum quale ſit, negat omnino Epicurus ſine uoluptatibus ſenſum mouentibus nec ſuſpicari. Et pro lege Manilia, Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas nunquam populus Romanus neque laceſſendas bello, neque tentandas putauit. οὐδεπώποτε οὐχ ἡγήσατο. In his enim locutionibus Cicero Græcos imitari uoluit: ut pro Cornelio, Verſatus in intima familiaritate hominis potentiſſimi, in maximis noſtris malis atque diſcordiis, neminem unquam alterius rationis ac partis non re, non uerbo, non uultu denique offendit. Hæc de negationis uſu dicenda hoc in loco habui, ut multis fortaſſe nõ ſatis animadſa, ſic omnibus neceſſaria.

Lib 4.

Ex lege, Si extraneus, De iure dotium.

Haloan. Nequaquam enim iudex propitiis auribus &c. Nec enim quiſquam iudex propriis auribus audiet mulierem. & reliqua.) Legendum propitiis, licet exemplaria refragentur.

Ex lege, Quemadmodum. §. primo.

Igitur hanc dotem periculo mulieris eſſe dico, quãdiu dominus uel pater ratam promiſſionem uel traditionem habuerit.) Aut deeſt negatio, ut legatur non habuerit, aut quoad legi debet, non quandiu: uel quoaddum, quod eiuſdem ſignificationis eſt: ut ſit, quoaddũ dominus ratam promiſſionem habuerit. Et paulò pòſt, Hoc ita incerti condictione conſecuturam, ut promiſſione liberetur. In quibuſdã exemplaribus hoc idem legitur, & neutrobi rectè. Propterea non hoc ita, ſed hoc item: quod ſignificat itidem, id eſt eodem modo. Cicero in Verrem actione ultima, Sed non * item mihi licet, quod iis qui nobili genere nati ſunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur. id eſt non itidem, non eodem modo.

Quoaddum.

** idem*

Ex. l. Tali ſtipulatione. §. Socer, eodem titulo.

Hanc pecuniam generum petere debere, & exactam acceptam legatis referri.) Accurſius referri aſſimilari interpretatur, quia ut de cæteris legatis detrahitur Falcidia, ita & de iſta. Ego Accurſium exiſtimo longè ab huius uerbi

Source : BIU Cujas

A uerbi intellectu abfuiſſe, referréque actiuè legendum cenſeo, non referri. *Referre legit Haloander.*
Sciendum igitur hunc morem antiquis Romanis fuiſſe, ut unuſquiſque domeſticam rationem ſibi totius uitæ ſuæ per dies ſingulos ſcriberet, in quo appareret quid quiſque de reditibus ſuis, quid de arte, fœnore, lucróue ſepoſuiſſet, quóue die, & quid item ſumptus feciſſet. Sed poſtquam aſſignandis literis reorum, ex ſuis quiſque tabulis damnari cœpit, poſterioribus ſeculis, *Tabulæ domeſticæ Romanis.*
& ad memoriam uſque Aſconij, qui huius dicti auctor eſt, uetus hæc conſuetudo ceſſauit. Cicero in Verrem act. 2. Habeo & iſtius & patris eius acce- *Verr. 3.*
pti tabulas omneis, quas diligentiſſimè legi atque digeſſi: patris, quoad ui-
B xit: tuas, quoad ais te confeciſſe. Accepti tabulas uocat rationes, in quas acceptæ pecuniæ referebantur. In huiuſmodi tabulis capita multa erant, quæ nomina à Cicerone identidem dicuntur, utputa artificij, negociationis, fœ- *Nomina.*
noris, aduentitiorum, ut legatorum hæreditatum, & huiuſmodi. Simul atque igitur aliquam pecuniam acceperant, in caput hoc aut illud, id eſt huic aut illi nomini acceptam referebant. Tranquillus in Tyberio, Ne hæredita- *Cap. 15.*
tem quidem aut legata percepit ulla aliter, quàm ut peculio referret acce- *Acceptum referre aliquid peculio, aut hæreditatibus.*
pta. de Tyberio loquens, qui ſe Auguſto in adoptionem dederat. Cicero in
ſecunda Philip. Ego enim amplius ſeſtertiûm ducenties acceptùm hæredi-
C tatibus retuli. Idem in Verrem, Vnum oſtende ſignum in tabulis aut tuis *Verr. 3.*
aut patris tui emptum eſſe, uiciſti. de tabulis expenſi loquens. erant enim binæ tabulæ, ut alibi docuimus. Cicero ad Atticum, Feciſti mihi pergratum, *Lib. 2. epi. 4.*
quòd Serapionis librum ad me miſiſti. pro eo tibi præſentem pecuniam ſolui imperaui, ne tu expenſum muneribus ferres. id eſt ne donaſſe exiſtima- *Expẽſum ferre aliquid muneribus.*
res. Has autem tabulas edere interdum cogebantur rei, præſertim repetundarum. Quod idem Cicero apertè oſtendit his uerbis in ſecunda in Ver- *Verr. 3.*
rem act. Nouum & ridiculum eſt, quod hic nobis reſpondit, cum ab eo tabulas poſtularemus: uſque ad M. Terentium & C. Caſſium Conſules confe-
D ciſſe, poſtea deſtitiſſe. Quod etiam alibi liquidò declaratur, præterquã etiam quòd Aſconius id adnotauit. Itaque de homine negligenti & parum ſcribente, prouerbialiter dicebatur, ne tabulas quidem conficere. Idem in ſecundo de Orat. Hic Sulpitius, Me quidem, inquit, Antoni rectè mones: ſed ne te quidem multum ſcriptitaſſe arbitror. Tum ille, Quaſi uerò, inquit, non ea præcipiam aliis, quæ mihiipſi deſunt: ſed tamen ne tabulas quidem conficere exiſtimor. Verùm & in hoc ex re familiari mea, & in illo ex eo quod dico, quantulum id cunque eſt, quid faciam, iudicari poteſt. De huiuſmodi tabulis intelligendum illud in lege, Qui concubinam. §. ij. De legatis. iij.
E Id legatum putat Labeo, quod acceptum in tabulas ſuas ex ea hæreditate teſtator retuliſſet. Hæ autem tabulæ ſi ſingulorum dierum ratione obſeruata fierent, Diaria uocabãtur, & Græcè Ephemerides, ut in illo exemplo cuiuſ- *Diarium. Ephemeris.*
dam neotericorum, ſed doctiſſimi, Multa ſunt in diario tuo nomina, quę tu
neſcis. Calendarium autem ab obſeruatione ſingulorum menſium, cuius *Calẽdarium.*
exempla ſunt tam apud Iuriſconſultos, quàm apud alios. Quoniam uerò

Source : BIU Cujas

fœneratores diligẽtius faciebant huiusmodi tabulas, ideo factum est, ut Calendarium in iure, pro negociatione nominum faciendorum accipiatur. F

* Vlpianus, Calendarij quoque curatio, & quæstura, in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est nominibus faciendis, destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Aduersaria autem dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularum confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret, ut ex iis postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. Cicero pro Roscio Comœdo, Nimium citò ait me * indagare de tabulis: non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur, sed in aduersariis patêre contendit. Vsqueeóne te diligis, & magnificè circunspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersariis petas? suum codicem testis loco recitare, arrogantiæ est: suarum perscriptionum & liturarum aduersaria proferre, non amentia est? Et rursus, Quid est quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc delentur statim, illæ seruantur sanctè: hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt * coniecta, illæ in ordinem confectæ. Itaque aduersaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit. Inde illud cuiusdam recentiorum, Ita dum mea partim subrepta, partim subdolè designata cognosco, pauca tumultuariè in aduersariis magis quàm in codice scripsi. Aduersaria igitur sunt libri, in quibus res cõiiciuntur, quasíque stipantur. Codex uerò, in quo digeruntur, & ordine conscribuntur. Similis fuit apud eosdem diligentia conficiendarum ephemeridum, in quibus quasi annales domestici, id est priuatarum rerum suarum scribebantur. Cicero pro Quintio, Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit. ad Ephemeridem reuertitur. inuenitur dies profectionis, pridie Calendas Februarij. Nonis Februarij si Romæ fuit, causæ nihil dicimus quin tibi uadimoniũ promiserit. Ephemeridẽ igitur adibãt antiqui, cum quid quáque die fecissent, meminisse opus erat. Diurnum Latinè dicitur. Iuuenalis Satyra 6. Et cædens longi relegit * transacta diurni. Vnde & Ephemeris mathematica apud Plinium lib. 29. Epinyctis autem commentarius est rerum nocturnarũ, quod nocturnum dici potest, ut diurnũ. Tabularum uerò priuatarũ instar habebant cõmentarij Principis, de quibus alibi diximus. Erant & tabulæ publicæ, quarũ meminit Tacitus his uerbis libro decimotertio, Dein curã tabularum publicarũ à Quæstoribus ad Præfectos transtulit. Variè habita, ac sæpe mutata eius rei forma. Meminit & Cicero in Verrem. Hæ in ærario seruabãtur, ut alibi dictum est. Vt ad rem ueniamus, cui filiæ nomine socer centum legauit, si ea acceperit, accepta referre debet legatis, id est in legatorum causam imputare, tametsi doti accesserint. Hoc enim ferre referréque acceptum, significat præter notam illam significationem iuris studiosis: unde acceptilatio nata.

Arcadius, L. Munerũ ciuilium. ff. De muneribus et honoribus. De legat. 3. l. Qui filium. Aduersaria.

*indignari

*deiecta

Codex.

Ephemeris.

Diurnum.

transuersa. Cap. 1. Epinyctis.

Acceptũ ferre, uel referre.

G H I K

Ex titulo, De iure dotium. Ex

A Ex lege Cum.§.Si fundus,eodem titulo.

Nec diuortio ſecuto præſenti die quod in numero eſt, reſtituatur,ſed ſtatuto tempore ſolui debeat.) Lego, quod in numerato, licet nullo exemplari aſtipulante. Plinius libro xxxiij.cap.x.Claudius Iſidorus teſtamẽto ſuo edixit,quanuis multa ciuili bello perdidiſſet,tamen relinquere ſeruorum quatuor milia centum xvj.iuga boum tria milia ſexcenta,reliqui pecoris ducẽta quinquaginta ſeptem milia, in numerato H-S D C. Vnde metaphoricôs in numerato pro in promptu dicitur. Quintilianus in ſexto,Illa potius urbana eſſe dixerim, quæ ſunt generis eiuſdem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non ſunt. Vt de actore facilè dicente extempore dictum eſt, Ingenium eum in numerato habere. In numerato,id eſt promptum,& ad manum. οἱ δ' παραυτίκα, οἱ δ' παραχρῆμα, hoc eſt præſentiſſimum, & ad expedienda extempore dicenda ſolertiſſimum. Sunt & alia minutula errata in titul. proximis, ut in lege tertia De donationibus inter uirum & uxorem.§. Qui in eiuſdem, Prohibentur ſibi donare. ſibi pro ipſi corruptè legitur, & eſt rectus caſus pluralis. Et in.§.Ab uxoris, Si modò uir & ſocer in eiuſdem ſunt poteſtate: ſenſus poſcit, ut ſi non, legatur, hoc modo, Si nõ uir & ſocer, id eſt niſi. ſed hæc & huiuſmodi uix digna ſunt quæ attingantur.

In numerato habere. Cap.4. circa finem.

Haloan. legit ſibi.

C Ex lege, Si mulier, De donat.inter uirum.

Si mulier acceptam à marito pecuniam in ſportulas pro cognato ſuo ordini erogauerit, an donatio ualeat.) Sportæ, ſportulæ, ſportellæ (inquit Aſconius) ut fiſci, fiſcinæ, fiſcellæ, ſpartea ſunt utenſilia ad maioris interdum ſummæ pecunias capiendas: à ſparto herba uocabula deducta, ex qua contexebantur: cuius meminit Plinius libro uigeſimoquarto. Sic σπυρὶς καὶ σπυρίδιον Græcè. Sportula inde dicta eſt obſonium quod diuites Romani ſalutatoribus dabant, ſecretò ipſi cœnantes. In limine autem domus ſportulæ conſtituebantur. Iuuenalis,

Sporta. Sportella.

Sportula.

- nunc ſportula primo

Satyr.1.

D Limine parua ſedet, turbæ rapienda togatæ.
Ille tamen faciem prius inſpicit, & trepidat, ne
Suppoſitus uenias, ac falſo nomine poſcas.

Recta cœna ſportulæ oppoſita erat. Liberaliores enim diuites ciuilioréſque ſalutatoribus ſuis legitimum conuiuium exhibebant, quæ recta cœna dicebatur. Sordidi autem & maligniores rectæ cœnæ loco ſportulam tãtùm prębebant. Tranquillus in Domit. Multa etiam in communi rerum uſu nouauit. Sportulas publicas ſuſtulit, reuocata cœnarum rectarum conſuetudine. Idem in Auguſt. Conuiuabatur aſſiduè, nec unquam niſi recta. Et in Veſpaſiano, Sed & conuiuabatur aſſiduè, ac ſæpius rectè ac dapſilè, ut macellarios adiuuaret. Interdum nummi ſportulæ loco cedebant. Idem Iuuenalis,

Recta cœna.

Cap.7.

Cap.74.

E *Cap.19.*

Satyr.1.

Sed cum ſummus honor finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat:
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc eſt?

Centum quadrãtes erant, quorum crebra mentio eſt apud Martialem. Spor-

Source : BIU Cujas

tula olim pauperibus tantùm dabatur, poſtea diuites etiam ſportulam ca- F
ptare & expoſcere cœperunt. Idem,

Satyr 1.

- Iubet à præcone uocari
I pſos Troiugenas. nam uexant limen & ipſi
N obiſcum. da Prætori, da deinde Tribuno.

Marcellus autem hîc de ſportulis alterius generis intellexit, de quibus Pli-
Lib. 10. epiſtola 6. à fine. nius ad Traianum ſcribens ita inquit, Qui uirilem togam ſumunt, uel nu-
ptias faciunt, uel ineunt magiſtratum, uel opus publicum dedicant, ſolent
totam bulen, atque etiam è plebe non exiguum numerum uocare, binóſque
denarios uel ſingulos dare. quod an celebrandum, & quatenus putes, rogo G
ſcribas. Ipſe enim (ſicut arbitror) non imprudenter, præſertim ex ſolennibus
cauſis, concedendum iuſſi inuitationes. Et Traianus ad Plinium, Meritò ue-
**Catanæus legit, ne in ſpeciem diamæries incidat &c. Alij legunt ne in ſpeciem dianomes &c.* reris* ne in malam ſpeciem incidat inuitatio, quæ & in numero modum
excedit, & quaſi per corpora, non uiritim ſingulos ex notitia ad ſolēnes ſpor-
tulas contrahit. πρὸς τὰ νενομισμένα πρυτανεῖα συμπαλεῖ. Non abſimile ſportulis
eſt honorarium decurionatus, quod pro ingreſſu in bulen à buleutis id eſt
decurionibus dabatur: cuius idem Plinius meminit ad eundem, & nos alibi
Lib. 10. epiſtola 118. (ut arbitror) diximus. ἔισοδος à Græcis dicitur. De ſportulis huiuſmodi Papi-
nianus in lege, Spurij, in titulo de Decurionibus, Minores, inquit, 25. annis H
Decuriones facti, ſportulas Decurionum accipiunt: ſed interim ſuffragium
inter cæteros ferre non poſſunt. Sportulæ noſtro tempore ſunt in domibus
principum id genus erogationis quod liberatas uocant lingua uernacula,
quas etiam in antiquis noſtris ſcriptis liberationes uocari uideo. Quod ge-
nus olim multum celebrabatur in aula Principum noſtrorū, ut ex antiquis
monumentis apparet, id eſt ex libris diſpenſationis regiæ, quos ſtatus do-
mus appellant. Quod uerò buccam ad curiam dicunt, Latinè rectam cœ-
nam appellare ſoleo, quam etiam rectam abſolutè, ut antiqui, ſic nos appel-
Cap. 74. Recta. lare poſſumus. Tranquillus in Auguſto, Conuiuabatur aſſiduè, nec unquam I
niſi recta, non ſine magno hominum ordinúmque delectu. Ex quibus uer-
Recta cœna. bis apparet cur recta cœna dicta ſit, id eſt iuſto ordine diſcumbentium ex-
hibita, tanquam rectum iuſtúmque conuiuium: non ut ſportula, quæ clien
tulis obiiciebatur tanquam abiectis, & in nullo honore à diuitibus habitis.
Dicere igitur poſſumus rectæ ius habere in aula admiſſionales, id eſt cam-
Pincerna. bellanos, cubicularios, ſtructores, ferculiferos, & omnes ab epulis, pincernas
(ſi id Latinum uocabulum eſſe poteſt, παρὰ τὸ πίνειν κεράσαι confictum) & qui
ad cyathos ſtantes dicuntur, archimagiros, architriclinos, diſpenſatores, ho-
norarios ephebos, & omne denique aulicum miniſterium, quos officiarios K
domus uocamus.

Ex lege, Sed ſi uir. §. Si uir uxori.

Si uir uxoxi munus immodicum Calendis Martiis aut natali die dediſ-
Calendæ Martiæ. ſet.) Calendæ Martiæ fœminis ſolennes erant. in iis enim munera iis miſſita-
ri ſolebant. Vnde fœmineæ Calendæ à Satyrico dicuntur,

Ex titulo, De iure dotium. En

Source : BIU Cujas

A En cui tu uiridem umbellam,cui ſuccina mittas *Iuuenalis ſatyra nona.*
Grandia,natalis quoties redit,aut madidum uer
Incipit,& ſtrata poſitus longáque cathedra
Munera fœmineis tractas ſecreta Calendis.

Ita enim Calendæ Martiæ fœminis dicatæ erāt,ut Saturnalia uiris, quæ men ſe Decembri agitabantur.Tranquillus in Veſpaſiano,Sicut Saturnalibus da- *Cap.19.*
bat uiris apophoreta, ita & Calendis Martij fœminis: & tamen ne ſic quidem priſtinæ cupiditatis infamia caruit. Apud Plautum in milite Periple- *Act 3.Scen.1.*
ctomenus ſenex inter flagitationes uxorias & hanc narrat,

B Verum priuſquam galli cantent,quæ me ſomno ſuſcitet,
Dicat,da mihi uir quod Calendis mittam,cum Martiæ uenerint.

Macrobius libro primo Saturnalium,de Calendis Martiis loquēs,Hoc men- *Cap.12.*
ſe ſeruis cœnas apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus. illæ ut principio anni ad promptum obſequium honore ſeruos inuitarent,hi quia gratiam perfecti operis exoluerent.Quo in loco Macrobius de tempore priſcorum Romanorum loquitur,qui decem tantùm menſes habebant.

Ex eadem lege.

C Non uidetur mulier facta locupletior,ſi aut in encænio, aut in unguentis.)In antiquo legimus obxenio:propter quod obſonio legendum puto.De xeniis alibi dictum eſt. Encænia,dedicationes fanorum uel aliarum rerum *Encænia.*
dicuntur, ut Iohannis x, Ἐγκαίνια, Facta autem ſunt encænia Hieroſolymis.

Ex lege penultima eiuſdem tituli.

Die nuptiarum priuſquam ad eum tranſiret,& priuſquam aquà & ignis acciperetur,id eſt nuptiæ celebrarentur, obtulit decem aureos dono.) Aqua *Aqua et igni fœdera nuptiarii ſanciebantur.*
& igni (inquit Feſtus) tam interdici ſolet damnatis, quàm accipiunt nouæ
D nuptæ:uidelicet quia hæ duæ res humanam maximè uitam continent. Itaque funus proſecuti,redeuntes ignem ſupergrediebantur,aqua aſperſi:quod purgationis genus uocabant ſuffitionem. De aqua & igni Lactantius libro *Suffitio.*
ſecundo Inſtitutionum ita inquit, Alterum enim quaſi maſculinum ele- *Cap.10.*
mentum eſt,alterum quaſi fœmininum: alterum actiuum,alterum patibile. Ideóque à ueteribus inſtitutum eſt,ut ſacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera ſanciantur,quòd fœtus animantium calore & humore corporentur atque animentur ad uitam. Cum enim conſtet omne animal ex anima & corpore:materia corporis in humore eſt, animæ in calore. quod ex auium
E fœtibus datur ſcire,quos craſſi humoris plenos,niſi opifex calor fouerit, nec humor poteſt corporare,nec corpus animare. Exulibus quoque ignis & a- *Aqua et igni interdicere.*
qua interdici ſolebat.adhuc enim uidebatur nefas,quāuis malos,tamen homines ſupplicio capitis afficere. Interdicto igitur uſu earum rerum quibus uita conſtat hominum,perinde habebatur, ac ſi eſſet qui eam ſentētiam exceperat,morte mulctatus.Adeo iſta duo elementa prima ſunt habita, ut nec ortum hominis,nec ſine iis uitam crediderint poſſe conſtare.Hactenus ille.

Source : BIU Cujas

Eôdem pertinet Ciceronianum illud prouerbium in Lælio, Amicitia, inquit,res plurimas continet: quoquò te uerteris, præſto eſt.nullo loco excluditur:nunquam intempeſtiua,nunquam moleſta eſt. Itaque non aqua, non igni(ut aiunt) pluribus locis utimur, quàm amicitia.Accurſius malè de face nuptiali intellexit.Tæda enim nuptialis erat,quę nouæ nuptæ præferebatur. & ſeruus qui eam præferebat, daduchus Græcè, Latinè prælucens appellatur.Apuleius in Aſino,Tædáſque nuptiales quibus præluxerant,ibidem extinctas relinquunt. Tranquillus in Auguſto, Tonanti Ioui ædem conſecrauit,liberatus periculo,cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruúmque prælucentem exanimaſſet. Inde illud metaphoricôs à Cicerone in Salluſtium dictum, Ego meis maioribus uirtute mea præluxi,ut ſi prius noti non fuerint,à me accipiant initium memoriæ ſuæ. Et in Lælio, Bona ſpe prælucet in poſterum. Plautus etiam lucere facem nouæ nuptæ dixit,id eſt præferre. Virgilius,

Prælucere. Lib.4.in fine Cap.29.

In Caſina Act.1. Scen.1.

Aeneid.4.

- nec coniugis unquam
Prætendi tædas,aut hæc in fœdera ueni.

Et hæc hactenus.

EXCVDEBAT M. VASCOSANVS
LVTETIAE PARISIORVM
ANNO M. D. LVI.
IDIB. IAN.

Source : BIU Cujas

GVLIELMI BVDAEI CONSILIARII REGII, LIBELLORVMQVE MAGISTRI IN PRAETORIO, ALTERA AEDITIO ANNOTATIONVM IN PANDECTAS.

Nunc poſtremùm ad ipſius auctoris exemplar aucta & recognita.

LVTETIAE.

Ex officina typographica Michaelis Vaſcoſani, uia Iacobæa, ad inſigne Fontis.

M. D. LVI.

EX PRIVILEGIO REGIS.

Source : BIU Cujas

GVILIELMI BVDAEI CONSILIARII REGII, LIBELLORVM QVE MAGISTRI IN PRAETORIO, ALTERA ADDITIO ANNOTATIONVM IN PANDECTAS.

Nunc postremùm ad ipsius auctoris exemplaria & recognit.

LVTETIAE.

Ex officina typographica Michaelis Vascosani, viâ Iacobea, ad insigne Pomi.

M. D. LVI.

EX PRIVILEGIO REGIS.

Source : BIU Cujas

GVLIELMVS BVDAEVS DAVIDI BVRESIO
CONSILIARIO REGIO IN CVRIA ROTOMAGENSI, S.



Vum certo pridem meditatóque propoſito, Dauid Bureſi,uitã ita inſtituiſſem, ut mihi nec uxore,nec liberis,nec curis uacanti domeſticis,nec cæteris ſtudiorum auocamentis,ſtudioſo tamen perinde eſſe uacaret: ipſe necopinatò fato inde abreptus, diúque ac multum aulicis auris iiſdémque euariantibus iactatus atque exagitatus,aliquot annos uitæ ſolicita quadam in inertia dicam an immunitate? tranſegi.In eius inquam operis immunitate uitam egi aliquandiu,quo ópere animus meus in ſeceſſus ocio,priuatæque uitæ tranquillitate paſci ac uegetari ſolebat, ut ambroſia quadã mentium abſtruſarum,ac ſibi uiuentium.Nuper autẽ mihi conuerſo penè euentu,oblata uel reuiſendi domum uel remigrandi occaſione, cætera quidem ingemiſcens,id demum,ut in rebus tantumnon comploratis(quæ tunc erat hominum opinio)libens hilaríſque accepi,quod dabatur.feci etiã cupidiſſimè,ut etſi ad ordinem ampliorem interea tranſire mihi benignitate regia contigerat,eandem haud ſecus uoluntatem, idem uitæ exigendæ inſtitutũ, animi deſtinatione retinerem.quanquam nunc foro operam danti quotidianam, non æquè animo indulgendi, libertas conſtat & prolixitas, atque mihi antè conſtitit in ſinu commentanti Philologiæ. Reddere igitur animum ſibi,méque literarum cultui,uelle cœperam,quandò tum primùm id licere tanto interuallo cœperat. Id uerò quo minus expeditè,atque ex ſentẽtia facerem, longioris uacationis licentia, diſſolutáque remiſſio animi non leuiter obſtabat. imperatas enim operas ipſe animus non eodem obſequio accipere obiréque poterat. Id quidem incommodum aliquantiſper negocium mihi exhibuit, inſtauratiuam commentandi rationem inire cogitanti:quoad ſenſim acrius mecum acriúſque agendo, eò aliquando perductus ſum,ut commentariorum ueluti ſyluas carie iam & ſitu ſquallidas percurrere inſtituerem,ſi quid inde fortè exire poſſet, quod priora noſtra eodẽ tenore ſubſequeretur,cõſimilíque fauore.Huic rei accincto, incumbentíque, forulíſque perſcrutandis,exeuntes inde in primis Annotationum reliquiæ, utcunque olim collectæ ex animaduerſionibus in Pandectas,argumentum mihi ſuppeditare uiſæ ſunt,animum ad uetera(quod aiũt)præſepia quoquo modo admoliendi.Fore enim arbitrabar,ſi priſtinum tandem pabulũ agnouiſſet,tum denique ut peregrè nos rediiſſe hominibus noſtris oſtẽderemus, ſtudioſis etiam quibuſdam ut iuuenibus deſiderium noſtri minueremus. At uerò ut ab hoc primum opere deſitum inſtitutũ redauſpicarer,contrà quàm teſtatione conſignata non ſemel(ut opinor) facturum me dixeram, homines non pauci in cauſa mihi fuerunt:quorum in occurſu flagitationes præcidere, tanti utique eſſe putaui, & tanquam non præſtitæ pollicitationis

Source : BIU Cujas

exprobrationes tacitas,ut ab incõſtantia ſemel ego malè audire mallẽ,quàm ſemper eo nomine nequicquam interpellari.Simul rem pro derelicto habitam & expoſitam, repetere me debere tolleréque aiebãt, quum nullus eam ſuſtuliſſe adhuc uideri uellet:nempe ut ieiuni argumenti atque aridi materiam ad doctrinam commendandam,noménque illuſtrandũ hominis paulo ingenioſioris.Neque enim aliud cauſę fuiſſe reor,quòd res in medio poſita,à nullo non neglecta adhuc eſſe uideatur. Proinde ſeu publicè ſeu priuatim ea de re appellatus,quaſi ſartorum iuris tectorúmq; redemptor, tametſi ſæpius conductione renunciata:hoc quicquid eſt,defungẽdi gratia dependendum eſſe putaui:atque ut ſemel id nomẽ mihi expungeretur, quod iam diu pro inani irritóque haberi in tabulis publicatis mecum ipſe ratiocinabar,ob ea quæ ſuprà dixi. Id uerò Bureſi ſuauiſſime,cum pro noſtra amicitia mutuis inter nos officiis, tuis longè commendabilioribus confirmata: tum uerò doctrinæ tuæ merito in utraque lingua non mediocris,ut parciſſimè loquar,tuis uelut auſpiciis editum peruulgatúmque uolui. Cæterùm & à te,& ab optimo quoque doctrinæ elegantioris in iuriſdictione retinentiũ, aut ſi quis eſt unus in primis,qui publicam uicẽ amplius te lętetur doleátue, ob lectionem iuris diſciplinámque rectè ſecúſue cõſtitutam : ab eo quaſi ab actore publico,ſtudioſæque nationis cognitore,hoc mihi nõ ineptè (ut opinor)cauero:neminem eo nomine à me quicquam amplius petiturum. etiã ſi in ære fortaſſe eſt adhuc noſtro nõnihil quod diſſoluere poſſimus, ſi ſummo iure nobiſcum homines experiri pergerent. Nam quum ægrè debitum agnouerim,quod acceptum mihi eſſe latum non ab re exiſtimabam: uix eſt ut bonam aliquam operam in reliquum nauare queã, quod iam è manibus abieci.Et moribus ita comparatũ eſſe noſti,ut qui tarda nomina ſæpius appellando,eáque ancipitia habere ſe experti fuerint, & meminerint,eorum ſi partem forte fortuna nõ minimam in præſens abſtulerint,in reliqua ne magnopere ſoliciti ferè ſint,eorum etiam rationem nullam ut propemodũ habeant. Vale. Pariſiis,octauo Calend.Iunias, M.CCCCC.XXVI.

GVLIELMI BVDAEI PARISIENSIS, REGII SECRETARII, ANNOTATIONES RELIQVAE IN PANDECTAS.

Ex libro quadrageſimoſeptimo Digeſtorum.

A IN tractatu de priuatis delictis,capite, Nunquam: Si quis(inquit Vlpianus) alienam ancillam ſurripuerit & flagellauerit,utraq; actione tenebitur.nam & ſerui corrupti agi poterit,& furti.) Legendũ cenſeo flagitauerit,ex antiquo uno exemplari: ut ſit ſenſus:Si etiam ancillam ſurreptam ſtuprũ flagitauerit: hoc eſt,de ſtupro uehementius inſtantiúſque appellauerit.hoc enim ſignificat flagitare.Cicero in Philip.Serius populo Romano hunc ueſtitũ dedimus,quàm ab eo flagitati ſumus.Flagito οἰοχλῶ ἀξιῶν,λιπαρῶ,καὶ προσλιπαρῶ ſignificat.

Flagitare. Philipp.10.

B IN cap.ultimo eiuſdem tractatus, Nec cogendus erit in crimine ſubſcribere.) Melius & emendatius legitur, in crimẽ ſuſcribere. Subſcriptio huiuſcemodi non tantùm in cauſis criminalibus,ſed etiam in ciuilibus fiebat: ut hodie cum libelli iudici porrigũtur ſubſcripti uel à reo,id eſt litigatore, uel ab eius procuratore.Plinius lib.5.epiſt.Poſt hoc Curianus à matre exhæredatus,cum cæteris cohæredibus ſubſcripſit centumuirale iudicium:mecũ non ſubſcripſit.id eſt,controuerſiam mouit hæreditatis, teſtamẽtum ſcilicet impugnare,ut inofficioſum, uolens.Idem, Scis te non ſubſcripſiſſe mecum: & iam biennium tranſiſſe,omniáque me uſucepiſſe. id eſt, mecum querela nõ eſſe expertum. οἶδα γὰρ ὡς οὐκ ἔλαχως δίκλιν ἐμοὶ τ̃ κληρονομίας. Hoc recentiores Iuriſconſulti iudicium dictare interdum uocant: & dictare actionem:ut Paulus in cap.Actione,titu.Pro ſocio.Dicitur & edere iudicium ab* Vlpiano,titu.Rem ratam haberi.Subſcriptiones etiam olim in publicis iudiciis fiebãt: ſed pœnales non erant.Cicero in Diuinatione, Verũtamen L.Apuleium eſſe uideo proximum ſubſcriptorem:hominem non ætate, ſed uſu forẽſi atque exercitatione tyronem.Et paulo inferius,Quartum quem ſit habiturus,non uideo:niſi quem fortè ex illo grege oratorum,qui ſibi ſubſcriptionem poſtularunt,cuicunque uos delationem dediſſetis.id eſt, qui poſtularunt à uobis,ut ad quencunque Verris accuſatio eſſet delata, ſibi liceret accuſationi

In crimen legit Haloand.

Epiſtola 1.ad Seuerum. Subſcribere.

*Dictare iudiciũ,uel actionem. Edere iudiciũ *Iuliano. L.Si ſine iudice. §. Si procurator.*

Source : BIU Cujas

ſubſcribere. Et rurſus, Reſpondebo non eſſe uos tales uiros commiſſuros, ut F
ad cauſam tantam à me ſuſceptam, mihi creditam, quiſquã ſubſcriptor me
Subſcriptores. inuito aſpirare poſſit. Quo in loco Pedianus ſubſcriptores ait eos eſſe appel-
latos cauſidicos, qui adiuuare accuſatorem poterant: quos oportebat ſum-
miſſius agere, quàm eum quem ſequebantur. Δευτερολόγοι καὶ δευτεραγωνισταὶ à
Cuſtodes. Græcis appellabãtur. Ij etiam cuſtodes appellabantur. ob id enim etiam ipſi
dabantur, ne accuſatori corrupto facilè liceret præuaricari. Idem Cicero eo-
dem in loco, Cuſtodem (inquit) Tullio me apponite. Quid? mihi quàm mul
Lib. 3. epi. 4. tis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero? Idem ad Quin-
tum fratrem. Gabinius abſolutus eſt. omnino nihil accuſatore Lentulo ſub- G
ſcriptoribúſque eius infantius, nihil illo conſilio ſordidius. Huiuſmodi ſunt
hodie cauſidici, qui in cauſis illuſtribus perorandis ſolent adeſſe ei qui cau-
ſam ipſam agit, & eum circunſtare, geſtúque & tacita admonitione ſe ab eo
Aduocatio. ſtare profiteri. Qui & Aduocati & Aduocatio etiã Latinè dici poſſunt. Sub-
Subſcribere cauſæ. ſcribere cauſæ dici poteſt id, quod adiungere cauſæ nunc dicunt: quod &
Deſcendere in cauſam. In cauſam deſcendere dicebatur. Cicero ad Atticum libro octauo, epiſtola 1.
Quo minus mirere, ſi inuitus in eam cauſam deſcendo, in qua neque pacis,
neque uictoriæ ratio quæſita ſit unquam: ſed ſemper flagitioſæ & calamito-
ſæ fugæ. per tranſlationem de partibus Pompeianis loquens. Inde factum eſt, H
Lib. 3. cap. 4. ut ſubſcribere pro aſſentiri & fauere ponatur. Celſus de Aſclepiade loquens,
Vlterioribus autem diebus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit. Traianus ad
Lib. 10. epiſtola 100. Plinium, Tuo tamen deſiderio ſubſcripſi: & dediſſe me ius trium liberorum
Suetonio Tranquillo, referri in commentarios meos iuſſi. quo in loco ſub-
ſcripſi poteſt ſignificare cõceſſi: ſubſcripto ſcilicet libello ea de re mihi por-
Subſcribere cauſam. recto. Subſcribere cauſam, eſt ſententiæ cauſam aſſignare: ut apud Cicero-
nem pro Cluentio, Video igitur iudices, animaduertiſſe Cenſores in iudices
quoſdam illius conſilij Iuniani, cum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberent.

IN tractatu De furtis, cap. tertio, Fur eſt manifeſtus, quẽ Gręci appellant.) I
Fur unde. Reponendum hoc uerbum αὐτόφωρον: quem Græci αὐτόφωρον appellãt. Fur
à Græco dicitur: ut in cap. primo Vlpianus dixit: & Gellius docet libro pri-
Cap. 18. mo Noctium Atti. Nam quod nunc à Græcis κλέπτης dicitur, antiquiore lin-
gua φὼρ dicebatur. hinc per literarum affinitatem phor à phero uerbo, Lati-
Græca uerba Latina facta. nè fur dictus eſt. Phero Latinum uerbum factum eſt fero, ut alia non pauca:
cuiuſmodi ſunt ago, ſto, ſiſto, lego, plecto, libo, edo, poto, eo, fari. Græcè e-
nim pho dicitur. Ab ea uoce φὼρ, uerbum φωρῶ factum: quod deprehendo ſi-
Autophoros. gnificat. Vnde κλέπτης αὐτόφωρος, fur manifeſtus dictus: hoc eſt εἰλημμένος ἐπαυτο-
φώρῳ, manifeſtò conuictus. quod etiam transfertur ad alia. Nam quicunque K
reus conuictus, dicitur ἐπαυτοφώρῳ αἴτιος, & ἐπαυτοφώρῳ ἑαλωκὼς & κατάφωρος: ut
adulter deprehenſus.

IN cap. Quãuis, paulo inferius, eodem ſub titulo De furtis: notãdum eſt
uerbũ conſtituere. Tamen in initio (inquit Paulus) id eſt furti faciendi tem-
Cõſtitutio iudicij. pore, conſtituere uiſum eſt, manifeſtus nec ne fur eſſet. Cõſtitutio iudicij eſt
controuerſia quædam iudicium præcedens: uulgò (ut opinor) finem nõ pro-

Ex titulo, De furtis. cedendi

Source : BIU Cujas

A cedendi uocamus. Cicero in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio: cum aut sit ne actio illi qui agit, aut iámne sit, aut num iam esse desierit, aut illáne lege, illísne uerbis sit actio, quæritur. Idem in Verrē actione tertia, Amici eius recusare, ne quod nouum iudicium, ne qua ipsius cognitio, illo absente de existimatione eius constitueretur. Constituendum igitur ab initio, id est iudicis interlocutione pronunciandum aut definiendum est, utra actione agere debeat, qui furti acturus est. de quo uerbo satis multa in priore editione dicta sunt. *Verr. 4.*

Quod autem paulo inferius sequitur: Nec manifestum furtum quid sit,
B apparet. nam quod manifestum non est,* id scilicet nec manifestum est. ex uerbis legis duodecim tabularum sumptum est. olim enim nec pro non dicebant: quod etiam hodie in quibusdam dictionibus usu inualuit. Cicero libro tertio de Legibus, Senatori qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto. Verba sunt legis antiquæ, quibus hoc significatur, Senatori qui ad Senatū uocatus non conuenerit, aut culpam imputari oportere, aut iniungendā necessitatem causæ legitimè excusandæ. Sic Terentius in Heauton. Vt hanc lætitiā necopinanti primus obiicerem. pro non opinanti. Sic Cicero in Offic. bona
C necopinata, pro inopinatis dixit: & Liuius necopinato pro inopinato, id est ἀπροσδοκήτως. & Necopināteis aggredi statuit, Tranquillus in Augusto, cap. 10.

** hoc*
Nec pro non.
Act. 1. Sce. 2.
Necopinatus.
Lib. 2.
Lib. 3. ab Vrbe. & lib. 9.

IN cap. Falsus, siue id legē potius (ut mos inualuit) appellare libet. §. quid ergo. Sic locus restituendus, Quid ergo si ea quæ dicunt Græci μήνυτρα, petat? cuius uocis uestigia exilia in antiquo exemplari extabāt, quod uidimus: alioquin εὐαγγέλια ipse legerem. Menytrum Græci tam indicium, quàm indicis præmium uocant. Vlpianus ipse indicium appellauit alibi suprà De cōd. ob turpem causam. Sed plurali numero ferè ista enunciantur uocabula, nō singulari. Apud Lysiam μήνυτρα pro impunitate accipitur, quæ est præmium
D sese & conscios indicantis. Sic σωτήρια, sic χαριστήρια, ἐνθινίκια, & alia. Herodianus, Σωτήριά τε τοῦ βασιλέως ὁδῆμος μετὰ τῆς ἑορτῆς ἐπανηγύριζε. Idem, ὡμολόγει τε χαριστήρια, καὶ ἔθυε σωτήρια. ludos & sacrificia significans diis facta pro detecta & cōperta in Commodum Cæsarem coniuratione. Euangelia, præmium ob iucundum nuncium. Cicero ad Atticum, O suaues tuas epistolas, quibus euangelia deberi fateor. Isocrates pro sacrificio accepit in Areopag. εὐαγγέλια δὲ δὶς ἢ τρὶς τεθύκαμεν. Homerus ὀδυσσείας ξ, pro præmio nuncij singulariter dixit, εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω. Apud nos ignes nocturni fiunt euangeliorum nomine. Sic Epinicia celebrantur apud nos, cū supplicationes decernuntur obsecrationésque solen-
E nes, & cum canticum palmarium & laureatum canitur ob partam uictoriā. Atque etiam euangelia decernuntur aut ob filium Principi natum, aut ob alium quēuis nuncium hilariorem. Lucianus epinicia pro epulo posuit uictoriæ causa dato. Tranquillus in Nerone usus est. Affirmauit lætum inter lætos cantaturum epinicia.

Haloāder legit ἔυρετρα. interpretatúrque, inuētionis præmia.
Menytrum.
Indicium.
Euangelia.
Epistola 12.
Epinicia.
Cap. 43.

IN eodem tractatu De furtis, cap. Si quis uxori. §. Si quis asinum. Locus sic sarciri potest, Si quis asinum meum coegisset, & in equas suas ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ duntaxat captum admisisset: furti non tenetur. quāquam coegisset uerbum

Admittere. parum hic conuenire uidetur, pro conclusisset uel abegisset. Admittere, est F
Cap.2. marem fœminæ, aut mari fœminam admouere ad initum. Columella lib.7.
Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit, & mãsue-
Cap.63. factos tectis ouibus admisit. Plinius lib.10. Equas autem post tertium diem,
aut post unum ab enixu utiliter admitti putant: cogúntque inuitas. Et ad-
Columel. lib. 6. cap. 27. missura. Columella eodem libro, Nec admissuræ certa tempora seruãtur. Sic
Admissura. Genesis.xxx.cap. Quando uerò serotina admissura erat, & conceptus extre-
mus: non ponebat eas. Iuuenalis poëticè dixit, Iam fas est, admitte uiros: Saty-
Admissarius. ra sexta. Inde etiam admissarius equus, asinus, uel taurus, ad initum electus.
Lib.6.ca.27. Columella, Quidam præcipiunt eodem ritu quo mulos admissarium sagi- G
nare, ut hac sagina hilaris plurimis fœminis sufficiat. Græci admittere βιβάζειν dicunt. Aristoteles de suibus, ἀν δὲ ὀρτῶσαν βιβάσῃ, μία ὀχεία ἀρκεῖ. Itidem Plutarchus in Lycurgo. Herodotus ἐφιέναι, quasi admittere ad uerbum dixit. sic enim in Thalia scribit, τέλος δὲ ἐπῆκε ὀχεῦσαι τὴν ἵππον. & in Melpomene, ἐπεὰν προσίῃ ἡ ὥρη κυίσκεσθαι τὰς ἵππους, ὠθεῖσι τοὺς ὄνους. Cicero in Pisonem, admissarium pro homine libidinis peruagatæ posuit, ad omniúmque fœminarum libidinem exposito, Itaque admissarius iste simul atque audiuit uoluptatem à philosopho tantopere laudari, nihil expiscatus, sic sensus suos omnes uoluptarios incitauit, ut non magistrum uirtutis, sed auctorem libidinis à se il- H
lum inuentum arbitraretur. Hoc Plinius uenustè transtulit ad insitionem: ut felix est ferè scriptor in huiuscemodi genere translationum. sic enim in-
Cap.18. quit libro decimoseptimo, Neque enim animalium tantùm est ad coitum auiditas, sed multo maior est terræ ac satorum omnium libido: qua tempestiuè uti, plurimũ interest conceptus. Peculiare utique in insitis: cum sit mutua cupiditas utrinque coeundi. Qui uer probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire. Admittunt, inquit, id est surculum
Admittere equum. trunco adiungunt. Admittere equum, interdum pro * conscendere accipi-
** concitare* tur: ut apud Ciceronem in secundo de Finibus, Num etiam P. Decius cum I
se deuoueret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum irrueret, aliquid de uoluptatibus suis cogitabat? Liuius libro secundo ab Vrbe cond. Superbus in Posthumium equum infestus admisit. Hoc etiam uerbum multis & aliis modis in usu est apud peritos: qui nunc ad rem nõ pertinent. Admissarius equus à Græcis ἀναβάτης dicitur: quia ἀναβαίνειν pro inire dicũt, hoc est ue-
Locus Hieremiæ. nereo impetu aggredi. sæpius tamẽ ὀχεῖον dicunt. Apud Hieremiam prophetam emissarius pro admissario mẽdosè legitur cap. quinto: nisi me fallit opinio: Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Est enim translatio emphatica, sumpta ad libi- K
dinem hominum designandam immodicam & portẽtosam. Apud Græcos
ἵππος. etiam hæc uox ἵππος, id est equus, in compositione uehemẽtiam denotat: ut ἱππόσορνος, quasi ἱππομανὴς, ἱππογνώμων, & alia. Emissarius autem longè aliud significat. Potest autem & hic locus ex aliorũ exemplarium obseruatione hoc modo sarciri, Si quis asinum meum coëgisset in equas suas, ἀναβαίνειν ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ: si duntaxat, & reliqua.

Ex titulo, De furtis.

Source : BIU Cujas

A SVB titu. Arborum furtim cæsarum, in. c. Cædere, ita legitur: Cingere est deglabare.) Vel deglabrare legendũ, uel deglubere: quod ipsum magis probo: id est corticẽ eximere. Cato de re rust. Salictũ suo tempore cædito, glubito, arctéque alligato: librum conseruato. Catul. de Lesbia metaphoricè, *Deglubere.* *Cap. 33.* *Epigr 54. ad Cælium.*

Nunc in quadriuiis & angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes.

pro denudat dixit, & ad singula uestimenta redigit. Inde illud Tyberij Cæsaris, Boni esse pastoris tondere pecus, non deglubere. quod Græcè sic ferũt dicere solitũ, κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐ ξυρᾶσθαι βούλομαι. id est, Tõderi pecus meũ *Sueton. in Tyb. cap. 32.*

B non rasitari uolo. Quod autem sequitur, Subsecare est subsecuisse, corruptũ esse facilè intelligimus. quem locũ his uerbis in compendio Græco legimus, ζωννύειν, ἐστὶ δὲ περιελεῖν τὸν φλοιόν. κάτω τέμνειν, δὲ ὑποτεμεῖν. Cingere, inquit, est corticem exemisse: subter cædere, est succidisse. Et hactenus ibi legimus.

IN cap. Prætor, sub titu. Vi bonorum rapt. Græca uerba reponenda sunt hoc modo, Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere tumultus, ídque uerbum ex Græco tractũ. τύρβη γὰρ παρὰ δὲ θορυβῶ εἴρηται. Tyrbe Græcè tumultum significat: unde turba facta est, ut ex Sylla Sulla, ex Xystico Xusticus: & *Turba unde.*

C ut alia permulta y in u nostrum uerterunt. Lucianus, ὁρῶ σοικίλην τινὰ τύρβην, καὶ μεστὸν ταραχῆς τὸν βίον.

SVB titulo De incendio, ruina, naufragio: cap. Quo naufragium. §. Qui electa, restituenda dictio Græca, quæ exoleuit librariorum ignorantia. Qui eiecta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. Eiecta, hoc est quod Græci aiũt ἐκκλυζομένης, uel ἐξοκειλάσης. Est enim ἐξοκεῖλαι, δὲ ὑπὸ βίας τῶν κυμάτων κατάγειν, undarũ ui in littus eiici. Isocrates metaphoricè in Areopag. usus est, μὴ τελευτῶντες εἰς τραχύτερα πράγματα ἐξοκείλωμεν. Herodotus actiuè dixit ἐπώκειλαν τὴν νέα, impegerunt. In eodem tractat. cap. Si fortuito, nisi tam lata culpa fuit, ut luxuriæ aut dolo sit proxima: Accursius luxuriam latam culpam interpretatur.

D Ego lasciuiæ lego. est autem lasciuia, petulantia ludicra, & ludus improbior, ut in priore editione planum fecimus. *Lasciuia.*

IN tractatu De iniuriis, cap. Iniuriarum, Si quis me prohibeat in mari piscari, uel in diuerticulum, quod Græcè dicitur ducere: an iniuriarum iudicio possim eum conuenire?) Lego, uel euerriculum, quod Græcè σαγήνη dicitur. Verriculum & euerriculum rete est piscatorium, sagena à Græcis dictum: à uerrenda aqua sic appellatum. Cicero in quinta in Verrem act. de Verre ipso loquẽs, qui Centuripinos compulerat edicto omnia ad se argentea uasa comportare: è quibus emblemata abstulerat, redditis puris uasis: ge- *Euerriculum.* *Verr 6.*

E nere rapinæ improbissimo: Quod unquam (inquit) iudices huiuscemodi euerriculum ulla in prouincia fuit? alludens ad Verris nomen, & ad significationem uerbi. Idem in tertio de Natura Deorum, cum iudicia bonæ fidei recensuisset, addidit hæc uerba, Inde * uerriculum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit: quẽ dolũ idem Aquilius tum teneri putat, cum aliud sit simulatũ, aliud actum. Actionem de dolo uerriculum appellat, quo scilicet euerruntur fraudes hominũ è **euerriculum*

vita ciuili. est enim hæc actio prodita ad terrorem hominum subdolorum: qui ignominiam eius iudicij formidant. & qui alio iudicio conueniri non potest, hoc uelut subsidiario coercetur. Vlpianus, Verba autem edicti talia sunt, QVAE DOLO MALO FACTA ESSE DICENTVR: SI DE IIS REBVS ALIA ACTIO NON ERIT ET IVSTA CAVSA ESSE VIDEBITVR, IVDICIVM DABO. Idē in Verrem act. tertia, O Verrea præclara: quoquam si accessisti, quò non attuleris tecum istum diem. etenim quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non euersum atque extersum reliqueris? Euersum ab euerro dixit. σεσαρωμένον, κεκορημένον, quasi scopis expurgatum. Omnia (inquit) sacra iuxtà ac prophana corrasisti & compilasti. Euerriculare Laurentius Vallen. Latinè dixit, quod Herodotus σαγηνεύειν appellat in Thalia & in Erato. & Plato in tertio de Legibus, his verbis, καί τινα λόγον εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν ἀφῆκεν, ὡς οὐδεὶς ἐρετριέων αὐτοῦ ἀποπεφευγὼς εἴη. συνάψαντες γὰρ ἄρα τὰς χεῖρας, σαγηνεύσαιεν πᾶσαν τὴν ἐρετρικὴν οἱ στρατιῶται τοῦ δάτιδος. id est, Rumorem etiam quēdam horrendum in urbem nostram emisit: homini scilicet quòd nemini Eretiēsi eos effugere contigisset. siquidem ipsos Datidis milites per manus reste ducta omnem Eretricam regionem euerriculauisse. Quo modo autem euerriculentur homines, licet ex Herodoto iutelligere: Viro (inquit) uirum manu tenente perpetua serie à mari Aquilonari ad Australe peruadunt: tum deinde omnem per insulam hominibus indagandis captandísque transeunt. σαγηνεύουσι δὲ τοῦτον ἐν τρόπον. Lucæ xv. Nónne accēdit lucernā, & euertit totā domū. corruptè legitur pro euerrit. σαροῖ. Quod sequitur circa finem huius capitis, Vsurpatum tamen, ut quis prohiberi possit ante ædes meas uel prætorium meum piscari: de uilla elegantiore intelligendum, quæ uilla etiam urbana dicitur in tractatu Locati: ubi hoc uerbum exposuimus.

L. 1. ff. De dolo malo.

Euerriculare.

Prætorium.

IN cap. Item apud Labeonem. §. Quæstionem. Quæstionis uerbo etiam ea, quam malam mansionem Græci dicunt, continebitur. Vinculi genus uel tormenti significatur: ut apud eundem Vlpianum in lege, Si hominem (siue id caput magis appellari placet, ut diximus) sub titulo Deposi. Hominē uinctum, ut de eo quæstio habeatur, uel ad malam mansionem extensum. Quo in loco Accursius male interpretatus est carcerem: ut etiam hoc in loco. Ego his uerbis puto significari, quam Græci tum ποδοστράβην, tū ποδοκάκην appellāt, id est ἐν πόδα στρέφουσαν καὶ κακώσασαν. Demosthenes meminit ἐν ᾧ κατὰ τιμοκράτους.

Malamāsio.

IN cap. Quod reip. Quod reip. uenerandæ causa secundum bonos mores fit: & reliqua. lego uindicandæ, id est asserendæ ab improbis & facinorosis. Est etiam uindicare, animaduertere in malos. Cicero in Verrē. Si quid uindicatum seuerè est, nō ex eo crudelitatis inuidiā colligā. Et uindicatur ille cui ob iniuriam illatam mulcta aut supplicium penditur ab eo qui rei perperā factæ auctor est. Plinius in Panegy. Licet nobis & in pręteritū de malis imperatoribus uindicari: & futuros sub exēplo pręmonere. Et uindicatur maiestas publica, cum à sontibus supplicium sumitur. Et quod sequitur, Secundū bonos mores fit, intelligendum, rectè, atque ordine, & more maiorum.

Vindico. Verr. 7.

Secundū bonos mores.

IN

A IN cap. Veſtem, eodem ſub titulo De iniuriis. Veſtem ſordidam rei nomine in publico habere, capillúmue ſummittere nulli licet.) Pro clariori huius ſententiæ intellectu, ſciendum dictionem hãc ſordes, reorum ſtatum conditionemq́ue ſignificare interim dum inter reos relati ſunt, antequam abſoluantur aut damnentur: qui etiam ſtatus hominum, reatus appellabatur: ut infrà Ad legem Iuliam maieſtatis cap. ulti. Is qui in reatu decedit, integro ſtatu decedit. Tranquillus in Auguſt. Diuturnorum reorũ, & ex quorum ſordibus nihil aliud quàm uoluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit: conditione propoſita, ut ſi quem quis repetere uellet, par periculum B pœnæ ſubiret. Ex quibus uerbis intelligitur, olim neceſſariam non fuiſſe accuſatorum ſubſcriptionem, duntaxat ut talione ſe obſtringerent: id quod ſuperius diximus. Et eximere ſordes reorum, idem in Vitel. Caſtra uerò ingreſſus, nihil cuiquam poſcẽti negauit: atque ultro ignominioſis notas, reis ſordes, damnatis ſupplicia dempſit. Id hodie faciunt principes, quum diplomatibus obſignatis, ac ſerico lino traiectis, criminum ueniam indulgent. Inde ſordidati dicti ſunt, qui rei delati ſunt. Cicero in Piſonem, Nec minus lætabor cùm te ſemper ſordidum, quàm ſi pauliſper ſordidatum uiderem. Sor- C didum dixit uilem & abiectum, ac ſine ullo uitæ nitore ac lautitia uitam agẽtem: ſordidatum autem intellexit accuſatum & reum, ἐσθῆτα μεταλλάξαντα, καὶ κόμης ἀνάπλεω, καὶ ἱκετεύοντα τὸν δῆμον. Dicitur etiam ſquallor, idémque ſignificat: ut in oratione pro Cluentio, Aut ne fortè mater hoc ſibi optatiſſimum ſpectaculum huius ſordium atque luctus & tanti ſqualloris amitteret. de matre Cluentij loquens, quæ ſummopere gaudebat accuſatione filij ſui. Gellius libro tertio, Eúmque cum eſſet reus, neque barbam deſiſſe radere, neque cãdida ueſte uti, neque fuiſſe cultu ſolito reorum. Plutarchus in Anto. de Philoſtrato reo, ὁ δὲ τὸν πώγωνα καθεὶς, καὶ φαιὸν ἱμάτιον περιβαλλόμενος. Solebãt autem olim amici & neceſſarii, ſordes cum reo delato accipere ad miſericor- D diã captandam, plebemq́ue deprecabundi prehenſare aut circumire, ut cum dies iudicii aduenisſet, facilius abſoluerentur. neque, ut nunc, rei poſtulati ciues Romani in carcerem coniiciebantur, ſed ſuo arbitrio permittebantur, ut ſi pœnã legum uitare uellent, in exilium abirẽt, nec iudicij euentũ experirentur. Itaq; Cicero in oratione de reditu ſuo ita inquit, Noſtra memoria Senatores ne in ſuis quidem periculis mutare ueſtem ſolebant: in meo periculo Senatus ueſte mutata fuit. Periculum enim appellat more Græcorum reatum: ut in oratione pro Plancio, Quid de me dicam? qui in huius periculo reus eſſe uideor. quid de his tot uiris, quos uidetis ueſte mutata? à Græ- E cis ἀγὼν καὶ κίνδυνος pro apologia & cauſæ dictione in re capitali dicitur. Plutarchus omnem propè equeſtrem ordinem, & iuuenes ad uiginti millia ſordidatos cum Cicerone fuiſſe ait, cum eoq́; ſupplices populo paſſim per urbem Romam fuiſſe, ἀλλὰ ᾧ κικέρωνι πρῶτον μὲν, ὀλίγου δεῖν, σύμπαν τὸ τῶν ἱππικῶν πλῆθος συμμετέβαλε τὴν ἐσθῆτα, καὶ δισμυρίων οὐκ ἐλάττους νέων παρηκολούθουν, κομῶντες καὶ συνικετεύοντες. Hoc idem Cicero ipſe de ſe teſtatur in oratione de reditu ſuo. Id quo-

Sordes. *Reatus.* *Cap. 32.* *Cap. 8.* *In fine.* *Sordidus.* *Sordidatus.* *Squallor.* *Cap. 4.* *Poſt reditum ĩ Senatu.* *Periculum.*

niã immodicè fieri cœptũ erat, ideo uetitũ fuit iis quidẽ qui propinquitate F
aut affinitate cũ reo cõiuncti nõ erãt: ut Venuleius hic docuit. Fabius libro,
Cap. 2. ĩ ipso statim initio. sexto, de ciendis affectibus loquens, Non solum autẽ dicendo, sed etiã faciẽdo quædam, lachrymas mouemus. unde & producere ipsos qui periclitentur, squallidos atque deformes, & liberos eorum ac parẽtes, institutum. Hoc
Ibidem paulo pòst. Demosthenes παραστήσασθαι τοὺς παῖδας καὶ γονέας τοῦ κινδυνεύοντος appellat. Idẽ Quintilianus, At sordes & squallores, & propinquorum quoq; similem habitum,
Cap. 4. scio profuisse. Valerius de Rutilio libro sexto, Ordinum dissensione magis quàm culpa sua reus factus, nec obsoletam uestem induit, nec insignia senatoria deposuit, nec supplices ad genua iudicum manus tetendit. Huiusmo- G
di erant sordes Hebræorum sub sacco & cineribus misericordiam diuinam exorantium, Danielis nono, & Ionæ tertio. Verùm quoniam hæc lex sub titulo De iniuriis posita est: sciendum est huiuscemodi sordes non à reis tantùm assumi solitas esse, sed etiam ab iis quorum nomine rei postulabantur: quíque iniurias rapinásque perpessi, ad Senatum supplices ueniebant, Prætorum Proconsulumque prouincias Romanas regentium expilationes expostulaturi, & interdum crudelitatem. Cuius instituti exemplum est apud
Verr. 4. Ciceronem acti. tertia in Verrem, his uerbis, Nunc de miseria Siculorum Iudices audite. & Heraclius ille Syracusanus & hic Bidinus Epicrates expulsi H
bonis omnibus Romam uenerunt: sordidati maxima barba & capillo, Romæ biennium propè fuerunt. Et rursus acti. ulti. Aspicite, aspicite Iudices, squallorem sordésque sociorum. est hic Sthenius Thermitanus cum hoc capillo atque ueste. domo sua tota expilata, furtorum tuorum mentionẽ non facit, sese ipsum abs te repetit. Et rursus, Si uos (inquit) Iudices eos deseritis, ad Senatum deuenient, qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum, non senatorium. Huc pertinet quod de Senatu dictum est, qui uestem in exilio Ciceronis mutauit: ut ipse in oratione pro Plancio, & pro P. Sestio memoriæ prodidit. Non enim deprecandi rei causa hoc factum est: sed I
insigne fuit luctus publici ob singularem Consulum improbitatem, qui
Pro Sestio. Ciceronem euersum capite & fortunis cupiebant. Quid enim (inquit ipse) quisquam potest ex omni memoria sumere illustrius, quàm pro me uno ciue & bonos omnes priuato consensu, & uniuersum senatum publico consilio mutasse uestem? Quæ quidẽ tum mutatio non deprecationis causa est facta, sed luctus. Quem enim deprecarentur, cum omnes essent sordidati? cúmque hoc satis esset signi, esse improbum, qui mutata ueste non esset? Ex his Ciceronis uerbis planum fit, illas sordes susceptas à Senatu fuisse ad concitandam inuidiam in Consules & Tribunum ple. P. Clodium, qui K
Ciceronem insontem, & de republica egregiè meritum, præcipitem egerunt in exilium. Propter quod luctum illum Consules postea inhibuerunt edicto, ut ipse Cicero conqueritur in oratione, quam de reditu suo habuit:
Post reditum ad Quirites Cum Senatus (inquit) equitésque Romani flere pro me, ac mutata ueste uobis supplicare edictis atque imperiis uetarentur. ad populum ipse uerba faciens. Plutarchus in Camillo, Sed cum populus (inquit) in signum mœ-

Source : BIU Cujas

A roris ueſtem mutaret (quod uſitatum erat in magnis publicíſque calamitatibus) Senatus pertimeſcēs ne tumultus in ciuitate oriretur, iuſſit Manlium dimitti. Eodem etiam pertinet id quod Liuius libro nono ab Vrbe condi. refert de Flauio Scriba loquens, qui ob Faſtos publicatos honoribus à populo ornatus eſt, & nobilibus in comitiis prælatus. Tantúmque, inquit ille, Flauij comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Meminit eius hiſtoriæ Plinius lib. xxxiij. Ex his planior fit huius legis ſenſus: &. l. Item apud Labeonem. §. Hæc autem ferè ſunt, ſuprà hoc eodem ſub titulo, quod Accurſius perperā intellexiſſe mihi

B uiſus eſt. Loquitur enim Venuleius περὶ τῆν ὠδὶ φθορᾶ ἔθους ποιόντων. Interdum ſordidatus dicitur qui ob inopiam aut auaritiam obſoleta ueſte detritaque utitur: ut idē Cicero in Antoniana ſecunda: Sordidata mancipia: argētea uaſa colliſa. Sordes autem Iudicum, & ſordidi Iudices, non harum ſunt ſordiū affines, ſed earum quarum fit mentio tractatu legis Iulię repetundarum. Addemus & illud, quod ad iniuriarū actionē pertinere potuit, à Plinio in xxviij. commemoratum. Druſus (inquit) Tribunus plebis traditur caprinum ſanguinem bibiſſe, quum pallore & inuidia ueneni ſibi dati inſimulari Q. Scipionem inimicum uellet.

Ad finem. *Cap. 1.* *Sordidatus.* *Cap. 9.* *Druſus Tribunus plebis.*

C DE extraordinariis criminibus, cap. Saccularij, In Aegypto qui commata rumpit.) Legendum chomata, id eſt aggeres qui terra aggeſta facti ſunt, quibúſque Nili aqua coercetur. Plinius libro quinto, Nilus (inquit) certis diebus auctu magno per totam ſpatiatus Aegyptum, fœcundus innatat terræ. Iuſtum incrementum eſt cubitorum ſedecim: minores aquæ non omnia rigant: ampliores detinent tardius recedendo. Quod autem ſequitur apud Vlpianum, Commata etiam & diacopi qui in aggeribus fiunt, & reliqua: rectè legitur. Comma autem eſt inciſum: quæ pars eſt periodi, ut Cicero appellat in oratore perfecto. Hic commata ſunt aquarum emiſſaria & incilia,

Chomata. *Cap 9.* *Commata. Halo. legit Chomata etiam & diacopi. &c.*

D ad hoc inuenta ſtructaque, ut pro arbitratu Aegyptiorum Nilus uiciſſim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur. Plinius, Cum ſtetere (inquit) aquæ, apertis molibus admittuntur. ut quæque liberata eſt terra, ſeritur. Chomata Plinius moles appellat: id eſt aggeres qui per cōmata & diacopos, id eſt per meatus quoſdam interciſos, ſiue per incilia hiātia Nilum tranſmittunt in arua remotiora ſegetibus deſtinata. Tranquillus in Auguſto, Aegyptum in prouinciæ formam redactam, ut feraciorem habiliorem quæ annonæ urbicæ redderet, foſſas omnes, in quas Nilus * æſtuat, oblimatas longa uetuſtate, militari opere deterſit. Herodotus διώρυχας appellat,

Ibidem. *Cap. 18.* * *exæſtuat*

E quaſi effoſſa aquarum emiſſaria. Idem de Aethiopis regis tempore loquens, Vt enim quiſque (inquit) facinus quoddam admiſerat dignum animaduerſione, morte quidem afficere nullum ſibi perſuaſit: ſed eorum unumquenque pro modo admiſſi mulctare inſtituit: præfinito chomatum modo quem aggerarent iuxta ſuam quiſque ciuitatem. Hæc autem chomata duorum generum fuiſſe dicit. Altera enim erant circa amnem, & altera circa urbes, ne fluminis inundatione obruerentur. Sycomorus ficus eſt Aegyptia

Sycomorus.

Source : BIU Cujas

prædulcis,ſine granis. nomẽ eſt compoſitum è ficu & moro. Auctor Plinius F
Saccularij. & Dioſcorides. Verùm in principio huius capitis Saccularij qui ſint, nunquam legi. Calcularios impoſtores fuiſſe coniicio, eiuſcemodi fortaſſe quos Græci ψηφολόγους appellant & ψηφοπαίκτας. quibus ſimiles eſſe Dialecticos Ariſtoteles ideo dictitabat, quòd ut illi fallaci ratiocinatione ſcitè atque lepidè
Directarij. hominibus imponũt: ita Dialectici quoque falſa colligẽdo, cauillabundè in
De honeſta diſciplina lib. 17. cap. 8. errorem ſecum diſſerentes adducant. Directarij autem hic Petrus Crinitus non diætarij legendum eſſe cenſebat ex antiquo exemplari. ad quod id uerbum quod ſequitur, alludere uidetur, Qui in aliena cœnacula ſe dirigũt.
De hon. diſc. lib. 8 cap. 10. Dicebat etiam areolas illas quæ ſubditæ ſunt, duobus uerbis replendas, σκοπελισμὸν, & σκοπελίζειν hoc modo, Sunt quædam quę more prouinciarum coërcitionem ſolent admittere: ut in prouincia Arabia σκοπελισμὸν crimen appellãt. G

IN cap. Sepulchri, De ſepulchro uiolato, melius corporibus non contrectatis uel contactis legitur, quàm contractis: id eſt, ita ut corpora non attingantur.

SVB titulo De concuſſionibus: Pœna legis Corneliæ teneri iubẽtur, qui
Coire. in accuſationem innocentium coierint.) Coire apud priſcos uerbum criminoſum erat: lege enim Cornelia cõſtituta erat accuſatio aduerſus eos qui in accuſationes condemnationéſq; coierant. quo capite legis Corneliæ à Cor- H
nelio Sylla ſic appellatæ, nec plebs nec equeſter ordo tenebatur: ſed Senatores tantùm, & qui magiſtratus geſſerant. Verba legis in oratione Ciceronis pro Cluentio hæc extant, QVI TRIBVNVS MILITVM LEGIONIBVS QVATVOR PRIMIS, QVI'VE QVAESTOR, TRIBV. PLEBIS (& deinceps magiſtratus omnes enumerantur) QVI'VE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT: QVI EORVM COIIT, COIERIT: CONVENIT, CONVENERIT: QVO QVIS IVDICIO PVBL. CONDEMNARETVR, & cætera. Idẽ ad Pontifices, Collegia mediuſfidius Tribunorum pleb. tota reperientur hoc iure firmato, quæ coëant de I
hominum locupletiſſimorum bonis: præda præſertim populari & ſpe largitionis oblata. id eſt qui in abdito conſilia agitent de euertendis locupletũ
Coire ſocietatem. fortunis. Interdum addito ſocietatem accuſatiuo utitur eodem uerbo, ut pro Roſcio Amerino, Auaritiam præfers, qui ſocietatem coieris de municipis cognatíque fortunis cum alieniſſimo. Sic Martianus in princip. tracta. legis Corneliæ de falſ. Qui ſocietatem coierit ad obligationem innocentiũ.
Epiſtola 14. ad Valerianũ Inde eſt illud Plinianum in epiſtolis libro quinto, Nigrinus in Senatu queſtus eſt uænire aduocationes, uænire & præuaricationes: in lites coiri: & gloriæ loco poni ex ſpoliis ciuium magnos & ſtatos reditus. Et coitio etiã uer- K
bum eſt eiuſdem cognationis: ut Cicero pro Plancio, Dubitatis (inquit) quin
Coitio. coitio facta ſit, cum tribus pleraſque cum Plotio tulerit Plancius? συγκροτεῖν Græci dicunt, & ὠθισυνίστασθαι. licet in Pandectis συνιέναι εἰς κατηγορίαν τινὸς ἀναιτίου dicatur. Quæ locutio non eſt ex more loquẽdi antiquorum, ſed ad uerbum conuerſa. Sequitur eodem in loco, Quíue ob denunciandum uel non denunciandum teſtimonium pecuniam acceperint. quæ uerba ab Accurſio

Ex titulo, De concuſſionibus. intellecta

A intellecta non eſſe,minus mirum eſt,cum etiam à paucis percipiantur.Cicero in Prætura urbana, Non putaſti me tuis familiariſſimis teſtimonia denũciaturum, qui tuæ domi ſæpe fuiſſent: ex quibus quærerem, ſignáne ſcirent fuiſſe quæ non eſſent? Teſtimonium denunciare Ciceroni non eſt teſtificari,ut uulgo exiſtimatur:ſed eſt homini diem dicere ferẽdo teſtimonio,hoc eſt,ad iudiciũ euocare ferendi gratia teſtimonij.Fab.lib.5. Duo ſunt (inquit) genera teſtium,aut uolũtariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudiciis lege denunciare ſolet. quorum altero utraque pars utitur:alterum accuſatoribus tantum conceſſum eſt. Ex hoc intelligo in publicis tantummo-

B do iudiciis licuiſſe denunciari teſtimonium,hoc eſt inuitum euocari ad remotum longinquúmque tribunal.Quod quoniam concuſſionum materiã præbebat, negociúmque faciendi quietis hominibus, domíque occupatis, ideo ad capita legum de publicis iudiciis rogatarũ hoc additum eſt: ut hic, & inferius Ad legem Corneliã de falſis,in princip.ubi Accurſius renunciandum legit pro denunciandũ, errorem librariorum ſecutus, aut eorum fortaſſe emendatorum qui uim uocis ignorabant. Ab eodem errore eſt,quod denunciationes malè interpretatus eſt in cap.Abſentem,in tractatu De pœ-

C nis.quo in loco Vlpianus,Aduerſus contumaces uerò(inquit)qui neque denunciationibus, neque edictis præſidum obtemperaſſent , ſententiam in abſentes pronunciari oportet, ſed ſecundum morem priuatorum iudiciorum.non enim denunciationes præconia Vlpianus appellat, ut Accurſius cenſuit:ſed præſidum uadimonia. id quod ſi non aliunde, at ex Venuleio ſatis planum fit in cap. Eadem lege, Ad legem Iuliam repetund.& ex Ciceronе pro Flacco, his uerbis,Adiunxit illa, ut eos qui domo exire nolebant, teſtimonij denunciatione terreret:qui domi ſtare non poterant, largo & liberali uiatico cõmoueret.Idem,Locupletes & graues homines teſtimonij denunciatione deterret ne ſibi aduerſentur:egentes & leues ſpe * largitionis &

D uiatico publico,priuata etiam benignitate * perlectat.Huiuſmodi autem teſtimonij denunciatio,uel à iudicibus uel ab accuſatore fiebat, ut ex ſupradictis planum fit,& ex Plinio libro ſexto epiſtolarum, Licinius (inquit)petendum cenſuit à conſulibus,ut referrẽt ſub exemplo legis ambitus, de lege repetundarum,an placeret in futurum ad eam legem adiici,ut ſicut accuſatoribus inquirendi teſtibúſque denunciandi poteſtas ex ea lege eſſet, ita reis quoque fieret.Ex iis quæ diximus,melius intelligi poteſt Pauli dictum in tractatu De teſtibus, cap.Lege Iulia.Lege Iulia & Papia publicorum iudiciorum cauetur,ne alicui inuito teſtimonium denuncietur,ut teſtimonium li-

E tis dicat aduerſus ſocerum.& reliqua.Quo in loco nonnunquam coniectura adducor,ut ſpuria illic uerba quædam eſſe cenſeam.Satis enim erat dicere ſecundum morem antiquum, ne cui inuito teſtimonium denuncietur aduerſus ſocerum,ſi de criminali tantum controuerſia intelligamus:aut etiam ſi de ciuili,ne cui teſtimonium litis denuncietur. Hoc uerbum à Græcis nõ eſt intellectum,qui Pandectas Græcè ſcripſerunt. ſic enim ſcriptum eſt, τοῦ λαβόντων χρήματα ὥστε κατηγορῆσαι ἢ μὴ κατηγορῆσαι, ἢ ἀφ' ὧν καταμαρτυρῆσαι, ἢ μὴ

Verr.3.

Denunciare teſtimonium.

cap.7.

Denunciatio.

** legationis*

** prolectat*

Epiſtola 5. ad Vrſum.

Source : BIU Cujas

καταμαρτυρῆσαι. Denunciare testimonium Græcè κλητεύειν dicitur. Pollux libro F
octauo, τὸν δὲ οὐ βουλόμενον μαρτυρεῖν ἐκλήτευον, ἀνάγκην τοῦ μαρτυρῆσαι προστιθέντες. Cui
Antestari. Satyr 9. uerbo antestari respondet, quo Horatius in primo Sermonũ usus est. quod
uerbum Acron uariè interpretatur. sed Porphyrio uerbũ id xij tab. esse scri-
bit. Demosth. τίς οὖν ἐκλήτευσεν ἡμᾶς;

Haloan. Procõsuli Beticæ. IN tractatu De abigeis, in principio, Consuli Veticæ pro Betycæ legitur:
pars est Hispaniæ. Legitur & berbicem pro ueruecem.

Expilator. SVB titulo De effractoribus, lego, Expilatores, qui sunt atrociores fures.
hoc est enim συλαγωγοὶ uel συληταὶ. Expilatores & compilatores huiuscemodi
sunt fures, qui ne pilum quidẽ relinquunt in corpore spoliatorum, ut inquit G
Verr 5. Asconius in secundam Verrinam Ciceronis: Quis est enim, qui in te non ex-
pilatione Asiæ, uexatione Pamphyliæ, squallore & lachrymis Siciliæ conci-
tetur? Hoc furtum uocatur improbius, in. l. Si te expilasse, Codice Ex quibus
causis inf. irrog. Cicero in Prætura urbana improbissimũ appellauit. Com-
Lib. 1. Serm. Saty. 1. pilare (inquit Festus) est cogere furta, & in unum condere. Horatius,
Act. 1. Sce. 4. - ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes.
Conuasare. Hoc Terentius conuasare uocauit in Phormione. ad uerbum tamen συσκευά-
ζεσθαι dictum esse ab eo mihi uidetur: quo Lucianus usus est in dialogo, qui
Toxaris inscriptus est, οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι, ᾤχον- H
το φεύγοντες. Expilare συλᾶν dicitur, & περισυλᾶν. Demosthenes in oratione pro
Ctesiphonte non semel propria eius uerbi significatione usus est. Inde Sup-
pilare uerbum Plauto in Asinaria,

Suppilare. Act. 5. Sce. 2. Ille ecastor suppilabat me, quod ancillas meas
Suspicabar. Demosthenes etiam id genus fures λωποδύτας appellat.
unde uerbum λωποδυτῶ in tertio κατὰ φιλίππου, pro compilo & expilo, τί οὖν ἐστι τοῦτο
ποιεῖν ὅτι βούλεται, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ὑπωσὶ περικόπτειν καὶ λωποδυτεῖν τῶν ἑλλήνων, καὶ κατα-
δουλοῦσθαι τὰς πόλεις. Effractores autem τοιχωρύχοι dicuntur, & διορύκται.

SVB titulo De crimine stellionatus. Item si quis imposturam fecerit, uel I
collusionem in necem alterius.) Imposturam malè ab Accursio intellectam,
ex iis quæ de eius uocabuli significatione diximus in priore editione, iis li-
quebit, quos adire eas annotationes non pigebit. In cuius dictionis exposi-
tione Accursius imposturam posteritati fecit: nullúmque est crimẽ omniũ
quæ certo nomine nuncupata sunt, cuius sæpius ipse reus sit Accursius, uenia
tamen dignus homo minimè malus, ob temporis eius literarum obscuri-
Impostura. tatem. Imposturæ nomen φενακισμὸν, τέχνασμα, μαγγάνευμα, σόφισμα complecti-
tur, & παραλογισμὸν. Collusio est συγκακούργημα.

IN tractatu De collegiis illicitis, Sodales sunt qui eiusdem collegij sunt: K
Anton. August. ἑταιρείαν legit. Catellianus συσσίτους. Haloan. ut August. legit. quos Græci carpiam uocant) lego, ἑταιρείαν uocãt. Hetærea à Græcis sodalitiũ
dicitur: quam sodalitatẽ Cicero uocare solet. Sed sodalitiũ multitudinem so-
daliũ significare potest, ut ἑταιρεία Græcè, & θεραπεία, ἰατρεία, πενεστεία, εἰλωτεία, δου-
λεία, & alia nonnulla. Quæ tam multitudinẽ significãt hominũ, quàm actio-
nem aut rem. quanquam ἑταιρεία sit amicitia sodalitia: ἑταιρεία cum diphthõ-
go sint sodales, ut hoc in loco: quo modo loquendi apud nos famulitiũ, aui-
tium,

Source : BIU Cujas

A tium, equitium dicuntur, & seruitium, quo Cicero in Verrem act. ulti. usus est, Et tamen cœptum esse moueri aliquot locis seruitium suspicor. Idem, Propterea quòd tum familiæ congregantur, & magnitudo seruitij perspicitur, & labor operis maximè * ostenditur. Sodales eadem mensa utuntur: qua ratione à Græcis sodalitates συσσίτια etiã dicta sunt. Herodotus libro primo, μετὰ δὲ τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα ἐνωμοτίας καὶ συσσίτια ἔστησε Λυκοῦργος. Hæc etiã Phiditia Lacedæmone dicebantur à conuiuiorum frugalitate, quorum meminit Plutarchus in Lycurgo. Cicero in quinto Tusculanarum, Quid? uictum Lacedæmoniorum in Phiditiis nónne uidemus? ubi cum tyrannus cœnauisset

Seruitium & sodalitiũ, & similia.

** offenditur*

Sodalitates.

Phiditia.

B Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatũ. Andria apud Cretenses dicebantur auctore eodem Plutarcho. nam syssitia propriè Atheniensium erãt. Plato lib. pri. de Legibus, καί μοι λέγε κατὰ τὶ τὰ συσσίτιά τε συντέταχων ὁ νόμος καὶ τὰ γυμνάσια. Aristoteles in secundo Politicôn, καὶ τό γε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες οὐ φιδίτια, ἀλλ' ἄνδρια καθάπερ οἱ Κρῆτες. alibi συσσίτια eadẽ ipsa uocat. Cicero in libro de Senect. ita inducit Catonem disserentem: Sodalitates autem me Quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis magnę matris acceptis. epulabar igitur cum sodalibus. & reliqua. Sodales etiam sacerdotes Imperatoribus Romanis inter diuos relatis institui solebant, ut sodales Augustales

Andria.

Sodales sacerdotes.

C apud Tranquillum in Claudio, quales institutos fuisse Adriano auctor est Spartianus. Quorum similitudine hodie sodales appellari debent, quos uulgò fratres uocant: ut sodales Dominicales, sodales Franciscani. & qui eorum sodalitatis præcipuam curam habent, Hetæriarchæ dici possunt. Sodales olim Hetæreium Iouem, id est sodalitium colebant, ut sodalitij iuris disceptatorem: ut apud Herodotum in pri. ἐκάλει δὲ τὸν ἐφέστιόν τε καὶ ἑταιρήιον, τὸν αὐτὸν ὀνομάζων θεόν. Similiter & Philius Iupiter amicorũ necessitudinis præses erat. Homognius, id est gentilitius, gentilitatis custos & arbiter: quem gẽtiles inuocabant. à quo nõ absimilis erat Patrous, id est auitus. His nominibus aliísque olim Iupiter inuocabatur, si quid perperam atque iniuria factũ erat inter eos quibus uariæ necessitudines intercedebant. Hetæreia uerbum corruptè in epistola Plinij ad Traianum legitur, in qua de religione Christianorũ ad principem retulit, déque eorum animaduersione consuluit. Quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse, rursúsque coëundi ad capiendum cibũ, promiscuum tamen, & innoxium. quod ipsum facere desiisse post edictum meum, quo secundum mandata tua hetæreias esse uetueram. sic enim legendum est & emendandum. Sodalitates enim edicto à se dissolutas esse significat: quæ coniurationum metu à principibus Romanis uetabantur. nec im-

Cap. 6.

Hetæriarcha.

Iupiter sodalitius & Philius, & aliis nominibus appellatus,

D

Epistola 101.

E meritò. nam Plato de iis loquens ita inquit, Nam & hæc gymnasia & hæ sodalitates cum alioquin multis in rebus conducibiles sint ciuitatibus: ad seditiones tamen concitandas immodicè sunt opportunæ. Apud Isocratem etiam Nicocles ad populares ita inquit, Videte ne sodalitates aut coitiones nisi auctore me faciatis. siquidem huiuscemodi cõsociationes, ut in aliis rerumpub. statibus præcipuas partes ferunt, ita in singulari principatu periclitantur. ἑταιρείας μὴ ποιεῖτε, μήτε συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. Quod Plato syssitium, hic

Source : BIU Cujas

hetæraam dixit. Fuit & olim Romæ alioquin hoc nomen criminoſum. nam F

Lex de ſodalitiis. & lex Licinia lata eſt contra ſodalitia, id eſt coitiones quæ fiebant ad corrũpenda ſuffragia popularia. Cicero pro Plancio, Sed aliquando ueniamus ad cauſam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitiis, omnes ambi-

** legis* tus * leges complexus es. Idem, Ego Plancium & ipſum gratioſum eſſe dico: & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui gratioſos: quos tu ſi ſodales uocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Et pro Cælio, Haud ſcio an de ambitu & de criminibus ſodalium ac ſequeſtriũ ſimiliter reſpondendum putem. Et in Salluſtium, Abiit in ſodalitium ſacrilegij Nigidiani. Huiuſcemodi coitiones in perniciem legum, συσσ'οεις dicuntur à Græcis: & G quos ſodales lex Licinia uocabat, ſunt συσσ'ται uel συσσίτιοι ἢ συγγεροπ ϑιοι. uulgò complices appellant. In Iuſtiniani Codice, ſub titulo De epiſcopis & cle-

Cõuenticula. ricis, conuenticula genere neutro appellãtur: & in cap. Cum ex iniuncto, ſub titulo De hæreticis, in libro Decretalium. Nec genere fœminino enunciandum eſt, ut plerunque fit. Tacitus lib. 14. Extructáque apud nemus quod naual ſtagno circumpoſuit Auguſtus, conuenticula & cauponæ. pro loco poſuit. Tertullianus in Apolog. Philoſophi (inquit) à locis conuẽticulorum & ſtationum ſuarum Stoici & Academici nuncupantur. Matthæi xxvj. Dominus noſter ad Iudam loquens dixit, ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; Sodalis, qua de cauſa ue- H niſti? non tam amicum quàm ſodalem appellans, quem ſacroſancta menſa & myſtica cœna dignatus erat, ut quidam opinati ſunt: uidelicet perfidiam eius ſceleſtiſſimam taxans clementiſſimè.

IN tractatu De publicis iudiciis, cap. penulti. Accuſatore defuncto res ab alio iudicãte præſide prouinciæ peragi poteſt.) Accuſus hinc explicare pedem non potuit. ut autem apertiſſimus ſenſus ſit, ita omnino legendum eſſe cenſeo, Accuſatore defuncto, reus ab alio, iudicante præſide. hoc ſenſu, ut in rei accuſationem intelligamus ſuccedere poſſe alium accuſatorem, priore de medio ſublato, ídque fieri iudice præſide prouinciæ, & de hoc diſceptan- I te, quis in locum defuncti ſubſtituendus ſit. id quod eò pertinet, quod dicitur in cap. Aut priuatim, infrà ad Senatuſcõs. Turpil. Vel de crimine cognoſcente in prouincia: quoniã Romæ Decuriæ cum Prętore iudicabant. Peragi

Reum perage re. autem reus in criminibus, non res peragi dicitur. Eſt autem reum peragere, ita rei accuſationem perſequi, ut reus tandem damnetur. Vlpianus, Ad legẽ Iuliam de Adulter. l. 2. Peregiſſe autem reum non aliâs quis uidetur, niſi & condemnauerit. Paulus, Ad Senatuſcõſul. Turpilian. l. Ab accuſatione. Deſtitiſſe autem is uidetur, qui intra præfinitũ accuſationis à præſide tempus reũ ſuum non peregerit. Plinius in epiſtolis, lib. 3. epiſtola 9. ad Cornel. Minutia- K num: Eſt lege cautum, ut reus antè peragatur: tunc de præuaricatione quæratur. ἐπεξίναι id Græcè dicitur. Demoſthenes in oratione, quæ ad Leptinen inſcripta eſt, καίτοι καὶ ταῦτα ἀκέω σε λέγειν, ὡς ἄρα τρεῖς σέ τινες γραφάμενοι πέντορον οὐκ ἐπεξῆλθον.

IN tractatu De accuſationibus, cap. penul. Capitis reus ſuſpenſo crimine cauſam fiſco deferre non prohibetur.) Hic ſuſpenſum crimen ſic dicitur, ut

pendentes

Source : BIU Cujas

A pendentes rei dicuntur. Tranquillus in Domiti. Reos qui ante quinquenniũ proximum apud ærarium pependissent, uniuersos discrimine liberauit: nec repeti, nisi intra annum, eáque cõditione permisit, ut accusatori qui causam non teneret, exilium pœna esset. Aliqui pendêre reos existimãt, quãdiu ambiguo causæ euentu in reatu sunt. Ego pẽdere reos inde dictum esse censeo, quòd eorum nomina in programmate, id est tabella pendula, publicè proposita atque suspensa erant. Idem de Claudio Cæsare ante imperium loquens, Postremo etiã sestertiûm octogies pro introitu noui sacerdotij coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam ærario fi-

Pendẽtes rei. Cap. 9.

Cap. 9.

B dem liberare non posset, in uacuum lege prædiatoria uenalis pepẽderit sub edicto præfectorum. quibus uerbis Trãquillus significat Claudij bona prædia, id est publicè obnoxia edicto præfectorum ærarij, diu uenalia pepẽdisse, cum emptorem non inuenirent. Lampridius in Alexandro, Itinerum autem dies publicè proponebantur, ita ut edictum penderet ante mẽses duos, in quo scriptum esset, illo die, illa hora ab urbe sum exiturus. Plinius in epistolis, de Iunio Basso loquens, Accusatus est sub Vespasiano à priuatis duobus: ad Senatum remissus diu pepẽdit. tandem absolutus uindicatúsque est. Inde illud Ciceronis pro Cluentio, Hærebant in tabulis publicis reus & ac-

Lib. 4. epistola 9. ad Vrsum.

C cusator: nec sine ignominia calumniæ relinquere poterat accusationẽ Cluẽtius. Cæterum morem illum proponẽdi programmatis Athenis etiam fuisse, his uerbis Demosthenis satis clarum est in oratione κατὰ Μειδίου, ὅτι μὴ δὴ λειποταξίου δίκην κατεσκεύασε κατ' ἐμοῦ, καὶ τὸν τοῦτο ποιήσοντα ἐμισθώσατο τὸν μιαρὸν τοῦτον, ἐάσω. Et paulò pòst, οὔθ' οὗτος οὐδενὸς ἕνεκα αὐτὸν ἐμισθώσατο, πλὴν ἵνα ἐκκέοιτο πρὸ τῶν ἐπωνύμων, καὶ πάντες ὁρῶεν, εὐκτήμων λουσιεὺς ἐγράψατο δημοσθένην πυανέα λειποταξίου. ἐκκέοιτο enim significat expositum esset & proscriptum.

IN capite secundo, De custodia & exhibitione reorum, Quòd si non defendatur, in uincula publica coniici iubetur, ut ex uinculis causam dicat.)

Causam dicere.

D Causam dicere interdum est reum esse, & criminis alicuius publici postulatum: quod Græci tum κρίνεσθαι dicũt, tum φεύγειν, id est fugere: ut φεύγων φόνου. ex quo more Græcorum inualuit mos loquendi apud imperitos, ut fugientem pro reo dicant, id est pro eo unde aliquid petitur: ignorantia utique eorum qui sanctiones Iustiniani in Latinum sermonem uertere conati sunt. sic φεύγων δουλείας, qui status controuersiam patitur. Liuius lib. 9. secundi belli Punici, Sententiam denique æquè trucem orationi adiecit: Pleminium legatum uinctum Romam deportari placere, & ex uinculis causam dicere: ac si uera forent quæ Locrenses quererẽtur, in carcere necari. id est, interim dum quæ-

Ex uinculis causam dicere.

E stio criminis peragitur, in carcere uinctum esse. Plinius lib. 7. Itaque sit proprium Catonis, quater & quadragies causam dixisse, nec quenquam sæpius postulatum, & semper absolutum. Causam dixisse uocauit inter reos receptũ esse, id quod ad uerbum Græci dicunt ἀπολελογῆσθαι. Quare Lucæ xxj. clarius uerti sic potuisset, Statuite igitur in cordibus uestris non præmeditari causam uobis dicendã. μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι. interpres respondere dixit, quod defendere significat, hoc est iudicio adesse. Cicero in Verrem act. iij. Citatus

Cap. 27.

Respondere.

Source : BIU Cujas

accuſator Marcus Pacilius neſcio quo caſu non reſpondit: non affuit. id eſt F
οὐκ ἀπήντηκεν εἰς τὴν κυρίαν. hoc eſt, defeciſſe eum pronunciatum eſt, ut nunc loquimur. Reſpondere etiam accuſationi dicuntur patroni cauſæ defenſores. Apud Thucydidem ἀπολογήσασθαι θανάτου δίκην, eſt capitis cauſam dicere. Cicero in Verrem actione ulti. Quod poſteaquam iſte cognouit, rationē hanc cœpit habere: cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat. id eſt poſtquam teſtes in ſe paratos eſſe cognouit, cogitare cœpit ſe poſtulatum iri repetundarum, & ſe ad id comparare. Et in Vatinium, Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt Vrbem conditam Tribunoſpl. appellauit ne cauſam diceret? Aliquando cauſam dicere, eſt defendi uel per ſe, uel per patronum, ut in Actis G
apoſto. cap. 26. τότε ὁ Παῦλος ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἀπελογεῖτο. tum Paulus porrecta manu defenſionem exorſus eſt, uel cauſam dicere cœpit. & cap. 24. εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι: alacrius pro me ipſo cauſam dico. Curtius libro ſeptimo, Amyntas uinculis exemptus ut defenſionem ordiretur, ita inquit, Sine præiudicio cauſam dicimus. id eſt, liberati tantiſper uinculis, reſpondemus criminibus obiectis. Vnde cauſæ dictio Latinè, eſt apologia Græcè. Cæſar lib. pri. de bello Gallico, Moribus ſuis Orgetorigem ex uinculis cauſam dicere coegerūt. damnatū pœnā ſequi oportebat, ut igni cremaretur. Die cōſtituta cauſæ dictionis, Orgetorix ad iudiciū omnē ſuam familiā ad hominū H
millia decem undique coegit: per eos, ne cauſam diceret, ſe eripuit. τοῦ μὴ δίκην ὑποσχεῖν ἑαυτὸν ἐξείλετο. Vtraque ſignificatione Cæſar uſus eſt eodem in loco: altera enim alteri propinqua eſt. Apud Valerium lib. 4. ad cauſam dicendam occurrere, eſt πρὸς τὸ ἀπολογεῖσθαι ἀπαντᾶν. Inde factum, ut indicta cauſa damnari dicantur, qui ad iudicium uocati non affuerunt, abſentéſq; ſententiam paſſi ſunt: ut apud Curtium lib. 8. Itaque nullius cædes maiorem Alexandro excitauit inuidiam, quàm quòd uirum optimis moribus artibúſque præditum non tantum occiderit, ſed etiam torſerit, indicta quidem cauſa. de Calliſthene loquens. Cicero primo de Leg. Vt Dictator qui eſſet, quem uellet ciuium I
indicta cauſa impune poſſet occidere. id eſt inauditum, ut loquimur nunc, ἀκρίτως & ἄκριτον ἀποκτείνειν. cum alioquin indicta cauſa damnari, ſit ἐρήμην καταδικασθῆναι, uel ἐξ ἐρήμης ἑαλωκέναι. unde eremodicium dictū. Interdum cauſam dicere, eſt renuere, recuſare, repugnare. Plautus in Milite,

Non ita procul ab initio.

Cap. 4. de Quintio Cincinnato.

Indicta cauſa damnari.

In fine.

Cauſā haud dico.

Act. 1. Scena ult.

Num quid cauſæ eſt.

Pe. Si poſthac te prehendero hîc, arcebo teſtibus.
Py. Cauſam haud dico.

Dicitur & nihil cauſæ eſt. Idem in Pſeudolo.

S ed ſi non faxis, num quid cauſæ eſt, illico
Quin te in piſtrinum condam? Id eſt recuſabíſne, aut renuéſne? K

Contra Rullum.

Cicero de lege Agraria, Si doceo illa quę dixi: num quid cauſæ eſt Quirites, quin illa criminatione qua in me abſentem uſus eſt, non ſolum meam, ſed etiam ueſtram diligentiam prudentiámque deſpexerit? id eſt, num inficiari ille poteſt? Dicitur etiam quippiam cauſari: ut idem pro Roſcio, Si planum facio poſt hanc recentem ſtipulationem Roſcij, ſeſtert. CCCIↃↃↃ à Flauio te abſtuliſſe: &c. num quid cauſare quin ab iudicio abeas turpiſſimè uictus?

Ex titulo, De cuſtodia & exhibitione reorum.

Source : BIU Cujas

A ctus? πῶς οὐκ ἄπει ἐκ τοῦ δικαστηρίου αἴσχιστα κεκρατημένος. Thucyd. πῶς οὐ δεινὰ εἴργασθε. uel ἔσθ' ὅπως οὐ σὺ οἰχήσῃ ἀπιὼν αἴσχιστα ἁλισκόμενος. uel τίς ἔτι μηχανὴ μὴ οὐχὶ ἀπιέναι σε. uel οὐκ ἂν φθάνοις αἴσχιστα ἀπαλλαγεὶς ἐκ τοῦ δικαστηρίου. Dici & aliis modis poteſt utraque lingua: niſi in iis quæ parerga dicũtur, pluſculi ipſi eſſe, quàm in opere ipſo ſuſcepto uideri uereremur.

IN capite, Diuus: Et ideo. cũ quis faceret, iuberi oportet uenire Irenarcham.) Lego ex obſeruatione antiqui exemplaris, & coniectura ductus, Et ideo cum quis ἀνάκρισιν faceret. Eſt autẽ anacriſis, ueritatis indagatio, exploratio, percũctatio. unde factum, ut etiam quæſtionem iudicialem, reorúmque interrogationem ſignificet, quæ in cauſis iudicij conſtitutionem præcedit uel litis cõteſtationem. At in cauſis capitalibus anacriſis erat, cum delato nomine rei receptóque, accuſator interrogabatur à magiſtratu, an omnino cõſtituiſſet accuſationẽ proſequi, reúmque peragere: an teſtes aut teſtimonia exhiberi poſtularet, & alia eodem pertinentia. ídque ἀνακρίνειν à percunctando dicebatur. Demoſthenes κατὰ Μειδίου, καὶ γὰρ οὗτ' ἀνεκρίνετο ταύτην τὴν γραφὴν ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος, οὔθ' οὗτος οὐδενὸς ἕνεκα αὐτὸν ἐμισθώσατο, πλὴν ἵνα ἐκκέοιτο, πρὸ τῶν ἐπωνύμων, καὶ πάντες ὁρῶεν, εὐκτήμων λουσιεὺς ἐγράψατο δημοσθένην πυανέα λειποταξίου. ἀνεκρίνετο ταύτην τὴν γραφὴν, inquit: id eſt, Neque enim ille calumniator ad diem affuit percunctationis ſolẽnis, ut rogaretur à magiſtratu. quod perinde ualet, ac ſi diceret, accuſationem pro derelicto habuit: cuius rei mulcta erat ignominię nota. erat enim ſimile aliquid iuriſiurandi de calumnia. Et κατὰ ὀλυμπιοδώρου, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἄρχων ἀνέκρινε πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἀμφισβητοῦσι, καὶ ἀνακρίνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον. καὶ οὑτωσὶ ἠγωνίζετο πρῶτος. Eſt etiam ἀνάκρισις interrogatio teſtium, & quæſtio de aliquo facto habita, ut apud Athenæum, ubi de Cydoniis malis loquitur. ἐπιγνωσθῆναι δὲ τοῦτο ὕστερον ἐξ ἀνακρίσεως τοῦ τὸ φάρμακον πωλήσαντος, καὶ ἐπιγνόντος τὸ γενόμενον ἐκ τῆς τῶν μήλων συνθέσεως. Et quod Latini quærere dicunt, & quæſtionem habere, quod etiam inquirere dicitur: id Græci uocãt ἀνακρίνειν: & ἀνάκρισιν ipſam quæſtionem, reorúmque interrogationem, ſiue id per tormẽta fiat, ſiue ſine tormẽtis. Plutarchus de Auguſto, γράψας νόμον πῶς δεῖ ἀνακρίνεσθαι τοὺς ἐν αἰτίαις γενομένους, καὶ πῶς δεῖ κολάζεσθαι τοὺς ἁλόντας. cum lege ſanxiſſet, quonam modo de reis habẽda ſit quęſtio, qualíque animaduerſione in conuictos uindicandũ eſſet. Id uulgò proceſſum rei delati aut comprehenſi facere uocant, & ex ore eius rei ueritatem exquirere. ἀνάκρισις etiam aliud ſignificat non abſimile diuinationi de accuſatore conſtituendo, ſed nihil nunc ad rem pertinet. Quod autem hîc ἀνάκρισιν legere debeamus, ex diui Lucæ loco intelligi poteſt actorũ uiceſimoquinto, ubi Feſtus pręſes ait ſe ἀνάκρισιν de Paulo facturum, eáque demum facta ad Cæſarem Paulum miſſurum cum elogio. ὅπως τῆς ἀνακρίσεως γενομένης σχῶ τι γράψαι. abſurdum enim eſſet, inquit, hominem cauſam ex uinculis dicturum mittere, & crimina contra eum teſtata prætermittere. καὶ τὰς κατ' αὐτοῦ αἰτίας μὴ σημαῖναι. Ex cuius uerbis ſatis patet quid ſint reorũ elogia, cuius in hoc loco Iuriſconſ. meminit. Sequitur, διὸ προήγαγον αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν. ideo in mediũ producẽdum coram uobis iuſſi: ut palam ſcilicet de eo quæſtio percunctatióque haberetur. In ſumma ἀνακρίνω uerbum eſt Atticorum, & ſigni-

ἀνάκρισις. Sic Haloan. niſi quòd pro faceret, legit fecerit.

ἀνακρίνειν.

ficat ἀναστωθάνομαι, καὶ ἀνερωτῶ, καὶ ἰξιτάζω, ἢ βασανίζω, ὃ καὶ κεῖνο λέγεται. F

IN cap. Nequis, ſub eodem titu. De cuſtodia reorum. Et iis qui uinctos ſoluerint, mulctam dices.) Dicere mulctam uerbū eſt antiqui iuris. Gellius libro undecimo, Quum autem uſus & mos ſermonum is ſit, ut ita & *nos loquamur, ut plerique ueterum locuti ſunt, mulctam dixit, & mulcta dicta eſt: non eſſe ab re putaui notare quod M. Cato aliter dixit in quarto Originum. Idem ex Varrone, Sed cum eiuſmodi mulcta pecoris armentíque à magiſtratibus dicta erat: adigebantur oues bouéſque. Hoc priſco more locutus eſt Alexander Imperator in principio De modo mulctarū, Codice Iuſtiniani. Liuius lib. quinto ſecundi belli Punici, Tribunipl. quum rem infamē G uiſamque cernerent: ducentûm M. æris mulctam Poſthumio dixerunt. πενταπεντήκοντα δὲ δημοσίῳ ue, λιτημίῳ δὲ χιλιάσιν αὐτῷ δὲ πενθημίῳ. Quoniam autē libenter hactenus feci, ut cum ita tuliſſet occaſio, operam & ipſe uirilem impenderem in interpolanda Latinæ linguæ elegātia: in hac quoque ipſa functione tametſi defunctoria, id ipſe facere inſtitui, cum eo quoque, ut additamēti liberalioris nomine Græcorum nonnunquam locutiones ſubiungā, quandoquidem memoriæ noſtrę inſtituto, & quod ad literarum quidem meliorum profectum pertinet, felicitate mira huius ætatis effectum eſt, ut lingua Latina Græcáque diu inter ſe peregrinæ & exteræ, nec inter ſe noſcitātes, ue- H terem non modò affinitatem agnoſcerent, ſed etiam cognationē: teſſera utique neceſſitudinis auitæ è monumentis eruta ſitu & carie ſquallentibus: ſocietatem etiam ſtudiorum mutuò ut coirēt denuò, commerciique iura paſſim atque contubernij uſurparent. Fremant frendeántque licet, uociferationéque rumpantur homines aduerſis Muſis nati, tumultuoſéque reclamitēt: ſpero huius ſtudij commentationíſque paucis annis euaſuram eò cōtentionem, antiqua plenáque ut ratio colendæ philoſophiæ perpoliendorúmque ingeniorum uelut rediuiua generi humano uitæq; reſtituatur. Itaque quādò in mentionē mulctæ dicendæ incidimus, hoc quoque congruenter iam I dictis addere poterimus: hoc uerbum dicere, aliis etiam uocabulis olim peculiari quodam iure attributum fuiſſe, quodámque coniugio deuinctum. Dicere ſacramento, ſermo eſt antiquorum. Liuius libro quinto ſecundi belli Punici, Si qui roboris ſatis ad ferenda arma habere uiderentur, etiam ſi nondum militari ætate eſſent, milites fierent: Tribuni plebis, ſi eis uideretur, ad populum ferrent, ut qui minores decem & ſeptem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi xx. annorum, aut maiores, milites facti eſſent. Plinius ad Traianum, de ſeruis inter tyrones inuentis, Ipſe enim dubito ob hæc maximè, quòd ut iam dixerant ſacramento, ita K nondum diſtributi in numeros erant. qui locus corruptè legitur in peruulgatis exemplaribus. Dicere hoc in loco pro deſtinare & dicare accipi poteſt. hoc enim etiam dicere ſignificat, teſte Nonio. Idem Liuius libro quarto ab Vrbe condita, Hoc decreto Conſul armatus, quum paucis appellātibus Tribunum, collum torſiſſet, metu cæteri ſacramento dixere. Dicere doti dicebant, pro in dotem promittere. Terentius in Heauton. Act. 5. Scen 1.

Dicere mulctam. Cap. I. *nunc*

Commerciū & cognatio linguæ Latinæ cum Græca.

Dicere ſacramento.

Lib. 10. epiſtol. 30.

Dicere doti.

Ex titulo, De cuſtodia & exhibitione reorum. Sed

Source : BIU Cujas

A Sed ita dictu opus est,si me uis saluum esse,& rem, & filium:
Me mea omnia bona doti dixisse illi.
Cicero pro Flac.Doti(inquit)Valeria omnem suam pecuniam dixerat.Ibidē, Si sit in tutela Flacci:quæcūque sine hoc authore est dicta dos,nulla est. Inde dicta puella. Nonius,Inter speratam(inquit)dictam, pactam,& sponsam hoc interest,quòd uirgo postquam petitur,sperata dicitur:dehinc promissa, dicta uel pacta.Virgilius, Et coniunx quondam tua dicta relinquor. Reliqua exempla sunt apud Nonium.Dicere diem est constituere, ut in illo Terentiano:Placuit:despondit:hic nuptiis dictus est dies.Inde fit ut dicere diem
B sit uadimonio capitali obstringere.Liuius lib.3.ab Vrbe condita, Verginius ex collegio unus Cæsoni capitis diem dicit.Trāquillus in Cæsare, Suborna- uit etiam qui Caio Rabirio perduellionis diem diceret.παρεσκευάσθ τὸν χρηστῶτα τὸν ὀναλέριον πεῤῥησίας : uel,ὑφῆκε τὸν πεῤῥαλόμενον ὑπερβαλλῆσαι ὀναλέριον κτὴ τ πολιτείας.Dicere etiam Dictatorem dicebant pro creare. Liuius, Nam neque id uitium nosci facile fuisse,cum Consul oriente nocte silentio diceret Dictatorem.Idem, Quòd plebeius Dictator sit dictus,id uitium auguribus uisum.Et dicere magistrum equitum.

Dicta sponsa & pacta. *Aeneid.2.* *In Andr.act. 1.Scen.1.* *Dies dicta.* *Cap.12.* *Deca.1.lib.8.*

IN tractatu Legis Iuliæ maiestatis,in principio:Maiestatis crimen est il-
C lud quod aduersus populum Romanum,uel, aduersus securitatem eius cō- mittitur.) Securitatis significationem non intellexisse Accursium, hoc tempore risu dignum esse censetur: illa tamen ætate uenia dignū uideri potuit. Sed in huiuscemodi (quæ multa sunt in libris huius studij) loca, ignorantiæ noxa longè latéque grassari solet.nam chorus ille Iurisperitorum, qui docturæ appellatione censentur,præiudicium ferè Accursianæ authoritatis sequuntur in interpretatione uocum. Quibus uerò hodie iuridica tribunalia insidere contigit,aut subsellia curiarum liliata implere:ij si in eorum authoritate esse omnino sibi persuaserunt (quæ multo maxima pars est homi-
D num iuris peritia præditorum) Accursianæ imperitiæ contagione ut inficiātur necesse est.At sententiæ numero in iudiciis & consiliis ualent, unde decreta conficiuntur,stomachante interdum paucorum intelligentia,quæ etiā risu,ne quid dicam indignius,excipi solet. Ita quò tādem pertineat uis huius mali,animaduertentibus satis conspicuum est. Mihi huiuscemodi indignitatem oculis auribúsque arbitrari non semel contigit,ex quo in eos confessus admissus sum in urbe,atque in comitatu principis, quibus res cōtrouersas semel iudicare moribus nostris comparatum est. Affui aliquando cum hic locus citaretur,in sententiámque Accursij haud dubiè traheretur ad cō-
E firmandam censentium opinionem. Id quod ego rogatus sententiam, quasi aliud agens perstrinxi,nullius addictus iurare in uerba magistri:sic enim ab illis doctores appellātur.Sed & tum & aliàs attentionem magis quàm assensionem merui:tametsi in familiariori consessu paucorum æquis sæpe hominibus usus sum,ui ueritatis, ut uidebatur, magis quàm authoritate mea aut existimatione ualente. Securitas est quam Græci ἄδειαν uocant, & ἀμεριμνίαν, atque etiam ἀσφάλειαν.Cicero euthymiam Democriti,securitatem appellat in

Source : BIU Cujas

Lib.5. Finibus,his uerbis,Democriti autem ſecuritas,quæ eſt animi tanquam tran- F
quillitas,quam appellat euthymiam,eò ſeparanda fuit ab hac diſputatione,
Securitas. quia iſta animi tranquillitas eſt ea ipſa beata uita. Securitas curæ & anxieta-
ti opponitur.Securus ſeorſum à curis eſt, ἀμερίμνως ἔχων:qui ſcilicet uacat per-
turbationibus animi:hoc eſt εὐθύμως ἔχων καὶ ἀπαθῶς, qualis eſt illa Democri-
ti.Sed ſecuritas reip.eſt ἀσφάλεια:cum ſcilicet ſtatus reip.ita compoſitus eſt,ut
nulla ex parte periculum imminere uideatur, nec ſit metus belli externi aut
inteſtini. & ita hoc loco ſecuritas ab Vlpiano Latinæ locutionis libẽter ob-
ſeruante,ut tum ferre tempus & profeſſio potuit, accepta eſt. Ab ſimili Lati-
ni ſermonis ignoratione, niſi fallor, corruptum eſt pulcherrimum apoph- G
Locus in Pro uerbiis. thegma Sapientis,cap.15. Prouerbiorum, Omnes dies pauperis mali ſecura
mens,quaſi iuge conuiuium. neque enim mali epithetum eſt pauperis. ut
ſcholiaſtæ & gloſſularij intellexerunt:ſed eſt ſubſtantiuum nomen,hoc ſen-
ſu:Omnis uita pauperis animi eſt cõſtitutio ſecuritate mali prædita. Sic Lu-
canus in.v.Pharſ. -O uitæ tuta facultas
P auperis,anguſtíque lares! ô munera nondum
I ntellecta deûm! quibus hoc contingere templis,
A ut potuit muris,nullo trepidare tumultu
C æſarea pulſante manu?
H
Cap.3. Securus enim genitiuo iungitur,ut apud Quintilianum in viij.qui de Tau-
tologia loquens, Hæc enim(inquit)quãquam non magnopere ſummis au-
thoribus uitata,interim uitium uideri poteſt:in quod ſæpe incidit etiam Ci
Aeneid.1. cero,ſecurus tam paruæ obſeruationis. Et apud Virgilium, Securus amorũ.
Similis eſt inſcitia Accurſij in interpretatione uocabuli impoſtura, in tra-
ctatu De crimine ſtellionatus:& in aliis permultis, quæ hodie notiora ſunt,
quàm ut adnotari inter animaduerſa à nobis mereantur. Si quis autem La-
tinè dicere cupit quod Accurſius intellexit ſecuritatis uocabulo ſignificari:
hoc modo dicendum erit,contra fidem publicam aliquid eſſe commiſſum. I
Decad.4.lib. 8. Liuius, Quos Philopœmen depopoſcerat, ipſi ſe ituros profeſſi ſunt,fide ac-
In Catilin. cepta ab legatis,uim abfuturã donec cauſam dixiſſent.Salluſtius, Pòſt,ubi fi-
de publica accepta dicere iuſſus eſt,omnia aperit.Idem,Comes eius qui Ro-
Fide publica uenire. mani fide publica uenerat. Cicero in Piſonem, Hunc Theſſalonicã fide tua
uenire iuſſiſti.Noſtri ſaluum conductum uocant.Securitas autem in hoc ſi-
gnificatu uernacula eſt locutio,non Latina,tametſi à Græcis ἀσφάλειαν διδόναι
dicatur cauere alicui,hoc eſt ſatiſdato promittere: quod uicinã habet ſigni-
ficationem ſuperiori. ἄδειαν ψηφίσασθαι dixit Andocides orator: plebiſcito pote-
ſtatem facere impunitate promiſſa.Pauſanias ἄδειαν διδόναι. K
IN capite ſequenti, Quíue è prouincia cum ei ſucceſſum eſſet, non diſ-
Decedere. ceſſit.) legendum deceſſit.Eſt autem decedere,ei qui ſucceſſor miſſus eſt,ce-
Lib,5.epiſt. 21.cuius initium eſt, Te in Epirum. dere.Cicero ad Atticũ,Non putet nos ſenatus antè oportere decedere, quàm
nobis ſucceſſum ſit. Inde deceſſor Vlpiano, in lege, Obſeruare.in tract. De
offi.proconſulis.Rectè autem(inquit) & ordine faciet, ſi edictum deceſſori
ſuo miſerit:ſignificétq; quo die fines ſit ingreſſurus. Cum autem ſucceſſum

Source : BIU Cujas

A esse alicui dicebant, abrogatum ei imperium esse significabant. Et successorem dare uel mittere, est magistratum abrogare: quod nunc officium auferre uulgò dicimus. Lampridius de Alexandro, Si unquam alicui præsentium successorem dedit, semper illud addidit: Gratias tibi agit resp. eúmq; ita muneratus est, ut priuatus posset honestè uiuere. Capitolinus in Anto. Successorem uiuenti iudici nulli dedit: nisi Orphito præfecto Vrbis, sed petenti. οὐδένα παρέλυσε δικαστὴν τῆς ἀρχῆς. Cicero in Pisonem, Cum tu non solùm quòd tibi succederetur, sed etiam quòd Gabinio non succederetur, penè exanguis & mortuus concidisti. Idem in eundem, Altera ratio, quòd ij quos in prouincia B liberalitatis & uirtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant. A quo authore adnotandum est eos decedere dici, qui in Vrbem redierãt: ut pro Muræna, Multi obuiam prodierunt de prouincia decedenti. Inde decessio. Cicero ad Quintum Fratrem, Ego tibi spem maturæ decessionis afferebã. Est etiam decedere, idem quod cedere. Idem ad equites Rom. Quas ob res inimicorum amentiæ, cupiditatíque paucorum, omnium salutis causa decedã. τῇ τῶν ἐχθρῶν μοῦ ἀνοίᾳ ἐκχωρήσω. Decedere autem de officio & dignitate sic dicitur, ut decedere de more suo: hoc est contrà quàm decet atq; officiosum est, aliquid agere. Cicero in Verrem, Quid faceres pro homine innocẽte & pro- C pinquo, cum propter hominem perditissimum atque alienissimum de officio decesseris? Idem, Hi cum de tuis factis publicè cõqueruntur: nónne hoc indicãt, tãtas esse iniurias, ut multo maluerint de suo more decedere, quàm de tuis moribus non dicere? Dicitur & officio decedere. Liuius, Eas quoque colonias quæ officio decessissent: & reliqua. id est inofficiose egerant: quę officio non erant in Rom. pop. functæ. αἱ τὰ καθήκοντα οὐκ ἀπετελέσασαι. Decedere etiam alicui, est homini occurrere nolle, & uitare hominẽ. Cæsar, Quibus ita interdictum est, iis omnes decedunt: aditum sermonémque defugiunt. τούτους πάντες ἐκτρέπονται. Interdum tamen honoris causa de uia decedimus, id D est ὑπεξιστάμεθα. Plutarchus in Graccho, καὶ γαίου βουττουρίου θάνατον κατέγνωσαν, ὅτι δημαρχῷ πορευομένῳ δι' ἀγορᾶς, οὐχ ὑπεξέστη μόνος. ubi subintelligendum τῆς ὁδοῦ. Decedere de iure suo quid sit, nos alibi diximus. τῶν δικαίων ὑφίεσθαι τῶν ἑαυτοῦ. Quibus autem successor mittitur, ii ἀνάσπαστοι dicuntur. Successorem mittere, ἐπαποστέλλειν τὸν διαδεξόμενον.

Successorem mittere.

Decedere.

Lib. 1. epist. 1.

Decedere de officio & more.

Verr. 4.

Decad. 3. lib. 7.

Bel. Gal. li. 6. ubi de Druidibus.

Alij legũt, Ab iis omnes discedunt.

IN cap. sequenti, Qualis est ille qui in bellis cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra cõcesserit.) Existimo legendum uno uerbo imbellis, & deesse hîc negationem: ut sit, Qui arcem non tenuerit, uel potius, aut hostem arcere renuerit, id est propulsare hostes cum posset, noluerit. Liuius de Fuluio, qui E exercitum in Apulia amiserat, Ergo effecisse, ut & feroces & inquieti inter socios, ignaui & imbelles inter hostes essent: nec hercule mirum esse, milites in acie non stetisse, cum primus omnium Imperator fugeret. Et paulum infrà, Bis (inquit) Fuluius est accusatus, pecuniáque anquisitum: tertio testibus datis, cum iurati permulti dicerent fugæ pauorísque initium à prætore ortum: tanta ira accẽsa est, ut id capite anquirendum concio succlamaret. tum Sempronius perduellionis se iudicare Cneo Fuluio dixit: diémque comi-

Haloan. legit imbellis.

Deca. 3. li. 6.

Perduellionis iudicare.

Source : BIU Cujas

Iudicare. tiis à Calphurnio prætore urbis petit. Quo in loco, ut in aliis, iudicare anti- F
quo more dictum est ex imitatione Græcorum, qui κρίνειν dicunt pro diem
dicere, ut superius diximus. Apud Suidam etiam legimus capitalem fuisse
noxam imbelliæ, & stationis desertæ. παρὰ τὴν Ῥωμαίοις θάνατος πρόστιμον λιπόντι τὴν
Cap. 24. ἐφεδρείαν. Tranquillus de Augusto, Cohortes, siquæ cessissent loco, decimatas
hordeo pauit: Centuriones statione deserta, itidem ut manipulares, capitali
animaduersione puniit. Possumus etiã intelligere, quam Græci ἐθελοκακίαν
uocant, cum milites Imperatori infensi uincere nolunt. Paus. καταγνόντες ἐθε-
λοκακῆσαι σφᾶς ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς Κάσανδρον. est enim ἐθελοκακεῖν hoc in loco, con-
sulta & meditata ignauia hosti cedere. Sic Herodotus, οἱ δὲ πλεῖστοι ἐθελοκάκεόν G
τε καὶ ἔφευγον. eam ob causam decimatum exercitum ab Appio Claudio con-
sule Romano apud Liuium legimus lib. 2. ab Vrbe cõdita circa finem. Aut
imbellis igitur, aut imbellia legendum est: alioquin non in bellis Iuriscõsul-
tus, sed in præliis dixisset. At uerò quæ sequuntur in cap. Non contrahit, nu-
gatoria uideri possent, nisi uestigia principum crudelitatis in ipsis agnosce-
Cap. 58. remus ex scriptis Historicorum. Tranquillus in Tyberio, Sub idem tempus
(inquit) consulente Prætore an iudicia maiestatis cogi iuberet: exercendas
esse leges respondit, & atrocissimè exercuit. Statuæ quidam Augusti caput
dempserat, ut alterius imponeret. acta res in Senatu: & quia ambigebatur, H
per tormenta quæsita est. damnato reo, paulatim eò calumniæ res processit,
ut hæc quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum seruum cecidis-
se, uestem mutasse, nummo uel annulo effigiem impressam latrinæ aut lu-
panari intulisse. & reliqua, quæ author ille prosequitur. Hoc enim crimen la-
tissimè olim patebat sub tyrannis Imperatoribus. Propterea Plinius in Pane-
Cap. 3. gyrico ad Traianum, Locupletabant (inquit) & fiscum & ærarium, non tam
Voconiæ & Iuliæ leges, quàm maiestatis singulare & unicũ crimen eorum
qui crimine uacarent. Huius tu metum penitus sustulisti, cõtentus magni-
tudine, qua nulli magis caruerunt, quàm qui sibi maiestatem uindicabant. I
Plinius auunculus lib. 33. Fuit & alia Claudij principatu differentia insolẽs
iis quibus admissionẽ liberti eius dedissent, imaginem principis in annulo
ex auro gerendi: magna criminum occasione. quæ omnia salutaris exortus
Vespasiani principis aboleuit æqualiter publicando principem. Hoc idem
se fecisse Alexander Imperator Roma. testatur in sanctione sua, quæ primo lo
co sita est sub eodẽ titulo in Codice Iustiniani. Ouidius lib. quinto Fastorũ,
Maiestas. ex Honoris & Reuerentiæ coniugio ortam esse Maiestatẽ uoluit. antea autẽ
nec ætatis nec dignitatis habebatur ratio, summáque imis erant permixta:
postea autem ordines rerum diuinarum humanarúmque distincti. K

Donec Honor, placidóque decens Reuerentia uultu,
Corpora legitimis imposuere toris.
Hinc sata Maiestas, quæ mundum temperat omnem:
Quáque die partu est edita, magna fuit.
Et paulo inferius,
Protinus intrauit mentes suspectus honorum.
Ex titulo, Ad legem Iuliam maiestatis.

Fit

Source : BIU Cujas

A Fit precium dignis:nec ſibi quiſque placet.
Et rurſus,
Aſſidet ipſa Ioui,Iouis eſt fidiſſima cuſtos:
Et præſtat ſine ui ſceptra tenere Ioui.
Venit & in terras:coluerunt Romulus illam
Et Numa:mox alij tempore quiſque ſuo.

Maieſtas erat in populo, & authoritas in ſenatu : cuius definitio Ciceronis uerbis mox explicabitur.Maieſtatis crimẽ duplex erat:unum læſæ, & alterum imminutæ:cuius nulla in iure mentio extat. Læſæ exemplum eſt me- *Maieſtas in populo.* *Maieſtas imminuta.*
B morabile apud Tranquillum in Claudio,Notauit(inquit)& quẽdam, quòd *Cap.16.*
comes regis in prouincia fuiſſet:referens maiorũ temporibus,Rabirio Poſthumo Ptolemæum Alexandriam crediti ſeruandi cauſa ſecuto, crimen maieſtatis apud iudices motum. Ex quibus uerbis apparet maieſtatem populi *Maieſtas læſa.*
Romani læſam maiores ob id exiſtimaſſe, quòd ciuis Romanus aſſeclam ſe regi & comitem præbere non dubitaſſet contra morem maiorum, ut creditam pecuniam reciperet.Imminutæ maieſtatis Cicero libro ſecundo de oratore meminit:Si res(inquit)tota quæritur,definitione uniuerſa uis explicanda eſt,ſic:Si maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis : is eam minuit , qui *Ibidem.*
C exercitum hoſtibus po.Romani tradidit.Idem alibi, Mihi ipſi cum Sulpitio fuit in Norbani cauſa ſumma contentio. Pleraque enim de iis quæ ab ipſo obiiciebantur,cum confiterer,tamen ab illo maieſtatem imminutam negabam:ex quo uerbo lege Apuleia tota illa cauſa pendebat.Et in Partitionibus orator.Maieſtas(inquit)eſt in imperij atque in omni po.Romani dignitate, quam minuit is qui per uim multitudinis rem ad ſeditionem uocauit.Hinc exiſtit illa diſceptatio,minuerítne maieſtatem,qui uolũtate populi Ro. rem gratam & æquam per uim egerit. Quod Cicero minuere maieſtatem uocat,ætas ſequens lædere appellauit.Dicebãt & ſoluere maieſtatem: ut Liuius *Soluere maieſtatem.*
D libro ſecundo ſecundi bel.Pu.Horum opportunus aduentus conſules imperij potẽtes fecit,cum ambitio alterius ſuam primum apud eos praua indulgentia maieſtatem ſoluiſſet. Cui contrarium eſt retinere maieſtatem: quod *Retinere maieſtatem.*
nunc uulgus ſeruare authoritatem uocat:ut idem lib.4.bel.Maced.Si in ſua quiſque noſtrũ matrefamiliâs, Quirites ius & maieſtatem uiri retinere inſtituiſſet:minus cũ uniuerſis fœminis negotij haberemus. Cicero in Orat. perfecto,Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirij cauſa continebatur:ergo in *Conſtituere maieſtatem.*
omni genere amplificationis exarſimus.Dicitur & eleganter cõſtituere maieſtatem:quod ſignificat lapſam aut labantem confirmare dignitatis uene-
E rationẽ, atq; amplitudinis exiſtimationẽ: ut in illo loco cõcionis Salluſtianæ,Maiores ueſtri,parandi iuris & maieſtatis conſtituendæ gratia, per ſeceſ- *In Iugurth. in oratione Memmij.*
ſionẽ armati bis Auentinũ montem occupauere . Ab antiqua etiam loquẽdi
cõſuetudine dixit * Proculeius inferius in tract. De captiuis, cap.Non dubito,Siue is populus fœderatus eſt:ſiue fœdere cõprehenſum eſt,ut is populus *Proculus
alterius populi maieſtatẽ * comiter conſeruaret.Hoc enim adiicitur, ut intelligatur alterũ populum ſuperiorẽ eſſe:non ut intelligatur alterũ non eſſe *communiter legit Haloãder. at Pand. flor. comiter.*

Source : BIU Cujas

liberum. Hæc uerba Cicero in orat. pro Cornel. Balbo interpretatur his uerbis, de Gaditanorum fœdere loquens, Adiunctum etiam illud est, quod non est in omnibus fœderibus: Maiestatem populi Ro. comiter cõseruent. Id habet hanc uim, ut sit ille populus in fœdere inferior. Primum uerbi genus huius conseruent, quo magis in legibus quàm in fœderibus uti solemus: imperantis est, non precantis. Deinde cum alterius populi maiestas conseruari iubetur, de altero siletur: certè ille populus in superiore conditione causaque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. In quo erat interpretatio accusatoris indigna responsione: qui ita dicebat, comiter esse communiter. Comes benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrant uiam: benignè, non grauatè. communiter quidem certè nõ conuenit. His uerbis Ciceronis apparet non communiter legẽdum in eo loco, ut Accursius suspicatus est. Dicebant etiam conseruare maiestatem: quod Liuius & Valerius post Ciceronem retinere dixerunt: ut idem pro Rabirio perduel. reo, Fit senatusconsult. ut consules adhiberẽt Tribb. pl. & Prætores quos eis uideretur: operámque darent, ut imperium populi Romani maiestásque conseruaretur. Id nunc uulgò dicunt, Ita agant ut rex sit potẽtior uel fortior: uel ita faciant, ut iustitiæ obediatur. Maiestas τὸ ἀξίωμα dicitur, & τὸ ἀξιωματικὸν. dicitur & τὸ μεγαλεῖον. Minuere autẽ & imminuere uerba usitatiora antiquis fuerunt, quàm lædere: ut Cicero in Philip. pri. Quid enim turpius, quàm qui maiestatem populi Romani per uim minuerit, eum damnatum iudicio ad eam ipsam reuerti, propter quam sit iure damnatus? Per uim minuisse maiestatem publicam dicit eum, qui uim publicam commiserat. Sic imminuere imperium dicebant: ut Liuius libro octauo ab Vrbe condita, Religio incessit, ab iis quorum imminutum imperium esset, comitia haberi. Imminutũ imperium dicit eorum, qui iussi erant magistratu se abdicare. Id sic Græcè dici potest, δεῦρο μὲν δὴ ἐφιᾶσιν τότας τὰς ἀρχαιρεσίας βραβεύειν, ὧν τὸ κράτος ἠλάττωται. Cæsar libro tertio de bello ciuili, Concursum ad se fieri uidet, quòd fasces anteferrentur, in hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui prædicabat. τὸ ἀξίωμα τὸ βασιλικὸν κολούεσθαι ἔφασαν. de Alexandrinis loquens. Sic imminuere ius imperij. Cicero in Verrem actione quinta, Tritici modiũm lx. M. empta populo Romano dare debebant & solebant: abste solo remissum est: respublica detrimentum fecit, quòd per te imperij ius una in ciuitate imminutum est. Idem in eadẽ, In hoc facinore dij immortales uiolati, existimatio atque auctoritas nominis populi Romani imminuta. Et pro lege Manilia, Patres uestri libertatem ciuium Ro. imminutam non tulerũt: uos uitam ereptam negligetis? Inde imminuere magistratum dicebãt: quod nunc derogare iuribus & prærogatiuis officij dicunt. Idem in Ver. Cur imminuisti ius legationis? quo in loco Asconius, Qui potestatem (inquit) suam in administrando non defenderit, imminuti magistratus, ueluti maiestatis lęsæ, reus est. Liuius libro quarto de Aemylio Mamerco loquens, qui cẽsuram antea quinquennalẽ, lege dictatoria annuam ac semestrem fecerat: Censores (inquit) ægrè passi, Mamercum, quòd magistratum populi Romani minuisset, tribu

Maiestatẽ populi Ro. comiter conseruẽt.

Vt imperium populi Rom. maiestásque conseruetur.

Minuere maiestatem.

Imminuere imperium.

Non ita procul à fine, de rege Ptolemæo. Verr. 5.

Imminuere magistratũ. Verr. 3.

Deca. 1. li. 4.

Source : BIU Cujas

A mouerunt. Plinius in Panegy. Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius poteſtas imminuta eſt: aucta etiam: ſiquidem pleraque ad prætores remittebat. Hic loquendi modus à Græcis tractus uidetur, Ariſtoteles in ſecundo Politicôn, καὶ τὴν μὲν ἐν ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐφιάλτης ἐκόλουσε καὶ Περικλῆς. Plutarchus itidem ſæpe. Adnotauimus autem apud priſcos hoc crimen maieſtatis eſſe uocatum, non læſæ maieſtatis, ut ex locis à nobis citatis liquet, nullúmque Iuriſconſultorũ in hoc tractatu, præter Papinianum, læſam maieſtatem dixiſſe. Laudatur etiam Paulus auctor huius uocabuli, in lege, Meminiſſe, Codice ſub eodem titulo. Priſci perduellionem uocabant, quam coniurationem hiſto-

Maieſtatis crimen.

Perduellio.

B rici appellant, & quicquid ita cõmittebatur, ut in euerſionem libertatis Romanæ cederet. Valerius libro ſexto, Cũ Tyberius Gracchus & C. Claudius ob nimis ſeuerè geſtam cenſuram, maiorem partem ciuitatis exaſperaſſent: iis Marcus Popilius trib. pl. perduellionis ad populum diem dixit. Hoc iudicium obſoleuiſſe tandem ex Ciceronis uerbis coniicio in oratione pro Rabirio reo, Nam de perduellionis (inquit) iudicio, quod à me ſublatũ eſſe criminari ſoles: meum crimen eſt, non Rabirij. quod utinam Quirites ego aut id primus, aut ſolus ex hac republica ſuſtuliſſem. Quid enim optari poteſt quod ego mallem, quàm me in conſulatu meo carnificem de foro, crucem

Cap. 5.

C de campo ſuſtuliſſe? Et paulò inferius, Quamobrem uter noſtrum tandem Labiene popularis eſt? túne, qui ciuibus Roma. in cõcione ipſa carnificem, qui uincula adhiberi putas oportere: qui in campo Martio comitiis centuriatis, auſpicato in loco, crucem ad ciuium Ro. ſupplicium defigi & conſtitui iubes? & reliqua quæ ille porrò dixit: unde intelligimus uetuſtiſſimã illã fuiſſe legem ſæuiſſima ſanctione horrendam. Perduellionis autem crimen Rabirio intenderat Labienus trib. pl. ob Saturnini mortem, qui ſenatus auctoritate cõtra fidem publicam interfectus fuerat: ſenatuſconſ. ſcilicet facto in hæc uerba, operam darent conſules, ut imperium populi Romani maie-

D ſtáſq; conſeruaretur. Propterea in Oratore perfecto Cicero gloriatur ſe apud populum ſenatus authoritatẽ defendiſſe in cauſa Rabirij. Vlpianus hîc perduellionis crimẽ diſtinxit ab eo quod maieſtatis appellatur, & latiſſimè patet. Hic addam unum quod ad maieſtatis crimen pertinet, ex Plutarcho in Gracchis: Gaium Buturiũ ultimo ſupplicio affectum à Romanis, quòd Tribuno plebis de uia non deceſſiſſet in foro ambulanti, cum inſtituto antiquo omnes ei cedere moris eſſet. Tacitus maieſtatis crimen & coniurationis diſtinguere mihi uidetur his uerbis lib. 14. Antiſtius (inquit) qui carmina probroſa in principem factitauerat, maieſtatis delatus eſt. Et libro decimoſexto,

Maieſtatis crimen, & coniurationis.

E Criſpinus nuper crimine coniurationis in Sardiniam exactus, accepto iuſſæ mortis nuncio ſemet interfecit. Quintus Curtius libro ſexto author eſt huius criminis horrendam fuiſſe legem olim apud Macedonas: è qua, ut opinor, oriunda lex fuit illa cantatiſſima Honorij & Arcadij, quæ ſub eodem titulo extat in Codice Iuſtiniani, quam Alexãder libro octauo eiuſdem Curtij his uerbis gloriatur ſe ſuſtuliſſe & antiquaſſe. ad conuictos enim coniurationis loquens, Non oportebat (inquit) uos ſcire quid de ueſtris parẽtibus

Sub finem.

Source : BIU Cujas

ſtatuiſſem,quò triſtiores periretis,ſiqua uobis parentũ memoria & cura eſt: F
ſed olim iſtum morem occidendi cum ſceleſtis inſontes propinquos paren-
Animaduertendus locus. téſque,ſolui.Hoc exemplum Alexandri ſecuti iidem ipſi Arcadius & Ho-
norius, ſanctionem illam promulgarunt quæ eſt in tract. De pœnis, Cod.
cuius initium,Sancimus.Qua lege ego legem Quiſquis,abrogatam eſſe ali-
quando cenſui in ampliſſimo conſeſſu : tametſi religione iudicandi magis
adductus id fecerim,quàm perſuadendi fiducia,apud eos quidem qui tem-
pora cuiuſque legum authoris animaduertere negligunt, quandoquidem
interpretes iuris rationem temporum non habuerunt, quorũ hodie reſpon-
ſis ſtat huius doctrinæ æſtimatio & authoritas.Mihi uerò in eo falli interdũ G
uidentur homines alioquin iuris peritiſſimi, quòd aut uerbis legum uim
Antinomiæ. afferunt,aut Iuriſconſultorum reſponſis: cum locos iuris diſcrepantes,inter-
pretationibus inter ſe diſſidentibus ad concentum reducere ſe credunt. Id
adeò mihi æſtimare in mentem uenit,cum legem ſecundam tituli De præ-
diis minorum,quæ lex eſt Gordiani lib.quinto Codicis,cum lege Iuſtiniani
componerem,quæ eſt ſub titulo, Si maior factus alienationem ratam ha-
buerit.cum enim longè promptius, tum etiam uero propius mihi uidetur,
antiquiorem legem poſteriore abrogari, quàm ſcholiis aliis atque aliis di-
cta diſſidentia conari conglutinare. Similis,niſi fallor,eſt hallucinatio,cum H
legem Alexandri, quæ quarta eſt in tractatu De furtis,cum lege Græca Iuſti-
niani, quæ tertia eſt à fine, non diſſonam eſſe contendunt. Quarum tamen
diſcrepantiam ciere contentionem non modicam uidimus in iudicãdo reo
uno,qui ad furtum nequicquam famulum probum adhortatus fuerat, pa-
trefamiliâs rei conſcio,& cum famulo colludente, ut hortatorem deprehen
deret: cum ego conſentaneum magis eſſe ducerem Alexandreæ ſanctionis
authoritatem poſteriore lege antiquatam fuiſſe,quæ non euentũ attenden-
dum,ſed conſilium uoluit. Quid legem ultimam, quæ eſt Conſtantini, ſub
titulo,Si pend.appel.mors interuenerit:nónne abrogatam eſſe, & expeditius I
& longè congruentius eſt dicere & defendere, quàm nugas comminiſci, ac
planè ariolari,ne antinomia eſſe uideatur cum lege Græca comparata,cuius
initium eſt Cum antiquioribus, ſub tract. De iure deliberandi?Noſtræ uerò
opinioni non magnopere reclamare id mihi uidetur,quòd lex altera ſub ti-
tulo,Qui & aduerſus quos in integrum reſtitutionem poſtulent,quæ lex eſt
Iuſtiniani,non modò legi,Si ſuperſtite,in tractatu De dolo,quæ longè anti-
quior eſt:ſed etiam legi eiuſdem Iuſtiniani refragatur,ſub titulo, De bonis
quæ liberis.Facile enim eſt obiectum diſſoluere,uel Accurſio ipſo iudice:ne
mihi eò confugiẽdum ſit,quod in priore editione de Iuſtiniano Tribonia- K
nóque diximus. Horum autem & ſimilium iudicium penes homines erit
in iis controuerſiis dirimendis,quarum iudicium æquo & bono magis tem
perandum eſt:quibus in ipſis uberior eſt licentia contra receptas auctorita-
tes nonnihil audendi dum ſententiæ rogãtur.Sed tamen ne id piaculare eſſe
uideatur inter eos qui eodem iureiurando adacti ſunt, ecquis eſt eorum qui
aureis habent æquas audiendæ ueritati,uel longiſſimo interuallo poſtlimi-

 nium

Source : BIU Cujas

A nium poſtulanti,qui negare audeat legum interdum ſenſum fugiſſe homines iuris cõſultiſſimos,etiam ut uerba intellexerint? Hîc locum unum exempli cauſa citabo.Extat lex Antonini ſub titulo De uſuris, in hæc uerba, Vſuræ per tempora ſolutæ non proficiunt reo ad dupli compenſationem. tunc enim ultra ſortis ſummã uſuræ exiguntur,quoties tempore ſolutionis ſumma uſurarum excedit eam computationem. Ego hunc ſenſum horum uerborum eſſe dico: quod de uſuris Romani principes ſanxerant, ut earum cumulus ultra ſortem geminatam exigi nulla actione poſſet, ita intelligẽdum eſſe,ſi modò eo tempore quo creditor experitur, ea ſumma in quam actionẽ
B ſuam concipit,duplum ſortis excedit. id enim quod ultra duplum ſortis excurrit,efficaciter peti non poteſt:non etiam ſi eo tempore quo agit ex ſtipulatu,uſuræ antè ab eo perceptæ,cum iis quas ſibi deberi contendit, cumulatæ,duplum ſortis excedunt.tunc enim ſummoueri creditor exceptione non poteſt:ut uerbi gratia:eſto ſemiſſis uſura in ſtipulatum deducta: ducenteſimo illa quidem menſe, id eſt anno ſextodecimo & octauo menſe ſortem æquabit,ut poſt Hermolaum Barbarum nos copioſè in libro de Aſſe docuimus.Ita fit,ut tertio & triceſimo anno & quatuor mẽſibus,duplum ſorti fœnore acceſſerit:id eſt,ut ſors centenaria ducenariũ fœnus pepererit. Age fac
C ut creditum iam ſit adeò uetuſtum, ut quadruplicato fœnus creuerit, cum interim debitor non acriter appellatus nihil ſoluerit uſurarum: utrum quadruplum peti poterit?Nego lege agi poſſe ultra duplũ: Nam eius quod plus debetur,petitio, ui legis perimitur. Sin cum actio inſtituitur, non ultra duplum ſortis debetur:etiam ſi id quod multis antè annis perceptum eſt à creditore,uel duplum uel quantumuis excedit:id tamen debitori nihil prodeſt ad creditorem ſummouendum legis interpretatione, quæ in futurum ipſa calculum non admittit. Ita fit,ut uſuræ non modò duplicato aut triplicato creſcere legitimè,ſed etiam octuplicato,& eo amplius poſſint,ſi creditor de-
D bitorem ſemper appellauerit,nominãq; exegerit antequam fœnus ultra duplum ſortis excurreret:quod in uſura centeſima demum fit menſe nono ſupra decimumſextum annum.Accurſius autem, & qui eum ſecuti ſunt, longè(niſi fallor)abfuerunt ab intelligẽtia huius ſenſus,quandò & ipſi alioquin uſurarum rationem priſcam abſurdè intellexerant. Nec me fallebat,cum hæc ſcriberem, non minoris ipſa confidentiæ uiſum iri, quàm pridem antinomias adnotaſſe.ſed tanti utrobique fuit conſcientiæ indulſiſſe.

Lex de uſuris.

IN cap. In quæſtionibus. Coniurationem denique Lucij Catilinæ Iulia mulier detexit:& M. Tullium Cõſulem in iudicium eius inſtruxit.)Legen-
E dum Fuluia,ex Salluſtio. & indicium, non iudicium.Fuit enim Tullius index,id eſt delator ad ſenatum,nõ autem iudicium eius rei quæſtionémque exercuit.uel potius in indiciũ eius M. Tullius ideo inſtructus dicitur, quia indicium faciendũ ipſe curauit,perfecítque quod curauerat opera eius mulieris,quoniam indicium propriè eius eſt qui unà peccauerit, ut inquit Donatus in Eunuchum:ídque ex uerbis Ciceronis in Diuinatione ſatis liquet: Quapropter(inquit)ſi tibi indicium poſtulas dari, quòd tecum unà fecerit:

Haloã. legit, indicio ſuo inſtruxit. Sanè Fuluia coniurationem indicauit Tullio Conſuli.

Indicium.

Source : BIU Cujas

concedo,si id lege permittitur.ubi tamen corruptè etiam iudicium legebatur:sed Asconius adnotauit:& indicium eius esse dicit, qui facinoris cuius ipse conscius est,latebras indicat impunitate proposita. Hoc autem in Catilinæ coniuratione contigisse, ex Sallustio constat his uerbis, Tarquinius ad senatum adductus erat:quem ad Catilinam proficiscentem, ex itinere retractum aiebant.Is cum diceret se indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset:iussus à Consule quæ sciret edicere,eadem ferè quæ Volturcius de paratis incēdiis, de cæde bonorum,de itinere hostium,senatū edocet.Idē alibi,Volturcius primò fingere alia omnia,dissimulare de cōiuratione.Pòst, ubi fide publica dicere iussus est,omnia aperit.Indicare μηνύειν Græcè dicitur. Inde τὸ μηνύσαι non tantùm mercedem indicis, sed etiam peculiari significatione impunitatem conscio propositam,apud Græcos oratores significāt. F G

Haloan. etiā legit cum negatione. AD legem Iuliam de adulteriis,circa principium. Marito iure mariti accusanti illa præscriptio obiicitur,si legem prodidisse dicatur ob hoc, & reliqua.)Puto hîc deesse negationem: ut sit,si non legem prodidisse dicatur. Est enim hoc uerbum solēne in exceptionibus.Vlpianus De pignoribus,in cap. Si debitor,Dabitur enim possidenti hæc exceptio, SI NON CONVENIT, VT EADEM RES MIHI QVOQVE PIGNORI ESSET. Martianus,Tali enim exceptione Prætor creditorem tuebitur, SI NON INTER CREDITOREM ET EVM, AD QVEM VSVSFRVCTVS PERTINET, CONVENERIT VT VSVSFRVCTVS PIGNORI SIT,* Marcel. in cap.Creditor,Qui potiores in pignore habeātur,Exceptio enim priori utilis est, SI NON MIHI ANTE HYPOTHECAE PIGNORIS'VE NOMINE SIT RES OBLIGATA. Idem, Quòd si ille excipiat, SI NON CONVENIT, VT SIBI RES SIT OBLIGATA, hic in modum suprà relatum replicabit.Hoc autē in loco fortasse non negatiua particula, sed extraquam,restituenda,hoc modo,Extraquā si legem prodidisse dicatur. Accommodata est enim hæc particula in conceptionibus exceptionū, ut apud Vlpianum De fluminibus,Labeo scribit, non esse dandam exceptionem ei, qui interdicto cōuenitur, AVT NISI RIPAE TVENDAE CAVSA ID FACTVM SIT: sed ita excipiendū ait, EXTRAQVAM SIQVID ITA FACTVM SIT, VT LEGE FIERI LICVIT. Cicero lib.secūdo Rhetoricorum,Agit is cuius manus præcisa est,iniuriarum: postulat is quicum agitur,à Prætore exceptionem, extraquam si in reum capitis præiudiciū fiat. Hic is qui agit,iudicium purum postulat: ille quicum agitur,exceptionem ait addi oportere. In his & huiuscemodi aliis priscis conceptionibus multa erat sermonis Latini gratia atque elegātia:sed à pauciſſimis hodie animaduersa, cū quilibet sibi Tullianæ dictionis iudiciū arroget, fastidio iniquissimo,& interdum putidissimo. Quod autem sequitur, Lenocinij quidē crimen lege Iulia præscriptum est, cum sit in eundem maritum pœna statuta, qui de adulterio,& reliqua. Lego,Lenocinij quidem crimini lege Iulia præscriptum est:cum sit eadem in maritum. Præscribere pro excipere cum dativo iungitur. Quintilianus libro septimo, Cum ex præscriptione lis pendet,

Formula exceptionum. Ibidem. *Martianus. Haloand.* *Extraquā, in exceptionibus. L. prima.* *Lib. 2. de Inuentione.* *Præscribere. De actionis quæstione. c. 6.* H I K

Source : BIU Cujas

A de ipsa re quæri non est necesse. Ignominioso patri filius præscribit: de eo solo iudicatio est, an liceat. Marcel. lege tertia De præuaricatoribus, Nam si reus accusatori ideo præscribit, quòd dicat se eodem crimine ab alio accusatum & absolutum. ἐὰν δὲ ὁ φεύγων τῷ γραφῇ παραγράφηται, ὃς πρότερον ἐκφυγὼν αὖθις ὑπ' ἄλλου κατηγορηθῆναι. *Macer Haloan.*

IN cap. inter liberas, sub eodē titulo, legēdum sic cēseo eo loco ubi areola relicta est, Lex Iulia stuprū & adulterium promiscuè καὶ συμμιγῶς appellat. & paulo pòst, Stuprum uerò in uirginē uiduámue committitur, quod Græci λαφθορὰν appellant. Sallustius, Erat ei cum Fuluia muliere nobili stupri ue- B tus consuetudo. Cicero in Antoniana secunda, Frequētissimo senatu Calēd. Ianuariis, sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolobella odii causam ausus es dicere, quòd ab eo sorori & uxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. Idem in uer. act. ulti. Noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem nuptam uni, propositam omnibus. In his exemplis Ciceronis, stuprum pro adulterio ponitur: quod parū Papinianus animaduertisse uidetur. Tranquillus, Ne prouincialibus quidem matrimoniis abstinuisse, uel hoc disticho apparet, Vrbani, seruate uxores, mœchum caluum adducimus. Auro in Gallia stuprum emisti: hîc sumpsisti mutuum. Plautus in Am- C phitr. Ita me probri, stupri, dedecoris à uiro argutam meo? Idem Tranquillus stuprare pro adulterare dixit in Nerone. Latinè etiam probrum appellatur. Cicero in eadem Philip. Probri insimulasti pudicissimam fœminam. Liuius, Matronæ probri accusatæ. Vtitur & Tranquillus in Cæs. Græci adulterium μοιχείαν, λαφθορὰν, φθορὰν, αἰσχύνην dicunt: quod ultimū Latinè probrum esse uidetur. Plautus ad uerbum dedecus dixit. De uirgine eo amplius dicūt λαμπάρνειν. Non magnopere autem de huiusce modi uerbis Græcis restituendis laborandum est, duntaxat cum sine iis sensus legum responsorúmue plā nus est. siue enim hic λαφθορὰν legamus, siue φθορὰν, non magnopere refert. D Legi enim in fragmentis Pandectarum Græcarum φθορεῖς pro corruptoribus uirginū: qui & uitiatores dicti sunt: & φθορὰ Græcis etiam pro stupro in usu est, & ὕβεις. Cicero flagitium appellat.

Haloan. promiscuè & κατα χρησικώτερον, exponitque, abusiuè aliquantum. *Haloan. φθορὰν appellat. i. corruptionem, ut ipse exponit.* *Stuprum.* *In Iulio, c. 51.* *Act. 3, Sce. 2.* *Cap. 35. Probrum.* *Decad. 3. lib. 5. Cap. 43.* *Paulo antè.*

IN cap. Si uxor, Planè sive iusta uxor fuerit, sive iniusta, accusationē instituere uir potest. Nam & Sextus Cæcilius ait, Hæc lex ad omnia matrimonia pertinet: & illud Homericū affert) Accursius uelut Mercuriali numine instinctus, uxorē iustā iniustāq; tripliciter enarrauit, & in omnibus astipulatorē habet Bartolū: me uerò in nulla assensorē. nam iusta mulier sic ut filius iustus dicitur, de quo uocabulo satis multa in priore editione diximus. Vt ergo E iustus est filius, qui omneis numeros iuris familiaris filialisq; obtinet: ita iusta uxor omni iure cōiugii prędita erat. πάντας ἀριθμὸς τῆς συνοικήσεως πεπληρωκυῖα καὶ κεκτημένη Aliā autē olim fuisse matrēfamiliâs, & aliā matronā uxoremq;, alibi planū fecimus. Hodie iustæ uxoris appellatio aut nulla est, aut eius est uxoris que iustis spōsalibus & palàm in uiri manū coiit, nō occulto cōsensu. Locus autem Homeri hîc citatus ab Vlpiano, Iliados libro nono ita legitur,

Iusta uxor.

Ἦ μᾶλλον φιλέοι ἀλόχους μετόπισθεν ἀκοιτῶν

Source : BIU Cujas

Ἀτρεῖδαι; ἐπεὶ ὅστις ἀγαθὸς, καὶ ἐχώφρων F
τὴν αὐτοῦ φιλέει καὶ κήδεται, ὡς καὶ ἐγὼ τὴν
ἐκ θυμοῦ φίλεον δουρυκτητὴν περ ἐοῦσαν.

Ecquid amare ſuas ſolis fas cenſet Atridis?
Quidni igitur prudens uxorem diligat imo
Pectore quiſquis erit? ſiquidem Briſeida partam
Marte meo dudum, dilexi haud ſecius ipſe.

Verba ſunt Achillis ad legatos ab Agamemnone & Græcis ad eum miſſos, Quanam igitur (inquit) de cauſa Agamemnon Græcorum populos congregandos curauit, ad Troiámque tranſportandos? Nunquid aliam ob cauſam, G quàm propter Helenã illam formoſam? An tandem Atridæ ſoli hominum uxores ſuas amant? Briſeis autem erat nobilis fœmina, quam honoris cauſa ex captiuarum numero delegerat permittentibus Græcis, aut eximiam aliâs acceperat, eámq; uxoris iuſtæ loco habere inſtituerat. Iniuſtã ergo uxorem Vlpianus uel non iuſtam, pallacam uxoris numero locóq; habitã intellexit.

Vulgaris uxor. QVOD autem ſequitur, Sed & in ea uxore poteſt maritus adulterium uindicare, quæ uulgaris fuerit: quãuis ſi uidua eſſet, impune in eam ſtuprum committeretur.) Accurſius uulgarem pro peruulgata & proſtituta paſſim perperam intellexit, & in antinomia diſſoluenda, deſultoria grauitate & cõ- H ſtantia utitur more ſuo. Ego uulgarem plebeiam intelligo, quæ matriſſamiliâs nomen obtinet. Lex autem, Quæ adulterium, quæ lex eſt Cõſtantini, de ea fœmina ſanxit, quæ cum fœditate miniſterij, matriſſamiliâs nomen retinere non poteſt. *Cap. 35.* Huic ſenſui aſtipulantur Tranquilli hæc uerba in Tyberio, Matronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, ut propinqui maiorum more de communi ſententia coërcerent, auctor fuit. Et inferius, Fœminæ (inquit) famoſæ, ut ad euitãdas legum pœnas, iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperant: & ex iuuentute utriuſq; ordinis profligatiſſimus quiſque, quo minus in opera ſcenæ arenæ- I que edenda ſenatuſconſ. tenerentur, famoſam iudicij notam ſponte ſubibãt. eos, eáſque omneis, ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet, exilio affecit. Ex cuius uerbis intelligimus mulieres quantumuis proſtitutæ pudicitiæ, lege tamen teneri, ſi nondum ignominia notatæ nomen amiſerant matronarum matrúmque familiâs.

IN eodem tractatu Ad legẽ Iul. de adul. cap. Si maritus, Legis Iuliæ de adulteriis cap. ſeptimo ita cauetur, NE QVIS INTER REOS REFERAT EVM, QVI TVNC SINE DETRACTIONE REIP. ABERIT. Et paulò inferius. Neceſſario dicitur SINE DETRACTIONE.) Legendum, qui K tunc ſine detrectatione reip. cauſa aberit: etiam ſi omnia refragentur exemplaria. *Detrectare.* Eſt autem detrectare, uitare, fugitare, auerſari, reſtitare. Tacitus libro uiceſimo, Nec Sequani detrectauere certamẽ. Fortuna melioribus affuit, fuſi Lingones. ἐφυγομάχουν. *Cap. 1. L. quarta.* Quintilianus in ſecundo, Rhetorice officia ſua non detrectet, nec occupari gaudeat pertinentem ad ſe laborem, quæ dum operæ cedit, iam penè poſſeſſione depulſa eſt. *Arrius Menander Haloan.* *Arria. infrà De re militari, Grauius

Ex titulo, Ad legem Iuliam de adulteriis.

autem

A autem delictum est detrectare munus militię, quàm appetere. ἐφῷ ἀναδύεσθαι τὴν τῆς στρατείας λειτουργίαν. Sine detrectatione igitur is abesse dicitur, qui occasionē nō quæsierit causæ dictionis euitādæ. ὁ μὴ ἀποδημῶν διεκδύσεως ἕνεκα, uel διαδύσεως χάριν.

QVOD autem sequitur, Quòd si quis præsens sit, uice tamen absentis habeatur, ut puta qui in uigilibus uel urbanis castris militat.) de castris prætorianis intelligendum, in quibus prætoriani milites statiua sua habebant, & semper principibus præsto erant. ii à cohorte prætoria originem habuerunt: de qua nos alibi diximus. Tranquillus in Galba, Germanorum cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam dissoluit, ac sine commo-

Vrbana castra.

Prætoriani.

Cap. 16.

B do remisit in patriam. Hæc & castra prætoria appellantur à Capitolino.

IN lege, Quod ait lex, CVM IN FILIA ADVLTERVM DEPREHENDERIT, NON OCCISVM VIDETVR.) Vidi librum antiquum, in quo ociosum scriptum fuerat, sed litura confossum, & pro eo uerbo occisum ascriptum, errore lectoris, atque ignorantia. Non est ociosum (inquit Vlpianus) id est, ut Græci dicunt, οὐκ ἀργόν ἐστι, quod ait, Cum in filia adulterum deprehenderit. id est, non de nihilo adiecta sunt hæc uerba, non ab re, nō temerè, οὐκ εἰκῆ, οὐδὲ τυχόντως. habent enim certam significationem, & animaduertendam. non enim aliter interficere patri conceditur adulterum, nisi in ipsa tur-

C pitudine deprehensum. Labeo quoq; (inquit) ita probat, & Pomponius scribit, in ipsis rebus Veneris deprehēsum occidi. Et hoc est quod Solon & Draco dicunt*. Existimo hæc uerba Græca in area quæ sequitur, scribēda: ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχοντα. Iamprimum deprehensi dicuntur, qui effugere nequeunt uel uitare cum maximè cupiāt, aut è re incommodè nata se explicare & subducere. Quintilianus in duodecimo, Itaque reperias quosdam in disputando mirè callidos: cum uerò ab illa cauillatione discesserint, non magis sufficere in aliquo grauiore actu, quàm parua quædā animalia, quæ in angustiis mobilia, in campo deprehenduntur. ἀπορούνται, uel εἰς ἀμηχανίαν κατέστησαν. hoc est

Haloan. dicunt ἐν ἔργῳ.

Deprehēsus. Cap. 2.

D nullum in se aut in alio præsidium reperiunt: omni consilio, omníq; ope defecta sunt. Idem lib. decimo, Scribendū quoties licebit: si id non dabitur, cogitandum. ab utroque exclusi debent tamen uincere, ut neque deprehensus orator, neque litigator destitutus esse uideatur. Deprehēsum dicit oratorem τὸν ἐξ ἀμηχανίας ἀπορούντα, καὶ ἀπροφασίστως διακείμενον: qui eò usque ad infantiam redactus est, ut iam nihil causificari possit, quo minus causa cadat. Sic Curtius de Alexandro in angustiis hærente, Tunc hæsitabat deprehensa felicitas, nec aliud remediū erat, quàm reuerti qua uenerat. ἐνίσχετο πάντη τε ἠπορημένη καὶ ἀλύουσα. Deprehēsus adulter est, ὁ ἐπαυτοφόρῳ εἰλημμένος, qui eò redactus est, ut nec fu-

Cap. ult. sub finem.

Lib. 5.

E gere nec inficiari possit. At is demū eiusmodi est, qui in re ipsa uenerea correptus est aut inuentus, quem Græci ἁλόντα ἐπὶ τῶν ἀφροδισίων dicunt: id est in Venere deprehensum, aut in re uenerea. Quare Accursius, & qui eius auctoritate adducti sunt, in horum uerborum intelligentia falsi, alios etiam fefellerunt. id quod ex uerbis legis ostendam, quæ apud Lucianum in Eunucho legimus, Atqui (inquit) iudices, iste læuibus malis & uoce fœminea cæteráque Eunuchi similis, si uestibus suis exuatur, magnopere uobis uirilis appa-

Source : BIU Cujas

rebit,niſi ii mentiuntur,qui eum aiunt deprehenſum in adulterio, ut inquit F
legum tabula,pudenda in pudendis habentem.quod Lucianus dixit,ὡς ὁ ἄξων φησὶν,αἰδοῖα ἐν αἰδοίοις ἔχοντα.Leges autem Solonis ἄξονας & κύρβεις appellatas,nemo ignorat qui Plutarchum in Solone legerit,& Græcos oratores. Quòd autem τὰ ἀφροδίσια,id eſt res uenerea, non ſignificet antecedentia concubitum, colloquia, baſia,contrectationes laſciuas, & locum conſtitutum, ut Accurſius ex Cicerone cenſuit, uerba Ariſtotelis oſtendunt, qui libro ſeptimo de Animalibus,de pueris loquens,qui hircire dicuntur circa pubertatẽ, & de puellis,quum menſes habere incipiunt,ita inquit,Tum enim maxima cuſtodia indigent, cum præcipuè incitentur ad experientiam rerum ueneris.μάλιστα δ' ὀρμῶσι πρὸς τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν. G
Idem,Quæ autem immodicę ſunt in uſu rerum uenerearũ:eæ ſi ſæpius pepererint,poſtea ſedantur facilius,& caſtigantur.Cicero in Topicis, Ante rem enim quæruntur, quæ talia ſunt: apparatus, colloquia, locus, conſtitutum conuiuium: cum re autem,pedum crepitus, ſtrepitus hominum,corporum umbræ, & ſi quid eiuſmodi: at poſt rem rubor,pallor, titubatio:& ſiqua alia ſigna conturbationis & conſcientiæ,cęteráque quæ ſuſpicionem facti poſſunt mouere. Ex his uerbis apparet aliud eſſe rem ueneream, & aliud antecedentia cõſequentiáq; ueneris.Adde quod Vlpianus hîc dixit ita demum hãc poteſtatem patri cõpetere, ſi in ipſa H
turpitudine filiam deprehendat. & in lege,Capite quinto,dixit in uxore ſua deprehenſum. Turpitudo enim eſt quod tabula legum obſcœna in obſcœnis habere dixit.

Haloan. habet cũ uxore.

IN cap. Si poſtulauerit. Si poſtulauerit accuſator ut quęſtio habeatur de ſeruo adulterij accuſato:ſiue adeſſe uoluerit, ſiue intereſſe noluerit, iubent iudices eum ſeruũ æſtimari.) Accurſius ſic legit, & ablatiuum abſolutũ eſſe cenſet. ego accuſati legendum eſſe puto:hoc eſt ſerui qui adulterij perpetrati tempore in familia rei fuit,& poſtea in alicuius alîus dominium tranſiit: cui precij æſtimatio dari iubetur.& deeſſe una dictio uidetur,ut ſit ita locus I
reſtituẽdus,Siue adeſſe dominus uoluerit.Moris autem fuit apud antiquos, ut qui ſeruum ad teſtimonium ferẽdum poſceret, is precij ſerui fideiuſſores daret in cauſa tum ciuili,tum capitali:idq; lege Athenienſium,ut ex Demoſthene liquet in oratione quæ inſcribitur παραγραφὴ πρὸς Πανταίνετον,appellatúrque πρόκλησις:quæ eſt ἀξίωσις τῶν διαφερόντων εἰς βάσανον ὅτι δικαίοιντο, πρὸς μαρτυρίαν τῶν πράγματος. Qui autem ſeruum ad quæſtionem expoſcebat, non aliàs æſtimationem dabat,quàm ſi cauſa caderet. Quare fideiuſſor intercedebat inter actorem & reum. quanquam id Demoſthenes poſtulationem aduerſarij depellendo ait iniquum eſſe.ἀναγινώσκει μοι πρόκλησιν μακρὰν,ἀξιῶν ὃν φησιν οἰκέτην τοῦτο σωθῆναι, βασανίζεσθαι. K

Sic legit Haloan. ſiue ipſe uoluit interesse, ſiue noluit.

QVOD autem infrà dicitur in eodem capite, Interrogandíque facultas datur patronis:id ex more priſco eſt: quod Bartolus perperam intellexit. & accuſatores enim & patroni & ſuos & aduerſarij teſtes palàm interrogabant: id quod tum ex Ciceronis orationibus multis in locis, tum ex Quintiliano facile eſt intelligere: qui libro quinto ſic ait, Reliquæ interrogandi

Mos priſcus in teſtibus interrogandis. Cap.7.

Source : BIU Cujas

A ſunt partes:qua in re primum eſt, noſſe teſtem.nam timidus terreri, ſtultus decipi,iracundus concitari, ambitioſus inflari poteſt: prudens uerò & conſtans,uel tanquam inimicus & peruicax dimittendus ſtatim: uel non interrogatione,ſed breui interlocutione patroni refutandus eſt:aut aliquo,ſi contiget,urbanè dicto refrigerãdus.Idem paulò pòſt, Patronus quoque altius, & unde nihil ſuſpecti ſit,repetita percunctatione, priora ſequentibus applicando,eò ſæpe perducit homines,ut ab inuitis quod proſit extorqueat.Idem de interrogatione accuſatoris, At ſi neſcierit actor quid propoſiti teſtis attu- *Paulò antè.*
lerit:paulatim &(ut dicitur) pedetentim interrogando experietur animum
B eius:& ad id reſponſum quod eliciẽdum erit,per gradus ducet. Cicero pro Flacco, Vbi eſt igitur illa laus oratoris, quæ uel in accuſatore antea, uel in patrono ſpectari ſolebat:bene teſtem interrogauit,callidè acceſſit,reprehendit,quò uoluit adduxit,cõuicit,& elinguem reddidit.Ex hoc more emanauit id quod dicitur in lege,Si quãdo,Cod.De teſtibus.quo in loco Accurſius tanquam in luto addubitationis hæſit.

IN cap.Si adulterium.Imperatores Marcus & Antoninus,& Commodus filius.) Accurſius ignorãtia hiſtorię nulli hodie nõ cognitæ,hoc in loco pueriliter addubitauit. Quare adnotãdum duximus Marcum Antoninum,qui
C ab inſtituto uitæ Philoſophus dictus eſt,ſucceſſiſſe Antonino Pio Auguſto. Hadrianus enim princeps Ro.cum idoneũ ſibi imperij ſucceſſorẽ quæreret, ea lege Antoninum,qui poſtea Pius dictus eſt,adoptauit, ut ipſe Antoninus Marcũ Annium amitæ ſuæ filiũ adoptaret:qui Marcus adoptionis iure Aurelius uocari cœpit.hic Fauſtinam duxit uxorem,quæ ab impudicitia infamiam contraxit:ex qua Commodum filium ſuſcepit, ut aliqui opinati ſunt, adulterio quæſitũ. Verùm M.Philoſophus eius pater uir optimus, poſt mortem Antonini Pij,qui hoc ipſo in loco diuus Pius dicitur, ad imperiũ iubẽte ſenatu aſſumptus eſt: id quod ipſe minimè affectauerat: auguſtúſque fa-
D ctus,nouo exemplo fratrem ſuũ conſortem imperij ſibi eſſe uoluit & iuſſit: Luciúmq; Verum Commodũ eum appellandũ cenſuit, Cæſarémq; dixit & Auguſtum.túmque primùm Ro.imperium duos Auguſtos pari poteſtate *Duo Auguſti primùm facti.*
cœpit habere.Ipſe etiam Marcus Antoninũ ſe uocare cœpit, quaſi diui Pij filium : fratrémque ſuum Commodũ præter nomina ſupradicta Seuerum etiam nominandum cẽſuit,& Antoninũ: uidelicet eum intelligi filium ſuũ uolens:qui tamen longè alienus ab eo moribus & uitæ inſtituto poſtea fuit. Hi cum uelut gemini aliquãdiu imperaſſent, Lucio Vero Commodo morte ſublato Marcus Philoſophus ſolus in imperio fuit: filiumq; Commodum
E imperij ſucceſſorem reliquit,cùm omni uitæ fœditate, tum uerò gladiatura & crudelitate infamem & probroſum. Gemini igitur Auguſti ſæpe in libris huius ſtudij,diui fratres,interdum Seuerus & Antoninus,interdũ Marcus & Antoninus appellãtur:ut hoc in loco,in quo ipſo Commodus pro fi- *Diui fratres.*
lio Marci intelligitur:alibi pro Lucio Seuero.Diui autẽ dicuntur, quia inter diuos relati ſunt:qui honos apotheoſis appellabatur:quæ quo ritu fieret,Herodianus libro quarto hiſtoriæ ſuæ retulit,quam exorſus eſt à Commodo.

Source : BIU Cujas

IN tractatu De ui publica, cap. Qui cœtu conuerſo, turba, ſeditione incendium fecerit.) Tametſi Accurſius ſic legat, tamen legendum cenſeo, Qui cœtu, cõcurſu, turba. Sic in cap. Qui dolo malo. Item qui cum telo dolo malo in continenti fuerit. lego in conuentu: ut Accurſius ipſe ſuſpicatus eſt. Eſt autem cõuentus concilium, ubi conſilium à multis agitatur. Salluſtius, Primo conuentu: quem ab regibus factum ſuprà memorauimus. Cicero conuentũ maximum de conuiuio dixit in Verrem. Alibi pro negociatorũ multitudine, qui negociandi cauſa aliquò conueniunt, tanquam in conciliabulum, non ut illic ſint incolæ: ut hodie Lugduni fit, nundinandi gratia. Apud Plinium libro tertio, cõuentus legimus pro iis quos dies magnos noſtri uocant: & uerbũ conuenire eodem pertinens: Carthaginem, inquit, conueniunt populi lx. id eſt iura Carthagine petunt. quod nunc reſortiri dicimus uernaculo uocabulo non temerè prolato: eſt enim à cõſuetudine Græcorum, qui λαγχάνειν δίκας dicunt: & Romani ſortes iudiciorum dicebant, ut Virgilius in ſexto, & Iuuenalis in Saty. decimatertia, ubi urnæ Prætoriæ meminit. Illud uerò ridiculum eſſe dicerem, quòd Accurſius in cap. Lege Iulia, Oratorum nomine doctores artium intelligi uoluit, qui à Græcis Rhetorici uocantur: niſi hæc ignorantia animaduerſione ſeria potius atque adnotatione, quàm riſu digna eſſet: uidelicet ut qui comitem aut aſſeclam præceptoris pulſaſſe dicetur, is de ui publica continuò teneatur. Sunt igitur oratores hoc in loco iidem qui legati: ut apud Virgilium in xj.

I ámque oratores aderant ex urbe Latina,
V elati ramis oleæ, pacémque rogantes.

Liuius, Theij oratores cum infulis & uelamentis ad Romanos miſerũt. quo uocabulo eos legatos propriè ſignificari cenſeo, qui deprecabundi ueniunt: tametſi πρέσβεις apud Græcos, unde hoc Latinum per imitationem ductũ mihi uidetur, legati dicantur omnis generis, etiam legati in exercitu.

AD legem Corneliam de ſicariis, cap. pri. Quíue cum magiſtratus eſſet, publicóue iudicio præeſſet, operam dediſſet, quò quis falſum iudicium profiteretur, ut quis innocens conueniretur.) Sic Accurſius legit, & omnia habent exemplaria quæ uidere mihi contigit. Sed nihilo ſecius legendum omnino cenſeo indicium, non iudicium, & circunueniretur. Nam præterquã quòd abſurdũ eſt profiteri iudicium à Iuriſcõſulto eſſe dictum, pro eo quod eſt ſententiam proferre, ut Accurſius intellexit: tum uerò ſequẽtia uerba nõ cohærent, ut quis innocens cõueniretur. Eſt autem profiteri indicium, ultro ſeſe conſortéſque criminis deferre, id quod Cicero indicium ſibi poſtulare dixit in Diuinatione, ut nos ſuperius oſtendimus. Sic idem Cicero operam profiteri & potentiã dixit in Verrem, Qui ſequeſtres aut interpretes corrũpendi iudicij ſolent eſſe: quíque ad hanc rem, potentiã ſuam aut impudentiam profeſſi ſunt. id eſt, ultro obtulerunt, ἐπηγγείλαντο. Vt autem circunueniretur legendum cenſeam, auctoritate Ciceronis adducor, præterquam etiam quòd conueniretur hoc loco non congruit. Is igitur in oratione pro Cluentio, Hanc ipſam legem (inquit) ne quis iudicio publico circunueniretur, C.

Ex titulo, Ad legem Corneliam de ſicariis. Gracchus

In concione Haloan.

Conuentus. In Iugurth.

Cap. 1. & cap. 3. Conuentus. Reſortiri.

Oratores.

Deca. 4. l. 7.

Cõueniretur Haloã. ſed legendũ eſt circũueniretur, ut patet ibidẽ cap. 3.

Indiciũ profiteri.

Indicium ſibi poſtulare. Verr. 2.

Source : BIU Cujas

A Gracchus tulit.Idem, Mulier Roma proficiſcitur cum magno comitatu & pecunia: quò facilius circunuenire iudicio capitis, atque opprimere filium poſſet.& ſic identidem.Hæc autem lex Cornelia dicitur, quia à Lucio Sylla Cornelio lata eſt,prius tamen Sempronia dicta à Caio Graccho, qui primus eam tulit,ut auctor eſt idem Cicero.Et rurſus in Bruto,Iſocratem primò artem dicẽdi eſſe negauiſſe: ſcribere autem ſolitum orationes, quibus in iudiciis uterentur.ſed cum ex eo(quia quaſi committeret cõtra legem, quò quis iudicio circũueniretur) ſæpe ipſe in iudicium uocaretur: orationes aliis deſtitiſſe ſcribere. Quibus uerbis intelligimus eandem legem Athẽnis fuiſſe *Circunuenire iudicio.*

B ante leges Semproniam & Corneliam.Eſt autem circunuenire, inuidia conflata & factione opprimere. Cicero in Verr. Quid te à Centuripina ciuitate, cæteríſque ciuitatibus Siciliæ circunueniri atque opprimi dicis? tua te Meſſana circunuenit.hoc eſt enim quod Græci καταστασιάζειν dicũt:ut Demoſthenes πρὸς Λεωχάρη, καὶ μὴ θορυβεῖν πίνητας ἀνθρώπους καὶ ἀθυρεῖς καταστασιαθέντας ὑπὸ παρατάξεως ἀδίκου.& itidem πρὸς Εὐβουλίδην. *Circunuenire* *Verr.6.*

IN eodem cap.Quíue magiſtratus iudéxue quæſtionis *ſub capitalem cauſam pecuniã acceperit, ut publica lege reus fieret.) His uerbis Prætor urbanus ſignificatur, non is cui iuriſdictio ſorte obtigerat, ſed alter: ut ex ora- *ob*

C tione Ciceronis pro Muræna intelligimus:qui ita præerat iudiciis publicis, ut præſides apud nos unus aut alter in curia centenaria claſſi præſident capitali,quam criminalem tholum uocant,tornellam lingua uernacula appellãtes.Is etiam quæſitor dicebatur,ut auctor eſt Aſconius in Præturam urbanã. Quæſtio enim ſtatus & conſtitutio cauſæ dicitur. Fabius libro tertio,Quæſtio enim in iudiciali materia dupliciter accipiẽda eſt.altero modo,quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiam:quo etiam minores omnes complectimur. altero,quo ſignificamus ſummam illam,in qua cauſa uertitur:ex qua naſcitur ſtatus,an factum ſit:an rectè factum ſit.Propterea factum *Iudex quæſtionis in tholo capitali.* *Quæſtio.* *Cap.13.*

D eſt,ut quæſtio pro publico iudicio accipiatur: & Quæſitor is dicatur, qui quæſtionem habet,hoc eſt qui inquirendum curat de crimine,de eóque iudicium exercendum. Hic quæſitor ſedebat pro tribunali, iudices autem in ſubſelliis: omniáque ferme in poteſtate habebat.Cicero in Bruto,Itaque intelligens dicendi exiſtimator,uidet oſcitantem iudicem,loquentem cum altero,nonnunquam etiam circulantem,mittentem ad horas,Quęſitorem ut dimittat rogantem:intelligit oratorem in ea cauſa non adeſſe,qui poſſit animis iudicum orationem admouere,tanquam fidibus manum.Quæſitorem uocat Prætorem, in cuius erat poteſtate ſoluere concilium cum libuerat, &

E dare ueniam abeundi coactis iudicibus: quod interdum iudices tædio affecti poſtulabant,horam non expectantes. Idem pro Muræna, Cogendi iudices inuiti,retinendi contra uoluntatem. Et Philippica quinta, Quæro igitur ſi Lyſiades citatus iudex nõ reſponderit, excuſetúrque Areopagites eſſe, nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res iudicare: accipiétne excuſationem is,qui quæſtioni præerit? ὁ ἐποπτεύων τὸν δικαστήν. Idem in Vatiniũ. Quęro ex te Vatini,num quis in hac ciuitate poſt Vrbem conditam Tribunoſ- *Quæſitor.*

Source : BIU Cujas

plebis appellarit,ne causam diceret? num quis reus in tribunal sui Quæsitoris ascenderit,eúmque ui deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deleuerit? Ad hanc autem similitudinem(inquit Asconius) Virgilius Minoem iudicem apud inferos,tanquam Prætor sit rerum capitalium,Quęsitorem appellat.dat ei sortitionem,ubi urnam nominat: dat ei electionem iudicum,cum dicit, Conciliúmque uocat. dat cognitionem facinorum,cum dicit, Vitásque & crimina discit. Verba Virgilij hæc sunt, F

Virgilij locus, Aeneid. lib. 6.

Nec uerò hæ sine sorte datæ,sine iudice sedes.
Quæsitor Minos urnam mouet.ille silentum
Conciliúmque uocat,uitásque & crimina discit. G

Quæstor. Oratione. 4.

Per syncopen etiam quæstor dicitur. Cicero in Catilinam, Iam hoc nemini dubium est,qui reo custodiam,quæstori gratulationem, indici præmiũ decreuit:quid de tota re & causa iudicarit. Quibus uerbis quæstorem coniurationis sese uocat ob decretam sibi Consuli à Senatu quæstionem. Quærere enim,& quæstionem habere,quod & inquirere dicitur,id est quod informare uulgò à nostris appellatur. Vnde rem quæsitam dicebant, cum ad uindictam criminis aliquid statuebatur de reis, aut ut ad tormenta seruorũ iretur pro crimine comperiendo.ut ipse pro Cluentio, Quid? Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? itáne tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa, cum quæstionem habuisset Romæ, cum de honestissimorum uirorum sententia constitutũ esset,satis quęsitum uideri: eadem de re triennio pòst in filij caput quęstionẽ habere conata est? id est non repetendos esse seruos ad quęstionem.Plinius ad Arrianum libro secundo,Respondit Fronto Catius, deprecatúsque est,ne quid ultra repetũdarum legem quęreretur: omniáque actionis suæ uela uir mouendarum lachrymarum peritissimus, quodam uelut uento miserationis impleuit.Magna contẽtio, magni utrinque clamores:aliis cognitionem Senatus lege conclusam,aliis liberam solutámque dicentibus:quantúmque admisisset reus, tantum esse uindicãdum. Quęrere hoc in loco pro iudiciũ exercere,Plinius accepit:& quod dicit conclusam Senatus cognitionem, hunc habet intellectum, astrictam uno iudicio repetundarum:quia ab initio Senatusconſ.factum fuerat in eam sententiam,ut de Prisco reo lege repetundarum quęstio haberetur, cum tamẽ Priscus immanitate criminum maiorem pœnam meritus esset. Nõ licebat autem hominem delatum pluribus legibus reum fieri apud Prętorem & iudices:sed Senatus legibus erat solutus,ut auctor est Quintilianus.Paulus suprà De accusationibus, Senatus censuit ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret. ἐπὶ τῷ αὐτῷ παρανομήματι πολλαχῶς κρίνεσθαι. Ferre quæstionem, est uindicandum facinus iudicibus præbere & mãdare: uel potius ad Senatum referre,ut de uindicando scelere extra ordinem Senatusconsul. fiat,& in iudicium res deducatur.Cicero pro Milone,Non fuit ea causa iudices,nõ fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam. Idem, De hoc igitur latum est ut quæreretur.id est ut iudicium exerceretur, εἰς κρίσιν τοῦ ἀδίκημα καταστάνη. Constituere quæstionem,est decernere ut uindicetur. Idem in eadem,

Quærere & Inquirere.

Res quæsita.

Epistola 11.

Lib. 3. ca. 12.

Ferre quæstionem.

Quæstio constituta.

Ex titulo,Ad legem Corneliam de sicariis. Hanc

Source : BIU Cujas

A Hanc uerò quæstionem, etsi non est iniqua, nunquam tamen Senatus constituendam putauit. erant enim leges, erãt quæstiones, uel de cæde, uel de ui. nec tantum mœrorem Senatui mors P. Clodij afferebat, ut noua quæstio cõstitueretur. Sic Demosthenes pro Ctesiphonte, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων καὶ τιμωρίαι καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις, πικρὰ μὲν καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. Senatus (inquit Cicero) censuerat ut de cæde Clodij ordinario iudicio quæreretur, non ut extra ordinem quęstio decerneretur. Tum autem quodlibet publicum iudicium certam & peculiarem formulã habebat iudicij & quæstionis. qui mos sublatus est, ut auctor est idem Paulus in capite, Ordo, suprà De publicis iudi-
B ciis. Olim etiam duæ tantùm tabulæ dabantur à Prætore Iudicibus, in quibus sententiam suam scriberent: aut enim reum planè absoluere, aut planè damnare oportebat. Propterea Tranquillus in Augusto ita inquit, Cum de falso testamento ageretur, omnésque * Senatores lege Cornelia tenerentur: non tantùm duas tabulas damnatoriam & absolutoriam simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis quos fraude ad signandum, aut errore inductos constitisset. Sic Græci, τήν τε σώζουσαν ψῆφον καὶ τὴν ἀναιροῦσαν ἐλάμβανον. Neque uerò eadem lege omnes ordines tenebantur: ut Tranquillus hoc loco significat, & ex Cicerone planum fit in oratione pro Cluen-
C tio. Nam lege Cornelia de Sicariis Senatores tantùm tenebantur, duntaxat quod ad caput illud pertinet, quod superius enarrauimus: Si quis coisset quò quis innocens iudicio circunueniretur. Verba Ciceronis hæc sunt, Neque me illa oratio commoueret, quòd ait Accius indignum esse facinus, si Senator iudicio quẽquam circunuenerit, legibus eum teneri: si eques Romanus idem fecerit, non teneri. & reliqua quæ ille latè prosequitur in eandem sententiam: ut illud, Atque ut omittam (inquit) leges alias omnes quibus nos tenemur, cæteri autem sunt ordines liberati: hanc ipsam legem, ne quis iudicio circunueniretur, C. Gracchus tulit: eam legem pro plebe, non in plebem
D tulit. Iudicia autem publica & reorum accusationes institutæ fuerant olim iuuenibus ad eloquentiæ studium exercendis, & ad animorum egregiã contentionem: ut quemadmodum generosi canes naturæ instinctu uisas feras statim adoriuntur, sic etiam iuuenes nobiles Romæ in ciues improbos impetum egregium conciperent, populóque Romano specimen hac ratione ingeniorum suorum præberent. Auctor Plutarchus in Lucullo. Quæstionẽ habere à Græcis ἐξετάζειν τὸ πρᾶγμα dicitur: quod ad uerbum rem quærere Cicero dixit in Verrem actione tertia, Nõ dubitabat (inquit) Minutius, qui Sopatrum defendebat, quin iste, quoniam consilium dimisisset, illo die rem il-
E lam quæsiturus non esset: cùm repentè iubetur dicere. Idem pro Cecinna, Quum ego uehementius contenderem ciuitatem adimi non potuisse, Decemuiri prima actione non iudicauerunt: postea re quæsita & deliberata, sacramentum nostrum iustum iudicauerũt. In utroque loco rem quærere Cicero pro cognoscere dixit, & expendere cõtrouersiam. Decernere quęstionem, est statuere ut quæratur de crimine, ut in reos animaduertatur. Postulare quæstionem eius est, qui iniuriam sibi factam queritur, aut alteri, quam

Duæ tabulæ iudicibus dabantur.

Cap. 33.

** signatores*

Pro Cluent.

Cur olim & quomodo iudicia publica exercerentur.

Rem quærere.

Verr. 4.

Decernere quæstionem.

Postulare quæstionem.

Source : BIU Cujas

uindicare ad eum pertineat. Cicero pro Milone, Num quę rogatio lata? num F
quæ noua quæstio decreta est? Idem, Decernebat Senatus, ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. Liuius libro secundo ab Vrbe, Senatus tumultuosè uocatus, tumultuosius consulitur: quæstionem postulantibus iis qui pulsati fuerant: decernente ferociſſimo quoque non sententiis magis, quàm clamore & strepitu. tandem cum iræ resediſſent, ordine cõ-
Quæstio pro tormentis. suli cœpit. Sed quoniam in exercendis quæstionibus criminum, serui sæpe tormentis subiiciebantur, qui testes & arbitri rerum domi perpetratarum erant, ideo quæstio pro tormentis usurpatur: unde tractatus De quæstionibus. Cæsar, De morte patrisfamiliâs, si res in suspicionem uenit, de uxore ser- G
Bel. Gal. lib. 6. de Gallorũ moribus. uilem in modum quæstionem habẽt. ἀνδραποδωδῶς τὴν γυναῖκα βασανίζουσι. Hodie à Iurisperitis hoc uerbum aliter usurpatur, sicut & alia permulta, quorũ loquendi consuetudo elegantiam prisci sermonis licentia aliquando castiganda fœdauit atque corrupit. cuius indignitatis reputatio nos interdũ longius prouehit, quàm suscepti operis ratio expoſcere uideatur. tametsi quid
Quintil. lib. 5. in fine. Iudex quæstionis. magis ad rem pertinet, quàm Iurisconsultorum uerba interpretari, quibus uerborum proprietatis cognitionem antiqui tribuerunt? Iudex quæstionis igitur à Iurisconsulto dictus est Prætor, qui quæstionibus præerat, id est pu-
Verr. 3. ad finem. blicis iudiciis, iudicúmq; decurias cogebat. Cicero in Prætura urbana, Eiusmodi sortitionem iudicum homo amentiſſimus fore putauit per sodalem H
suum Quintum Curtium iudicem quæstionis. quem locũ explanans Asconius ita inquit, Facilè autem pro ueris iudicibus improbi supponi poterant uolente iudice quæstionis. Et pro Cluentio idem Cicero, Condemnatus est C. Iunius, qui ei quæstioni præfuerat. Adde etiam illud si placet, tum condẽnatus est, cum esset iudex quæstionis. Iuuenalis hunc iudicem, Prætorem appellat his uerbis in decimatertia Satyra, Improba quãuis Gratia fallacis Prętoris uicerit urnam. Virgilius Quęsitorem, Quæsitor Minos urnam mouet.
Aeneid. 6. Cicero pro Rabirio, Iudex sedebat: Prætor quærebat. I

IN eodem cap. Sed & si claua percusserit.) In quibusdam exemplaribus legimus claui: quod magis probo. Nam claua ferrum non habet, nisi si in toris clauorum capita habeat. Sed & si claui (uel claue) percusserit, aut cucuma in rixa: quanuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo: leniendam eius
Cucuma. Epigrã. 79. Cucumella. pœnam. Martialis in decimo, Cucumam fecit Otacilius. Eius diminutiuum est cucumella, in cap. Siquando, suprà Si seruitus uendicetur. ubi locũ mendosum esse censeo, ut fortasse cineris cucumellas legendum sit.

Catellianus legit terreas cucumellas. Haloã. Crateras, cucumellas. Accursius. IN cap. Inauditum, Inauditum filium pater occidere non potest: sed accu sare eum apud pręfectum præsidémue prouinciæ debet.) Accursius ut alibi K
sæpe, sic hoc in loco diuinabundus, futilitate mira iudicij prędituin se fuisse ostendit: quem satis equidem ipsum admirari nequeo Bartolum uirum ingenij felicis & solidi, enarrationum tam absurdarũ asseclam post se traxisse. Vsqueadeò ualuit præiudicium auctoritatis Accursij in librorum iuris interpretatione, ut ab eius opinione digitum unum abscedere uererentur eius posteri: cum tamen nihil ille pensi habuisse uideatur, quo minus uelut fana-

Source : BIU Cujas

A tico feruore inſtinctus,quicquid in buccam ueniſſet,in commentarios ſuos referret.Ego inauditum filium hîc intelligo filium ἄκεατον: hoc eſt reum iudicio non conuictum,& indicta cauſa,patrem interficere non poſſe:de quo uerbo ſuperius ſcripſimus. Scire autem oportet tantam fuiſſe priſcis in liberos poteſtatem,ut pater de liberis ſtatuere citra iudicium poſſet, etiam capitaliter. id quod ex Ciceronis oratione pro domo ſua intelligere poſſumus, qui de Clodio loquens, qui ſe in adoptionem plebeio homini dederat, cum ex genere patriciorũ eſſet: uidelicet ut ei Tribuno plebis eſſe liceret: ita inquit,Sed cum hoc iuris à maioribus proditum ſit, ut nemo ciuis Romanus B aut libertatem aut ciuitatem poſſit amittere, niſi ipſe author factus ſit: quod tu ipſe potuiſti in tua cauſa diſcere:(credo enim, quãquam in illa adoptione legitimè factum eſt nihil, tamen te eſſe interrogatum, auctórne eſſes,ut in te P. Fonteius uitæ necíſque poteſtatem haberet, ut in filio.)quæro, ſi aut negaſſes, aut tacuiſſes,ſi tamen id x x x curiæ iuſſiſſent, num id iuſſum eſſet ratum?certè non.Quid ita?quia ius à maioribus noſtris ita comparatum eſt, ut ciuis Romanus libertatem nemo poſſit inuitus amittere. Quibus uerbis planum fit,qui in adoptionem ſe olim dabant,eos libertatem amittere:quia ius patrię poteſtatis hoc ferebat, ut uitæ necíſque poteſtas in filium eſſet pa- C tri aſcititio. Propterea conceptis uerbis ij qui ſe in adoptionem dabant, interrogabantur: (Cuius moris inſtar quoddam obſeruatur in iis hominibus hodie,qui cœnobiis conſecrantur: ipſi enim quaſi in adoptionem tranſeũt, & in poteſtatem Cœnobiarchæ quaſi patris ſe mancipant)cui conſequẽs eſt, ut qui in adoptionem ſeſe dediſſent, ij maxima capitis diminutione afficerentur. Quare non de nihilo eſt,quod à Iuſtiniano in Inſtitutionibus dicitur in tractatu De patria poteſtate.Et per hæc facilius ſententia legis ultimę percipitur in tractatu Patriæ poteſtatis Cod. Valerius libro quinto,Bruti æ- *Cap.8.* mulatus exemplum Caſſius,filium,qui Tribunus pleb.agrariam legem pri- D mus tulerat,poſtquam illam poteſtatem depoſuit,adhibito propinquorum & amicorum conſilio,affectati regni crimine domi damnauit, uerberibúſque affectum necari iuſſit. Huius etiam Spurij Caſſij meminit Liuius libro ſecundo ab Vrbe. Hunc morem poſtea ſublatum,ex uerbis Vlpiani hoc loco intelligimus:nec mirum,cum etiam coercita ſit dominorum poteſtas in mancipia. Quin & idem iuris olim Gallis fuiſſe, Cæſar in ſexto commentario auctor eſt: Viri(inquit)in uxores,ſicuti in liberos,uitæ necíſque poteſtatem habent. & cum paterfamiliâs honeſto loco natus deceſſit, eius propinqui conueniunt: & de morte,ſi res in ſuſpicionem uenit, de uxoribus ſeruiE lem in modum quęſtionem habent. Eundem etiam morem olim Romæ fuiſſe,in uxores interdum ut mariti animaduerterent,Liuius intelligendum nobis reliquit libro nono de bello Maced.quo in loco de proditis Bacchanalibus loquitur,iudicióq; Senatus damnatis: Plures(inquit) * damnati, quàm in uincula coniecti ſunt: magna uis in utraque cauſa uirorum mulierúmq; fuit.Mulieres damnatas cognatis,aut in quorum manu eſſent, tradebant, ut ipſi in priuato animaduerterent in eas. Si nemo erat idoneus ſupplicij exa-

Inauditus.

De patria poteſtate.

De Gallorum moribus.

Virilis animaduerſio olim in uxores

** necati*

Source : BIU Cujas

ctor,in publico animaduertebatur.Adnotauimus alibi nonnulla eiuſmodi F
In manu eſſe mariti. matrimonia fuiſſe,ut uxores in manum ac mancipium maritorum tranſirent.Quare Liuiano teſtimonio mulieres quæ in manum uirorum conuenerant,maritis ad ſupplicium ſumendum Senatus decreto traditæ ſunt.

IN cap.ſequenti,Aconitum,Pituocarpas.)Nemo hodie doctorum ignorat Pityocampas legẽdum,uel more antiquo Pituocampas. Aut bupreſtim.
Cap.2. Plinius libro uigeſimotertio,de Sapa loquens,Vſus eius contra cantharidas, bupreſtim,pinorum erucas,quas Pityocampas uocant,Salamandras,& contra mordentia uenenata.de quibus Dioſcorides lib.ſecundo,καὶ θαεἰδος, πιτυο-
Eruca. κάμπης, ἢ σαλαμάνδρας, ἢ βατραχίτεως dixit.Eruca inſectum eſt uilloſum,quod hir- G
ſutam Columella appellat.In hortis paſſim uidetur, arborum folia exedens.
Campe hæc Græcis à flexu dicta eſt : quia in arcum arrependo curuatur. De
Cap.4. Bupreſtis. bupreſti Plinius in trigeſimo, Bupreſtis animal eſt rarum in Italia : ſimillimum ſcarabeo longipedi.fallit inter herbas bouem maximè,unde etiam nomen inuenit:deuoratúmque tacto felle ita inflammat,ut rumpat.παρὰ τὸ πρῆσαι τὰς βοῦς. Paulus Aegineta libro quinto uenenatorum nomina ex Dioſcoride(ut opinor)ad uerbum recenſens,Noxia(inquit)ex animalibus hæc ſunt: cantharis,bupreſtis,ſalamandra, pityocampe, lepus marinus,rubeta , quæ & rana paluſtris muta dicitur,irudines uoratę. Cicuta uerò ab eodem inter ſe- H
Venenata medicamẽta. mina uenenata adnumeratur. Mandragora è genere liquamẽtorum eſt uel ſuccorum , quæ ille ὀπίσματα uocat. Aconitum in genere radicum ponitur. Hæc etiam omnia à Dioſcoride tractantur libro ſexto : qui noxia medicamenta in libris ſuis adieciſſe ait,duas aut treis ob cauſas.Partim enim eorum naturam uimque maleficam nouiſſe,conducibile ideo exiſtimabat, ut contra ea uenena remedia homini in promptu eſſent antè exquiſita & cõparata. Partim,ut qui uenena ſumpſiſſent imprudẽter, ex affectione ægrotationum deprehendere indicia cuiuſque hauſti ueneni poſſent, congruáque ſubinde ſibi remedia adhibere:cum eo quoque,quòd ij qui his uenenis pro morbo- I
rum remediis uti inſtituerunt,aliis medicinis contemperatis cautius & ſalutarius uti poterunt,cum eorum naturam uiréſque perdidicerint.Id quod eò pertinet,quod lex Cornelia de uenenis ſtatuit. Quum enim ob cauſam proximè dictam , pigmentariis & medicamentariis liceat publicè hæc habere uenalia ad uſum ſalutarem : tamen ſicui temere dederint & inconſultè , in fraudem ipſi capitalem incidunt. Legis autem uerbis non tenebantur qui
Philtra. philtra dabant,id eſt amatoria pocula, ut hîc dicitur : nec qui oxytoca,id eſt
Oxytoca. partus adiuuantia:aut arrenogona & thelygona ad mares fœminaſque con-
Arrenogona. *Thelygona.* cipiendas.ſed tamen extra ordinem puniebantur, ſi euentu noxia erant , ut K
Phthoria. hîc dicitur.ſæpe enim in noxam uertunt quæ ita porriguntur. Phthoria ſunt
Atocia. & ecbolia ad partus abigendos:ut infrà in cap.Si muliebrem. Atocia ad fœ-
Dyſtoca. cunditatem inhibendam & ſupprimendam excogitata fuerunt. dyſtoca ægros partus faciunt,& partiones incommodas:unde uerbum
Δυσοκᾶν. δυσοκᾶν, de mulieribus dictum ægre parientibus. Verùm quod ſequitur, Et id quod luſtramenti cauſa dederit cantharidas, non congruit conſtructioni: ut uel is qui,

Ex titulo,Ad legem Corneliam de ſicariis. legendum

Source : BIU Cujas

A legendum sit, uel uerba esse transposita suspicandum, hócque modo reponendum, Mandragoram, cantharidas, & id quidem lustramenti causa dederit. Plinius libro uigesimonono, Cantharides (inquit) obiectæ sunt Catoni Vticensi, ceu uenenum uendidisset in auctione regia, quoniam eas sester. sexaginta addixerat. de bonis Cyprij regis loqués, cuius Plutarchus meminit in Catone. Cæterum de cantharidibus Plinius & Dioscorides satis multa ut medicis utilibus meminerunt: nusquam lustrationis per eas factę mentio est apud eos: quare suspicor locum esse mẽdosum. In cantharidibus (inquit Plinius) magna quæstio: quoniam ipsæ uenenum sunt potę cum cruciatu uesi-

Haloan. aut quid. Cap. 4. sub finem. Cantharides.

Ibidem.

B cę maximo. Cicero Papyrio scribens, pro uenenata potione posuit, Caius (inquit) Carbo, accusante Lucio Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. Idem Plinius, Vis earum adurere corpus: crustas obducere. eadem pityocampis in picea nascentibus: eadem bupresti. efficacissimæ omnes ad lepras lichenásque dicuntur: ut fortasse incrustamenti legendum suspicari quispiam possit. uel fortasse pro uoce aliqua Græca hoc uocabulum subiectũ est: ut ex Dioscoride in pręfatione sexti: εἴ τις ἑλκῶσαι προαιρούμενος, id est exulcerare uolens. Lustrare inter alia hoc quoque significat, quod lingua uernacula chermare uocat, quasi dicas carminare, hoc est carmine malefico afficere: Græcè θέλγειν di-

Epist. Famil. lib. 9. Ibidem.

Lustrare.

C citur. quod uerbum si hîc rectè legitur, intelligendum est de iis qui ad maleficium uendiderunt.

IN eodem cap. Et qui naufragium suppresserit: quíue falsa iudicia confessus fuerit, cõficiendáue curauerit.) Lego, qui naufragũ suppresserit, quíue falsa indicia professus fuerit, profitendáue curauerit: nec me omnium quæ circunferuntur exemplarium similitudo mouet, quorum fides & auctoritas oratorum scriptis labefactata est, ut suprà planum fecimus. Est autem naufragum supprimere, hominem è naufragio errabundum arripere, & in uinculis habere, aut in ergastulo cõcludere ad opus faciendũ. Trãquillus in Au-

Haloan. legit naufragium.

Cap. 32.

D gusto, Rapti per agros uiatores sine discrimine liberi seruíq; ergastulis possessorum supprimebantur. igitur ergastula recognouit. Id genus hodie sceleris & plagij ab archipiratis perpetratur: qui homines incautos in maritimis locis comprehensos, in triremes rapiũt, ad scalmúmq; alligant, ut sub flagellis remigent. Est autẽ supprimere, è medio tollere, id est ἀφανίζειν. Diximus suprà quid sit indiciũ profiteri, & indicium postulare, ex Cicerone. Certa sunt autem crimina, in quibus impunitas indici dabatur: ut in causa maiestatis & proditionis, & si quid eiusmodi est. certæ etiam personæ sunt quæ indices fieri poterãt. ita neque repetundarũ causa per indicem agi solet: neque Sena-

Supprimere.

E toria persona potest indiciũ profiteri saluis legibus. Index est, qui eius facinoris, cuius ipse est cõscius, latebras indicat impunitate proposita. Hactenus Asconius. Cicero, Quapropter si tibi indiciũ postulas dari, quòd tecum unà fuerit: concedo, si id lege permittitur. Quod sequitur inferius, Qui hominẽ libidinis uel commercij causa castrauerit: Accursius absurdè intellexit, ignorans (ut opinor) olim spadones in deliciis habitos ad libidinem, Libidinis igitur causa intelligendum πρὸς τὰ παιδικά. tales erant Bagoæ apud Persas.

Verr. 1.

Haloan legit promercij.

Source : BIU Cujas

IN eodem tractatu,cap.Lege,Cum quidam per lasciuiam causam mortis præbuisset,comprobatum est factum Ignatij proconsulis Veticæ.)Betycę legendum est,quæ pars est Hispaniæ.Lasciuia quid sit,Accursius nõ satis intellexit:ita ne Bartolus quidem,& reliqui eiusdem ordinis uiri, alioqui doctrina multa nec contemnenda præditi.de quo uocabulo nonnihil in priore uolumine annotationum diximus. Lasciuia nec dolus nec culpa lata est, ut isti existimarunt:sed proteruitas quædam ludicra, ut ex Plinio liquere potest lib.26. Grauissimum (inquit) ex iis morbis Lichenas appellauere Græco nomine:Latinè(quoniam à mento ferè oriebatur)ioculari primùm lasciuia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis)mox & usurpato uocabulo mentagram,occupãtem in multis & rictus.Lasciuiam Plinius iocum petulantia & procacitate improbum uocat. hoc à Græcis sumptũ esse mihi uidetur,qui ἀσελγειαν etiam pro procacitate & proteruia accipiũt: ut Demosthenes παρὰ κορδύλα,& Isocrates ἀσελγῆ,id est lasciuum appellantes, ὃν μὴ μετρίοις μήτε ἀρετῆς,μήτε δικαιοσύνης.Sicque Iurisc on.& hîc & in tractatu De re militari,& Locati,lasciuia accipitur pro incontinẽtia animi nec uirtutem nec probitatẽ reuerentis,procacitatéque se oblectãtis.Lasciuiam autem,ut malè moratam & noxiam,sic ludibundam intelligimus.Plenior autem & atrocior petulantia ἀσελγείας uocabulo quodammodo significatur. lasciuia orationis à Quintiliano dicitur lib.2.pro ludibunda & exultãti oratione.Idem in nono,Quo minus ipsi in quos dicimus,aut iudices,aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuiam.id est dicacitatis uoluptatem.Lasciuire etiam equi & pecora dicuntur,quod Græci σκιρτᾶν dicunt,& ἀφροδισιάειν,ut equi obesi,ob idque lusitabundi & contumaces,& interdum ὀχυβείζοντες.

IN eodem tractatu,in cap. Furem nocturnum,hoc dictum Vlpiani pugnat cum dicto Gaij in cap. Itaque,suprà Ad legem Aquiliam, Cui Gaio Ciceronis auctoritas astipulatur in oratione pro Milone,Quòd si XII tabulæ (inquit ille)nocturnum furem quoquo modo,diurnum autem si se telo defenderit,interfici impunè uoluerunt: quis est qui quoquo modo quis interfectus sit,puniendum putet:cum uideat aliquando nobis gladium ad occidendum hominem ab ipsis legibus porrigi? Antinomiæ tamen mentionẽ apud iuris studiosos criminosam esse non ignoro. quare eorũ pacem exposcendam nobis in præteritum quoq; intelligo.Gellius lib.11.Nam furem qui in manifesto furto deprehensus esset,tum demum XII.tab.occidi permiserunt,si aut cum faceret furtum,nox esset:aut interdiu se telo cum prehenderetur,defenderet.Itidem Augustinus in cap.Si perfodiẽs, extrà De homicid. Hunc locum igitur mutilatum esse censeo, atque ita restituendum : Furem nocturnum si quis occiderit, omnino impunè erit: si diurnum,ita demum impunè feret.& reliqua. Sic fiet,ut cum Accursio non conflictemur, in salebráque prærupta hæreamus addubitando atque ariolando.

A D legem Pompeiam,in cap.Si sciẽte, Quíque quæsierint pecuniã,quíque eorũ ita crediderint, aut à quo ita cauerint.) Accursius hoc uerbum ut mendosum adnotare uidetur: ego uerbi elegantiã nequaquam silentio trãsmittendam

Lasciuia.

Cap.1.

Cap.6.

Cap.2.

Cap.18.

Haloãder sic legit: Furẽ nocturnũ siquis occiderit, ita demũ impunè feret, si parcere ei sine suo periculo non potuit.

Cauere ab aliquo.

Source : BIU Cujas

A mittendam esse duxi: est enim ex prisca lautáque, non ex triuiali sordidáque supellectili huc translatum. Cicero in Verrem acti. 3. Epicratem conueniũt: demonstrant, id quod ille sciebat, se sestertia octoginta dedisse: rogant eum ut id quod ab ipsis abisset pecuniæ, curet: ab sese caueat quemadmodum uelit: de illa hæreditate cum Epicrate neminem esse acturũ. id est, arbitrio suo ab se cautionem exigat. Idem in Bruto, At uerò (inquam) tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminẽ cuius petitio sit, petiturum. Inde cauere obsidibus, pro obsides exigere dicebant, atque etiam pro obsides dare: utrunque enim significat, sed sub diuersa cõstructione. Cæ-

Verr. 4.

Cauere obsidibus.

B sar libro septimo de bello Gallico, Et quoniam in præsentia obsidibus cauere inter se non possent: ne res efferretur, ut iureiurando ac fide sanciatur, petunt. Et cauere capite apud Plinium lib. 34. quod est capitis periculo se obstringere, & alium sibi eodem uinculo obligare. Quod ergo hîc Vlpianus dixit, Quíque eorum ita crediderint, aut à quo ita cauerint: hunc habet sensum, Et qui credidit, & qui mutuatus est. οἵ τε οὕτω δανείσαντες, ἢ ἀφ' οὗ ἀξιοπίστως οὕτως ἠσφαλίσαντο: uel, ἢ ὅν περ οὕτως κατηγγύησαν. Cauere interdum nec stipulãtis est, nec promittẽtis: sed iurisprudentis hominis, qui consultori suo rationẽ præscribit, formulámque dictat paciscendi aut contrahendi, & monitis cõsilióque

Nõ procul ab initio.

Cauere capite.

Cap. 7.

Cauere.

C instruit, ne conditionem suam deteriorẽ faciat: ut apud Ciceronem in præfatione Topicorum, qui ad Trebatium scribẽs Iurisconsultum, Etenim (inquit) cum multis meis multa sæpe cauisses: ueritus sum ne si ego grauarer, aut ingratum id, aut superbum uideretur. Quare in tertio de Oratore, cautores formularum iurisperitos appellat. Sic accipitur Cautio in cap. Quidã decedens, suprà, De administ. tutorum: Nemo enim (inquit) ius publicũ remittere potest huiusmodi cautionibus. id est, his formulis testamentorum, & conceptionibus uerborum. Accursius acutè (ut solet plerunque) cautelas interpretatus est. Græcè διαγορεύσεις dicuntur, & προσδιορισμοί. Non absimilis

Cautores.

Cautio.

D est acrimonia Accursij in interpretatione Galli Gallinacei. Quintilianus libro septimo, Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus, aut etiam hominibus eadem est appellatio: homonymia dicitur, ut Gallus. utrũ enim auem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est. Plinius & Columella gallinaceũ sine adiectione Galli dicere solent. De pœna huius legis Cicero pro Roscio Amerino ita inquit, Ita prudẽtissimæ ciuitatis Atheniensis sapientissimum dicunt Solonem fuisse, eum qui leges, quibus hodie quoque utimur, scripserit. Is cum interrogatus esset, cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset: respondit id se neminem factu-

Cap. 10.

Gallinaceus.

E rum putasse. Dicitur sapienter fecisse, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat: ne non tam prohibere, quàm admonere uideretur. Quanto maiores nostri sapientius? qui quũ intelligerent nihil esse tam sanctum, quod non aliquando uiolaret audacia, suppliciũ in parricidas singulare excogitauerunt: ut quos natura ipsa in officio retinere non potuisset, ij magnitudine pœnæ maleficio submouerentur. Insui uoluerunt in culeũ uiuos, atque ita in flumen deiici. In flumen, non in mare dixit. O singularem

Parricidarũ supplicium.

Source : BIU Cujas

(inquit)sapientiam.nónne uidétur hunc hominem è rerum natura sustulisse & eripuisse,cui repentè cœlum,solem,aquam,terrámq; ademerunt?ut qui eum necasset,unde ipse natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Et in Orat.perfecto, Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum? quæ nequaquam satis deferbuisse pòst aliquanto sentire cœpimus. Quid enim tam cõmune, quàm spiritus uiuis?terra mortuis? mare fluctuantibus?littus eiectis?Ita uiuunt dum possunt,ut ducere animam de cœlo non queant.ita moriũtur, ut eorum ossa terra non tangat.ita iactantur fluctibus,ut nunquam alluantur.ita postremò eiiciuntur,ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant.quæ uerba hodie leguntur in oratione supradicta, quam Cicero primam egit, quasi in tyrocinio. Adnotãdum hîc uidetur id quod Suetonius his uerbis ait in Augusto, Dixit autem ius non diligenter modò, sed etiam summa lenitate. siquidem manifesti parricidij reum,ne culeo insueretur(quòd non nisi cõfessi afficiebantur hac pœna)ita fertur interrogasse: Certè patrem tuum non occidisti?

Cap.33.

AD legem Corneliam de falsis, in principio, Testimoniáue falsa inspicienda dolo malo coniecerit,id est curauerit: inquit Accursius. Ego ut non dubiè lego coierit:ita inspicienda uerbum mendosum esse arbitror: sicque locum restituendum,Testimoniáue falsa inuicem dicenda dolo malo coierit.ut Vlpianus in capit.Lege Cornelia,inferius,Item qui falsas attestationes faciendas,testimoniáue falsa inuicem dicẽda dolo malo coierit.ex cuius loci cum hoc collatione,satis apparet fluxam esse fidem exemplarium peruagatorum. Vtrobique tamen hanc particulam in, deesse affirmauerim: ut sit, Item qui in falsas attestationes,ut Plinius in epist. In lites coiri questus est,& gloriæ loco poni ex spoliis ciuium magnos & statutos reditus. Dicebant enim coire in rem,uel de re,ut Cicero pro Roscio,Auaritiam præfers,qui societatem coieris de municipis cognatíque fortunis cum alienissimo. Coire autem uerbum est criminosum interdum: ut ex iis exemplis patet quæ superius citauimus,cum de uerbo Circunuenire iudicio diceremus. συγκροτεῖν Græcè dicitur,& συνίστασθαι & ὑπὸ συνίστασθαι,ut diximus.

In falsas testationes Haloand.

Lib. 5. epist. 14. ad Valerianum.

Coire.

IN cap.Impuberem.§.Item si seruo,Dicimus eum pœna eximendũ esse.) Legendum pœnæ in datiuo. Eximere pœnæ,ut eximere noxæ,dicebant. Tacitus,Marcellum preces Cæsaris,pœnæ magis quàm infamiæ exemere: τῆς τιμωρίας μᾶλλον ἢ τῆς ἀτιμίας ἐξεῖλον. Liuius libro octauo.Inde noxæ eximitur Q. Fabius,qui contra Imperatoris imperium pugnauit: sed noxæ damnatus, donatur populo Rom.donatur tribunitiæ potestati precarium nõ iustum auxilium ferenti.Illud prius noxæ,datiuus est:posterius genitiuus. Sic Gellius libro 4.Notæ iam destinatæ exemptus est à Censoribus. Eximere supplicio, Curtius.Sic exemptus reus dicitur cap.Si interueniente,infrà Ad Turpil.Cicero in Verrem actione tertia, Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis,ob eam causam, ne tu ex reis eximerere, si ego non affuissem ad diem.id est ne tu necessitate obseruandi iudicij publici absoluereris. ἵνα μὴ τῆς αἰτίας σύγε ἐξαιρεθείης, εἰ ἐγὼ οὐκ ἀπήντων εἰς τὴν κυρίαν. Noxæ eximere precibus,

Eximere pœnæ,& eximere noxæ.

Lib.14.

Deca.1.lib.8.

Cap.ult.

Eximere notæ & supplicio.

Verr.4.

Ex reis eximere.

Source : BIU Cujas

A cibus, est pœnam reo destinatam deprecari: ἐξαιτεῖσθαι τὸν κινδυνεύοντα, uel τὸν κρινόμενον. In reos referre, opponitur ei quod dictum est, ex reis eximere. Cicero, Absentem credo in reos relatum, rem indicta causa iudicatã. Et in Verrem acti. ult. Sthenij domum per hospitium exhausit & exinaniuit: absentem in reos retulit: causa indicta capite damnauit. Ij inter reos recepti dicebantur. Reum autem fieri (inquit Asconius) est apud Prætorem legibus interrogari. Cum enim in ius uentum esset, dicebat apud Prętorem accusator reo, Aio te Siculos (uerbi gratia) spoliasse. si tacuisset: lis ei æstimabatur ut uicto. si negasset: petebat à magistratu dies accusator inquirendorũ criminum, & instruebatur accusatio. εὐθυνοι à Græcis dicuntur, & εὐθυνόμενοι, & εἰς τὸ δικαστήριον εἰσαχθέντες. Hæc cum sint uerba iuris, tamen inter Iurisperitos obsoleta sunt & ignota: pro eísque alia sordidioris notę substituta increbruerunt, ut in omni ferme parte iuris. usque adeo facilis est in deteriora delapsus.

In reos referre. *Philip. 2.* *Inter reos recipi.* *Reum fieri.* *Mos priscus in rebus capitalibus.*

B

IN cap. Quid sit falsum, Si quis chirographum alienum immutet.) Legendum, imitetur: id est effingat. Tranquillus in Tito, E pluribus comperi, notis quoque excipere uelocissimè solitum: & cum amanuensibus suis per ludum iocúmque certantem, imitari chirographa quæcunque uidisset, ac profiteri se maximum falsarium esse potuisse. Cicero de Natura deorũ, Chirographum sex primorum imitatus est. hoc est adulterauit. Vnde imitatum passiuè, quod alibi assimulatũ dixit, in libro de Vniuersitate: uidelicet quia Græci dicunt ἀχρομεμιμημένον, ἀντὶ τοῦ ἀπεικονισμένον.

Imitari. *Cap. 3.* *Lib. 3.* *Imitatum.*

C

IN cap. Eos, Qui illicitis insignibus usus est, uel falso duplomate uias cõmeauit.) Et hic & in cap. Continuus, suprà De uerb. oblig. nemo qui literarum bonarum elementa attigerit, ignorat diploma legendum esse, non duploma. Diplomata sunt, quas literas patentes nunc appellamus: cuiusmodi sunt edicta & mandata principum regio signo sancta: & quas bullas pontificias uocant. Cicero in epist. Diploma statim non est datum de literis Cæsaris loquens, quibus Balbus restituebatur. Verbum est Græcum, quippiã duplicato compositum significans, aut complicatum, ut linteum quod πτῦγμα dicitur. Macrobius, Consulunt hunc deum & absentes missis diplomatibus consignatis: rescribítque ordine ad ea quæ consultatione abdita cõtinentur. Diplomata appellat chartulas complicatas, & lino traiectas obsignatásque, quo in loco codicillos etiã Latinè ea uocat: ut Tranquillus in Claudio, Suppositos, aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. quod uerbum legitur in Tractatu De excus. tutorum. cap. Administrantes. Vnde codicillaris potestas Lampridio: id est quæ à principe confertur. Traianus ad Plinium, Diplomata quorum præteritus est dies, nõ debent esse in usu. ideo inter prima iniungo mihi, ut per omnes prouincias antè mittã noua diplomata, quàm desiderari possint. Sic Cicero in Pisonem, Mitto diplomata tota in prouincia passim data: mitto numerum nauium, summámque prædæ. id est edicta quibus naues exigendas mandabas, cum prouinciæ præesses. Inde fit, ut diplomata uocati sint codicilli qui dabantur cursoribus, ut liceret eis uti equis & uehiculis publicis. Verùm quoniam in iis exigendis interdum

Diplomata. *Lib. 6. ep. 12.* *Lib. 1. Saturnal. cap. 23.* *Codicilli. Cap. 29.* *Codicillaris potestas.* *Lib. 10 epist. 47.*

D

E

fraus committebatur,ideo lege Cornelia constitutum, eos teneri, qui adul- F
terinis codicillis utuntur.Hodie apud nos interdum fieri uidimus, ut non
aliter cuiquam liceret equis celeribus uti, qui ob cursores armillatos man-
sionatim collocati sunt,quàm si chartulã haberet publico chirographo sub-
scriptam.Apud Persas erat ἀγγαρῆον δρόμημα cursus perniciſſimus equitum,ut
Angariæ. scribit Herodotus in octauo. Vnde nomen angariæ & parangariæ in libris
Iuris lectitatum manauit. est enim nomen Persicum. nostrates postas,quasi
positos collocatósque certis in locis, & semper in procinctu excubantes ap-
pellant.Antiqui non equis singulis & expeditis,ut hodie, sed uehiculis ute-
Cursus uehicularis. bantur.unde cursus uehicularis erat,qui publicus dicitur libro 12 Codicis.Id G
quod planũ fit ex Plutarcho in Galba,his uerbis,Nymphidius uerò non me-
diocri indignatione affectus est,cum Consules seruos publicos destinassent,
quibus ferenda ad Imperatorem senatusconsulta præberent: quibus scilicet
ipsis ea quæ diplomata appellantur, ideo dari solent,ut iis statim agnitis, ci-
uitatum magistratus tabellariorum cursum accelerent,in cõmutatione ue-
hiculorum datis deductoribus.Iulianus Imperator in epistolis,ἄξει δέ σε ὁ δημό-
σιος δρόμος ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ καὶ παρίππῳ.Idem alibi, χρήσῃ δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι
τραπεζοῦντος τοῦ ἐμοῦ, καὶ ἑνὶ παρίππῳ. Ducet te autem cursus publicus, uno utentem
Parippus uel Parhippus. uehiculo,& parippo uno.Quid sit autẽ Parippus, uidebis in lege quarta De H
cursu publico & angariis & parangariis, libro 12 Cod.ubi Parphiphus pro
parhippus legitur ab interpretibus post Accursium.Ibidem Paraueredus pro
eodem dicitur: hoc est qui ueredo uno super numerum utitur diplomate
comprehensum, uel super numerum solitum: ut in superioribus exemplis
Veredus. Reda. Iuliani principis. Veredi à uehendis redis dicti, uocabulo è Gallico Lati-
nóque composito,ut Epiredium: cum reda sit Gallicum uocabulum,ut in-
Diplomata. quit Quintilianus.Diplomata igitur erant uel chartulæ signo principali ob-
signatæ,uel tesseræ, quibus agnitis, qui ἵπαρχοι dicuntur,hoc est præsides,&
alij magistratus præfectíque,uehicula cum equis publici cursus accommo- I
Euectiones. dabant. In tract. De cursu publico Cod. euectiones identidem diplomata
dicuntur:pro quo uocabulo Græcè σωματα legimus,id est tesseras,ut in le
ge tertia tractatus sæpe dicti.Euectiones(inquit)ab omnibus postulentur:&
tam iudices,quàm custodes.& reliqua.πᾶς ὁλόκληρα ἀπαιτείσθω σωματα παρὰ τῶν
πρωτευκότων τοῦ δημοσίου δρόμου.Hieronymus in uita Hilarionis,de candidato Con
stantij:Secretò ab Imperatore euectionem petiit, causam ei simpliciter indi-
cans.Et acceptis ad Consularem quoque Palæstinæ literis, cum ingẽti hono-
De tribus postremis libris Codicis. re & comitatu Gazam deductus est.Tres autem eos libros,qui postremi sunt
Codicis,nec emendari posse sine Græcis exemplaribus,sicubi extãt,cognitu K
Barbara uerba in iis libris. facile est,nec enarrari.quibus in ipsis permulta uocabula barbara inueniun-
tur:ut auerta in lege, Quoniam,in eo ipso tractatu De cursu publico: Sella
(inquit)cum frenis,sexaginta libras,totidem auerta non transeat. ἡ δὲ ἀβόρτα,
τετίσι ὃ ὑποπόδαλον ὅπου ὠφθόρωται κατὰ τοῦ νώτου, ἵνα μὴ αὐτὸ ἐξήκοντα λιτρῶν. καλεῖται δὲ
Auerta. ἀβόρτα ἐκ τοῦ ἀποστρέφειν. Auerta(inquit)uocatur ex eo quòd auersa sit.Est enim
hypomaschalon,id est lora latiora,quæ per terga equi iugalis excurrunt sub

Source : BIU Cujas

A alis eius ſuccincta. Ibidem, Hippocomi ſunt homines equorum curæ præfecti: quales ſcutarij in comitatu regis uocantur: quorum maximus Archippocomus dici poteſt. In lege Si quis, eodem tractatu De curſu publico, Mutationes ſunt quæ à Græcis ἀλλαγαὶ dicuntur, & ἀμοιβαί. Siquis (inquit) uel pro una mutatione ueredum ſuperducẽdum eſſe crediderit, quadruplum. & reliqua. ἐάν τις μίαν γοῦν ἀλλαγὴν παρελάσῃ, uel παριππεύσῃ. Si quis uel unicam mutationem præteruehatur: id eſt manſionem demutandis equis deſtinatã. quod nec Accurſius nec Bartolus intellexiſſe uidentur: nec id mirum eſt. *Hippocomi.* *Archippocomus.* *Mutatio.*

IN cap. Si quis obrepſerit præſidi prouinciæ.) Quoniam hoc uerbũ apud B Iuriſconſultos in uſu eſt, & Accurſius eius uim ſignificationémque parum percepit, ut hoc in loco luculenter oſtendit: ideo enarrandũ nobis uiſum eſt. Obrepere eſt latenter progredi, & fallaciter adire: παρερπύσαι: ut ſerpentes humi repentes ſolent. Vnde fit, ut quicquid ſenſum fallat, id obrepere dicatur: ut, Obrepit non intellecta ſenectus. Cicero in Catone, Quî enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit? Et libro ſexto ad Atticum, Obrepſit dies, ut uides: mihi enim ad tertium Calend. Sextiles decedendum eſt. ἡ ἡμέρα ὑπέδυ. Alibi, Mihi dies deceſſionis λεληθότως obrepebat. Et eò fit ut obrepere pro fallere, hoc eſt incautũ aggredi, accipiatur. Plinius C lib. 36. Nec poteſt uideri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepſiſſe quodam uitæ rudimento. iam enim L. Craſſum oratorem M. Brutus in iurgiis ob id Venerem palatinam appellauerat, καί τοι οὐκ ἂν δοκοίη ὁ Σκαῦρος ὑπελθεῖν τὴν πόλιν. Vlpianus de Carbo. edicto, Sed ſi cum eſſet pubes, quaſi impubes obrepit: dicendum eſt nihil eum egiſſe. Accurſius obrepſit exiſtimauit ab obripio eſſe: ut preces obreptitias & ſurreptitias Nicolaus Perottus ab obripiendo & ſurripiendo dictas eſſe tradidit. De obrepo iam planum factũ eſt. de ſurrepo reſtat ut doceamus. Quintil. in iiij. Beneuolentiæ & attentionis poſtulatio, quia eſſe in turpi genere cauſæ non poſſit: inſinuatio ſurrepat D animo, maximè ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt. Et itidem de exordio loquens, & rurſus de partitione, Ita ſurrepetur animo iudicis. Obrepere igitur magiſtratui quid ſit, ſatis liquet. hoc Græci oratores κλέπτειν dicũt, & κλέμμα obreptionem: licet & alia ſignificet. Obrepere autem ad magiſtratum dicitur, qui falſa ſpecie uel probitatis uel doctrinæ ad magiſtratus aſſumitur: &, ut uulgò loquimur, per hypocriſim. Cicero in Piſonem, Obrepſiſti ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum imaginum: quarum ſimile habes nihil præter colorem. id eſt, fefelliſti populum Rom. commendatione familiæ cognomento frugi. παρεισῆλθες εἰς τὰς ἀρχὰς. Et pro Plancio, E Quid ſi doceo Cn. Plancium non obrepſiſſe ad honores, ſed eo ueniſſe curſu, qui ſemper patuerit omnibus hoc noſtro equeſtri loco? id eſt, ut uulgus loquitur, per abuſum. Dicitur & irrepo eodem ferme ſignificatu, ut in tertio Offic. Itaque ſi uir bonus habeat hanc uim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere: hac ui non utatur. Irrepere, pro fallaci quodã commento, & obtentu iniquo inter hæredes adſcribi. Sic pro Archia, Qui etiã poſt legem Papiam in eorũ municipiorũ tabulas irre- *Obrepere.* *Iuuenal. ſatyr. 9.* *Epiſtola 4.* *Ad Attic. lib. 6. epiſt. 6.* *Cap. 3.* *L. 3. §. Puberi.* *Surrepere.* *Cap. 1.* *Lib. 4. cap. 5.* *Obrepere ad honorem uel magiſtratũ.* *Irrepo.*

Source : BIU Cujas

pſerunt. παρεγγράφειν τοῖς πολίταις. & παρέγγραφος πολίτης huiuſcemodi dicitur. F

AD legem Iuliam repetund. cap. In comites. In comites quoque iudicū hac lege iudicium datur.) Bartolus, ut in Accurſij ſententiam iuratus, comites duobus modis intelligi poſſe ait: id eſt conſcios & conſortes criminis: uel officij ſocios, id eſt collegas. Vſqueadeo recentiores Iuriſconſulti à priſcorū doctrina Latinéque loquendi conſuetudine degenerarūt: non ingeniorum illi quidem tarditate, quæ ſumma ipſis eximiáque fuerunt: non rerum incuria, ad quas percipiēdas ſummo ſtudio incubuerūt: ſed priſcæ hiſtoriæ ignoratione, antiquarúmque rerum inſcitia, quas infelicitate temporū ſatis noſſe non potuerunt: cum bona pars doctrinæ atq; elegans in tenebris eſſet con- G
dita, & ſitu ſqualloréque multorum ſeculorū obruta: tametſi permultis eorū perſuaſum fuerat, uerborum elegantiam ſtudio iuris incommodiorē quàm utiliorē eſſe. Quæ ſentētia ruſticitatis plena, ita in rem præiudicatam trāſiit, ut uel hodie in literarum claritate propemodum inſtaurata, putidiſſima eorum uoluminum barbaries in cōſiliis publicis ſummo aſſenſu atque etiam plauſu perſæpe excipiatur. Scilicet illa uis eſt naturæ perpetua, ut temporis circumactu omnia deteriora fiant, uitiáque in dies erroréſque inualeſcant.

Comites iudicum. Comites iudicum, id eſt proconſulum, prætorum, præſulum, aliorúmq; magiſtratuum prouincias regētium, erant legati, præfecti, quæſtores, ſcribæ: qui H
cum magiſtratibus in prouincias mittebantur, ut hodie à Venetis mitti au-
Verr. 4. dimus cum prætoribus deſignatis. Cicero in Verrem act. ter. Non nego tibi ipſi nullum nummum eſſe numeratum: ſed quum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabantur, non erat quærendum cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur. comites illi tui dilecti, manus erāt tuæ: præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, aruſpices, ptæcones, manus erant tuæ: ut quiſque te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. Eſt alioqui etiam comes nō ſocius, ſed qui
alium comitatur tanquam maiorem: ut in cap. Item apud Labeonem, ſuprà I
Lib. 7. De iniuriis. §. Siquis uirgines. licet Lucanus pro ſocio uſus ſit illo in loco: Sci-
Lib. 5. re ſenatus auet, miles te Magne ſequatur An comes. Cicero in Tuſculanis, Aſclepiadem ferunt philoſophum, cum quidam quęreret quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, Puero ut uno eſſet comitatior. Cicero pro Cornelio, de Pompeio loquens, Cum etiam ipſe caſus euentúſque rerum, non duces, ſed comites conſiliorum eius fuerint. id eſt cum interim ipſe plus ſpei ac fiducię in conſilio quàm in fortuna poneret: cum priores partes prudentiæ tribueret, & poſteriores fortunæ. Duorum tamen generum comites fuerunt, id eſt
ἀκόλουθοι iudicum, id eſt magiſtratuum. Prioris generis ſunt ij de quibus Ci- K
Lib. 1. epi 1. cero ad Q. Fratrem ita ſcribit, His autem in rebus iam te uſus ipſe profectò
** haſce habere* erudiuit, nequaquam ſatis eſſe, ipſum * has te habere uirtutes: ſed eſſe circūſpiciendum diligenter, ut in hac cuſtodia prouinciæ non te unū, ſed omnes miniſtros imperij tui ſociis, & ciuibus, & reip. præſtare uideare: quanquā legatos habes eos. & reliqua. Idem inferius, Atque inter hos, eos quos tibi comites & adiutores negociorum publicorum dedit ipſa reſp. duntaxat finibus

Source : BIU Cujas

A his præſtabis, quos antè præſcripſi. Quos uerò aut ex domeſticis conuictoribus,aut ex neceſſariis apparitoribus tecũ eſſe uoluiſti, qui quaſi ex cohorte prætoria appellari ſolent:horum nõ modò facta,ſed etiam dicta omnia prę-ſtanda nobis ſunt.Et inferius,Accenſus(inquit)ſit eo numero,quo eum maiores noſtri eſſe uoluerunt.Sit lictor non ſuę,ſed tuæ lenitatis apparitor.His uerbis apparet comites quoſdam fuiſſe adiutores & miniſtros imperij publici & magiſtratus: alteros fuiſſe apparitores & domeſticos proconſulis aut præſidis:qui tamen ipſi etiam publicè ei dabantur:ut accenſus,præco,medicus,lictores,aruſpices: qui quaſi ex cohorte dicebantur: quos * Marcellus in

Comites quaſi ex cohorte prætoria.

Martianus

B primo capite intellexit his uerbis, Vel cum ex cohorte,cuius eorum eſt. ubi legendum cenſeo, Vel eum qui ex cohorte. Quid autem ſit alioqui cohors prætoria,nos in altera editione diximus.unde prætoriani milites dicti. Idem Cicero in Verrem,Cohors illa tua,quæ plus mali Siciliæ dedit,quàm ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent,tua manus ſine cõtrouerſia fuit. De domeſticis eius loquens,non de militibus:ut in Frumentaria, cum Verrem recuperatores,id eſt iudices priuatarum controuerſiarum, de cohorte ſua dediſſe dicit,furtorum & rapinarum participes. Hæc lex à Piſone primùm lata eſt cognomẽto Frugi, appellatáq; eſt lex ſocialis, ut ipſe inquit in tertia Ver-

Haloan. legit cum

Verr.4.

Verr.5.

Verr.4.

C rina:eſt enim ſociorũ cauſa conſtituta.Ciuibus (inquit ipſe in Diuinatione) cum ſunt pecuniæ ereptæ,ciuili ferè actione & priuato iure repetũtur. Hæc lex ſocialis eſt:hoc ius nationũ exterarum eſt: hanc habẽt arcem. Quod iudicium ipſe Verrẽ accuſans,his uerbis intẽdit in prima act. Dicimus C. Verrem cum multa libidinosè,multa crudeliter in ciues Ro.atq; in ſocios,multa in deos hominéſq; nefariè fecerit: tum præterea ſeſtertiũm quadringẽties ex Sicilia contra leges abſtuliſſe. Sic enim legi debet: quod apud nos decies centenis millibus aureorum æſtimari debet duntaxat coronatorum.

Lex ſocialis.

Verr.2.ad finem.

IN cap.Eadem lege,Ne quis ob militem legendum mittendúmue æs ac-

Miſsio militaris.

D cipiat.) Mirum eſt Accurſium nõ intellexiſſe,quid ſit mittere milites,id eſt, à militia dimittere ut cauſarios aut emeritos : cum Vlpianus in cap. Quod prætor.§.Ignominiæ,ſuprà De iis qui notantur infamia, miſſionum militarium genera diſtinxerit.In delectibus autem faciendis ciues Romanos cogi ſolitos nomina in militiam dare,nemo ignorat, qui quidem Liuium legerit aliqua in parte,ut libro quinto ab Vrbe, Omnium primum (inquit) Tribunis militum fuit,delectum haberi: nec iuniores modò conſcripti,ſed ſeniores etiam coacti nomina dare. Et lib.7. Acerbitas in delectu nõ damno modò ciuium,ſed etiam laceratione corporum lata , partim uirgis cæſis qui ad

E nomina nõ reſpondiſſent,partim in uincula ductis,inuiſa erat.Inde dare nomen militiæ,in cap. Qui cum uno,inf. De re militari. Quod autẽ ſubditur: Vel ob accuſandum,uel non accuſandum pecuniam accipiat : id per legem Cintiam contra cauſidicos quæſtuarios conſtitutum eſt : de qua Tacitus libro 11.ita inquit,Igitur incipiente Caio Silio Conſule deſignato,conſurgunt patres,legémque * Cintiam flagitãt:qua cauetur antiquitus,ne quis ob cauſam orandam pecuniam donúmue accipiat. Deinde obſtrepentibus iis,qui-

Dare nomen militiæ.

Lex Cintia.

Nõ procul ab initio.

*Titiam

Source : BIU Cujas

bus ea cõtumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter incubuit, ueterum F
oratorum exempla referens, qui famam in posteros præmia eloquentiæ cogitauissent pulcherrima. alioqui & bonarum artium principem sordidis ministeriis fœdari: ne fidem quidem integram manere, ubi magnitudo quæstuum spectetur. Et paulò pòst, Talia (inquit) dicente Consule, parabatur sententia, qua lege repetundarum tenerentur: cum Suillius & cęteri circunsistũt Cæsarem anteacta deprecantes. Et inferius, Hæc ita haud frustra dicta princeps ratus, capiendis pecuniis posuit modum usque ad dena sestertia: quæ egressi, repetundarum tenerentur. Hæc dena sestertia in cap. pri. de uariis & extra. cognitionibus, centum aurei uocantur: ea autem nos in lib. de Asse du- G
centos & quinquaginta aureos francicos ualere ostendimus: quæ summa ad nummum cum decem sestertiis conuenit, cum in singula sestertia uicenos quinos aureos taxauerim.

Aestimare litem. IN capite sequenti, Néue ob litem æstimandam, iudiciúmue capitis pecuniæ'ue faciendum.) Hoc uerbum Accursiani nõ intellexerunt. sunt enim
Verr. 4. antiqui iuris uerba. Cicero in Verrem act. 3. Reperietis paucos Syracusanos,
**publicè* qui se nunc * publicæ laudationis causa uenisse dicũt, & tunc participes prædæ fuisse: & nunc nõ ad istius laudationem, sed ad communem litium æsti-
Verr. 5. mationem uenisse. Idem in quarta, Hoc quenquam denique nunc tuorum H
aduocatorũ æquo animo audire arbitrare: qua in ciuitate Caio Catoni clarissimo uiro, consulari homini sestertiûm xviij millibus lis æstimata sit, in eadem ciuitate apparitori tuo esse cõcessum, ut sestertiûm uno nomine tredecies auferret? Litem æstimatam Catoni dicit, id est eum damnatum xviij millibus nummûm iudicio repetundarum. Idem in ultima, Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua calamitate cineri atque ossibus
Lites æstimatæ. filij sui solatium uult reportare. Lites æstimatas uocat pecuniam mulctatitiam, & nummarias sententias: ut hodie, cum iudices certa summa actorum dispendia & incommoda æstimantes, tantę pecuniæ reos damnant. id à iuris I
auctoribus, quanti interest actoris appellatur. Sic in iudicio repetundarum fiebat: nam repetundarum causa (inquit Asconius) ita se habet, ut si reus conuictus sit atque damnatus, pecuniam reddat æstimata lite: hoc est in preciũ redactis omnium furtis: quam summam pecunię proscriptis eius bonis sectores curabant. Hactenus Asconius. Crimina autem Verris non tantùm ad lites æstimandas pertinebant, sed etiam ad pœnam capitalem & exiliũ propter crudelitatem. Itáque ille prima statim actione perterritus in exiliũ abiit,
Non procul ab initio. non expectato iudicij exitu. Cæsar in quinto commẽta. Obsidibus ad diem adductis, ut imperauerat: arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstimẽt, pœ- K
námque constituant. id est, qui ob incursiones Pyrustarum in Illyricum factas, eos tanti damnarent, quantum esset damnum populatione datum, διαιτητὰς ἔδωκεν ἐφ' ᾧ τιμήσασθαι τούτοις τὴν δίκην. dicitur & à Græcis τίμημα ἐπιγράψαι τῇ δίκῃ, cum actor ipse tanti litem æstimandã sibi poscit. Sed iudicis est τιμᾶσθαι ᾧ ἁλόντι τὴν δίκην. Litis autem æstimatio ita appendix erat damnationis, ut ho
Litis æstimatio. die ex formula iudiciali, id est quod damna & interesse uocant, id enim ex

Ex titulo, Ad legem Iuliam repetundarum. Cicerone

A Cicerone pro Cluentio intelligere promptum eſt, his uerbis ſcribente: Hîc profertur id,quod iudicium appellari non oportet, P. Septimio Scæuolæ litem eo nomine eſſe æſtimatam,cuius rei quæ cõſuetudo ſit, quoniam apud homines peritiſſimos dico,pluribus uerbis docere non debeo:nunquã enim ea diligentia quæ ſolet adhiberi in cęteris iudiciis, eadem reo damnato adhibita eſt.In litibus æſtimandis ferè iudices,aut quòd ſibi eum quem ſemel condemnauerunt, inimicum putant eſſe: ſi quę in eum lis capitis illata eſt, non admittunt:aut quòd ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur,cum de reo iudicarunt,negligentius attendunt cætera. Itaque & maieſtatis abſoluti ſunt
B permulti,quibus damnatis de pecuniis repetundis lites eſſent æſtimatæ: & hoc quotidie fieri uidemus,ut reo damnato de pecuniis repetundis, ad quos peruenisſe pecunias in litibus æſtimandis ſtatutum ſit,eos illi iudices abſoluant.quod cum fit, non iudicia reſcinduntur:ſed hoc ſtatuitur,æſtimationẽ litium non eſſe iudicium. Hæc Cicero,& alia quę ſequuntur, cauſæ ſuę inſeruiens dixit: quibus rem aliquantulum obſcuram implicare etiam ſummopere nixus eſt. Quare Quintilianus de hac oratione loquens, ita inquit, Lib.2.ca.18.
Itidem orator cum falſo utitur pro uero, ſcit eſſe falſum:eóque ſe pro uero uti.Non ergo falſam ipſe habet opinionem,ſed fallit alium:nec Cicero cum
C ſe tenebras offudiſſe iudicibus in cauſa Cluentij gloriatus eſt, nihil ipſe uidit. Aeſtimare litem capitis,eſt actione rei perſecutoria non uti: ſed criminaliter intendere,& ut uulgò loquimur,concluſiones capitales cõcipere.Cicero in oratione ſupradicta,Scæuola condemnatus eſt aliis criminibus, frequentiſſimis Apuliæ teſtibus:omni cõtentione pugnatum eſt, ut lis hæc capitis æſtimaretur:quæ res ſi rei iudicatæ pondus habuiſſet, ille poſtea uel iiſdem uel aliis inimicis reus hac lege ipſa factus eſſet. ubi non pugnatum,ſed expugnatum legendum eſſe ſuſpicor.id eſt, obtinuit actor ſumma contentione,ut ſibi liceret litem capite æſtimãdam poſtulare.Exiſtimo enim à Græ- *Aeſtimare litem capitis.*
D cis hanc locutionem tractam.Plato, ἀεὶ θάνοις αὖ εἰ βάλοιτο θανάτου σοὶ τιμᾶσθαι.id eſt,ſi te capitaliter poſtulare uoluiſſet.Demoſthenes καὶ οἰκείνῳ de accuſatore dixit ut Plato,ἐφ' οἷς δ' πατὴρ ἐτιμήσατο δίκας ταλάντων,ἀπηλλάγη,καὶ ἀπέλειπο πλὴν χρεῶν πολλὸς ἀργύριον.Subdit enim poſtea,ἀφῆκε δ' χρεῶν ἐφ' οἷς δίκας τάλαντα ἐπεγράψατο τίμημα: exemit eum noxæ,cuius litem decem talentis æſtimauit. Id Liuius ex antiquis annalibus,capitis anquirere dixit. hoc autem ex uerbis Ciceronis ſuprà citatis intelligimus, litis æſtimationem non ita iudicij uicem implere,ut ex ea pręiudicium in cauſam capitis fiat alia lege agenti. Vt enim alibi diximus, certa ac peculiaris cuique iudicio publico formula erat, qua
E cauſam dicere accuſatis erat neceſſe. *Decad.1.lib.2. & Decad. 3.lib.6. Capitis anquirere.*

IN eodem cap.Ne in acceptum feratur opus publicum faciendum:frumentúmue publicè dandũ:præbendum,apprehendendum: ſarta tecta tuenda, antequam perfecta, probata, præſtita legerint.) Lego non apprehendendum,ſed approbandum:& lege erunt,non legerint.Omnino enim ſic legendum eſt:id quod etiam ipſe ſuſpicatus eſt Accurſius. Sunt autem uerba priſcæ formulæ in iis rebus quæ publicè locabantur. Lex pactum ſignificat. Ci- *Lex.*

Source : BIU Cujas

cero in Prætura urb. de ſartis tectis loquens, Rabonius qui legem noſſet, qua F
in lege numerus tantum columnarum traditur, Perpendiculi nulla fit mentio, negat oportere columnas ad perpendiculum exigi. id eſt, qui noſſet formulam qua ſarta tecta à Prætoribus tuēda locabātur. de quo uerbo nos plenè diximus in ſuperioribus. exempla crebra ſunt apud Catonem. Vlpianus hanc legem inquit uenditionis, Siquid ſacri uel religioſi eſt, eius nihil uęnit, ſuperuacaneā non eſſe. Probatum autem & approbatum opus dicitur, quod magiſtri opificiorū euocati inſpectum, retulerūt eſſe idoneū, & recte factū. Cicero, Locatur opus id, quod mea pecunia reficiatur: ego me refecturum eſſe dico. Probatio futura eſt tua, qui locas: prædibus & prædiis cautum eſt G
populo, id eſt, tuum eſt prætoris, qui locaſti, exigere ut opus tradam approbatum: & mihi accepto ferre cum probatum fuerit. quibus uerbis oſtendit prætoris iniquitatem. Tu (inquit Aſconius) operis exactor eſſe debes, nō uoluntatis meæ dominus, ut me inuito opus alij faciendum loces, cum populo prædes dederim. Eſt autem accepto ferre, uel in acceptum, id quod uulgò dicunt habere pro admiſſo & recepto. Idem, Rabonio inde opus acceptum retulit. τὸ ἐκδεδομένον ἔργον ὠθὶ τούτῳ ἀπολαβεῖν ἀνωμολογήσατο. uel ad uerbum, λαβὼν ἔχειν διωμολογήθη ὑπὸ τοῦ ἐργολαβήσαντος. dici etiam poteſt ἀποδεξάμενος ἔχειν διωμολογήσατο. Probare uero & approbare, redemptoris eſt, non locatoris. Eſt enim H
approbare (quod Cicero ferè probare dicit) efficere, ut probū rectúmque iudicetur id quod quis facit uel dicit. Cicero in Verrē, Non uereor ne hoc meū officium P. Seruilio iudici non probem. id eſt, ſcio eum omnino hāc meam accuſationem Verris non improbaturum. Et pro Sylla, Hoc ſentio, ſi mei facti rationem uobis cōſtantiámque huius officij ac defenſionis probaro, cauſam quoque me P. Syllæ probaturum. Hoc exiſtimo ſic Græcè dici poſſe, ὡς τούτῳ ᾧ ἔργῳ μου καὶ τῇ εὐσταθείᾳ τοῦ καθήκοντος τοῦ ἐμοῦ, ἡμᾶς ἀρέσω, καὶ δὴ τῇ ἀπολογίᾳ οἶμαι, τῇ τοῦ Σύλλα αὐτοῦ ἀρεσθήσεσθαι. uel magis ad uerbum, καὶ τῇ ἀπολογίᾳ δὴ τῇ τοῦ Σύλλα ἀρέσειν ἡμᾶς δοκῶ μοι. Opus autem probare eſt, ut uulgus loquitur, rectè & probè con- I
ſummatum præbere. Paulus ſuprà in tractatu Locati, Si in lege locationis hoc comprehenſum eſt, ut arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur, ac ſi uiri boni * arbitratu comprehenſum eſſet. Vitruuius, Redemptor ad tempus opus manufactum ſubtiliter regi approbauit: & ad ſacoma pondus coronæ uiſus eſt præſtitiſſe. Sacoma Vitruuius σήκωμα dixit: id eſt quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum. Secundum hoc Marcellus, aut qui legem rogauit potius, perfecta, ad opera: probata, ad frumenta: præſtita, ad ſarta tecta retuliſſe uidetur. uel fortaſſe hæc tria ad ſarta tecta retulit & ad ſuperiora promiſcuè. Quòd ſi appendendum legi debet, ut ſuſpicari non K
immeritò quis poſſit, locus eſt mutilatus: ut fortaſſe hoc uerbum oleum deſit. Frumentum enim admenſum, oleum appenſum præbetur. Erat enim munus publicum, ut frumentatio, quæ ſitonia Græcè dicitur.

Probatum opus & approbatum. Verr 3.

Accepto ferre. Verr 3.

Verr. 6.

Probare opus & approbare. Lege 24.

**arbitrium Haloan. Lib. 9. cap. 3. Sacoma.*

Cap. 1.

AD legem Iuliam de annona, Conſtitit inter dominum & ſeruum iudicium.) Conſiſtit uidetur legendum: aut Græco more dixit συνέστηκε. quod tamen ſignificationem habet præſentis, ut πέποιθα, & alia.

Ex titulo, Ad legem Iuliam de annona.

IN

A IN cap. Qui tabulam, Ad legem Iuliam pecul. Qui tabulam æream leges formámue agrorum continentē refixerit.) Sic dictum est ut in sexto Aeneidos, Fixit leges precio atq; refixit. quo modo etiā Cicero in Philippicis usus est: Num figentur rursus hæ tabulæ, quas uos decretis uestris refixistis? Leges enim in tabulis æneis incisæ erant. Boëthius autem author est, in coloniis assignandis agros uariis limitibus conformari olim solitos. Quidam enim agri in decumanum formabantur: quidam in cardinem: quidam in scamnū, aut in strigam. erant & excultellati, normati, succisiui, aliísq; nominibus appellati, ab agrimensoribus inuentis & usurpatis, qui agrorum metandorum B peritiam profitebantur. Erant etiam leges cuique agri generi, secundū quas controuersiæ finales disceptabantur. Inde illud Plinianum lib. 17. Vineas limitari decumano oportet, xviij pedum latitudinis ad contrarios uehiculorū transitus: aliísque conuersis limitibus denûm pedum distingui per media iugera: aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano limitari. Quid autem sit cardo, quid decumanus, ipse libro duodeuicesimo docet, Obseruato Solis ortu (inquit) quocūque libeat die, stantibus hora diei sexta, sic ut ortum eum à sinistro humero habeant: contra mediam faciem meridies, à uertice septentrio erit. Qui ita limes per agrum currit, cardo ap- C pellatur. & inferius, Linea (inquit) hæc erit ab exortu æquinoctiali ad occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, decumanus uocabitur. Hic limitem non pro termino intelligere oportet, sed pro forma agri. Sic apud Liuium de bello Macedonico libro septimo, Terminus est nunc imperij uestri mons Taurus. quicquid intra eum cardinem est, nihil lōginquum uobis uideri debet. quò arma uestra peruenerūt, eodem ius hinc profectum ueniat. Verba sunt legatorum Græciæ. Taurum montem à mari Euxino ad mare Cyprium excurrentem, Liuius cardinem à forma uocauit, quasi limitem imperij Romani à septentrione ad meridiem.

Haloan. Qui tabulam æreā legis, formámue, aut quid aliud cōtinentem refixerit, &c.

Geometriæ lib. 2.

Cap. 22.

Cardo et decumanus.

Cap. 33.

Limes.

Cap. 34.

D IN cap. sequenti, Qui autem ædiculas incustoditas tentauerint: amplius quàm fures, minus quàm sacrilegi merentur.) Aedicula est sacellum, id est ædis sacræ appendix. Liuius, Iisdem diebus ædiculam Victoriæ uirginis prope ædem Concordiæ M. Portius dedicauit. ναΐδιον Græcè dicitur. Plinius pro loculamento simulacri posuit lib. 36. de Venere Gnidia, Aedicula eius tota aperitur, ut conspici possit undique effigies deę. Sic Iuuenalis, Si quis in ædicula deus unicus. ἐν ᾧ ἔδει.

Aedicula.

Deca. 4 li. 5.

Cap. 5.

Satyr. 8.

AD legem Iuliam de ambitu, Quia hic locus ita intelligi mihi aliquando uisus est, quasi lex ambitus ex eo tempore sublata fuerit, cum ad unius ar- E bitrium omnia magistratuum munia redigi primùm cœperunt, quasi iam nulla comitia fuerint, quasíque ambitus crimen in prætorio principali committi non possit: quò res hæc tota penitus noscatur, sciēdum est olim ita institutū fuisse Romæ, ut diebus comitialibus, qui uel à Consule, uel alio magistratu, cui tum comitia habendi ius erat, edicto promulgabantur: populus conueniret in campum Martium. Qui autem magistratū petebant, quos à toga candida, quod gestamen erat petitorum, candidatos uocabant: cum ad

De more prisco creandorū magistratuum.

Candidati.

Source : BIU Cujas

comitia ſe contuliſſent cum amicis, tribus circuirent, ſingulóſque prehenſantes, id eſt ἀξιώμενοι, gratiam & ſuffragia precibus temporariáque obſeruãtia emererentur, unoquoque popularium plebeiorúmque benignè appellato & nominatim. Quam ad rem facilius tranſigendam nomenculatores inuenti ſunt, qui nomina ſingulorum tenebant, candidatíſque ſuggerebant, ut quiſque obuius erat. quãquam id poſtea lege uetitum eſſe, auctor eſt Plutarchus in Catone minore. Hi ὀνομαθόλοι Græcè dicuntur. Vnde nomenclatura uocabulum deductum, ὀνομαθολογία. Comitia autem quædam erant centuriata, quædam curiata. Centuriatis comitiis populus per centurias ex cenſu & ætate diuiſus, ſuffragia ferebat: illæque centuriæ prærogatiuæ dicebantur, quæ ſorte primum eductę rogabantur. In curiatis autem populus promiſcuè ſuffragia ferebat, tributim tamen diſtinctus. De utriſque in tertio de leg. Cicero, Deſcriptus enim (inquit) populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in ſuffragium conſilij, quàm fusè in tribus conuocatus. Propterea centuriata comitia, magna comitia ipſe uocare ſolet, meminit Gellius lib. 15. Comitiorum autem ſummam lex XII. tab. ſtatuit eſſe in populi arbitrio & poteſtate: ſed ea tamen uoluit magiſtratum aliquẽ moderari. Verba legis hæc ſunt, Creatio magiſtratuũ, iudicia populi, iuſſa, uetita, * cum ſciſcentur, optimatibus nota, plebi libera ſunto. Cum populo Patribúſque agendi ius eſto Conſuli, Prætori, Magiſtro populi, equitúmque, eíque quem prodũt Patres Conſulum rogandorum ergô: Tribuníſque, quos ſibi populus rogaſſit, ius eſto cum Patribus agendi. Magiſtrum populi Dictatorem appellans: cui & Magiſtro equitum & Interregi ius eſſe uoluit comitiis præeſſe. Cum populo agere, eſt rogare quid populum, quod ſuffragio ſuo uel iubeat, uel uetet: unde rogatio pro lege dicta. auctores Feſtus, Gellius & Macrobius. Agere cum patribus, eſt ad Senatum referre. Comitiis autem centuriatis maiores fiebant magiſtratus, quorum erant maiora auſpicia, ut Conſules, Prætores, Cenſores: minores curiatis. auctor Gellius lib. 13. cap. 14. Huius differẽtię meminit Cicero pro lege Agraria, qui etiã in ſecunda Philippica, Ecce (inquit) Dolobellæ comitiorum dies: ſortitio prærogatiuę, quieſcit: renũciatur, tacet: prima claſſis uocatur, renunciatur. deinde (ut aſſolet) ſuffragia: tum ſecunda claſſis uocatur. quæ omnia citius facta ſunt quàm dixi. Claſſes à Seruio Tullio rege inſtitutas auctor eſt Liuius pro modo cenſus ciuium Romanorum (quare à Græcis τιμήματα uocantur. Ariſtoteles πρῶτον τίμημα, δεύτερον, τρίτον que dicit in Politicis.) ita ut prima claſſis primum octoginta centuriarum fuerit, ex iis conſtans qui in cenſu centum M. æris aut eo amplius habebãt, permixtim ex ſenioribus & iunioribus: reliquæ ex minoribus deinceps cẽſibus uſque ad quintam claſſem. Idem Liuius, Hæc omnia (inquit) à pauperibus in diuites inclinata onera: deinde eſt honos additus. Non enim ut ab Romulo traditum cæteri ſeruauerant reges, uiritim ſuffragium eadem ui eodémque iure promiſcuè omnibus datum eſt: ſed gradus facti, ut neq; excluſus quiſquam ſuffragio uideretur, & uis omnis penes primores ciuitatis eſſet. equites enim uocabantur primi: octoginta inde primę claſſis centuriæ peditum uocabantur:

Nomenculatores.

Nomenclatura.

Curiata centuriatáque comitia.

Prærogatiuæ centuriæ.

Cap. 27.

Apud Cic. lib. 3. de leg.

** quum ſuffragio eõſciſcentur.*

Magiſter populi.

Agere cũ populo.

Agere cũ patribus.

Claſſes.

Lib. 1. ab Vrbe.

F

G

H

I

K

Ex titulo, Ad legem Iuliam de ambitu.

Source : BIU Cujas

A uocabantur: ibi si uariaret (quod rarò incidebat) ut secundæ classis uocarentur: nec ferè unquam infrà ita descenderent, ut ad infimos peruenirent. Hac constitutione Centuriæ primæ classis erant prærogatiuę, sed sorte non ducebantur. Hæc ratio postea immutata est multiplicato populo, ut idem ipse auctor est. Prima classis semper prima rogabatur: sed prærogatiuæ centuriæ sortitò ducebantur, ut ex Cicerone intelligitur loco suprà citato. Ex eo instituto uerba apud Latinos ducta, In sua classe manere, id est κατὰ χώραν μένειν, ἐμμένειν τῇ τάξει τῇ αὐτῷ, στέρξαι τῇ τάξει, τῆς ἑαυτοῦ μοίρας οὐκ ἐξανίστασθαι. & quintæ classis homines, id est infimę notę. Cicero in Academicis, de Democrito loquēs, Quis

Cēturiæ prærogatiuæ.

Quintæ classis.

Academ. 4.

B hunc philosophum non anteponat Cleanthi, Chrysippo, reliquísque inferioris ætatis? qui mihi cum illo * comparati, quintæ classis uidentur. Et in classes numerum aliquem & hominum multitudinem tribuere: id est καταλογίζειν, ut in classes discipulorum Fabio. Inde prærogatiua uocabulum uariè usitatum. Cicero in Verrem act. prima, Hic Metellus quàm isti sit amicus, attendite. dedit enim prærogatiuam suæ uolūtatis eiusmodi, ut isti pro * prærogatiua eam reddidisse uideatur. Iocus est Ciceronis à dilogia ductus, id est ab ambigua significatione prærogatiuę, ac si diceret, Dedit enim pręiudiciū suum pro precio à Verre dato ad redimenda prærogatiuarum tribuum suf-

** collati*

Prærogatiua.

Verr. 2.

** prærogatiuis*

C fragia, quibus consul Metellus erat factus. Sequitur enim, An me taciturum tantis de rebus existimauistis? Prærogatiua in superiore loco pro præiudicio suffragiario ponitur: at in posteriore est nomen adiectiuum: subintelligitur enim centuria. Interdum autē prærogatiua pro auctoritate eius ponitur qui prior censet, ut apud Liuium in tertio, Ne pręrogatiuam militarem urbana comitia sequerētur. Alibi, Quin pręrogatiuam militarem, qua extemplo iuuenis Annibal intra prætorium delatus erat, fauor plebis sequebatur. Vnde tractum, ut prærogatiua eminentiam significet, & πλεονέκτημα: ut in cap. Obseruare, De offic. procons. Cicero in orat. de reditu suo ad Senatum, Quo die

Deca. 1. lib. 3.

Deca. 3. lib. 1.

D (inquit) P. Lentulus nos comitiis centuriatis, quæ maximè maiores iusta dici haberíque uoluerunt, accersiuit in patriam, ut eædem Centuriæ, quæ me consulem fecerant, consulatum meum comprobarent. quo die quis ciuis fuit, qui non nefas esse putaret, quacunque aut ætate aut ualetudine esset, nō se de salute mea sententiam ferre? quando * ulla dignitate tot rogatores, diribitores, custodésque uidistis? Ex quibus uerbis liquet obseruatores in comitiis adhiberi solitos, ne quid fraudis admitteretur & ambitus, circunspectantes. Sæpe enim eueniebat ut tributim pecuniæ diuiderentur à candidatis ad aucupanda suffragia egentium: quam ob causam redemptores huiuscemo-

** illa*

E di operis perficiendi, quíque precio corrumpenda plebis suffragia suscipiebant, diuisores uocabantur: ut apud Tranquillum in Augusto, Octauius (inquit) pater à principio ætatis, & re & existimatione magna fuit: ut equidem mirer hunc quoque à nonnullis argentarium, atque etiam inter diuisores operásque campestres proditum. Inde illud Ciceronis in secundo de Orat. Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum conuertas, quamobrem ita quis uocetur: ut ego nuper Nummium Diuisorē ut Neo-

Diuisores.

Cap. 3.

Source : BIU Cujas

ptolemum ad Troiam, ſic illum in campo Martio nomen inueniſſe. quibus F
uerbis ſignificat Nummium ob diuiſionum miniſterium, quas in campo
Lib. 1. epi. 11. factitabat, Diuiſorem cognomento dictum. Et ad Atticum, Conſul autem
ille deterioris hiſtrionis ſimilis, ſuſcepiſſe negocium comitiorum dicitur,
& domi diuiſores habere. Et paulò pòſt, Noui eſt in lege hoc, ut qui num-
mos in tribus pronunciauerit, ſi nõ dederit, impune ſit: ſin dederit, ut quoad
*HS∞ ∞ ∞ uiuat, ſingulis tribubus * ſeſt. cccxxxv. debeat. Pronunciare in tribus num-
Pronunciare nummos. mos, ſignificat apertè polliceri in ſingulas tribus certam nummorum ſum-
In Aulularia Act. 1. Sce. 2. mam. Hos diuiſores Plautus curiæ magiſtros uocat: quia curiæ etiam tribus
Curiæ magiſtri. appellabantur: unde comitia curiata dicta, & leges curiatę, à centuriatis diffe- G
Curiæ dicuntur et tribus. rentes eò, quòd ſuffragia curiatim, nõ centuriatim ferebantur, ut in illis. Sunt
Curiata comitia. qui diribitores à Cicerone dictos putent diuiſores, in loco ſuperius citato:
Diribitores. quod mihi non uidetur. Idem Cicero pro Plancio, de lege ambitus loquẽs,
Decuriatio tribulium, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta, ſeue-
ritatem ſenatus, bonorum omnium uim ac dolorem excitauerunt. Hæc do-
ce, hæc profer, huc incumbe Laterẽſis: decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſe-
queſtrem fuiſſe, pronunciaſſe, diuiſiſſe. Hactenus Cicero. Huiuſcemodi diui
ſores interdum in creationibus pontificum & cœnobiarcharũ interueniũt,
huiúſque modi ſodalium decuriationes fiunt, & per ſequeſtres ſacerdotiorũ H
palàm cautiones expediuntur. Mancipes & conductores res tranſigẽdas per-
ficiendáſque ſuſcipiũt. Cum interim cupiditas humana ſacroſancti paracleti
auſpiciis dinundinationes factitans, inexpiabilibus commerciis conſcelera-
re ſanctiſſimos ritus non uereatur ab antiquis inſtitutos. Nec uerò aliam ob
Palladium Franciæ. cauſam, ut credibile eſt, palladium eccleſiæ Francicæ ut extorqueretur, non
pridem effectum eſt. Sic enim appellare placet inclytam illam, Franciæq́; pe-
culiarem ſanctionem, maiorum noſtrorũ uirtute atque innocentia partam:
quam unus aut alter fortaſſe hoſtibus eius proditam, trans Alpes deportãtes,
præſentis calamitatis telam flagitioſiſſima cupiditate iam inde exorſi ſunt. I
αἰνίττεται τὴν τοῦ βασιλέως αἰχμαλωσίαν. Quis enim non pręuidebat, inſigni aliqua clade noſtra expiatum iri unius
aut alterius fortaſſe perditiſſimam ambitionem? tametſi quæ ſubſecuta ſunt
in detexenda tela decennio continuo, eiuſmodi ſunt, ut inſigne illud ſcelus
maioribus deinceps, illíque conſentaneis cumulatum, ad extremum obrutũ
ſit & ſepultum grandi malorum Iliade. Cuius qui Paris fuit, ſi ut in lucẽ edi-
tus eſt, ſubinde elatus fuiſſet, cum nomine utique nunc Francico præclarius
ageretur: nec principis multifaria ac copioſa naturę munificentia præditi ac
beati conſpectum & fructum reſpublica nunc orba deſtitutáque deſidera-
ret. Qui alienę ipſe ambitionis, auaritię, crudelitatis, iandiu pœnas pependit: K
pendétque quãdiu Prouidentiæ complacitum fuerit: eam unam ob cauſam
pręcipuè (quantum quidem ego ſentio) quòd non ſibi, ſed pauciſſimis, ſed
uni & alteri (& ſic quoque nimis dico fortaſſe) maieſtatem ſuam ut aſſereret,
inuitus quidem ille, ut uidebam, ſed tamen neſcio quo fato (ut ſunt huma-
na) fecit: uir ad omnia ſumma natus, dignúſque qui ſuę naturę magis quàm
hiantibus pauciſſimorum cupiditatibus indulgeret. Verùm ut in pręteritũ

Ex titulo, Ad legem Iuliam de ambitu. beneficentiſſimi

Source : BIU Cujas

A beneficentiſſimi principis caſui lachrymas luctúmque uiri boni:ſic in futurum preces uotáque debere mihi uidentur.Ius enim utroque uerſus integrũ eſt Prouidentiæ,ſi precationes obſecrantis populi ualuerint:qui ſuopte ingenio caput ac fortunas deuouere ſolitus eſt pro ſalute principis: & quod hactenus malè & incommodè, dira nonnullorum cupiditate importunáque cecidit,diuinæ prouidentiæ benignitate nõ modò in integrum reſtituatur, ſed etiam ita uertat,ut ſic quoque benè & commodè ceſſiſſe regia ipſa prædicet,& regnum gratuletur. Vt ad rem redeamus:olim comitia ita in populi poteſtate fuerunt,ut tamen ſenatus auctor in futurum exitum campi fie-
B ret.Liuius libro primo, Patres(inquit) offerendum ultro rati quod amiſſuri *Decad.1.* erant,ita gratiam ineunt,ſumma poteſtate populo permiſſa, ut non plus darent iuris quàm retinerent.decreuerunt enim ut cum populus regem iuſſiſſet,id ſic ratum eſſet,ſi Patres auctores fierent. Hodiéque priuſquam populus ſuffragium ineat: in incertum comitiorum euentum Patres auctores fiunt. Quod tamen Ciceronis uerba deſiiſſe fieri ſignificare uidentur, in oratione pro Plãcio,Nunc(inquit)tantùm diſputo de iure populi,qui & poteſt & ſolet nonnunquam dignos præterire: nec ſi à populo præteritus eſt quem non oportuit,à iudicibus condemnandus eſt,qui præteritus nõ eſt. Nam ſi ita eſ-
C ſet(quod Patres apud maiores noſtros tenere non potuerunt) ut reprehenſores eſſent comitiorum,id haberent iudices,quod multo minus eſſet ferendũ: tum enim magiſtratum non gerebat is qui ceperat, ſi Patres auctores non eſſent facti.Hic comitiorum Romanorum ſtatus fuit uſque ad Cæſarẽ Di- *Tempus Cæſaris Dictatoris.* ctatorem:quæ comitia frequentabantur in campo Martio,ut Athenis in eo loco qui πνὺξ dicebatur,arci proximus:ubi ἀρχαιρεσίαι fiebant creandis magiſtratibus.Is Cæſar cum rempublicam oppreſſiſſet, comitia cum populo partitus eſt,ut auctor eſt Suetonius, ita ut exceptis conſulatus competitoribus, *Cap.41.* de cætero numero candidatorũ,pro parte dimidia quos populus uellet pro-
D nunciarentur:pro parte altera quos ipſe dediſſet. & edebat per libellos circũ tribus miſſos ſcriptura breui:Cæſar Dictator illi tribui: Commẽdo uobis illum & illum: ut ueſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. Cæſari ſucceſſit Auguſtus: qui legem ambitus ab integro ſanxit,ut etiam legem Iuliam de adulteriis.De quo idem auctor,Comitiorum quoque priſtinum morem re- *Cap.40.* duxit:ac multiplici pœna coërcito ambitu, Fabianis & Scaptienſibus tribulibus ſuis,die comitiorum,ne quid à quoquam candidato deſiderarent,ſingula millia nummûm à ſe diuidebat. Et in Veſpaſiano, de eius auaritia lo- *Cap.16.* quens, Ne candidatis quidem honores, reiſue tam innoxiis quàm nocenti-
E bus abſolutiones uenditare cunctatus eſt.Candidati autem Cæſaris dicebã- *Candidati Cæſaris.* tur,quos princeps populo commendabat. Idem in Auguſto, Quoties ma- *Cap.56.* giſtratuum comitiis intereſſet,tribus cum candidatis ſuis circuibat, ſupplicabátque more ſolẽni:ferebat & ipſe ſuffragium in tribu, ut unus è populo. Quintilianus libro ſexto,de riſu loquens,Iungitur amphiboliæ ſimilitudo: ut à Galba,qui pilam negligenter petenti,Sic(inquit)petis tanquam Cæſaris candidatus.Nam illud petis,ambiguum eſt:ſecuritas ſimilis. cuius ioci ſen-

Source : BIU Cujas

ſus eſt, Tu pilam petis in luſu tam neglectim, quàm ſolent honores petere F
Cæſaris candidati: quibus non magnoperè ſupplicare neceſſe eſt ob principis commendationem. Hodie candidati principis in creatione pontificum ij ſunt, quibus princeps literis ſuis & nunciis fauet, interdum ultra modum. Verba igitur Modeſtini hoc in loco ita intelligo, nō ut ambitus legem Romæ abrogatam eſſe dicat, ſed ambitus iudicium exerceri deſiiſſe: quia populus honores mandare deſierat ſub principibus iam tyrannis, aut ad regum ſimilitudinem omnia arbitratu ſuo adminiſtrantibus, omnibus propemodū
Satyr. 10. ueſtigiis antiquæ reipublicæ ſublatis. Sic Iuuenalis de popu. Rom.

- nam qui dabat olim G
Imperium, faſces, legiones, omnia: nunc ſe
Continet, atque duas tantùm res anxius optat,
Panem, & Circenſes.

de tempore Domitiani loquens: de quo
Cap. 2. loquens Fabius libro ſexto, ita inquit in mentione orationis pro Muræna, Hoc genus (inquit) noſtris temporibus totū penè ſublatum eſt: cum omnia tutelæ curæque unius innixa periclitari nullo iudicij exitu poſſint. quibus uerbis aſſentabundè hoc ſignificat, id quod Cicero præcipuè perſuadere conabatur, è republica eſſe, ut Conſules deſignati conſulatum inirēt) erat enim Muræna Cōſul deſignatus) alioqui periculū imminere reipublicæ. Id, inquit H
Quintilianus, nunc accidere non poteſt: ut periculū ſcilicet reipublicæ imminere dicat patronus, ſi conſul antequā ineat magiſtratū, damnetur: cum reſpublica orba eſſe nō poſſit ſub Domitiano principe, à quo uno cōmodè regebatur, ut ipſe dicebat, etiā ut cōſules nulli eſſent. Modeſtinus circa principatum Alexandri ſcripſit: qui (ut inquit Lampridius) honorē ius gladij habentem nunquā uendi paſſus eſt, hoc dictitās, Neceſſe eſt, ut qui emit, etiam uendat. Erubeſcerem, inquit, eum punire, qui emit & uendidit. Pontificatus autem, quindecimuiratus, auguratúſq;, codicillares fecit, ita ut in ſenatu allegerētur. Codicillares, inquit, fecit: hoc eſt muneris ſui fecit. diplomatibus I
enim datis ſacerdotia cōferebat: quæ Accurſius ſeculares poteſtates fuiſſe dicit, ignorans utique tempora Iuriſconſultorū non agnouiſſe uerā & rectam pietatis opinionē, aut ſacerdotia etiam Romę fuiſſe ante peruulgatam Chriſti religionē. Ambitus à ſenatu aliquando cōprobati, ut bonis moribus con-
Exemplum memorabile. Cap. 19. uenientis, exemplū eſt apud Suetoniū in Cæſare, E duobus (inquit) conſulatus competitoribus, L. Luceio, Marcóque Bibulo, Luceium Cæſar ſibi iunxit: pactus ut is, quoniā inferior gratia eſſet, pecuniáque polleret, nummos de ſuo cōmuni nomine per centurias pronunciaret. Qua cognita re, optimates, quos metus ceperat, nihil non auſurū eum in ſummo magiſtratu cōcor- K
di & conſentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidē abnuente eam largitionē è republica fieri. Igitur cum Bibulo conſul creatus eſt. Ambitio φιλαρχία, ἀντιαρχία, φιλοτιμία dicitur: ambitus uerò ὄχλων δικασμός. Ambire ἀντιαρχεῖν, παραγγέλλειν, μνᾶσθαι, ἀρχαιρεσιάζειν, δεξιᾶσθαι. σωαρχοδεσιάζοντες dicuntur qui candidatos, id eſt τοὺς παραγγέλλοντας τὰς ἀρχὰς comitantur, αὐτοὶ σωεκθεῖοντες.

Ex titulo, Ad legem Iuliam de ambitu. IN

Source : BIU Cujas

A IN cap. Ab accuſatione, Ad ſenatuſcõſul. Turpilianum: Nunciatores qui per notoria iudicia produnt, notoriis ſuis aſſiſtere iubentur.) Accurſius iudicia legit, & accuſationes iudiciales interpretatur: núncque aſſiſtere, nunc abſiſtere legit, aſtipulante Bartolo. Ego indicia, id eſt μήνυματα lego: hoc eſt qui delationes per indicia faciunt. Notoria ſunt quorum fit mentio in lege, Ea quidem, Cod. De accuſationibus. qua in lege ego locũ corruptum eſſe cenſeo: ubi enim legitur, Verùm ſi falſis nec notoriis inſimulatus, id eſt accuſatus ſit: perpenſo iudicio diſpici debet. ego ita legendum puto, Verum falſis necne notoriis inſimulatus ſit, perpenſo. & reliqua. nam illud, id eſt accuſa- *Notoria.*

B tus, ſpurium eſt, ex margine additum. Senſus eſt autem hoc in loco, Nunciatores qui reos deferũt per notoria, licet citra calumnię metũ accuſent, debere tamen aſſiſtere ſuis indiciis, eáque tueri notoria quæ attulerũt, interim dum quæſtio de crimine habetur. Notoria autẽ teſtificationũ genus eſſe intelligo. Indiciũ autẽ prodere, eſt rem arcanã in mediũ afferre, ſed aliunde compertã, non autẽ ex criminis cõſcientia: licet propriè indices ſint criminis cõſortes, ut ſuperius diximus. Hoc genus μηνυτῶν, id eſt indicũ, hîc intelligi puto, qui à Græcis προαγγελεῖς dicũtur, & προσαγωγεῖς, & ὑπακροαὶ: hoc eſt emiſſarij & auſcultatores: tyrannorũ olim inuentũ: de quibus Plutarchus in lib. περὶ πραγματείας *Indiciũ prodere.*

C ita inquit, Atqui tyrãnos quibus omnia noſſe neceſſe eſt, id genus hominũ odioſiſſimos facit, quos aures & emiſſarios uocãt. ὃ τῶν λεγομένων ὦτων καὶ προσαγωγίων ἦν. Auſcultatores, id eſt ὑπακροὰς primus habuit Darius iunior rebus ſuis diffidẽs, omniáque ſuſpectãs & metuens. At emiſſarios Dionyſij tyrãni Syracuſiis permixtos habuerũt. Verùm Plutarchus tyrãnicum miniſterium notauit. Papinianus de legitimo ciuilíque munere, ac bonis moribus tuendis accommodato locutus eſt: quod genus (ut opinor) arcanis ſceleribus inquirendis & efferendis inſtitutum erat, ut crimina publicè innoteſcerent. Nunciare uerbum in huiuſcemodi rebus accommodatum eſt antiquorum *Nunciare.*

D uſu: unde nunciatio augurum erat & obnũciatio, quæ fiebat ad comitia di- *Obnũciatio.* rimenda inauſpicatò coacta: cuius uerbi ſtrictim alio loco memini.

IN tract. De quæſtio. In criminibus ſeruandis quæſtio adhiberi ſolet.) Legendũ ſcrutandis: licet aliter legat Accurſius. Scrutari crimina, eſt argumenta ſceleris inquirere & ueſtigare. Cicero de iis loquens in Partitionibus, Immo uerò argumenta ſcrutabimur, & quæremus ex omnibus locis: ſed adhibebimus iudicium. Aſinius Pollio ad Ciceronẽ, In ſaltu Caſtulonenſi diſpoſiti ab utraque parte ſcrutantur tabellarios & retinent. id eſt in anacriſi facienda (de qua ſuperius diximus) quæſtio adhiberi ſolet. Et paulò inferius, *Scrutari crimina.* *Li. 10. ep. 31.*

E Cum aliis argumentis reus ita probationi amouetur, ut ſola ſeruorum confeſſio deeſſe uideatur. Ita legit Accurſius, & abſurdiſſimè interpretatur. Ipſe uerò admouetur legendum eſſe non dubiè cenſeo. Eſt enim admouere probationi, ita compellere reum argumentis, ut penè conuictus uideatur. Admouere eſt proximè adiungere: & admotum dicitur, quod contingit id cui applicatur. παραβαλλόμενον. Cicero, Ad neruorum eliciendos ſonos apta manus eſt admotione digitorum. *Haloan. ita à probatione amouetur.* *Admouere.* *Admotum.* *De natura deor. lib. 2.*

Source : BIU Cujas

IN tract.De pœnis,cap.2.Quoniam hîc fit mentio aquæ & ignis interdi- F
Aqua et igni interdicere. ctionis,adnotanda hîc Festi uerba esse duximus. Aqua(inquit)dicitur à qua iuuamur.Aqua autem & igni tam interdici solet damnatis, quàm accipiũt nouæ nuptæ:uidelicet quia hæ duæ res humanam uitam maximè continẽt. Itaque funus prosecuti ignem supergrediebantur aqua aspersi:quod purgationis genus appellabant suffitionem.Lactantius libro secundo Insti.diui.de aqua & igni loquens,tanquam duobus principiis:Alterũ enim(inquit)quasi masculinum elementum est,alterum quasi fœmininum : alterum actiuum, alterum patibile.Ideóque à ueteribus institutum est,ut sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur:quòd fœtus animantium calore & humore corporentur,atque animentur ad uitam. Quum enim constet omne animal ex anima & corpore:materia corporis in humore est,animæ in calore.Quod ex auium fœtibus datur sciri:quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor fouerit : nec humor potest corporari,nec corpus animari.Exulibus quoque aqua & igni interdici solebat : adhuc enim uidebatur nefas,quãuis malos,tamen homines,supplicio capitis afficere.Interdicto igitur earum rerum usu quibus uita constat hominũ,perinde habebatur,ac si esset qui eam sententiam acceperat,morte mulctatus:adeò ista elementa prima sunt habita,ut nec ortum hominis,nec sine his uitam crediderint posse constare. Ho- H
rum alterum nobis commune est cum cæteris animantibus, alterum soli homini datum.nos enim quoniam cœleste atq; immortale animal sumus,igne utimur:qui nobis in argumentum immortalitatis datus est:quoniam ignis è cœlo est.cuius natura quoniam mobilis est, & sursum nititur, uitæ continet rationem.Cicero in oratione pro domo sua ad pontifices, Qui erant rerum capitalium damnati, non prius hanc ciuitatem amittebant,quàm erant in eam recepti, quò uertendi hoc est mutandi soli causa uenerant. id autem ut esset faciendum,non ademptione ciuitatis,sed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebãt.Id autem mihi sumptum uidetur à Romanis ex lege Athe- I
niẽsium,cuius Demosthenes meminit εἰ δ' πρὸς λεπτίνην, his uerbis: In legibus (inquit)quę de cædibus latæ sunt,Draco,quò terribile atque atrox quàm maximè uideretur hominem alterum alterius interemptorem esse, statuit ipse hominem homicidam aqua ablutoria,libationibus,crateribus, sacris & foro arceri.χρῆσθαι εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς. Herodotus in octauo,de trecentis loquens qui cum Leonida occubuerant contra Persas pugnantes,uno excepto Aristodemo,qui pugnæ se subduxerat: Quum autem(inquit ille) Aristodemus Lacedæmona rediisset, probris est affectus, atque ignominia huiusmodi.nullus enim ei Spartanorum ignem accende- K
bat:nullus colloquium communicabat. ὅτι οἱ πῦρ οὐδεὶς ἔναυε σπαρτιητέων, ὅτι διελίχτο. Ad hunc morem autem referri,aut alludere aliquantum uidetur illud uaticinium Threnorum cap.quinto,cùm uoce plebeia lamentabundus, Aquam (inquit) nostram pecunia bibimus : ligna nostra precio comparauimus.Aquam enim & ignem defuisse conqueritur,tanquam ad uitam maximè necessaria. Quod contra sacerdotes dictum esse uidetur : quos in æde sa-

Suffitio. Cap.10.

Igni & aqua nuptiarũ fœdera sanciebantur.

Source : BIU Cujas

A era nundinas exercere non pudet, igneáque ſpiritus ſacramenta uenditare: cum egenteis & ſiticuloſos ad aquas non admittant, niſi eas liceantur. Cæſar in commen. ſexto bel. Gal. de Druidis loquens ita ſcribit, Si quis aut priuatus aut publicus eorum decreto non ſtetit: ſacrificiis interdicunt. hæc pœna apud eos eſt grauiſſima. quibus ita eſt interdictum, ij numero impiorum ac ſceleratorum habentur: * iis omnes decedunt, aditum ſermonémque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant: neque iis petentibus ius redditur, neque * locus ullus communicatur. His omnes decedunt, Græco more dixit: πάντες ἐκφέρονται πάντες οἱ ἀπαντῶντες. Hi apud Hebræos apoſynagogi dicebantur: quaſi ſynagoga exacti & extorres: quod ut opinor, ab ignis

B interdictione, torríſque communione ductum eſt uocabulũ potius, quàm à terra, etiam ſi exul à ſolo eſt. Liuius, Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congreſſu æqualium. Hos nunc excommunicatos uocamus: quibus ſcilicet humanitatis iura uiciſſitudinémque officiorum uetamur exhibere. At quos maiore execratione mulctandos eccleſiaſtica auctoritas cenſuit, anathemata appellãt, ex eo quòd in cippis expoſita eſt eorum deteſtatio & proſcripta. Antiqui ſacros homines ſic uocitabant, quaſi execrandos & deteſtãdos. unde ſacra fames Virgilio: & ſacer atque inteſtabilis Horatio, è xij tabu-

C lis ſumptum uocabulum: quod more Gallorum Seruius tranſlatitiũ eſſe ait. Nam cum Maſſilienſes peſte laborarent, unus ſe ex egentibus offerre ſolebat annũ integrũ alendum publicis cibis & purioribus. Poſtea uerbenis ueſtibúſque ſacris ornatus circunducebatur per urbem cum execrationibus: precabantur enim, ut in eum omnia mala ciuitatis incumberent & inciderent: ſicque proiiciebatur. Plautus in Bacchid.

M én' criminatus eſt? optume eſt, ego ſum malus,
E go ſum ſacer, ſceleſtus.

Macrobius libro tertio Saturnalium, Hoc loco (inquit) non alienum uide-

D tur de conditione eorum hominum referre, quos leges diis ſacros eſſe iubẽt: quia non ignoro quibuſdam mirum uideri, quòd cum cætera ſacra uiolari nefas ſit, hominem ſacrum ius fuerit occidi. cuius rei cauſa hæc eſt: Veteres nullum animal ſacrum in finibus ſuis eſſe patiebãtur, ſed abigebant ad fines deorum quibus ſacrum eſſet: animas uerò ſacratorum hominum diis debitas eſſe exiſtimabãt. Feſtus, Sacer homo eſt, quem populus iudicauit ob maleficium. Neque fas eſt immolari: ſed qui occidit, parricidij non damnatur. nam lege Tribunitia prima cauetur: Si quis eum qui plebiſcito ſacer ſit, occiderit, parricida ne ſit. ex quo quiuis homo malus atq; improbus ſacer ap-

E pellari ſolet. Inde ſacratæ leges dictæ, ut ipſe alibi auctor eſt: quibus ſanctum iubetur eſſe alicui deorum quicquid aduerſus eas fecerit, ſicut familia pecuniáque. Et ſacroſanctum dicitur, quod iureiurando interpoſito eſt inſtitutum, ſiquis id uiolaſſet, morte pœnas pénderet. Inde ſacrare uerbum Liuio, pro deuouere, & deteſtabile decernere: & ita morti addicere, ut impunè occidi & uiolari poſſit. Lex de prouocatione (inquit) aduerſus magiſtratus, ad populum lata: ſacrandóque cum bonis capite eius, qui regni occupandi cõ-

* ab iis omnes diſcedũt:
* honos
Apoſynagogi.
Extorris.
Deca. 1. li. 9.
Anathema.
Sacer homo.
Aeneid. 3.
Lib. 2. Sermon. ſaty. 3.
Act. 4. Sce. 6.
Cap. 7.
Sacratæ leges.
Lib. 2. ab Vrbe.
Sacrare caput cum bonis.

Source : BIU Cujas

ſilia iniſſet. Huc pertinet quod de ſacroſancto uocabulo in ſuperioribus dictũ eſt. Sacros homines, id eſt deteſtandos & execrabiles, Gręci multis nominibus appellant: ἐναγεῖς, ἐξαγίστους, μιαρούς, ἐπαράτους, φαρμακοὺς, & καθάρματα. Ariſtophanes in Pluto, γρύζειν δὲ καὶ τολμᾶτον ὦ καθάρματε, ἐπ' αὐτοφώρῳ δεινὰ δρῶντ' εἰλημμένω. Erant enim Catharmata, homines qui peſte expiãda alióue quo morbo immolabantur diis: qui ritus expiationis (inquit interpres) à Romanis uſurpabatur. Hoc uerbo Demoſthenes contra Median utitur, & contra Aeſchinem. Sic Comici ſcelus pro ſceleſto dicunt, atque etiam Cicero. Herodotus in Polymnia catharmon maſculino genere dixit, ſic appellãs hominem piacularem, hoc eſt τὸν ἀπερρίμμενον καὶ ἔκβλητον. quem ſacrum eſſe diximus, & pro patriæ luſtratione expiationéque deuotum καθαρμὸν τῆς χώρης ποιεύμενον ἀχαιῶν ἀθάμαντα τὸν ἀιόλου. Dicebantur & φαρμακοὶ, οἱ ἐπὶ καθάρσει τῆς πόλεως ἀπερρίμμενοι, δημοσίᾳ τρεφόμενοι, καὶ καθαίροντες τὰς πόλεις τὰς ἑαυτῶν. quorum uerborum interpretatio eſt ea, quam ſuprà ex Seruio ſcripſimus. Auctores Suidas & Euſtathius, qui etiam urbium expiatores hoc nomine uocatos eſſe tradit. Sacer hac ratione dici poſſet emiſſarius ille caper apud Hebræos, cuius fit mentio Leuitici cap. 16. Diuus Paulus cap. quarto primæ ad Corinthios, ὥσπερ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἔτι, hoc uocabulo uſus eſt elegãter: qui locus nõ intellectus eſt ab iis interpretibus Gręcè neſcientibus, qui ſcholia ſcripſerunt, quæ in uulgatam & receptam editionem leguntur. Tãquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema uſque adhuc. fortaſſe inculpatius fuiſſet catharmata dicere, ut peripſema dixit. nam ut catharma purgationem ſignificat ad uerbum, & piamentũ: ſic peripſema ſcobem & ramentum, & quicquid limãdo deteritur. Quæ ſignificationes in eo loco Apoſtoli non conueniunt. altior eſt enim quidam ſenſus uerborum, niſi me fallit opinio. Ad cuius intelligentiam id iam dictis addemus, quòd antiqui urbium expiationem anniuerſariam facientes, cum ſacros illos homines aluerant, in uictimarum morem redimitos ex loco præcipiti in mare deiiciebant, Neptuno immolantes: intérque deiiciendum ſolennia uerba effari ſolebãt, περίψημα ἡμῶν γενοῦ: ſis pro nobis peripſema: ac ſi dixiſſent, Sis pro nobis piaculum: eſto luitio noſtra, & ſeruatrix urbis uictima. id quod Suidas adnotauit. Sententia igitur Pauli eſt hæc, Nos tanquam piacula mundi facti ſumus, & ſuccidaneæ pro populo uictimæ: ac ſi diceret, nõ minus apud gentium uulgus deteſtabiles, quàm illi qui diris execrationibus onerati atque obruti, pro ſalute publica abiici olim ſolebant. Quæ ſententia congruit iis quæ præcedunt. Peripſema enim etiam ramenta ueſtigiorum ſignificat, quæ ut ſordida abiiciuntur. Mallem igitur Græcis uerbis uti utrobique hoc modo, Tanquam catharmata mundi facti ſumus & peripſema ad hunc diem, licet Curtius Latina uoce purgamentum dixerit libro octauo,* Ages quidã Argiuus peſſimorum carminum poſt Chœrilum cõditor, & ex Sicilia Cleo, & cætera urbium ſuarum purgamenta. Et libro decimo, Prohibuere igitur exules finibus, omnia potius toleraturi, quàm purgamenta quondam urbis ſuæ, tunc etiam exilij, admitterent. Hæc & alia huiuſcemodi ſcribens, iis legibus

Catharmata.

Peripſema.

Purgamentũ urbis.

** Agis*

F G H I K

Ex titulo, De pœnis.

A gibus me ſoluo,quas auctoritate fermè dictatoria in nos ſanciunt homines felicius literis initiati: qui cum ipſi uerborum Græcorum uſu quaſi nomiſmatis in Latio abrogati atque illocabilis, ſcribentibus interdixerunt, Romanæ eloquentiæ uindices eſſe ſibi uidentur, ſcribendíque diſciplinæ conſtitutores imperitorum licentia contemeratę. Horum unus nuper, nō quiuis ille quidem,ſed muſarum Græcarum Latinarúmq; alumnus, gratiarum etiam credo afflatu ſuauiíſque beatus,tum elegantiam redolens germanam atque Ciceronianam,Germanos Gallóſque eam ob noxam obiter ignominia aſperſit.quòd Græca Latinis permiſcerēt: nec eo cōtentus, etiam licentiã *Græca Latinis an liceat permiſcere.*

B nimiam ſcribendi, grauitate cenſoria, quaſíque pro poteſtate caſtigaſſe dicitur: ille uerò ad Ciceroniana præſcripta, ſuáque Ciceronianis non cedentia,docilem ætatem naturámque reuocaſſe. Quem etſi uirum ipſum magnum aliorum iudicio eſſe puto, ſuo etiam ipſius atque meo multo omniū noſtræ memoriæ maximum eſſe non inuitus fateor, & libenter agnoſco:tamen audebo bona hominis uenia(ut ſpero) reſpondere, Ciceronem epiſtolas ſuas permultas,eáſque elaboratas, Græcis uerbis ſententiíſque diſtinxiſſe: in libris etiam oratoriis atque philoſophicis,in quibus linguam Latinam locupletare præcipuè concupiuit,poſt uocabula Latina,Græca quoq; ipſa ſub-

C ſtituere ſolitum:nimirum ne non ſatis à lectoribus perciperetur quod intelligi uolebat,ſimul ut uerè & rectè Græca Latinis ſe reddidiſſe fidem faceret. Equidem quod ad me pertinet, nihil nec commodius nec expeditius eſſe cenſeo,iis quidem quibus eius admiſſi conſcientia inceſſit & religio, quàm tanto uiro monenti æquo animo auſcultare, quem ego Ciceronis ſimilem eſſe in quibuſdam audio: in eo etiam ſimillimum, quòd nihil libentius facit,quàm ut in laudibus ſuis longè latéque quaſíque ſuo iure expatietur.Audire id tantùm à me obſecro, ſi id ad me priuatim attinet, lectores non grauentur:in iis quæ antea ipſe ſcripſi,præſertim in libris quinq; de Aſſe,in ani-

D mum me inducere non potuiſſe,cum ſcriberem, eorum quæ à Græcis mutuabar, auctoritatem Latinis fidémque me probaturum,niſi uerba quoque ipſa unà laudarem cum auctoribus.Multorum enim culpa factum eſſe ſciebam,qui Græca ſermone Latino confidentius ſcriptitant, ut tranſlationum fides magnopere auctoritáſque nunc labefactata ſit. Nuper auctoris Græci priſca in primis auctoritate pollentis libri ſatis multi uerſi ſunt. Horum unum nuper cum aliis eiuſdem (ut opinor)fidei editum admonitus ab homine utraq; lingua erudito,cum legiſſem,admiratus ſum interpretis, ignorantiám ne dicam,an potius ſecuritatem nimiam?qui huic ætati,huic iuue-

E num ſtudio & contentioni fucum uerborum fiducia, impoſturámque facere diutius ſe ſperauit:id quod ipſum reprehēſorem noſtrum animaduertere etiam atque etiam operæ erit precium, quatenus ad ipſum ad méque pertineat. Quaſi uerò id tantùm in huiuſcemodi ſcriptis referat, quàm Latinè loquamur,& quàm honeſtè:non etiam quàm uerè,quàm conſentanee, quámque ex auctoris ipſius qui uertitur, ſententia.Sed iam nimis multa de re quæ ſilentio refutari non incommodiſſimè poterat: id modò non igno-

Source : BIU Cujas

raretur,prudentes nos ſcientéſque ſilentio tranſmiſiſſe,quod tamen ad futura conteſtatum eſſe haberíque uolumus. F

IN eodem De pœnis,cap.Aut damnum.§. Quicunque.In hoc enim diſtant à cæteris,quòd inſtituũtur uenatores aut puricarij aut aliam quam uoluntatem,geſticulandi uel aliter ſe mouendi gratia.) Legendum, purricarij *Sic Haloan.* uel pyrrhicharij,aut in aliam quam uoluptatem. Venatores autem ſerui inſtituebantur,id eſt docebantur,non ad feras per ſaltus indagandas,ut Accurſius exiſtimauit:ſed ad uoluptatẽ populi,ut in oculis eius feras in arena conficerent. Vt enim ludus erat gladiatorius, id eſt ſchola in qua ad gladiaturã *Ludus uenatorius.* inſtituebantur:ſic uenatorius ludus,in quo ad uenationem beſtiarij exerce- G
Cap.21. bantur. Tranquillus in Claud. Circenſes frequenter commiſit in Vaticano,
Cap.4. Venatio. nonnunquam interiecta per quinos miſſus uenatione.Idem in Domiti.Spectacula magnifica aſſiduè,& ſumptuoſa edidit.nam uenationes gladiatoréſ-
**lychnuchos* que & noctibus ad *lychnos: nec uirorum modò pugnas,ſed & fœminarũ. Cicero in ſecundo Officiorum, Prodigi ſunt, qui epulis & uiſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum uenationúmque apparatu, pecunias
Epiſtola 1. profundunt. Idem in ſeptimo Epiſtolarum, Reliquæ ſunt uenationes binæ per dies quinque,magnificæ,nemo negat. Sed quæ poteſt homini eſſe polito delectatio,quum aut homo imbecillus à ualentiſſima beſtia laniatur,aut H
Ludus. præclara beſtia uenabulo tranſuerberatur? In ludum igitur uenatoriũ damnare reos,eſt in exercitationem feras in theatro conficiendi damnatos addicere.Scholam enim omnem Romani ludum appellauere, ut inquit Pedia-
Cap.5. nus.Quin & ludi appellatione gladiaturam intelligimus.Fabius in octauo, de Noëmate loquens, Hoc nomine (inquit) donarunt ea quæ non dicunt, uerùm intelligi uolunt: ut in eum quem ſæpius à ludo redemerat ſoror, agentem cum ea talionis,quòd ei pollicem dormienti recidiſſet: Eras dignus ut haberes integram manum.ſic enim auditur,ut depugnares. A ludo redimere Quintilianus pro à laniſta emere dixit,ne ultrà gladiator eſſet inuitus. I
Ad beſtias damnari, & beſtiis obiici, & beſtius ſubiici. Qui autem inuiti ſic inſtituebantur in uenatione, ad beſtias damnati dicebantur:quæ pœna longè mitior eſt quàm beſtiis obiectorum, qui protinus laniabantur à feris.Hos beſtiis ſubiectos Iuriſconſulti uocant:ut in cap.Pœna,ſuprà Ad legem Pompeiam,& in.l.Eiuſdem,in fine, ſuprà Ad legẽ Cornel.de ſicariis.Hanc differẽtiam ſi diligenter animaduertamus, in Pandectis ſæpe eſt inuenire:ut in cap. Qui ultimo.& in cap.Ad beſtias,infrà hoc eodẽ tractatu.Cicero pro Roſcio Amerino, de pœna parricidij loquens. Noluerunt maiores corpus feris obiicere: ne beſtiis quoque quæ tãtum ſcelus atti-
Feris obiecti. giſſent,immanioribus uterentur.Spartianus in Caracal.Siquando feris obiec- K
tos uidit,fleuit,aut oculos auertit:quod populo perquam amabile fuit, Tacitus libro decimooctauo, Captus in eo prælio Mariccus, ac mox feris obiectus,quia non laniabatur,ſtolidum uulgus inuiolabilẽ credebat, donec ſpectante Vitellio interfectus eſt. Principes autem uiolentiores, liberos homines & inſontes ui interdum cogebant cum beſtiis pugnare: interdum homi
Cap.12. nes nobiles,precio ad id allicientes,aut alio præmio. Tranquillus in Nerone,

Source : BIU Cujas

A Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos ſenatores, ſexcẽtóſq; equites Romanos,& quoſdam fortunæ atque exiſtimationis integræ ex iiſdem ordinibus,confectoréſque ferarum,& uaria arenæ miniſteria. indéque illud Satyricum in octa. - quanti ſua funera uendant, *Iuuenal. ſatyr.8.*

Quid refert?uendunt nullo cogente Nerone.

Hi ſunt qui notantur infamia in cap. ſecundo circa finem, ſuprà De iis qui notantur infamia.Illam differentiam damnatorum ad beſtias, & feris obiiciendorum,Accurſiũ non intellexiſſe, ex gloſſemate eius liquet in cap. Qui ultimo,inferius: & in cap.Ad beſtias.cuius capitis eſt hic ſenſus, Eos qui ad
B beſtias damnati ſunt,præſidem pœnæ eximere ad clamorem plebis non debere.ſi tamẽ eos uideat eo corporis animíque robore præditos,ut inter athletas prodire poſſint,aut in aliud ſpectaculum honeſtius, debere eum ad principẽ referre,ut eius arbitratu aliud quid de iis ſtatuat. Enimuero pyrrhicharij,ſiue purricharij antiquo more legere placet,à Græcis πυῤῥιχισταὶ dicebãtur: μεθ' ὅπλων ſcilicet ὀρχούμενοι: à pyrrhicha ſic dicti:quæ ſaltatio erat armata,ob id enoplios dicta. Pollux libro quarto ad Commodum Imperatorem, Genera (inquit)ſaltationum,Emmelia, quæ tragicorum eſt:Cordax,quæ comicorũ: Cicinnis, quæ Satyrorum. Enopliæ autem, id eſt armatæ ſaltationes duæ: *Pyrrhicharij* *Enopliæ ſaltationes,id eſt armatæ.*
C Pyrrhicha & Teleſias,cognomines Pyrrhichi & Teleſij iudicũ theatricę ſaltationis.Plato in ſeptimo de legibus, Duo (inquit) ſaltationum honeſtarum genera inſtituit is qui inuentor ſaltationis fuit.Alterum bellicum, alterum pacatum: illud pyrrhichen, hoc emmeliam nuncupans:utrunque nomine decoro atque accommodato. Emmelia autem à cõcinna ac decenti motione corporis appellata eſt, Emmeles enim à Græcis dicitur,quod ad melos mouetur,quod(ut inquit Fabius in pri.)ad flexus uocis pertinet, & canorẽ: ut rhythmos ad uerborum collocationem ſpectat, id eſt ad modulationem. Hæc genera idem Plato σπουδαῖα,id eſt ſtudioſa ſeriáque uocat & commen- *Emmelia.* *Melos.* *Cap.De muſice, & eius laudibus.circiter mediũ.*
D dabilia.Serij autem(inquit)generis ea ſpecies quæ corpus bene cõſtitutum, animámque uirilem & ſtrenuam uiolentis laboribus implicat, bellica rectè uocetur.qua uerò ſecundis in rebus uoluptatibúſque temperatis utitur anima moderatione prædita,eam pacatam ſi dixeris,conſentaneo naturæ nomine appellaueris. Quam autem ea inſtitutio exercitatióque utilitatem afferret,ex eodem Platone intelligere poſſumus, quo in loco ita inquit, Pyrrhicha eſt,quæ motiones corporis imitatur, ictus iactúſque declinantis & uitabundi,omnifariámque cedentis, in altum etiam ſubſilientis, & ſeſe ſucciduo poplite demittentis. rurſúſque contrarios his motus pyrrhicha imita- *Pyrrhicha.*
E tur:eos ſcilicet qui in habitus corporis actuoſos feruntur: quales eius ſunt, qui ſagittarũ miſſiliúmque iaculationes effingere motu corporis,plagarúmque & petitionum multiplicium imitamenta aſſequi impleréque contẽdit. Plinius tamẽ in ſeptimo uidetur pyrrhichen ab enoplia diſtinguere,his uerbis,Saltationem armatam Curetes docuere, pyrrhichen Pyrrhus. Tranquillus,Pyrrhicham ſaltauerunt Aſiæ Bythyniæque principum liberi. Athenis ſolennem fuiſſe eam ſaltationem, ex Lyſiæ apologia liquet his uerbis, καὶ *Cap.56.* *In Iulio cap. 39.*

Source : BIU Cujas

παθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐξορήγουν πυῤῥιχισταῖς ἀγενείοις: καὶ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς. Intelligimus F
igitur principes Romanos, reos damnatos deligere ad huiuscemodi theatricum oblectamentum, quibus tanquam mancipiis utebantur publicè. Vnde Spartianus de Hadriano, Fabulas omnis generis more antiquo dedit in theatro: in circo multas feras, & sæpe centum leones interfecit: militares pyrrhichas populo frequenter exhibuit. Verbis autem hisce Vlpiani, aut in aliam quam uoluptatem gesticulandi, & reliqua, significatur quòd ut gladiatores
Orchestodidascalos. in ludo sub lanista, sic isti serui sub orchestodidascalo, id est saltatorum magistro, uel pyrrhicham, uel comicam, uel satyricam saltationem, uel chironomiam docebantur. De theatricis autem artificibus nos multa in superiore G
editione diximus. Cæterùm quod hîc legitur, in hoc enim tantùm distant à
Haloan legit quòd. cæteris, quòd instituuntur, legendum censeo, Hoc enim tantùm distant à cæteris qui instituũtur. Hoc sensu, ut pyrrhicharij & uenatores quidam sint liberi, quidam serui, & ea demum sit inter eos differentia. sin quòd rectè legitur, hic sensus erit, Eos qui in uenationis exercitationem, & saltationis pyrrhichariæ damnati sunt: non ideo minus esse seruos pœnæ, quàm alios damnatos, etiam si liberorum more docentur eas artes, & ad eas instituuntur.

IN capite, Moris. §. Solet. Solet autem ita uel uiris studiosis interdici, uel aduocatis, uel tabellionibus, siue pragmaticis.) Lego iuris studiosis, id est iu- H
Pragmatici. ri studentibus. Pragmatici non sunt qui pragmaticas sanctiones scribunt, ut
Cap. 8. Accursius scribit: sed sunt iuris interpretes, ut ait Quintilianus libro tertio.
Cap. 3. qui etiam libro duodecimo probare uolẽs necessariam esse oratori iuris ciuilis scientiam, Quid si fortè (inquit) peritus ille iuris non aderit? neque ego sum nostri moris ignarus, oblitúsue eorum qui uelut ad arculas sedẽt, & tela agentibus subministrant: neq; idem quoque Græcos nescio factitasse, unde nomen iis pragmaticorum datum est. Pragmatici igitur erant homines quidam forensis professionis, qui causarum actores interdum iuris ignaros monebant, iuris responsa formulásque actionum sumministrãtes, quasi ad- I
monitores postici, dicendorúmque suggestores, quum ad iuris disceptationem uentum erat. Cicero libro primo de Orat. Itaque non ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in iudiciis oratoribus, ij qui apud illos pragmatici uocantur: sic in nostra ciuitate. & reliqua.
Iuuenal. Satyr. 7. Inde illud Satyrici in septima, - si contigit aureus unus:

Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum.

Olim igitur pragmaticis forum Ro. non utebatur: postea uti cœpit, ut ex Satyrici dicto & Vlpiani loco ostenditur. Pragmaticus ad uerbum negocialis dicitur à Quintiliano. Apud Dionysium Halicarnasseum differt à theoreti- K
Cognitores. co. Cæterum qui cognitores olim appellabantur, non alij propemodũ erant, quàm qui nunc procuratores iudiciales dicũtur. Cicero in Diuinatione, Me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognitorem
Verr. 4. iuris sui, me actorem causę totius esse uoluerunt. Et in tert. in Ver. Cum esset Sthenius ciuitatis suæ nobilissimus, amplissima cognatione, plurimis amicitiis, inuenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret? Et rur-

Ex titulo, De pœnis. sus,

Source : BIU Cujas

A ſus,Cedo cui Siculo, cum is reus fieret, ciuis Romanus cognitor unquã factus ſit? Feſtus, Cognitor eſt,qui litem alterius ſuſcipit coràm ab eo cui datus eſt.Procurator autẽ abſentis nomine auctor fit. Aſconius in Diuinationem,Qui defendit(inquit)alterum in iudicio:aut patronus dicitur,ſi orator eſt:aut aduocatus,ſi aut ius ſuggerit,aut præſentiam ſuam commodat amico:aut procurator,ſi negocium ſuſcipit:aut cognitor,ſi præſentis cauſam nouit,& ſic tuetur ut ſuam.Ergo cognitorem Cicero appellauit familiariſſimũ defenſorem. Hactenus ille. Ex cuius uerbis apparet alium eſſe patronum, & alium aduocatum.Terentius in Eunucho, *Patronus.* *Aduocatus.* *Procurator.* *Cognitor.* *Act.4. Sce.6*

B T u abi,atque oſtium obſera intus,ego dum hinc tranſcurro ad forum.
V olo ego adeſſe hîc aduocatos nobis in turba hac.

Hermogen.Iuriſconſul.Falſi pœna coercẽtur,qui ad litem inſtruendam aduocatione,teſtibus,pecuniam acceperunt. Et Martianus, Pœna legis irrogatur ei qui ob inſtruendam aduocationem teſtimoniáue falſa pecuniam accepit. Liuius, Virginius ſordidatus filiam ſecum obſoleta ueſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti aduocatione in forum adducit. Cicero pro Sylla, Sed ſi tuus parens etiam in illa ſuſpicione periculi ſui, tamen humanitate adductus aduocationem hominis improbiſſimi ſella curuli atque
C ornamentis ſuis & conſularibus honeſtauit:quid eſt quamobrem conſulares,qui Catilinæ affuerunt,reprehendantur? In omnibus his exemplis aduocatio non pro cœtu patronorum atque cauſidicorum,ſed amicorum potius coactorum ad opem fauorémque præſtanda. Inde aduocare uerbum,eſt ad conſilium opitulationémque cauſæ præſtandam amicos accerſere. quippe hominum uel conſultorum,uel auctoritate opibúſque pollentium comitatus & ſtudium, uel reum uel actorem fauorabiliorem facit: interdúmque reum noxæ eximit:interdum iuri uim affert: propter quod crimini datur in ſuperioribus exemplis. Et apud Ciceronem pro Quintio,De fortunis omni-
D bus P.Quintius deturbandus eſt:potentes,diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt,adhibenda uis eſt ueritati,minę iactentur,pericula intendantur,formidines opponantur: ut iis rebus aliquando uictus & perterritus ipſe cedat. Et aduocatio togatorũ apud eũdem pro Cecinna.Quintilianus in xj.de actione loquens,Incumbere aduocato aduerſis ſubſelliis ſedenti iam cõtumelioſum eſt. Apertè Quintilianus aduocatum diſtinxit à patrono. Aliquando tamen aduocatum pro actore accipit: ut libro quarto, Ideóque agere aduocato quàm litigatori facilius:quia & laudat ſine arrogãtiæ crimine,& aliquando utiliter etiam reprehendere poteſt. Idem, Ideò primum intuemur,litiga-
E toris an aduocati perſona ſit utendum,quoties utrunque fieri poteſt. Sic Plinius in præfatione,Et quod miremur, per aduocatum defenditur.Propterea Vlpianus,Aduocatos omnes omnino accipere debemus, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur. Aduocatio hodie conſilium appellatur,id eſt cauſidici & cognitores,omnéſq; qui quaſi tutores cauſę dati ſunt,cum unus ſit actor cauſæ.Inde aduocatio à Cicerone dicitur, quam cõſultationem homines Baſilicani uocãt.in Prætura urbana,de æde Caſtoris,Quò ſępenume- *Ad legẽ Cornel. De falſis. l.Falſi pœna.* *Ad legẽ Cornel. De falſis. l.1.* *Lib.3. ab Vrbe.* *Aduocatio.* *Aduocare.* *Cap.vlt.* *Aduocatus.* *Cap.1.* *De extraordinar. cognitio.l.1.* *Aduocatio.* *Verr.3.*

Source : BIU Cujas

ro ſenatus conuocetur: quò maximarum rerum quotidie aduocationes fiãt. F
Act.3. Sce.6. Plautus aduocatum pro teſte rogato accipit in Pœnulo,

- Factum à uobis comiter,
Bonam dediſtis aduocati operam mihi.
Cras manè quæſo in comitio eſtote obuiam.

Verba ſunt Agoraſtoclis ad teſtes quos aduocauerat in lenonẽ. antea enim
Aduocare. dixerat, Mementote. Aduoc. Meminimus. Et aduocare uerbum, eſt aduoca-
Act.3. Sce.3. tum uel teſtem rogare. Idem in Caſina, - contriui diem,

Dum aſto aduocatus cuidam cognato meo:
Quem hercle ego litem adeò perdidiſſe gaudeo, G
Ne me nequicquam ſibi hodie aduocauerit.

Aduocati à Græcis παράκλητοι dicuntur: & aduocatio παράκλησις. Demoſthenes περὶ στεφάνου, καὶ ἐμοῦ διαμαρτυρομένου οἱ ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι οὐκ εἴων με λέγειν. Et ἐν ᾧ περὶ παραπρεσβείας, in principio: αἱ δὲ τῶν παρακλήτων δεήσεις καὶ σπουδαὶ τῶν
Cognitor. ἰδίων πλεονεξιῶν ἕνεκα γίγνονται. Quod de cognitore diximus, ex Cicerone planũ fit pro Roſcio Comœdo his uerbis ſcribente, Quid intereſt inter eum qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat? qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. Itáne uerò? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod uiciſſet iudicio, ferres tuum. ſuo nomine petiit: quod abſtulit, ſibi non exegit. Idem, Quòd ſi ad Roſcium nihil perueniret, quod tu à Flauio abſtuliſſes, niſi te in ſuam litem dediſſet cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roſcius pro ſua parte exegit: quia tuus cognitor non eſt factus. Cognitor etiam eſt qui aliquem nouit, & qui homini peregrino
Verr 3. adeſſe poteſt quaſi commendator aut conciliator. Idem Cicero in Prætura urbana, Credet populus Romanus his equitibus Romanis, qui ad uos antea producti teſtes, ipſis inſpectãtibus ab iſto ciuẽ Romanũ, qui cognitores homines honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucẽ dixerũt. id eſt qui homines honeſtos Prætori daret teſtificaturos illum eſſe ciuem Romanum. Idem in I
ulti. in Ver. Tum, ſi tibi ita uideretur, hoc iuris in omnes conſtitueres, ut qui neque tibi notus eſſet, neque cognitorem locupletem daret: quanuis ciuis Rom. eſſet, in crucem tolleretur. id eſt γνωριστὴν ἀξιόπιστον, uel τὸν συστήσοντα καὶ γνώ-
Legulei & Formularij. ριμον ἀξιόχρεων. Erant etiã inter operas forenſes Legulei & Formularij, ut in ſuperioribus diximus. Hodie omnis huiuſcemodi functio duabus appellationibus cõtinetur, cauſidicorum, & procuratorum, id eſt cognitorum, ut priſci loquebantur. Quorum ſermo quatenus ad res forẽſes iudicialéſque pertinet, parum hodie uſitatus eſt: & tamen reſtitui bona ex parte poteſt ex lectione eorum auctorum qui extant & Latinè & Græcè. Inter pragmaticos K
fortaſſe adnumerari hodie poſſent, quos ſolicitatores appellãt: inſtitores quidam forenſes, cauſarúmque curatores. Pragmaticarius uerò à ſanctionibus
Pragmaticarius. pragmaticis, dictio eſt recẽtioris notæ in lege, Zenonis, C. De diuerſis reſcriptis: qualia multa uocabula Gręcorum principum tempora pepererunt poſt
Barbara uerba in tribus libris Codicis. imperium tranſlatum. Libros uerò poſtremos Codicis præcipuè portẽta uerborum inuaſerunt: quibus hodie in ipſis uocabula barbara planè mixobar-

Ex titulo, De pœnis. baráque

A baráque leguntur,& proba quædam corrupta.Paraueredi,ut ſuprà diximus, & melloproximi,uocabula ex Latino Græcóq; ſermone concreta ſunt. Balluca & paragaudes planè barbara ſunt.quorum balluca apud Plinium legitur lib.33.Paragaudes apud Vopiſcum. Metœcus Græcum eſt, ſed corruptũ, in lege,Certa,De iure fiſci.μέτοικοι,metœci ſunt, qui Latinè dicuntur incolæ, qui in aliena ciuitate longæ moræ cauſa habitãt,nec habent ius ciuitatis,nec honores ciuiles capiunt:tributum tamen pendunt,quod metœcion dicitur. In ea autem lege pro iis accipiuntur quos ἀναπάστας & μιξαναστας Græci uocant. Metrocomia rectè legitur in lege ulti. De exactoribus tributorum: ſed per- *Metrocomia.*

B peram intelligitur.Sic enim eſt Metrocomia inter uicos,ut metropolis inter urbes:à ſuiſque coloniis ut matrix agnoſcitur,ut alibi adnotauimus. At Comopoleis ſunt uici maiores,quaſi æmuli oppidorum , quo Marcus euangeliſta uſus eſt cap.pri.Eamus in proximos uicos & ciuitates, εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις.Burga lingua uernacula uocat. In lege, Quidam ignauiæ: ſub titulo De decurionibus,monazonion legitur pro monazontôn, id eſt qui ſolitudines captant:μοναζόντων,id eſt ſoliuagorum.μοναζειν γὰρ & ἐρημαζειν dicũtur qui uitam ſolitariam ducunt. In lege, Si quos, legendum Hypomnematographi.magiſtratus erat Alexandriæ,ut auctor eſt Strabo lib.17. commentario- *Hypomnematographi.*

C rum ſcriptor,ut nomen indicat,commentans & mente agitans ea quæ è rep. eſſe uidentur.In tract.De excuſ.munerum,idraule pro hydraulæ legitur.Rectus eſt enim caſus pluralis, cuius ſingularis eſt hydraules. Plinius hydraulũ pro organo poſuit lib.9.Delphini capiuntur hydrauli ſono. unde hydraulica organa Vitruuio lib.decimo,& Trãquillo in Nerone. Sed hydraules pro homine ſic dicitur,ut choraules apud Tranquillũ in Nerone.Hydraulus autem ὕδραυλος organum eſt. Sub titulo De ponderatoribus,igoſtatem pro zygoſtaten legitur.Zygoſtatæ ſunt libripendes per urbes conſtituti, qui regiis ponderibus præfecti appellantur:qualis eſt unus Pariſiis.Gynęciarius,γυναικαρέιος,

D à gynæcio barbarè deductũ eſt,ſub titulo De murilegulis:ubi baſtagarij & alia multa barbara ſunt,aut uernacula.

IN titulo ſequenti ueſtes oloberæ dicuntur,uel holoſeræ,uel holobryzę: uel uox eſt barbara.Lampridius in Alexandro,Veſtes holoſericas nunquam induit:ſubſericam nunquam donauit.Idem in Heliog. Vſus eſt aurea omni tunica:uſus & purpura,& de gemmis perſica. Sic obryzati nũmi , auro obryzo percuſſi. quod uerbum corruptum eſt in tract. De ueter. nomiſmatis poteſtate:ubi ſolidi ideo dicuntur, quia iuſto & integro pondere erant percuſſi,non dimidiati aut triẽtales:quæ ratio eſt ut ſolidus pro aureo accipia- *Solidus.*

E tur.Idem Lampridius in Alexandro, Vectigalia publica in id contraxit,ut qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partẽ aurei præſtarent:túncque primum ſemiſſes aureorum formati ſunt : tum etiam cum ad tertiam partem aurei uectigal decidiſſet, tremiſſes:dicente Alexandro etiam quartarios futuros. ſed cum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos iuſſit, & tremiſſes tantùm ſolidóſque formari. In titulo De collegiatis, chartopratis legi debet pro chartopolis. Chartopratæ οἱ τῶν χάρτας πιπράσκοντες; *Chartopratæ.*

Source : BIU Cujas

Papyropolæ nunc uocantur. Perissochoregia quid sit, sub titulo De frumẽto Alexandrino, alibi diximus. In lege, Litibus, De agricolis & cens. chimiliarcho ciuitatis legitur pro cimeliarcho. Et Codice, lege ultima De bonis auctoritate iud. possid. cimeliarchos legi debet: & cimeliarchion, id est κειμηλιαρχεῖς. Est enim ut ab episcopus episcopion pro loco, sic cimeliarchion locus, in quo res preciosæ & in deliciis habitæ reconduntur. κειμήλια, inquit Eustathius, τὰ παρ' ἡμῖν ἀκίνητα. Lingua uernacula gabinetum appellat, cui loco qui præfectus est, cimeliarchus Græcè dicitur. In lege, Quicunque, De omni agro deserto, ad diacatochiæ uicem legitur, pro diacatoches, uel pro diacatochi. Est enim diacatoche bonorum possessio: & diacatochus bonorũ possessor: ut sit sensus, Qui fundum patrimonialem excolendo fœcũdum reddiderit, canonémque agnouerit: ipsum διακατοχῆς iure iam possidere, uel διακατόχου loco haberi. Melloproximi in lege, Peculiari, De proximis sacrorum scriniorum, sunt ij qui nondum proximatus honorem inierunt: sed iam designati sunt proximi. μελλοπρόξιμοι. Ea enim forma dicitur melloproximus, qua mellonymphius, id est qui sponsus designatus est: & mellothanatus, id est capularis, quẽ mors proxima manet. Aristoteles in Politicis, καὶ γὰρ ἐξεληλυθότες ἄρχουσι καὶ μέλλοντες. Et perfuncti, inquit, magistratu & designati imperiũ habent. In eadem lege, consensum pro consessu legitur: ut in lege secunda. Est enim consessus συνέδριον. Cuiusmodi permulta sunt in iis libris, quæ conniuentia magis hoc tempore quàm adnotatione digna sunt: quanquam & nonnulla animaduertenda præterimus prudẽtes. Obiter enim atque digressione ista scribimus: quorum specimen unum dabimus in tract. De fabricẽsibus. l. Iure prouisum. Vbi enim legitur, Vniuersi itaque ueluti in corpore unius formæ, unius decoctionis, si ita res tulerit, respondere cogẽtur. ego ita legendum censeo, Vnius decoctiones, si ita res tulerit, rependere cogentur. Est enim decoquere, creditum non reddere, ære credito fraudare, χρεοκοπεῖν. & decoctio, χρεοκοπία. unde nouæ tabulæ χρεῶν ἀποκοπαὶ dicũtur. Cicero in Antonium, Illud tamen audaciæ tuæ quòd sedisti in XIIII ordinibus, cum esset lege Roscia certus locus decoctoribus constitutus. Plinius lib. 21. Crocũ syluestre optimum: serere in Italia minimè expedit, ad scrupula usque singula areis decoquentibus. id est, depositum non reddentibus. Est enim decoquere, diminuere: unde ducta significatio. Quintilianus, Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit: aliquid uelut usu deteretur. Inde Seneca pro fallere & destituere dixit, decoquere spei bonæ: id est non respondere spei. Miror quid pensi habuerit Accursius in lege unica, suprà De auri publici persecutoribus, cum persecutores decoctores esse dixit. Sunt enim persecutores, qui Græcè ἐκδικηταὶ dicuntur, & ἔκδικοι: quorum munus est, iudicio experiri contra eos qui aurum uel argentum uel pecuniam reip. debent. Susceptores uerò sunt ἀποδέκται, qui & ἀποδεκτῆρες dicuntur, & ταμίαι. ab antiquis tamen coactores appellabantur ἀργυρολόγοι. ἔκδικοι etiam defensores ciuitatum uocantur in. l. Vt perfectius, De annali exceptione. Est etiam ecdicos uindex & assertor. Horum librorum obscuritati insuper caliginem multam offudit

Cimeliarchus. *Cimeliarchion.* *Diacatoche.* *Melloproximi.* *Μελλονύμφιος.* *Μελλοθάνατος.* *Consessus.* *Decoquere, & decoctiones.* *Decoctores. Cap. 6.* *Lib. 2. cap. 4.* *Decoquere spei.* *Lib. 5. epi. 8.* *Persecutor.* *Susceptor.* *Defensores ciuitatum.*

F G H I K

Ex titulo, De pœnis. Accursianorum

A Accursianorum stupor, quòd quidem ad linguæ utriusque intelligentiam pertinet. Multa enim uocabula corruperunt, multa perperam interpretati, legum sensus inuerterunt: cum ibi non pauca legantur, quæ priscæ elegantię uestigia retinent. Vnius & alterius loci satis erit admonere hac ætate. Adærare uerbum multis in locis extat, & nullibi rectè intellectum. In lege unica De collatione donatorum, lib. 10. Accursius adærationem ait esse æris præstationem. In lege, Annonas, De erog. milita. annonæ, libro 12. ipse adærare annonas ad ærarium pertinere interpretatur, uel de ærario soluere. Et in lege, Septem, eodem sub titulo, & ipse & posteri eius quasi hæresim inscitiæ è B uestigio sequentes in uocum interpretatione, adæratas species intelligũt ad ærarium delatas. Ego autem adærare id esse cẽseo, quod Græcè ἐξαργυρῶσαι dicitur, id est ære æstimare: ut sit sensus, Species quæ militibus stellaturæ causa penduntur à prouincialibus, si pecunia permutentur, æstimari tanti debere, quantum est fori precium. Adærare autem ab ære deductum est: quare sine aspiratione legi debet: licet in omnibus exemplaribus quæ mihi uidere contigit, ferè aspiratum legatur. Sic autem eam legem scriptam fuisse primùm censeo, Septem diebus per quos tribuni præto. emol. gratia solen. stellaturæ nomine species consequuntur: species resistentes non aliter adærentur, nisi C ut in foro rerum uænalium distrahuntur. Species autem resistẽtes intelligo restantes: quæ reliquamenti causa debentur, id est quæ ex præterito debẽtur. Sic in lege, Speciebus, in tract. De cohortalibus, Speciebus primipilaribus adærandis eadem preciorum taxatio seruetur, quæ in uænalibus publicis poterit reperiri. Quæ interpretatio omnibus locis conuenit. nam adærata prædia ab eo dicta sunt, quòd à frumentaria aut uinaria speciariáque præstatione ad ærariam redacta sunt. Lingua patria addenarata dicit ferè pro eodem. Aeris enim uocabulo pecunia significatur unde obęrati dicti. Stellatura nomen erat annonæ militaris. Lampridius in Alexandro, Annonas (inquit) mi- D litum diligenter inspexit: Tribunos qui per stellaturas militibus aliquid abstulissent, capitali pœna affecit. Sparti. in Pescennino, Nam & Imperator tribunos duos quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliaribus iussit. In lege huic proxima, in eodem tractatu De cohortalibus, illa uerba, Prius quàm primipili pastum digesta ratione compleuerint: sic interpretanda puto, prius quàm primipilarẽ distributionem redditis rationibus peregerint. Est enim pastus dictum pro eo quod Græci νομὴν dicunt. quod uerbum & pastionem & distributionem & stipendium militare & annonam & congiariũ donatiuúmque significat, quod inter milites diuidebatur. He- E rodianus, Νομάς τε αὐτοῖς διδοὺς καὶ ἐφόλλα, τῆς ὁδοιπορίας εἴχοντο. Idem, Νομὰς ἐνθιδιδοὺς τῷ δήμῳ, τοῖς τε στρατιώταις πολλὰ δωρησάμενος. Mirum id est magis, eum tractatum, De coartalibus esse inscriptum, & ubique ab Accursianis sic legi sub eo titulo, & libro tertio, ubi de curiali uel cohortali condit, ex eóque dici quòd coartati sint curiæ: cum ex locis duobus eiusdem tractatus liqueat cohortales à cohorte dici, quasi cohorti obnoxios, τῇ τάξει ἐναπογράφους: ut in lege Officia, & in lege Si cohortalis, uidere lector poterit. Cohors enim nõ modò de nume-

Adærare.

Adærare species.

Stellatura.

Pastus.

Cohortales.

ro militari,ſed etiam de aliis dicitur: ut apud Trãquillum in Nerone, de pa- F
Cap 5. tre Neronis loquentem, Comes ad orientem C. Cæſaris iuuenis, occiſo liber-
to ſuo, quòd quantum potare iubebatur recuſarat, dimiſſus è cohorte ami-
Cap. 7. corum, nihilo modeſtius uixit. Idem in Gal. Per hæc gratiſſimus Claudio,
receptúſq; in cohortem amicorum, magnæ dignationis eſt habitus. Et Ho-
Epiſtola 3. ratius in pri. epiſt. Quid ſtudioſa cohors operum ſtruit? Sic autem cohorta-
les à cohorte dicuntur in cohortem cooptati, aut cohorti aſcripti, ut curiales
Huic libro ti- à curia, tribules à tribu. Vidimus librum, in quo enumerati ſunt magiſtratus
tulus eſt, No- Ro. imperij. in eo hæc uerba legimus, Clariſſimum uirum correctorẽ Apu-
titia prouin- liæ & Calabriæ in officio iuriſdictionis ſuæ habuiſſe principẽ, cornicularĩũ, G
ciarũ imperij tabellarios duos, commentarienſem, adiutorem, ab actis, ſubadiuuam, exce-
Romani. ptores, & cæteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam
** annutatio-* ſine * annotatione clementiæ principalis. Cohortalinorúmque appellatio-
ne nem itidem legimus in officio conſularis Campaniæ, & conſularis Palæſti-
næ, & præſidis Thebaidos. Qui autem hîc cohortales, & in lege Si cohorta-
lis, cohortalini dicuntur, iidem ſunt, ut opinor, cum iis qui apparitores in
multis ſuperioribus titulis appellantur. In eodem enim libro magiſtratuum
Ro. uirum illuſtrem magiſtrum militum, præſentalem habuiſſe in officio
magiſterij ſui dignitates infrà ſcriptas (ſic enim appellantur ibidem huiuſ- H
modi militiæ) principes duos, numerarios duos, commentarienſem, primi-
ſcrinios, qui numerarij ſunt: ſcriniarios, exceptores, & cæteros apparitores.
Apparitores. quibus uerbis apparet apparitores eſſe miniſtros apparituram magiſtratibus
factitantes multiplici ac diſtincta functione: οἱ παρεισάμενοι τοῖς ἐπ' ἀξιώσεως. hoc
eſt, qui præſto ſunt magiſtratibus ad imperia accipienda & exequẽda. Eſt in
lege ultima tituli De prædiis decurionum ſine decr. lib. 10. ita ſcriptum, Nec
ex tabella decretum recitari, ſed curialium uel maioris partis curiæ relatio-
ne. Accurſius per tabellam intellexit delegati iudicis functionẽ: neſcio quo
modo ariolatus, ut ſolet. Ego autem cenſeo hunc eſſe uerborum ſenſum: In I
faciendo decreto alienationis, cuius ea lex meminit, non tabellis curialibus
datis diſquiſitionem oportere fieri, ſed uocali ſuffragio ſingulos curiales in
Tabellaris ſententiam ire. Fuit enim olim modus geminus ferendi ſuffragij in conci-
ſententia. liis, & ſententiæ dicendæ in iudiciis. Interdum enim uoce, interdum tabella
eo munere fungebãtur. Cicero lib. 3. de Leg. Dicam Attice, & uerſabor in re
Suffragia uo difficili, ac multum & ſæpe quæſita: ſuffragia in magiſtratu mandando, aut
calia & ta- de reo iudicando, atque in lege aut rogatione, clàm an palàm ferre melius
bellaria. eſſet. deinde legum tabellarium meminit: id eſt quæ de ſuffragio tabellari la
tæ ſunt. Quoniam uerò magnificentius erat atque innocentius uoce quàm K
tabella quippiam decerni: ideo in oratione cõtra Rullũ ita inquit, Sed tamẽ
magnificentius atque ornatius eſſe illo nihil poteſt, quòd meis comitiis non
tabellam indicem tacitæ libertatis, ſed uocem uiuam prę uobis indicem ue-
ſtrarum erga me uoluntatum ac ſtudiorum tuliſtis. Et pro Plãcio, Etenim ſi
populo grata eſt tabella quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, dátque
libertatem ut quod uelint faciant, promittant autẽ quod rogentur: cur tu in

Source : BIU Cujas

A iudicio exprimis, quod non fit in campo? In transcursu fortasse non erit adnotatione indignum: quòd Accursius in.l.ulti. De honoribus & muneribus non cõtinuandis, lib.10. missos pro uocatis intellexit, cum significet trãsmissos & præteritos. Nec in lege Ciues, tractatu De incolis, percepit quid allectio significet: id est προγραφὴ, προσαίρησις: cum Vlpianus in tracta. De decurionibus, scripserit spurios posse in ordinem allegi. Allecti enim sunt ascripti & cõscripti, hoc est numero additi. προσκαταλεγόμενοι. Sublecti, demortuorum loco lecti. ἀντικαθιστάμενοι. *Allecti.* *Sublecti.*

SEQVITVR in eodem cap. tract. De pœnis. Archiuo fortè uel gram-
B matofilatio.) Puto legẽdum, fortasse uel grammatophylacio. Est autẽ grammatophylacium, ubi tabulæ & instrumenta publica monumẽtáque rerum gestarum actarúmque asseruãtur: quod tablinum Latinè appellatur. Plinius lib.35. Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magistratu gestarũ. Sed de priuato tabulario uel tablino Plinius intellexit: sicut Vitruuius in sexto, Tablino, si latitudo atrij erit pedum uiginti, dempta tertia, eius spatio reliquum tribuatur. Cicero de Natura deorum, tabularium dixit. Sessum ite precor, ut iudicetur qui tabularium incendit. Tabularum significatio multiplex. sunt enim tabulæ pictæ, ut tabulæ scriptæ. Archiuum ex Græ-
C co factum est, ἀρχεῖον. Archium autem etiam magistratuum ædes significat, & regiam, & palatium, & iudiciale forum. Ex quo factum, ut archium, & interposita u archiuum, si tamẽ rectè legitur, significet chartophylacium: quia ἀρχεῖα uicina sunt chartophylaciis, quæ eadem sunt cum grãmatophylaciis: uel chartophylacia potius eorũ membra, in quibus hodie actuarij & scribę exceptoresq; acta publica cõdũt. Quod autẽ in uicina periodo sequitur, sic censeo reponendũ, Vt solent quibus sentẽtia præcipitur, ἀπὸ τῶν δημοσίων ἀπέχου.

Grammatophylacium. *Tablinum.* *Cap.2.* *Cap.4.* *Lib.3.* *Tabularium.* *Archiuum.* *Chartophylacium.* *Haloan. nihil reponit. Antonius uerò August. hæc, δημοσίων ἀπέχεσθαι. i. publicis abstinere.*

IN cap. Aut facta, in principio, Quósque alios suadendo innuisse sceleris est instar.) Iuuisse omnino legendum uidetur. Sed si ita legatur, quosdámq;
D alios suadendo iuuisse: sensus erit contextúsque congruentior.

IN eodem cap. in. §. Qualitate rixæ à grassaturis.) Quoniam Accursiani parum intellexerunt hoc uocabulum, nobis explanandum uisum est. Grassatores igitur sunt uiarum in urbe uicorúmque obsessores, qui obuios iniuriæ opportunos spoliant, aut pulsantes, aut intentata morte territantes. λωποδύτας Græci appellãt. Plinius lib.13. de Tapsia loquens, Nero Cæsar claritatem ei dedit, initio imperij nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure ceráque, & sequenti die contra famam cutem synceram circunferens. Trãquillus in Augusto, Nam & grassatorum plurimi palàm se
E ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa. Et inferius, Igitur grassatores dispositis per opportuna loca stationibus inhibuit. Sic Iuuenalis Satyra tertia, Interdum & ferro subitus grassator agit rem. quo in loco grassaturã describit dilucidè. Neronis grassaturas etiam clarè Tranquillus commemorat in eius uita. Et Iuuenalis tamen & ipse rixam appellauerunt grassaturam minus noxiam, & quasi ludibũdam: Miseræ cognosce proœmia rixæ: Si rixa est ubi tu pulsas, ego uapulo tantùm. Sic grassari & hîc, & in cap. Capitalium,

Grassatores. *Cap.22. ad finem.* *Cap.32.* *Satyra eadẽ.* *Grassari.*

Source : BIU Cujas

intelligendum: cum alioqui grassari sæuire significet, & in perniciem no- F
xámque progredi. Idem Tranquil. Nec minore liuore ac malignitate, quàm
superbia sæuitiáque penè aduersus * omne genus hominum grassatus est: id
est improbum ac maleficum se exhibuit, in diésque nocentiorem. Inde fit ut
pestem grassari dicamus, pro eo quod est, cum ingenti clade hominum in-
ualescere. κατασκήπτειν & ἐγκατασκήπτειν. Quo modo usus est Claudius Iuriscon
sul. in fine huius capitis, Quoties nimiũ multis personis grassantibus exem-
plo opus sit. Sallustius pro ingredi & tendere posuit, in bonam partem acci-
piens, his uerbis: Vbi ad gloriam, uirtutis uia grassatur. ἵεται. Horatius meta-
phoricè, - Dauus sis comicus, atque G

S tes capite obstipo, multum similis metuenti,
G rassare obsequio. de captatore loquens. Locus autem Demo-
sthenis hîc à Iurisconsulto citatus, restituendus est ex oratione περὶ κονδύλου,
contra Mediam. Demosthenes enim pugno cæsus in theatro à Media Athe-
niẽsi prædiuite, eum ad populum accusauit. Tunc enim ab illo pulsatus est
Demosthenes, cum Dionysia agerentur, qui ludi erant in honorem Liberi
patris instituti: curatórque ludorum erat cum aliis delectus Demosthenes,
quos choragos appellabant. eam iniuriam atque id crimen cum magnope-
re exaggerare uellet orator, aliquot hominum exempla recensens, qui ob H
huiuscemodi facinora in fraudem capitalem inciderant, & ab iniuriam pas-
sis cæsi erant, ita inquit, οὐ γὰρ ἡ πληγὴ παρέστησε τὴν ὀργὴν, ἀλλ' ἡ ἀτιμία. οὐδὲ τὸ τύπτεσθαι
τοῖς ἐλευθέροις ἐστὶ δεινὸν, καὶ περ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὦ ἄν-
δρες ἀθηναῖοι, ὧν ὁ παθὼν ἔνια οὐδ' ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιθ' ἑτέρῳ· ᾧ σχήματι, ᾧ βλέμματι, τῇ
φωνῇ. ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ὑπὸ κόρρης. ταῦτα κινεῖ,
ταῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους αὐτῶν, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι. οὐδεὶς ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, ταῦ-
τα ἀπαγγέλλων δύναιτο τὸ δεινὸν παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις οὕτως, ὡς ὑπὸ τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ πράγμα-
τος ᾧ πάσχοντι καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἐναργὴς ἡ ὕβρις φαίνεται. Vt autem res melius intelliga-
tur, uno aut altero uersu locum altius repetitum traducã hoc modo, acses- I
quiuersu producam, Nouerunt hoc multi, Euœona Laodamãtis fratrem in-
ter epulas in conuentúque publico obtruncatum à Bœoto, unicum ob co-
laphum inflictum. neque uerò unica plaga iræ impetum illi, sed ignominia
ciuit. neque cædi ingenuis graue est, tametsi est ipsum graue: id enimuero
demum graue est, ad contumeliam cædi. Siquidẽ multa facere, ô uiri Athe-
nienses, existimari potest is qui alium cædit: quorum partem ne is quidẽ qui
uerberibus afficitur, indicare satis sermone atque effari possit: ipsa perpetran-
dæ rei specie, obtutu truculento, uocis atrocitate. adde quum sugillandi ani-
mo, quum inimicum se profitendo, denique quum pugnis, & quum in ma- K
lam cædit. Atqui hæc permouent: hæc inquam emouent de mentis suæ statu
homines contumeliæ atque sugillationis insolentes. His commemorandis,
ô uiri Athenienses, nemo est qui rei atrocitatem animis audientium oculís-
que repręsentare queat, præut quidem est iniuria re ipsa conspicua omnibus
numeris euidentiæ iis qui rei spectatores fuerũt, ipsíque adeò iniuriam per-
pesso. Quorum uerborum oratoris hæc sententia est: ea quæ rei adiuncta di-

Ex titulo, De pœnis. cuntur

In Caligula cap. 34.
** omnis æui homines*

In initio Iugurth.
2 Serm. satyr. 5.

Source : BIU Cujas

A cuntur (à Quintiliano etiam complexus cauſarum & circunſtantiæ nomine appellantur, ut Græcè appellant πόρίσμον) eſſe huiuſcemodi, ut magna ex parte animo magis concipi, quàm uerbo enunciari poſſint. Verùm cum ea amplificationis argumenta quæ à circunſtantia ducuntur, Iuriſconſultus in hoc capite in ſeptem modos digeſſerit:qualitatis exemplum à Demoſthene potiſſimùm ducendum eſſe cenſuit:qui in qualitate & æſtimatione iniuriæ, facinoris perpetrati ſpeciem(quod ſchema ipſe uocat) animaduertēdam eſſe duxit:hoc eſt habitum & affectum corporis animíque tam pulſantis quàm uapulantis,& quandam ueluti actionem atque repreſentationem improbi-
B tatis eius qui cædebat,atque impotentis animi, contráque fœdi ac pudendi aſpectus eius qui uapulabat exhibitionem,animo obuerſari iudicum oportere, ut pœnam pro dignitate rei ſtatuant.In qualitate etiam ponit truces minacéſque oculos pulſantis in eum qui pulſatur: tum uociferationem deſæuientis territantíſque eum qui uiolētiæ cedit. Quę omnia accidere ueriſimile eſt,cum ſugillandi animo id fit, id eſt notam ignominiámque inurendi homini integræ famæ, intemeratíque pudoris: quum inimicum ſe profitetur qui pulſat,cum iniuriam ita accipi uult, tanquam ab inimico offendíq; cupido illatam:cum plaga infligitur non expanſa manu,ſed in pugnum cō-
C tracta,quò ictus ſit nocentior & grauior: poſtremò cum in eam partem corporis de induſtria plaga incumbit,quo atrociſſima noxa corpus mulctari poteſt,ſugillatáque ea pars eſſe ac diu manere conſpicua, indéque facies dehoneſtari.Hoc enim ſignificat ὠθεῖ κόρρης, id eſt ἐπὶ τὸ σιαγόνος πατάξαι, Atticorū lin- Κόρρη.
gua loquentibus: quod interpres ignarus pupillam tranſtulit, quaſi κόρης Demoſthenes ſcripſiſſet.Hæc ſunt(inquit Demoſthenes) quæ homines iniuriis non aſſuetos animi impotentes faciunt: id eſt quæ patientiam quantumuis prudenti excutiunt. Quintilianus in ſexto,de concitandis affectibus loquēs, Cap.1.
Atrocitas(inquit) creſcit ex his:quid factum ſit,à quo,in quem, quo animo,
D quo tempore, quo loco,quo modo: quæ omnia infinitos anfractus habent. Et paulùm infrà,Plurimum tamen(inquit)affert atrocitatis,modus,ſi grauiter,ſi contumeliosè: ut Demoſthenes ex parte percuſſi corporis,ex uultu ferientis, ex habitu inuidiam Midiæ quærit. Idem alibi, Nanque in hoc elo- Cap.3.
quentiæ uis eſt, ut iudicem non ad id tantùm * compellat, in quod ipſe à * impellat
rei natura ducetur:ſed aut qui nō eſt,aut maiorem quàm eſt, faciat affectū. Hæc eſt illa quæ Dinoſis uocatur: rebus indignis, aſperis, inuidioſis addens Δεινωσις.
uim oratio: qua uirtute præter alios plurimum Demoſthenes ualuit. Huc pertinet illuc Ciceronis in Diuinatione, Putáſne poſſe(id quod in eiuſmodi
E reo neceſſarium eſt) facere,ut quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit,ea æquè acerba & indigna uideantur eſſe iis qui audient, atque illis uiſa ſunt qui ſenſerunt?magna ſunt ea quæ dico,mihi crede:noli hæc cō-temnere.dicenda,demonſtranda, explicanda ſunt omnia: cauſaque non ſolum exponēda,ſed etiam grauiter copioſeque agenda eſt. Hunc locum ideo enarrandū copioſius eſſe cenſui, quòd ab homine iuris in primis perito,cauſarum actore nobiliſſimo,aliquando rogatus ſum,ut eum explanarē. Aiebat

Source : BIU Cujas

enim se nunquam mentem Iurisconsulti capere planè potuisse, cum tamen F
in causa insigni usu sibi uenisset, ut auctoritate hac utendum sibi foret.

IN eodem cap. §. Euentus, Et ideo apud Gręcos exilio uoluntario fortuiti casus luebantur.) Accursius uoluntarium exilium intelligit arbitratu iudicis statuendum: cum uoluntarium pro spontaneo Iurisconsultus intellexerit, quod sibi quisque consciscit: ut ex iis quæ dicemus, apparebit. Voluntarium etiam exilium intelligi potest quod liberum dicitur, hoc est nõ certo loco circunscriptum: quod genus deportationis est aut relegationis: sed quo genere mulctantur, qui patria extorres esse iubentur: cuiusmodi ferè hodie utimur. Capitolinus in Marco Philosopho, Deportatus est Heliodorus G
filius Cassij. alij liberum exilium acceperunt cum bonorum parte: mulieres ornamentis adiutæ, ita ut filia Cassij & Druncianus gener liberam uagandi potestatem haberent. Ex quibus uerbis intelligimus aliud esse liberum exilium, quod unusquisque sibi eligit: & aliud liberam uagandi potestatem, quasi exilium uagum: quo qui damnati sunt, locũ subinde mutare possunt, modò ne eò reuertantur unde exulare iussi sunt. Hoc latam fugam * Marcellus uocat cap. Exilium. infrà De interdictis & releg. quia fuga Gręcè exilium significat, & fugere exulare. quare locum illum corruptum esse censeo, uel mutilatum potius in medio membro: sensus enim, meo iudicio, elici ex illa H
distinctione triplicis exilij nõ potest. Est autem φυγὴ, id est fuga, exilium eorum qui pœnam legum uitare uolunt. Cicero pro Cæcinna, Nam cum ex nostro iure duarum ciuitatum nemo ciuis esse possit: tum amittitur hæc ciuitas denique, cum is qui profugerit, receptus est in exilium, hoc est in aliam ciuitatem. Idem, Nam exilium (inquit) non supplicium est, sed profugium, portúsque supplicij. nam qui uolunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum uertunt: hoc est sedem aut locum mutant. Itaque nulla in lege nostra reperietur, * nec apud cæteras ciuitates, maleficium ullum exilio esse mulctatum: sed cum homines uincula, neces, ignominiásque uitãt, quæ I
sunt legibus constitutæ, confugiunt quasi ad arma in exilium. Vbi tamen aram non arma legendum puto contra fidem exemplarium. Licebat igitur reis post primam actionem exilium sibi consciscere ante iudicium peractũ: ídque appellabant exilij causa solum uertere: μιξαναστεύειν, μετοικίζεσθαι. Liuius de Decemuiris loquẽs, Bona Claudij Oppiíque, qui ante diem iudicij uitam in uinculis finierant, Tribuni publicauere: collegæ eorũ, exilij causa solũ uerterunt: bona publicata sunt. Hoc, ut cætera, ex Græcorum legibus translatum esse, ex oratione Demosthenis κατὰ ἀριστοκράτους apparet, his uerbis, ᾧ δὲ φεύγοντι, τὸν πρότερον ἔξεστιν εἰπόντα λόγον μιξαστῆναι, καὶ οὔθ' ὁ διώκων, οὔθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλων ἀνθρώπων K
οὐδεὶς, κύριος κωλύσαι. Reo autem (inquit) licet cum primam orationem habuerit, solum uertere. id quod uetare, nec accusatoris nec iudicũ potestatis est. Solum uertere etiam de decoctoribus dicebatur: qui & foro cedere dicebantur: ut apud Iuuenalem,

Voluntarium exilium.

** Martianus Fuga, pro exilio.*

Exilium olim pœna legum non erat.

** ut apud*

Ab Vrbe li. 3. Exilij causa solũ uertere.

Solũ uertere.

Satyr. 11.

C edere nanque foro iam non est deterius, quàm
E squilias à feruenti migrare Suburra. Idem alibi,

Ibidem.

Ex titulo, De pœnis.

Qui

A Qui uertêre ſolum, Baias & ad Oſtia currunt.

Id eſt οἱ ἀνεσκευασμένοι τῶν τραπεζιτῶν apud Demoſthenem, hoc eſt οἱ τὰς τραπέζας ἀνασκευασάμενοι. Locus autem Pandectarum inanis replendus eſt ex libro Iliados ultimo, niſi fallor. Homerus enim commemorans aduẽtum Priami ad Achillem, deductore Mercurio, ſupplicémque eum deſcribens, & ad genua Achilli aduolutum, ut corpus exanime Hectoris ab ſe redimi pateretur, hos uerſus ſcripſit hîc reponendos, dictóque Claudij conſentaneos.

Ὡς δ' ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ, ὅς τ' ἐνὶ πάτρῃ
φῶτα κατακτείνας, ἄλλον ἐξίκετο δῆμον
B Ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ, θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντας:
Ὡς ἀχιλεὺς θάμβησεν ἰδὼν Πρίαμον θεοειδέα
θάμβησαν δὲ καὶ ἄλλοι, ἐς ἀλλήλους δὲ ἴδοντο. Ac ſi Latinè diceres,

A c uelut is crebris quem ſors incommoda noxis
I mplicat, externas ſe contulit exul in urbes,
V tque piet facinus patratæ cædis, ad ædes
D iuitis accedens, mirantia contrahit ad ſe
O ra hominum hac ſpecie: Priamo ſic ſupplice, Achillis
C ircunfuſa cohors comitum ſtupet, ut ſtupet ipſe.

C Ad quorum uerſuum intelligentiã interpretes Homeri tradunt morẽ fuiſſe apud uetuſtiſſimos, ut qui non uoluntariam cædem admiſiſſet, is exularet patria: ad ædéſque locupletis hominis ſe conferens, ibi opertus ſederet in limine, orarétque & poſtularet admiſſæ cædis expiamentum. Huiuſmodi uerò exilium ἀπενιαυτισμὸς appellabatur: τουτέστι φυγὴ ἐπ' ἐνιαυτὸν ἢ ἐπ' ἐνιαυτοὺς πολλοὺς διὰ φόνον ἀκούσιον. uerbũ è uerbo ductum Abannatio dici poteſt, quaſi annuũ exilium. Plato lib. 9. de leg. ἐὰν δὲ ξένος ἄκων ξένον κτείνῃ τῶν ἐν τῇ πόλει, ἐπεξίτω μὲν ὁ βουλόμενος, ὠθὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις. μέτοικος δὲ ὤν, ἀπενιαυτισάτω. Idem alibi, γυναῖκα δὲ γαμετὴν ἐὰν ἀνὴρ δι' ὀργὴν κτείνῃ τινά τις, ἢ γυνὴ ἑαυτῆς ἄνδρα ταυτὸν ὡσαύτως ἐργάσηται, καθαίρεσθαι μὲν τοῦ αὐτοὺς καθαρμοὺς, τριετεῖς δὲ ἀπενιαυτήσεις διατελεῖν. Alibi, καὶ ἐνιαυτοὺς τρεῖς ἀπενιαυτείτω.

ἀπενιαυτισμός. ἀπενιαύτησις. Abannatio.

D Alibi, ἀπενιαυτισάτω. Cauſa autem exilij uoluntarij, in eóque expiationis quærendæ, inſtitutum erat priſcorum, qui uiros homicidas ut impuros & deteſtandos exiſtimabant, ideóque uitandos & auerſandos. Arcebantur enim ſacris & foro ij qui in reatu cædis erãt, quoad iudicium peractũ eſſet. Auctor Pollux in octauo. Quare Antiphon in oratione περὶ χορευτοῦ ad iudices loquẽs, Cauſas (inquit) cædis (ut opinor) uos magnoperè contenditis exactè iudicare. Quippe hominem reum ſententiis ueſtris cædis damnatum, in eam fraudem incidere neceſſe eſt, ut nec cædis perpetrator, nec perpetratæ cædis re

Homicidæ ſcelerati & abominandi olim exiſtimabantur.

E uera obnoxius, pœnas tamen pendat, & legis ſanctionem ſubeat: ut urbe, ſacris, ſacrificiis, certaminibus arceatur, quæ hominibus maxima antiquiſſimáque cenſentur. Et Lyſias contra Agoratum, οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ διελέγετο ὡς ἀνδροφόνῳ ὄντι. Nemo (inquit) eum ut homicidij reum colloquio dignabatur. Verba legis pœnam homicidij ſancientis ſunt apud Demoſthenem ἐν ᾧ κατὰ ἀριστοκράτους, ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς, ἐφορίας, καὶ ἄθλων, καὶ ἱερῶν ἀμφικτυονικῶν. quæ uerba ipſe ibidem interpretatur. Verumenimuero huiuſcemodi expiationis necis hu-

Expiamentũ homicidij.

Source : BIU Cujas

manæ ab imprudẽtibus admiſſæ exemplum uidere licet apud Herodotum F
libro primo,quo in loco Crœſi meminit nuptias filij ſui celebrantis. Quum autem(inquit)filij nuptias Crœſus in manibus haberet: aduenit Sardeis quidam calamitate præditus,manibúſque impuris,natione Phryx. Hic cum ad Crœſi ædes acceſſiſſet,gentilíque inſtituto ritúque patrio poſtulaſſet, ſibi ut liceret expiamenti optati compotem eſſe : Crœſus eum expiauit. Eſt autem Lydis Græcíſq; ritus expiandi ſimilis. Poſtquam autem Crœſus legitima iuſtáque luſtrationis peregit : undénam ille,& quis eſſet, percontari inſtitit. Et paulùm infrà,Gordij(inquit ille) filius ſum,cui Midas parens fuit : Adraſto mihi nomen eſt:qui quia imprudens germanum meum interemi,ad te ac- G
ceſſi.ſum enim & à parente eiectus, & omnibus fortunis exutus. Pauſan.in primo Eliacon. σωιεται πάντα δε ὃς ὀξύλῳ φυγάδι ἐξ αἰτωλίας ἦλθεν. διακούοντα γαρ φασιν ἁμαρτεῖν αὐτὸν, καὶ ἐξορμᾶσθαι φόνου ἀκούσιου. τὸν δε ἀφανίσαντα τοῦ διώκειν τὸν ἀδελφὸν εἶναι τῷ ὀξύλῳ. Euripides in Oreſte de homicidis loquens, καλῶς ἐλήλυθ᾽ ὧν τάδ᾽ πατρὸς οἱ πάλαι. εἰς ὁμμάτων γὰρ ὄλιν οὐκ ἐῶν περᾶν, οὐδ᾽ εἰς ἀπάντημ᾽ ὅστις αἷμ᾽ ἔχων κυρεῖ, φυγαῖσι δ᾽ ὡσίαν, exiliis expiabant.Ex iis quæ dicta ſunt, ſatis apparet quid per uolũtarium exilium Claudius in hoc capite intelligi uoluerit,qui fortuitum caſum ἀκούσιον φόνον uocauit:id eſt imprudens homicidium,ut Valerius dicit. Inde apud
Lib.1. cap.7. De Cræſo, in fine. Herodotum καθάρσιος ζεύς,id eſt Iupiter expiator : qui præſes erat neceſſitudi- H
Iupiter expiator. nis ab expiatione contractæ, & ueluti diſceptator iuris inter expiatorem & expiatum:ut hodie deus expiator uindex eſt, ſiquid inter myſticum parentem & luſtratum hominem,uel initiali ſacramẽto uel arcano & auriculario ſacramẽto expiatum,perperam admiſſum eſt.Euſtathius Homeri interpres, Quòd autem(inquit)ſanguine luſtratio fieret, teſtis eſt hiſtoria, cuiuſmodi eſt homicidarum luſtratio,qui ſanguine abluti, luſtramenti loco id eſſe ipſi
Φαρμακοὶ. ducebant.Cuius artis profeſſores Pharmacos Attici uocant, ut urbium quoque expiatores.Hiſtoriæ Adraſti meminit Valerius lib. pri.cap.De ſomniis, ſed ſtrictim,& ſuppreſſo nomine,de filio Crœſi loquens,ac eodem Adraſto, I
qui Crœſi filium lancea in uenatione traiecit imprudens. Et quidem (inquit ille)eam potiſſimum dexteram caſus nefariæ cædis crimine uoluit aſpergi, cui tutela filij à patre mandata erat, quámque Crœſus imprudentis homicidij ſanguine uiolatam,hoſpitales ueritus deos,ſupplicem ſacrificio expiauerat.Liuius de Horatio loquens, qui Horatiam ſororem interfecerat, Itaque
Ab Vrbe li 1. ut cædes manifeſta aliquo tamẽ piaculo lueretur,imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica.Inde uocabula apud Græcos, καθαρὸς τὰς χεῖρας, de eo qui homicidio manus non contaminauit : quem etiam ὅσιον καὶ ἁγῆ appellant.& contrà μὴ καθαρὸς dicunt οὐκ ἁγεῖς, καὶ οὐ μιάσματί τινι ἔοικας, καὶ μὴ καθαρεύοντας φόνου. Dicebãt etiam ἀκαθάρτους, de quibus Plato lib.9.de leg. ὅσοις δ᾽ αὖ τῶν ἀφειστηκότων πάντων μὴ πέφυκεν τῷ νόμῳ, ἀλλ᾽ ἀκάθαρτος ὦσι, id eſt nondum expiatus, ἀγορᾶς τε καὶ ἄθλα, καὶ τ᾽ ἄλλα ἱερὰ μιαίνῃ, ὁ βουλόμενος τούτῳ ἐπιτρέπειν τῶν προσηκόντων ᾧ πολυτίθεται, καὶ τὸν ἀφειστέναι εἰς δίκλω καταστησάτω. Exemplo huiuſcemodi inſtituti antiquiſſimi planum fit, non de nihilo inſtitutum illud Franciæ inualuiſſe,quod multis tamen minimè conſentaneum æquo & bono eſſe uidetur,

Source : BIU Cujas

A tur,de homicidio ab imprudentibus admiſſo, etiamſi culpa uacet facinus, tamen ut ij ueniam impetrandam habeant,aut à Principe,aut ab illa æquitatis officina,quam Cancellariam dicimus: qua in parte potiſſimum reip.operam ipſi nunc pro poteſtate nauamus,magiſtratu functitantes,quod magiſterium libellorum in Prætorio dicitur. Sic enim à regibus expiari uel facinus incõſultum,uel caſum temerarium, moribus comparatum eſt,ut olim à ditiſſimo quoque piaculum huiuſmodi admiſſorum poſtulabatur. Cæterùm eò nunc congruentius,luculentioréque cum ratione,quo reges non ſine ſacris ritualibus inaugurati,ui quadam diuina præditi meritò exiſtiman-
B tur:noſtríque eò amplius fortaſſe,quòd inſtar ipſi quoddam numinis,neque id quodlibet,circũferre eos uidemus, cum medicam manum ſalubrémque admouent iis quos ſtrumæ malè habent. Ob quod ipſum ſpecimen potentatus auſpicatò olim fundati,comitatus regius ægrotantium gregibus plerũque frequentatur,dies feſtos expectantium,qui ſacræ huiuſcemodi functioni piæque ſolennes ſunt.Dediſſe uerò unà quoque id inſigne diadematicum Prouidentia, conſilia ut publica plerunque auſpicatò inirentur, ſalutaríque cum numine atque præſentiore: haud dubiè numeris omnibus maieſtatis inter homines beatiſſimæ(abſit inuidia uerbo)principatus Franciæ prẽditus
C eſſe meritò, aureáque fortuna uiſendus diceretur. Summa autem fuit cura antiquis uindicãdarum cædium.In curia enim Areopagitarum ſacrum fiebat Eumenidibus,quas etiam σεμνὰς θεὰς Græci uocãt bene ominandi gratia. eas enim exiſtimari uolebant eius eſſe curiæ præſides, in qua ſicarij iudicabantur, ut alibi diximus: tanquam uindices ultricéſque hominum necatorum.Quibus ſacrificuli ob id tres erant inſtituti,id eſt ἱεροποιοί.Quare Demoſthenes ἐν Μειδίᾳ purgare ſe uolens ſuſpicione conſcientiæ cædis, quam ei inimicus obiecerat:ita inquit, ὥστε ἐπαυτιᾳβάλλειός με φόνου, τοῦτ' ἔδει τὰς σεμνὰς θεὰς ἱεροποιὸν αἱρεθῆναι ἢ ἀθλιωτάτων ἁπάντων τέλεον αὐτὸν, καὶ καταῤῥάβδιον τῆ ἱερᾶν. Hic(in-
D quit)qui me cædis crimine reum facere inſtituit: cum ego à curia ſacrificulus tertius deſignatus ſum è numero omni ciuium, ut ſacrum pro populo deabus uenerandis facerem (ſic enim Eumenidas appellabant) nulla interceſſione obſtitit,quo minus ſacrificium auſpicarer. In Areopago autem cædes conſultæ iudicabantur,id eſt φόνοι ἐκ προνοίας: non autem ἀκούσιοι.. Sed quod in hoc eodem ambitu orationis dictum, Vt à dementiſſimo quoque facta, etſi ſcrupulo mendæ non caret,quia non ſatis hærere cum euentu uidetur: unum tamen poſcere uidetur, ut adnotemus quod Suidas retulit de ſtatua Niconis Thaſij,pugilis celebrati:cuius iam defuncti ſtatuam cum æmulo-
E rum unus odio indulgens fuſtibus cæderet,tanquam Niconem ipſum uiuũ contumelia afficiens: ſtatua manium eius ultrix, in cædentem ipſa collapſa oppreſſit eum & extinxit. Propter cuius necem eius hæredes ſtatuam ipſam necis ream egerunt apud Thaſios, lege Draconis: tandémque ſtatua necis damnata,ſententia iudicum in mare demerſa eſt.Quę hiſtoria ſumpta eſt ex Pauſania lib. ſexto Iliacôn. Euſeb.lib. 5. de præparation. euangel. Diomedis athletæ ſtatuam fuiſſe dicit. Legem enim Draconis legiſlatoris Athenienſis

Strumæ.

Areopagitis ſicariorũ uindex.

Statua necis rea, tandem damnata.

Theagenem uocat Pauſanias,non Niconem.

Lex Draconis memorabilis.

Source : BIU Cujas

ſecuti ſunt: qui cædis perpetratores, extorres patria & finibus fieri ſanxit, nõ F
homines modò, ſed etiam animantes alias, atque etiam inanimata. quę lex congruit cum eo quod ſcriptũ eſt Geneſeos cap. 9. Huiuſmodi cędes ab inanimatis factæ, in Prytaneo iudicabantur, ut inquit Demoſthenes in oratione ſupradicta κατὰ ἀριστοκράτους. Moris etiam antiquiſſimi fuit, ut qui cædẽ perpetraſſent, ſi quum in externam urbem profugiſſent, ad pœnã expoſciti non dederentur iis ad quos facinus admiſſum pertinebat: ipſis ut permitteretur

De iure pignerãdorum hominum.

iniuriam paſſis pignerandi poteſtas, quam androlepſiam, & neutro genere androlepſium Græci uocant. Verba legis à Demoſthene tranſcripta ſunt in orationem κατὰ ἀριστοκράτους, in hanc fermè ſententiam, Si quis uiolenta morte G
obierit: pro hoc gentilibus & cognatis androlepſię ſunto, quoad iudicium

Androlepſia.

cædis pœnáſque ſubierint, uel necis auctores dediderint. Androlepſia uerò ad tres uſque nec eò amplius, eſto. Pollux, ἔστι δὲ ἀνδρολήψιον, ὅταν τις τοῦ ἀνδροφόνους καταφυγόντας ὥς τινας, ἀπαιτῶν μὴ λαμβάνῃ. ἔξεστι γὰρ ἐκ τῶν οὐκ ἐκδιδόντων ἄχρι τριῶν ἀπαγαγεῖν. Harpocration cũ Polluce cõſentiẽs ἐνεχύραζον (inquit) τὴν ἔχουσαν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον, καὶ προϊεμένην αὐτὸν εἰς τιμωρίαν. Demoſthenes autem fortaſſe cauſæ inſeruiens dixit androlepſiam lege eſſe permiſſam non contra profugũ ſuſcipientes: ſed contra eos demum, apud quos cędes facta fuiſſet. Mulcta autem erat androlepſiam non iure poſtulanti, uel potius ea utenti. Licebat enim priua- H
to conſilio androlepſiam exercere, ut ipſe Pollux inquit. Hæ cum libro ſexto

Pigneratio.

Decretalium epiſtolarum pignerationes uocentur, ſub titu. De iniu. tamen

Repreſſaliæ.

iuris interpretes malũt repreſſalias dicere: uſque adeò barbaries ad ſtomachũ ruſticitatis facit. Pignerari Latinè dici debet Græcorum exemplo, qui etiam ἐνεχυράζειν dicunt & κατενεχυράζειν ἀνθρώπους, & ἀνδρολημίας χάριν ἅπτεσθαι τῶν ἀνθρώπων.

Clarigatio.

Hermolaus Barbarus uir doctiſſimus clarigationem appellari poſſe cenſuit: quaſi aliud uerbum non eſſet Gręcum aut Latinum, quo res omni tempore uſurpata ſignificari poſſet. Eſt etiam apud Homerum aliud exemplum exilij ob cędem inconſultò admiſſam, Iliados libro tertio & uiceſimo, eo in lo- I
co ubi umbra Patrocli ad Achillem ita inquit:

Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθέμεναι ὀστέ' ἀχιλλεῦ,
Ἀλλ' ὁμοῦ, ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν,
Εὖ τέ με τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ ὀπόεντος
Ἤγαγεν ὑμέτερον δ' ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἤματι τῷ, ὅτε παῖδα κατέκτανον ἀμφιδάμαντος
Νήπιος οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

Hiſtoria tradit Patroclum ludo talario ludentem, cum puer eſſet, ſubitò excanduiſſe, iræque impetu puerum colluſorem nomine Cliſonymum intere- K
miſſe. Ob quod facinus pater eius Menœtius ex Opunte patria eum exulatũ ad Pelei domum deduxit: à quo benignè & liberaliter educatus, Pelei iuſſu comes Achillis eſſe cœpit & amicus. Hæc autem carmina quanquam non perinde conueniunt ſupplendo uerborum contextui: tamen eatenus pertinere poſſunt, quòd delictum puerile tamen exilio mulctatum eſt, etiã ſi inconſulto impetu cõmiſſum. Vltra hos duos Homeri locos, ut poëma utrũq;

Ex titulo, De pœnis. perlegatur,

Source : BIU Cujas

A petlegatur,nihil(ut opinor)inuenietur,ex quo duci auctoritas conuenienter Iuriſconſulti dicto poſſit. Apud Hebręos etiam fortuita homicidia exilio & ſeniorum ſynagogæ iudicio expiabantur.ut Ioſue uiceſimo cap.urbéſq; aliquot eam ob cauſam exulibus attributæ.καὶ ὅσον ταῦ ἡμῖν αἱ πόλεις ταῦ ταῦ φυγαδυτήριον,ἡ ἐκ ἀφοσιωθεῖται ὁ φονευτὴς ἀφ' ἑῦ ἀγχιεύοντος τ' αἷμα, ἕως ἂν καταστῇ σιαυλίον τ' σωματοφυλακίς ἐς κείσιν. Quin & moris fuit apud uetuſtiſſimos Græcos, ut ij qui ſanguine uel humano uel brutorum ob cæſum animal manus contaminaſſet, ut manus ablueret aqua luſtrali, ut Aiax apud Sophoclem ob trucidata armenta in furore cum homines interficere ſe putaret, ἀλλ' εἶμι πρὸς τὶ λοφὰ, καὶ

B παραχλίους λιμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰς, μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς.id eſt, τ' Ἀθηνᾶς.

IN cap.Si pœna,eodem ſub titulo De pœnis.Si pœna alicui irrogatur:receptum eſt commentitio iure,ne pœna ad hæredem tranſeat.)Ius commentitium Accurſius à commentis Iuriſprudentum dictum eſſe dixit: ignorans ſignificationem eius uocis. Commentitium idem eſt quod fictitium : quod Græci πλασματῶδες appellant.Significat etiam nouum & recens excogitatum: hoc eſt non tranſlatitium, non aliunde ſumptum. Tranquillus in Claudio, Spectacula complura magnificáq; edidit: non uſitata modò, ac ſolitis locis, ſed etiã commentitia,& ex antiquitate repetita. Commẽtitia,pro nouiter re- *Commentitium.* *Cap.21.*

C pertis,nullóq; exemplo inſtitutis : ὡδηνοῦτα, τὸ τι πρῶτον ἀναθυμιώμενα. Ariſt.in 12. Metaphyſicõn, commentitiam rationem opinionémue appellat, figmento non ueritate ſubnixã:ut cum mathematicã lineam ponimus,uel punctũ mathematicũ.In ſenſilibus enim huiuſmodi eſſe forma nõ poteſt,niſi opinione rationéque commentitia.ipſe πλασμάτιον λόγον appellat.Hac ratione ius commentitium dicitur δίκαιον ἐπίπλασον:quod figmento,non re ipſa ſubſiſtit.

IN cap.Si diutino.Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit.) Accurſius & Bartolus Latini uocabuli ignorantia ſenſum huius reſponſi peruerterunt. Exiſtimauit enim Bartolus poſt Ac-

D curſium,reatum ſignificare ſpatium maleficij perpetrandi,quaſi Iuriſconſultus iis uerbis ſtatuerit mitius cum eo agendum,qui longo interuallo inter reos defertur,hoc eſt diu poſt crimen admiſſum. In diſſoluendíſque antinomiis Accurſius,ut aſſolet,uacillabundè cõflictatur. Bartolus autem in errore ſibi conſtans(ipſe quidem alioquin epithetum ſoluti auctoris & expliciti, nec in addubitationibus hærentis,inter iuris ſtudioſos meritus)ad diuiſionẽ criminum diſcriminấque confugit (quæ ferme farrago eſt commentariorũ iuris,ſyluáque maior Hercinia,nec minus ab omni cultu nitoréque abhorrens)referre aiens maleficiáne continuæ noxæ,an ſemel finitæ ſint. Nos uerò

E reatum eſſe dicimus ſtatum & conditionẽ reorum,hoc eſt habitum demiſſum,pannoſum,ſquallidum,& miſericordiæ aucupatorem. Vnde reorũ ſordes,ſordidatíque rei dicebãtur,ut nos alibi copioſè iam diximus. Senſus igitur huius capitis hic eſt:in eum mitius animaduertendum,qui diu ſordidatus fuerit:id quod euenire ſolet aut iudicum cõſilio in diem longiorem iudicium reiicientium:aut pro re nata,ſi quia de cauſa planè nõ liquebat,reus ſæpius ampliatus eſt.Pars enim pœnæ eſſe uiſa eſt,longa temporis intercape- *Reatus.*

Source : BIU Cujas

do in conſpicua calamitate & miſeranda. Errore autem miro hæc opinio inter Iuriſperitos alióſque inualuit, ut reatus pro crimine exaudiatur: cum clara ſit huius uocabuli ſignificatio in cap. ulti. infrà De bonis damnatorũ. ubi Paulus, Fraudis autem cauſa (inquit) adoptio facta uidetur, etiam ſi non in reatu, ſed in deſperatione rerum per conſcientiam, metu imminentis * accuſatoris quis adoptet. Et itidem in tractatu De bonis eorum qui ante ſen. mor. ſibi conſc. cap. ult. Ita demum bona eius qui in reatu mortem ſibi conſciuerit, fiſco uendicanda ſunt, ſi eius criminis reus fuerit, ut ſi damnaretur, morte aut deportatione afficiendus eſſet. ὃς μεταξὺ κρινόμενος ἑαυτὸν διεχρήσατο. Hodie in reatu ſunt, qui uel carcere detenti, ſquallore & illuuie cõficiuntur, aut qui honoris cauſa cuſtodiæ ſuæ aut apparitorum commiſſi, aut uadimonio aut uadibus obſtricti ſunt, aut expromiſſoribus. Iuſtinus libro quarto hiſto. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia ſecunda Niceas & Lamachus faciunt. ad reatum inquit, id eſt ad cauſam dicendam.

*accuſationis Haloan.

IN lege Capitalium. §. In exulibus, hunc locum Græcè legimus ex Pandectis. οἱ μὴ πειθαρχοῦντες τῇ ἐξορίᾳ, ἀντὶ μὲν ἐξορίας προσκαίρου, διηνεκῆ ὑφίστανται. ἀντὶ δὲ διηνεκοῦς ἐξορίας, περιορισμόν. ἀντὶ δὲ περιορισμοῦ, κεφαλικὴν τιμωρίαν. Ex quibus uerbis apparet relegationem eſſe exterminationem, cum quis exire fines patriæ iubetur: quod Cicero ſedibus expellere interpretatur. Deportationẽ uerò quaſi circunfinitionem, cum ei qui damnatus eſt, certo ſpatio circunſcribitur pœnæ pendendæ locus. nunc confinitos lingua uulgi appellat. Areopagita ad Ioannem euangeliſtam epiſtolam ſic inſcribit, Ioanni theologo, apoſtolo & euangeliſtę deportato ad Pathmum. deinde ſignificationem huius uerbi expreſſit, τοὺς ἀδικοῦντας ὑμᾶς, καὶ περιορίζειν οἰομένους τοῦ εὐαγγελίου τὸν ἥλιον, ἐνδίκως αἰτιώμενος. Merito iſtos incuſans, qui uos iniuria hac afficientes, arbitrantur ſe ſolem euangelij circunſcribere. Hoc eſt, qui te deportatione circunſeptum arbitrãtur reliquo orbe diſcluſum iri.

Relegatio.

Deportatio.

IN cap. Cicero. Cicero in oratione pro Cluentio Auito.) Legendum habito, ex Cicerone. Locus autem à Triphonio integer trãſcribi debuit: ut fortaſſe mutilatus uno membro ſit locus. Hæc enim uerba deeſſe uidentur poſt uerbum damnatam: neque iniuria, quæ ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ, & deſignatum reip. ciuem ſuſtuliſſet. Sic enim in ea oratione extat.

IN cap. Diuus, De bonis damnatorum, duo uerba deprauata eſſe tantũmodo admonebo: quoniam emendare nequeo. Nummuli enim inueterales quid ſint, nemo intelligit. Satis eſt autem quòd intelligimus nummos locularios aut uiaticales ſignificari. fortaſſe Græcum erat uocabulum, pro quo illud ſpurium ſenſim ſurrepſit. Alterum uerbum eſt illud, aut carciaticũ quibuſdam officialibus. Pro quo nihil comminiſci potui, quod ad rem ſatis pertinere uideatur. δικαστικὸν iudicibus dabatur, hoc eſt δὲ ὀβόλω, & interdum τριώβολον. Sportularia pecuniola pro opera iudicandis controuerſiis impenſa: ad quam ſuppeditandam fortaſſe ea quæ πρυτανεῖα dicuntur, exigebantur. Quãquam parũ conſtat quid illa uoce ſignificetur. Ipſe enim cenſeo πρυτανεῖα tan-

Chariſticon Haloan.

Τὸ δικαστικόν.

Ex titulo, De bonis damnatorum.

tùm

A tùm depositari solita esse in sponsionis iudicio, quæ παρακαταβολὴ dicitur, ut apud Romanos in sacramento: de quo nos in prioribus disseruimus. Verùm δικαστικὸν non conuenit in hoc loco, quia de officialibus loquitur. In fragmẽtis Pandectarum inueni τὰς συνεθείας apparitoribus dari solere, τοῖς ἐκβιβασταῖς. quanquam τὸ ἐκβιβαστικὸν uocetur eorum merces. Melius autem ac modestius esse censeo, mendam ipsam tantùm adnotare asterisco, nec pro ea ariolando sufficere aliquid commentitium. Τὸ ἐκβιβαστικόν.

IN fine autem huius cap. Officium pro cœtu eorum ponitur qui magistratui apparent: id est qui sunt ex cohorte, ut in superioribus diximus. Græ- *Officium.*
B cè τάξις dicitur: unde ταξεῶται uocabulum in Pandectis. Inde apud officium deponere, est apud acta uel actuarios deponere, qui etiam ab actis appellati sunt, & officia tradere, Modestino in tract. De furtis. Ibi enim officium pro cœtu ponitur: sicut Gręcè τάξις τὸ πλῆθος significat τὸ περὶ τὸ ἀρχεῖον. Sardonycha etiam accusatiuo Græco non Sardonicam legendum. Plinius libro ulti. Pri- *Cap. 6.*
mus autem Romanorum Sardonyche usus est prior Africanus, ut tradit De- *Sardonyx.*
mostratus: & inde Romanis hanc gemmam fuisse celeberrimam. quæ unde dicta sit, ipse his uerbis docet, Sardonyches olim, ut ex nomine ipso apparet, intelligebãtur candore in Sarda: hoc est uelut carnibus ungue hominis im-
C posito, & utroque translucido: talésque esse Indicas tradunt. Idem, Scalpturę Sarda utilissima, quæ nomen cum Sardonyche communicauit: ipsa gemma uulgaris, & primùm Sardibus reperta. Inde Sardonychatæ manus Martiali. Quod autẽ hîc legitur, Nec si zonam circa se habuerit: de zona militari in- *Zona.*
telligo. Inde illud Lampridij in Alexandro, Miles non timet nisi uestitus, calceatus, armatus, & habens aliquid in zona. Pannicularia autẽ causa uel ratio, *Pannicularia causa.*
à panniculis dicta est, quos Græci ῥάκη uocãt. Celsus, At si maiore ui opus est, *Lib. 2. ca. 17.*
extincti titiones panniculis inuoluti & circundati pro fomento erunt.

IN tract. De appellationibus, cap. Si qui separatim, circa principiũ. Si quis
D cum una actione ageretur, quę plures species in se haberet, pluribus summis sit condemnatus, quarum singulæ notionem principis non faciunt, omnes autem coniunctæ faciunt: quid faciat iudex, uidendũ est: & poterit ad principem appellare.) Verbum iudex ut spurium auferendum est. *Haloan. quid dicẽdum est? & poterit &c.*

IN cap. Si perlusorio. Lego prolusorio. Proludere est futurum certamen meditari, & exercendarum uirium causa confirmandíque animi simulacrũ certaminis inire. Virgilius libro tertio Georgicorum, *Proludere.*

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit
Arboris obnixus trunco: uentósque lacessit
E Ictibus, & sparsa ad pugnam proludit arena.

Iuuenalis, Iurgia proludunt. Augustinus lib. 2. De ciui. Scenicos ipsos domi *Satyr. 5. Cap. 4.*
hæc suę proludendi causa coram matribus suis agere puderet. Inde fit ut proludere sit aliquid agere quod ad iustum certamen pertineat: quasíque exordium legitimi pleníque certaminis auspicari. Certamen autem pro iudicio ponitur apud Græcos, ut periculum: quod etiam Latini imitãtur. ita factum est, ut prolusionis uocabulum ad causas translatum sit. Sic Cicero diuina- *Prolusio.*

Source : BIU Cujas

Verr.1. tionem ſuam,proluſionem Verrinæ accuſationis uocat: in ea enim de con- F
ſtituendo accuſatore Verris agebatur. Apud Græcos προαγῶνες præludia pugnæ uocantur,ut excurſiones ad prælium laceſſendum. προαγῶνες etiam dicebantur orationes uel altercationes quæ habebãtur apud Theſmothetas:quę erant præiudicia ad cauſas.Theſmothetarum enim erat,iudicia conſtituere, & actionem dare:id eſt τὸ εἰσάγειν τὰς δίκας, ut tradit interpres Demoſthenis ἐν ᾧ πρὸς λεπτίνην. undẽ orator ipſe ἐν ᾧ κατὰ ἀνδροτίωνος, οὕτω δ' ἐστὶν ἀναιδὴς, ὥστ' ἐν δήμῳ προαγῶνας ἀεὶ κατασκευάζων ἑαυτῷ τῆσδε τῆς γραφῆς, ἐτόλμα λέγειν, ὡς ὑπὲρ ὑμῶν καὶ δι' ὑμᾶς ἐχθροὺς ἐφ' ἑαυτὸν εἵλκυκε.id eſt, Huius certaminis proluſiones ſibi præſtruens ad populum.Plutarchus in Pompeio,ἐγένοντο δὲ αὐτῷ τῆς δίκης προαγῶνες οὐκ ὀλίγοι πρὸς τὸν G
κατήγορον.Plato lib.7.de leg.προαγῶνας appellat certaminum quædam præludia.

Proluſorium iudicium. Proluſorium igitur iudicium non à colluſione dictum eſt, quaſi συγκακουργικὸν,ſed προαγωνιστικὸν:eſt enim præiudicialis cauſa quæ hoc uerbo ſignificatur.

Cap.32. IN tract.De iure fiſci,cap.Sed ſi. Sed ſi accepto uſu togæ Romanæ,ut ciues Rom.ſemper egerint.) Accurſius ignoraſſe ſe hîc oſtendit quid ſit toga: id enim ex eius ſcholiis apparet,in cap.ſuperiore.quare huiusuocabuli uſum

Toga. priſcum enarrare latius inſtituimus.Toga geſtamen erat proprium inſigneque Romanorum ciuium, ut pallium erat Græcorum: unde togatæ & pal-

Cap.40. liatæ fabulæ dictæ ab Horatio, Diomede,& Donato. Tranquillus in Augu- H
ſto,Viſa quondam pro concione palliatorum turba, indignabundus & clamitans,En Romanos rerum dominos,gentémque togatam:negocium Aedilibus dedit,ne quem poſthac paterẽtur in foro circóue,niſi poſitis lacernis,

Togatus. Sagatus. togatum conſiſtere.Sed togæ uarius erat uſus. nam togatus à ſagato & paludato diſtinguebatur, ut inermis ab armato: & rurſus à prætextato, ut uir à puero,& ut priuatus à magiſtratu. Inde illud Ciceronis, Cedant arma togæ.

Lib. 9. & Lucani de Pompeio,

P rætulit arma togæ,ſed pacem armatus amauit.

Non procul ab initio. Cicero Philip.14.Nam hoc quidem cum turpe eſt, tum ne diis quidem im- I
mortalibus gratũ:ab eorundẽ aris ad quas togati adierimus, ad ſaga ſumẽda

Paulò pòſt. diſcedere. Idem, Ne memoriæ poſteritatíque prodatur, propter unius ciuis periculum,populum Romanum ad ſaga iuiſſe:propter eius ſalutem rediiſſe ad togas. Huc pertinet quod alibi de tumultu diximus ex octaua Philippica,Tumultus enim tempore iuſtitium indicebatur,ſaga à ciuibus ſumebantur,& togæ ponebantur:niſi quòd Cõſularibus ſolis togatis eſſe licebat,cum

Philipp 8.nõ procul à fine. cæteri eſſent in ſagis:ut idem auctor his uerbis docet: Equidem Patres conſcripti,quãquam hoc honore uſi,togati eſſe ſolent, cum eſt in ſagis ciuitas: ſtatui tamen à uobis cæteríſque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantá- K
que perturbatione populi Romani,non differre ueſtitu.hoc honore uſi(inquit)id eſt Conſulatu perfuncti. De paludamento nos alibi diximus. De di-

Prætexta. ſcrimine autem togati & prætextati,ut uiri & pueri uel adoleſcentuli, crebra

In ipſo penè initio. ſunt apud auctores exempla,ut apud eundem Ciceronem in Lælio, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolã ſumpta uirili toga, ut quoad poſ-

Toga uirilis, et toga pura. ſem & liceret,à ſenis latere nunquam diſcederem. Toga uirilis à puerili di-

Ex titulo,De iure fiſci. ſtincta

Source : BIU Cujas

A ſtincta erat,quæ prætexta appellabatur:de qua loquens Macrobius in primo Saturnalium ita inquit,Hinc deductus mos,ut prætexta & bulla in uſum nobilium puerorum uſurparẽtur ad omen & uota conciliandę uirtutis. Idem inferius,Libertinis uerò nullo iure uti prętextis licebat,ac multo minus peregrinis,quibus nulla eſſet cum Romanis neceſſitudo : ſed poſtea libertinorũ quoque filiis prętexta cõceſſa eſt.Toga uirilis etiam pura dicebatur:hoc eſt, nullo purpurę prætextu diſtincta.Catullus ad Mallium, *Cap.6.*

Tempore quo primùm ueſtis mihi tradita pura eſt: *Epigrã.63.*
Iucundum quum ætas florida uer ageret.

B Lucanus in principio ſeptimi libri, - pura uenerabilis æquè
Quàm currus ornante toga. id eſt nec picta,nec triumphali,
nec prętexta.Plinius libro octauo,Cęcilia prima texuit rectam tunicam,qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur,nouæque nuptę.ἀπόρφυρον ἱμάτιον καὶ τέλειον.Cicero ad Atticum libro ſeptimo,Habebamus autem in manibus Antonij concionem habitam .x. Cal.Ianu.in qua erat accuſatio Pompeij uſque à toga pura. id eſt ab eius tyrocinio. Toga autem prætexta ideo dicebatur, quia togæ puerili purpura prętexta erat. unde prætextatus ſermo, & mores prætextati,de quibus in ſuperioribus diximus. Hac ueſte poſita, toga uirilis *Cap.48.* *Epiſtola 8.* *Toga prætexta.*

C ſumebatur: ἱμάτιον ἀνδρεῖον. id quod anno decimoſeptimo fiebat, ut ex Tranquillo patet in Auguſto, Quadrimus (inquit)patrem amiſit: duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam pro concione laudauit: quadriẽnio pòſt uirili toga ſumpta,militaribus donis triumpho Cæſaris Africano donatus eſt. Idem, Liberis Senatorum, quò celerius reip.aſſueſcerent, protinus uirilem togam,latumclauum induere,& curię intereſſe permiſit.Hic autem dies quo toga uirilis ſumebatur, tyrocinium appellatur : unde tyrones fori dicti.eo enim die in forum deducti ſolenni comitatu , cauſis actitandis initiari ſolebant.Cuius inſtar quoddam eſt apud nos in Curia, cum adoleſcen *Cap.8.* *Cap.38.* *Tyrocinium.*

D tes & iuniores curriculum ſtudij iuris emenſi,ſtudiíque decus docturæ inſignia uel ſubdocturę meriti,ἤτοι διδάσκαλοι γενόμενοι, ἢ μελλοδιδάσκαλοι, iureiurando adiguntur in ſanctiones regias, in æquum & bonum,in officia atque inſtituta patronis conuenientia,in curiæ cultum atque obſeruãtiam: túmque demum admiſſi in numerum togatorum cenſentur: quibus cauſas ſuſcipere agendas in eo conſeſſu licet. Inde illud Vlpiani in tractatu De poſtul.Minorem decem & ſeptem annis Prætor prohibet poſtulare: quia moderatam hanc ætatem Prætor ratus eſt ad procedendum in publicum. Sed de tyrocinio nos alibi diximus.Græcè δοκιμασία dicitur. Et quo modo Romani à toga *Lege prima.*

E uiri cenſebantur:ſic Athenis ἐδοκιμάζοντο,id eſt εἰς ἄνδρας ἐγράφοντο, καὶ ἐτάττοντο εἰς ἄνδρας:quod & τελεῖν εἰς ἄνδρας dicitur.Erat etiam uſus togæ in foro:unde togati cauſarum patroni & actores dicti:indéque toga pro oratoria facultate ponitur:ut Lucanus de Marco Tullio, - cuius ſub iure togáque *Lib.7.*

Pacificas ſæuus timuit Catilina ſecures.

Sícque illud ipſius Tullij auditur:Cedant arma togæ,cõcedat laurea linguę. Et illud Taciti,Cogitaret plebem,quæ toga eniteſceret.id eſt,patrociniis ad-

Source : BIU Cujas

Toga. uocationúmque officiis inclarescerет & ornaretur. Toga etiam alia ratione F
à prætexta distinguitur. Prætexta magistratuum erat, honorésque gerētium:
quæ supra tunicam assumebatur, ut auctor est Nonius. Vnde est illud Saty-
Iuuenal. satyr. 8. rographi, - ueniet de plebe togata,
Qui iuris nodos, & legum ænigmata soluat.
Id est de genere plebeio. Comites etiam anteambulonésque togati erant,
quod significatur illo eiusdem Satyrici loco in septima,
Respicit hoc primum qui litigat, an tibi serui
Octo, decem comites post te, an sit sella, togati Ante pedes.
Et itidem in prima, - nunc sportula primo G
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ.
Epigrā. 57. Et apud Martialem in secundo, grex togatus. toga enim purpuræ seruiebat,
ut apud eundem in decimo,
Epigram. 10. Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti?
** Diuisit* * Dimisit nostras purpura uestra togas.
Id est, nunc non licet nobis officiū uobis præstare, cum iam purpurati officiis
Epigrā 47. præstandis successerint. Et toga pro officio ponitur ab eodem in eodem,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta.
Lib. 1 epi. 6. Plinius ad Apollinarem, Altius tibi ocium & pinguius, eóque securius: nul- H
la necessitas togæ nemo accersitor ex proximo. Id quod ideo inualuit, quòd
ad officia pręstanda togati conueniebant, id est ad deducendos comitandós-
que amicos honoris gratia. Toga τήβεννος & τήβεννα dicitur, utrūq; genere fœ-
minino: & ἱμάτιον. Athenæus de Antiocho, καὶ τὴν βασιλικὴν ἀγρεθέμενος ἐσθῆτα τή-
βενναν ἀναλαβὼν, περιήει τὴν ἀγορὰν ἀρχαιρεσιάζων. ciuilem togam assumēs. Alibi, χρυ-
Toga uirilis. σοῦφῆ τήβενναν φορῶν dixit. Alij τήβεννον & ἱμάτιον dicūt pro toga, quæ sic erat ipsa
Philippica 2. uirorum, ut stola mulierum. Inde illud scommaticū in nobili Philip. Sum-
psisti uirilem togam, quam statim muliebrē stolam reddidisti. Hæc in tem-
Valerij locus. Cap. 4. de Marco Cotta. plo Iouis Capitolini sumebatur: quod ex Valerio libro quinto intelligimus: I
Hanc pietatem (inquit) æmulatus M. Cotta, eo ipso die quo togam sumpsit
uirilem, protinus ut è Capitolio descendit, Cn. Carbonem, à quo pater eius
damnatus fuerat, postulauit: peractúmque reum iudicio afflixit. sic enim le-
gere malim quàm pertractum. Adnotandum id quod Acron & Porphyrio
dicūt, togas Romanas uel laxas uel arctas pro modo census fuisse. quod Ho-
Epistola 19. ratius libro primo epistolarum innuit his uersibus,
- mihi contendere noli.
Stultitiam patiuntur opes: tibi paruula res est.
Arcta decet sanum comitem toga: desine mecum K
Certare. Quod autem de toga diximus, uirorum tantùm fuisse,
alij uerum esse negant: argumentóque sunt ipsis Horatij illi uersus in primo
Satyr. 2. sermonum, Rem patris oblimare malum est ubicūque. quid inter
Est, in matrona, ancilla, peccésue togata?
Togatæ fœminæ. Sed ut Horatij enarratores tradūt, matronæ quæ à maritis ob adulterium re-
pudiabantur, togam accipiebāt, sublata stola propter ignominiam. At toga
Ex titulo, De iure fisci. meretrici

A meretrici apta, ſcortáque proſtare cum toga pulla ſolita erant, ut à matronis diſcernerentur. quare adulterij damnatæ, ea ueſte utebantur: indéque illud Martialis in ſecundo de mœcha,

Epigrã. 39. Lib. 10, epigram. 52.

Vis dare quę meruit munera? mitte togam. Ibid. de ſpadone togato,
Thelyn uiderat in toga ſpadonem:
Damnatam Numa dixit eſſe mœcham.

Alij togatas pro libertinis exaudire malunt: quia olim libertinæ toga utebantur. Suetonius auctor eſt Caligulam Cæſarem Liuiam Auguſtam, cuius ipſe pronepos erat, Vlyſſem ſtolatum appellare ſolitũ, quibus uerbis ſignificatur ſtolam notam & indicem olim fuiſſe fœminæ Romanæ. ſignificabat enim Caligula Liuiam aſtutia & calliditate parem Vlyſſi uiro Græco fuiſſe.

Cap. 23. Vlyſſes ſtolatus.

B

Rurſus toga multiplex fuit. Erat enim toga candida, quam petitores magiſtratuum induebant: unde candidati dicebantur ipſi. Plinius in ſepti. naturalis hiſt. de Naſica, In toga candida bis repulſa notatus à populo. Liuius in ſepti. belli Maced. Varia teſtimonia legatorum tribunorúmque militũ erant. M. Cato ante alios teſtes conſpiciebatur: cuius auctoritatem perpetuo tenore uitæ partam, toga candida eleuabat. Cicero in candida orationem habuit in Catilinam & Antonium competitores. De toga pura diximus, quam tyrunculi forenſes aſſumebant tyrocinij die: de qua Cicero ad Atticum lib. 9.

Toga candida. Cap. 34. Non ita procul à fine.

C

Epiſtola ult.

Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiſſimùm togam puram dedi: ídque municipibus noſtris fuit gratũ. Toga palmata ueſtis erat triumphalis, à palma in ea intexta. Martialis in ſeptimo,

Toga palmata.

I comes, & magnos illæſa merere triumphos, Epigram. 1.
Palmatæque ducem, ſed citò, redde togæ.

Toga picta ueſtis publica fuit, ſummíque magiſtratus. Capitolinus de Gordi. Palmatam tunicam & togam pictam primus Romanorum priuatus ſuã & propriam habuit: cum antè Imperatores & de Capitolio acciperent, uel de palatio. Lampridius de Alexandro, Prætextam & togam pictam nunquã niſi Conſul accepit: & eam quidem quam de Iouis templo ſumptã alij quoque accipiebant aut Prætores aut Conſules. At toga pulla ab alba diſtinguebatur. pulla enim in funeribus utebãtur, ut nunc atra ueſte utimur: alba autem in epulo, uel publico, uel parentali: à quibus atrati albatíque dicebantur. Cicero in Vatinium, Cedò, quis unquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum eſt funebre, ut munus ſit funeris, epulæ quidem ipſæ dignitatis. Sed omitto epulum, populi Romani feſtum diem, argento, ueſte, omni apparatu ornatúque uiſendo: quis unquam in luctu domeſtico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti, præter te, toga pulla unquam data eſt? cum tot hominum millia accumberent: cum ipſe epuli etiam dominus Quintus Arius albatus eſſet: tu in templum Caſtoris te cum * Tito Fibulo atrato cæteríſque tuis furiis funeſtum intuliſti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reip. caſum? Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum uideras? Albatum λευκιμονοῦντα, atratũ μελανειμονοῦντα dixit. Tranquillus in Domitiano, Generum fratris indignè ferens albatos &

Toga picta. Atratus. Albatus. * C. Fidulo

D

E

Cap. 12.

Source : BIU Cujas

Satyr.2. ipſum miniſtros habere,proclamauit,οὐκ ἀγαθὸν πολυιερωσύνη. Horatius in ſecundo Sermonum, F

- licebit
I lle repotia,natales,aliósue dierum
Prætexta toga. F eſtos albatus celebret. Quibus uerbis ſignificatur albam togam hilaritatis indicem fuiſſe. Pedianus in Præturam urbanam auctor eſt, prætextam nobilium fuiſſe tam mulierum quàm uirorum. Cicero in eadē Prę.
Verr.3. Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamēta non ſolum fortunæ,ſed etiam ingenuitatis? Prætextā Cicero pupillæ tribuit: quam nubentes deponebant, inquit Feſtus. à qua prætextati & prætextatæ dicebātur pueri & puellæ ingenui & ingenuæ. qua dictione uſus eſt auctor Inſtitutionum G
Verr.3. iuris in tract. De iniuriis. Cicero rurſus de pupillo quodā, Neque te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd ſine bulla uenerat. ueſtitus enim neminem commouebat, quem illi mos & ius ingenuitatis dabat. quod ornamentum pueritiæ pater dederat, indicium atque inſigne fortunę, hoc ab iſto prædone ereptum eſſe, grauiter & acerbè homines ferebant. de bulla prætextatorum loquens. Prætextatos pro ingenuis intelligimus apud
Cap.44. Tranquillum in Auguſto, Maritis è plebe proprios ordines aſſignauit: prætextatis cuneum ſuum, & proximum pædagogis. τοῖς θοδιπορφύροις, ut Plutarchus in Publicola. Vnde prætextatus ſermo, ut ſuperius dictum eſt. Erat ſua H
Non procul ab initio. magiſtratuum prætexta. Liuius libro ſeptimo ab Vrbe condita, Non patientibus tacitum Tribunis, quòd pro Conſule uno plebeio tres patricios magiſtratus curulibus ſellis prætextatos tanquam Conſules ſedentes nobilitas ſibi
Prætextati magiſtratus. ſumpſiſſet. Tacitus libro undeuiceſimo, Sed ubi Cecinna prætexta & lictoribus inſignis, dimota turba Conſul inceſſit, exarſere uictores. Sic apud Ciceronem pro domo ſua, Videte prætextatos inimicos. id eſt in magiſtratu po-
Cap.6. ſitos. Et apud Plinium lib.22. de Petreio, Prætextatum immolaſſe ad tibicinē. Prætexta dicta eſt ob id quòd purpura circuntexta erat: ob quod à græcis θοδιπόρφυρος dicitur: cuius erat ſimile apud eos geſtamen παρλαγὶς. & ut apud I
Prætexta, pro honore & dignitate. Latinos prætextatorum appellatione honoribus præditi, ſic apud eos τῶν δι-πορφύρων nomine intelliguntur. Prætexta etiam pro honore & dignitate faſtigióque ponitur. Valer. Max. lib. ſeptimo cap. quinto, Sed ut comitiorum maximum crimen referā, M. Porcius Cato plus moribus ſuis Prætura decoris adiecturus, quàm prætexta eius ſplendoris ipſe laturus, conſequi illā aliquā-
Cap.36. do à populo nō potuit. Ad ea quæ dicta ſunt, pertinet illud Plinianū in nono, de purpura tyria loquētis, Huic faſces ſecuréſque Romanæ uiam faciūt: idémque pro maieſtate in pueritia eſt. diſtinguit ab equite curiam: diis aduocatur placādis: omnémque ueſtem illuminat: in triumphali miſcetur au- K
Purpura. ro. Alluſit enim his uerbis Plinius ad purpuram magiſtratuum, & ad eam
Lib.1. Saturnal. cap.6. qua pudor ingenuitatis ſignificatur, ut inquit Macrobius: & ad ſacerdotalē prætextam, qua ſacris operantes utebantur: & ad triumphalem, & ad latumclauum, quod inſigne eſt ſenatoriæ dignitatis, diſcriminans ſenatū ab equeſtri ordine: erátque non toga, ſed tunica. De triumphali Tranquillus in Tyberio, Triumphum (inquit) ipſe diſtulit, mœſta ciuitate, clade Variana: nihi-
Cap.17.

Source : BIU Cujas

A lominus Vrbem prætextatus & laurea coronatus intrauit. Valer. Max. lib. septimo cap. primo de Q. Metelli felicitate loquens, Huic fortuna Consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi prætextam largita est. Lucius Valerius apud Liuium libro quarto de bello Macedonico in oratione quam habuit pro fœminis, ius auri ac purpurę postulantibus à Senatu, Marco Catone reclamante: Purpura (inquit) uiri utemur, prętextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberi nostri prætextis purpura togis utentur: magistratibus in coloniis municipiísque hîc Romæ infimo genere magistris uicorum togæ prætextæ habendæ ius permittemus: nec id ut uiui solùm ha-

Prætexta triũphalis.

B beant tantum insigne, sed etiam ut cum eo crementur mortui: fœminis dũtaxat usum purpuræ interdicemus? Quibus uerbis omnem prætextæ usum Liuius complexus, eo etiam amplius docuit eos qui in magistratu moriebãtur, prætextatos in rogum ferri, cum prætextáque cremari solitos esse Romæ. Ex Valerio autem intelligere datur hunc morem fuisse, ut prætor (qui iudex quæstionis & quæsitor rerum capitalium dicebatur, ut suprà ostendimus) non antè sententiam in reum noxæ capitalis pronunciaret, quàm prætexta exuta. Sic enim inquit libro nono, Consimili impetu mortis Caius Licinius Macer, uir prætorius, repetundarum reus, dum sententiæ dicerentur,

Prætexta à prætore ponebatur cum sentẽtiam capitalẽ pronũciaturus erat.

C in Menianum conscendit. Siquidem cum Marcum Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem uidisset: misit ad eum qui diceret, se non damnatum sed reum periisse, nec sua bona hastæ posse subiici: ac protinus sudario quod fortè in manu* tenebat, ore & faucibus suis coarctatis, incluso spiritu, morte pœnam præcurrit. Prætexta autem pulla nulli licebat uti, auctore Festo, nisi qui funus faciebat. quæ haud scio an alia fuerit à toga pulla, de qua satis dictum est. Postremò hîc addendum, quòd prætextati ludos spectabant, ex Cicerone: qui in illa Philippica admiranda simul & capitali, Quæro (inquit) deinceps, num hodiernus dies qui sit, ignores? nescis he-

Cap. 12.

** habebat,*

Prætexta pulla.

Prætextati ludos spectabant.

Philip. 2.

D ri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse, te autem ipsum ad populum tulisse, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur? Cur nõ sumus prætextati? cur honorem Cæsaris tua lege datum deseri patimur? De quo tamen addubitare me facit locus Plutarchi in Catone minore: quo in loco Plutarchus ait Catoni è Cypro redeunti præturam extra ordinem à senatu esse concessam, & ius ludos spectandi prætextato. Sic enim inquit, ἥ τε βουλὴ ἐψηφίσατο ᾧ κάτωνι στρατηγίαν ἐξαίρετον δοθῆναι, καὶ τὰς θέας αὐτὸν ἐν ἐσθῆτι περιπορφύρῳ θεάσασθαι. ubi interpres purpuream uestem transtulit περιπόρφυρον. ut fortasse apud Ciceronem legendum sit, Cur nunc sumus prætextati? Accedit quòd apud

E Græcos non licebat ludos spectare in ueste colorata, ut Lucianus ostendit in dialogo qui Nigrinus inscriptus est, ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην τῶν παναθηναίων, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἐθεώρει. Lazarus Baifius uir eximia eruditione in utraque lingua præditus, nobis iandudum in aula agentibus, librum abs se compositum ostendit de uestibus Romanis. cuius cum unam atque alteram chartam in præsentia legissem: coniecturam ex illis eiusmodi in totum opus feci, expectationem ut excitare potuerit non mediocrem iis

Lazarus Baifius.

Source : BIU Cujas

qui rerum antiquarum ſtudio oblectantur. Is liber ſi aliquando exierit, ea (ut opinor) quæ de toga diximus, clariora explicatióque faciet. eſt enim Lazarus Latinæ Græcæque compoſitioni aptus: noménque, ut ſpero, Francicum ea facultate illuſtraturus. Verùm ad rem tandem ut redeamus, atque ad Iuriſconſulti reſponſum: quibus hominibus uti toga Romana licebat, ij ut ciues habebantur. nam qui ciuitatem Romanam amittebant, uſum quoque togæ amittebãt. Plinius libro quarto epiſtolarum, de Liciniano loquens uiro prætorio, qui poſt damnationem profiteri Rhetoricam cœperat in exilio, Is (inquit) cum Græco pallio amictus intraſſet (carent enim * uſu togæ, quibus aqua & igni interdictum eſt) poſtquam ſe compoſuit, circunſpexítque habitum ſuum: Latinè (inquit) declamaturus ſum. Suetonius in Claudio, Peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui contentione, togatúmne an palliatum dicere cauſam oporteret: quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitum ſæpius, & prout accuſaretur defenderetúrque, iuſſit.

Epiſtola 11.

* iure togæ,

Cap. 15.

IN tract. De capti. & poſtl. reuerſ. in cap. Poſtliminij, Nam ſi cum gente aliqua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habemus: hi hoſtes quidem nõ ſunt.) Quia hoſpitium quid ſit, hoc in loco Accurſius non intellexit: ſciendum antiqui inſtituti fuiſſe, ut hoſpitij neceſſitudo non modò inter priuatos, ſed etiam inter populos contraheretur: neque id quidem modò, ſed etiam inter ſingulos priuatóſque homines & ciuitates. quod genus amicitię Græci πρόξενίαν, Latini hoſpitium publicum uocauerunt. Nam quod hoſpitium inter priuatos contrahebatur, Græcè ἰδιοξενία, Latinè priuatum hoſpitium dicebatur, cuius erat nota pignúſque teſſera hoſpitalis: ut ille apud Plautum ait in Pœnulo,

Hoſpitiũ publicum.

Teſſera hoſpitalis.

- deum hoſpitalem & teſſeram
Mecum fero. Et in Ciſtel.

Act. 5. Sce. 1.

Abi, quære ubi iuriiurando tuo ſatis ſit ſudſidij.

Act. 2. Sce. 1.

Hîc apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram.

Lucianus ὅτι ἀκρογωνιαῖον πρόξενος ἦν, ὅτι ἰδιόξενος αὐτῷ φαλαίκιος. Demoſthenes in illa nobili oratione pro Cteſiphonte, obiicit Aeſchini quòd legatos quoſdã Philippi hoſpitio ſuſceperit, & quòd hoſpitij ius cum eis contraxerit. καὶ οὐ πρόξενος αὐτῶν. Liuius libro quinto ab Vrbe condita, de Timaſitheo Liparẽſi loquens, qui legatos Romanos hoſpitio exceptos, ac Delphos uſque deductos, retro in urbem hoſpites reduxerat: Hoſpitium (inquit) cum eo ſenatuſcõſulto factum eſt, donáque publicè data. Idem libro ſeptimo de bello Macedonico, Princeps legationis expoſitis initiis amicitiæ cum populo Romano, meritíſque Rhodiorum, Nihil, inquit, nobis tota noſtra actione Patres conſcripti, neque difficilius neque moleſtius eſt, quàm quod cum Eumene nobis diſceptatio eſt: cum quo uno maximè regum & priuatum ſingulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati noſtræ hoſpitium eſt. Cicero in Verrem acti. ultima, de Senatu Syracuſano loquens, Decernunt ſtatim ut fratri meo hoſpitium publicè fieret: quòd is eandem uoluntatem erga Syracuſanos ſuſcepiſſet, quam ego ſemper habuiſſem. id non modò tum ſcripſe-

Lus hoſpitij.

Verr. 6.

runt,

Source : BIU Cujas

runt,uerùm etiã in ære inciſum nobis tradiderunt.Cæſar de Heduis loquẽs, Quibus præliis calamitatibúſque fractos, qui & ſua uirtute & populi Romani hoſpitio atque amicitia plurimum antè in Gallia potuiſſent, coactos eſſe Sequanis obſides dare.Arctum autẽ neceſſitudinis huius fuit olim uinculum, atque etiam diuini numinis reuerentia ſanctum, quod iuris huius diſceptationi præfecit antiquitas Iouem hoſpitalem appellans & inuocans, quaſi hoſpitij præſidem & uindicem. Græci ξένιον & ἑφέστιον dicunt,quaſi contubernalem, aut lararium.Cicero in Ver.proximè citata, Pater aderat Dexio Tyndaritanus,homo nobiliſſimus,hoſpes tuus: cuius tu domi fueras,quem hoſpitem appellaueras. eum cum illa auctoritate & miſeria uideres prædi-tum,non te eius lachrymæ,non ſenectus,non hoſpitij ius atq; nomen à ſcelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? Sed quid ego hoſpitij iura in hac tam immani bellua commemoro: qui Sthenium abſentem hoſpitem ſuum in reos retulerit?Idem in Ver.tertia,hoſpitij neceſſitudinem arctiſſimam appellat. In cuius locum hodie ſucceſſit populorum quorũdam inſtituto affinitas myſtica,quæ lauacro initiali contrahitur natali innocentiæ hominum beatricis.Cuius neceſſitudinis iura intercedunt non modò expiantibus cum expiatis: ſed etiam expiationis arbitris atque nũcupatoribus inter ſe,& inter nuncupatos,eorúmque parẽtes. nullam enim perfidiam ſceleratiorem illi meritò eſſe cenſent, quàm quæ in eum uel ab eo concipitur & admittitur,quem quis ob id delegit & accerſiuit,ut filium ſuum aut filiã tolleret,naſcendi conditione æternæ neci miſerandæque expoſitum. Præclarum uerò erat,& dignitatis plenum, quod Cicero de Senatoribus Ro.inquit in quinta in Verrem acti.his uerbis,Ecquæ ciuitas eſt,non modò in prouinciis noſtris, uerùm in ultimis nationibus,aut tam potens, aut tam libera,aut etiam tam immanis ac barbara:rex denique ecquis eſt,qui ſenatorem populi Romani tecto ac domo non inuitet? qui honos non homini ſolum habetur, ſed primum populo Rom.cuius beneficio nos in hunc ordinem uenimus:deinde ordinis auctoritati, quæ niſi grauis erit apud ſocios atque exteras nationes,ubi erit imperij nomen & dignitas?Mamertini me publicè non inuitauerunt. Me cum dico,leue eſt.ſenatorem populi Rom.ſi non inuitauerunt,honorem debitum detraxerunt. Hoſpitij autem publici,cuiuſmodi in hoc cap.fit mentio, memorabile eſt exemplum apud Herodotum in ſexto,qui ἐρατὼ ab eo inſcriptus eſt.de Mileſiorum enim euerſione loquens ita inquit, Mileſiis autem in hunc modum à Perſis affectis, Sybaritæ qui urbe ſua exacti Laum & Scidron incolebant,gratiam parem non rependerunt. Siquidem Sybari olim capta à Crotoniatis, Mileſij omnes puberes capita raſitare inſtiterunt, ingentémque luctum præferre ob calamitatem Sybaritarum.duæ enim illæ ciuitates omnium quas nouimus, maximè inter ſe hoſpitio coniunctæ fuerunt. Non ſic autem Athenienſes ut Sybaritæ: qui cum manifeſta alioquin indicia condoleſcentiæ multifariam eam ob cauſam dediſſent,inſuper Phrynico tragœdiam de Mileto capta ſcribente, per Scenicóſque edente, cum theatrum ipſum in lachrymas uerſum eſſet, ipſi Athe-

Be Il.Gall.li.1

Iupiter hoſpitalis.

Verr.7.

De Senatoribus Romanis. Verr.6.

Hoſpitiũ inter Mileſios & Sybaritas.

Source : BIU Cujas

nienſes poëmatis auctorem mille drachmis mulctarunt, tanquam proprias F
eorum calamitates commemoraſſet.

QVOD ſequitur in eodem cap. de Menandro interprete, latius narratur à Marco Tul. in oratione pro Cornelio Balbo his uerbis, Ius omne mutandæ ciuitatis non ſolùm in legibus publicis poſitum eſt, ſed etiam in priuatorum uoluntate. Iure enim noſtro neque mutare ciuitatem quiſquã inuitus poteſt: nec ſi uelit mutare, nõ poteſt: modò aſciſcatur ab ea ciuitate cuius eſſe ſe ciuitatis uelit. ut ſi Gaditani ſciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, ut ſit is ciuis Gaditanus, magna poteſtas ſit noſtro ciui mutandæ ciuitatis: nec fœdere impediatur quo minus ex ciue Rom. ciuis Gaditanus G
poſſit eſſe. Duarum ciuitatum ciuis noſter eſſe iure ciuili nemo poteſt: non eſſe huius ciuitatis ciuis, qui ſe alij ciuitati dicarit, poteſt. Neque ſolùm dicatione (quod in calamitate clariſſimis uiris Q. Maximo, Q. Philippo Nuceriæ, C. Catoni Tarracone, uidimus accidiſſe, ut earum ciuitatum fierent ciues: hanc antè amittere nõ potuiſſent, quàm huius ſolum ciuitatis mutatione uertiſſent) ſed etiã poſtliminio poteſt fieri ciuitatis mutatio. Neque enim ſine cauſa de Cn. Publicio Menandro libertino homine, quem apud maiores legati noſtri in Græciam proficiſcẽtes interpretem ſecum habere uoluerunt, ad populum latum, ut is Publicius ſi domum reuertiſſet, & inde Ro- H
mam rediiſſet, ne minus ciuis eſſet. Ex uerbis tam Ciceronis quàm Pomponij intelligendum datur, Menandrum genere Græcum, ſeruum hominem fuiſſe: qui cum libertatem publicè priuatímue meruiſſet, factus eſt ciuis Romanus, cum liberti patronorum originem ſequantur. deinde ut interpretis munere fungeretur, cum legatis Romanis linguæ tum Græcæ ignaris profectum eſſe. Verùm in hoc Menandro rogationem neceſſariam fuiſſe Cicero cenſet & affirmat: ne poſtliminio in ciuitatẽ ſuam rediiſſe uideretur, ſicq; ciuis Romanus eſſe deſineret. Pomponius contrà ſuperuacaneam fuiſſe dicit: nimirum ut Iuriſcõſultus de iure reſpondens: Cicero ut cauſę patronus, I
& cauſæ inſeruiens. Intelligo autem Menandrum origine liberum, captiuitate ſeruum fuiſſe. aliàs ut ſeruus ciuitatem non habuiſſet in Græcia, nec in eo poſtliminium ualuiſſet. quanquam Cicero libertinum eum uocat, quaſi
cap. 24. liberti filium, ſi quidem uerum eſt id quod Tranquillus in Claudio de antiqua huius uocis ſignificatione ſcripſit. Quoniam uerò hîc de iure ciuitatis agitur, addam id quod idem Tullius ſuperioribus uerbis ſubdidit: Atqui cæteræ (inquit) ciuitates omnes non dubitarent noſtros omnes recipere in ſuas ciuitates, ſi idem nos iuris haberemus quod cæteri. Sed nos non poſſumus & huius eſſe ciuitatis, & cuiuſuis præterea: cæteris conceſſum eſt. Ita- K
que in Græcis ciuitatibus uidemus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, cæteros undique aſcribi, multarúmque eſſe eoſdem homines ciuitatum. quo errore ductos uidi egomet nonnullos imperitos homines, noſtros ciues, Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero: cum ignorarent, ſi illam ciuitatem eſſent adepti, hanc ſe perdidiſſe, niſi poſtliminio recuperaſſent. peritus uerò noſtri moris ac iuris nemo un-

Source : BIU Cujas

A quam,qui hanc ciuitatem retinere uellet, in aliam ſe ciuitatem dicauit.

IN eodem tracta.cap.Non dubito.Nõ dubito quin fœderati & liberi nobis extranei ſint.) Lego,extranei uel externi non ſint, contra fidem exemplarium:ut ſenſus conſentaneus ſit.hoc eſt,ut liberi & fœderati exterarum gentium nomine non cenſeantur,inter quas & populo Romano erat ius poſtliminij. Fœderati ſunt, non (ut Accurſius cenſuit) quibuſcum inducię factæ ſunt:ſed ij cum quibus populus Romanus amicitiam coierat,ſocióſque appellabat. Liberi dicebantur populi, qui in prouinciæ formam non erant redacti,quíque nihil Romanis penſitabant. Qui autem certis conditionibus

B pactíſque penſionibus in amicitiam uenerant,ij ſtipendiarij uocabãtur.Plinius lib.3.de Hiſpania citeriore loquens, Prouincia(inquit)ipſa cccxiij.continet oppida. In his colonias xij.oppida ciuium Romanorum xiij.Latinorũ ueterum xviij.fœderatorum unum,ſtipendiaria cxxx.Et de Betyca, Oppida (inquit)habet Latio antiquitus donata xxix.libertate ſex, fœdere tria, ſtipendiaria cxx. Idem auctor Aruernos in Gallia, Sanctones & Bituriges liberos fuiſſe tradidit.Suetonius Tranquil.in Auguſt.Romæ legatos ſociarum liberarúmque gentium uetuit in Orcheſtra conſidere : cum quoſdam etiam libertini generis mitti deprehendiſſet. Et in Calig. de Germanico Cæſare,Do-

C mi foríſque ciuilis,libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. Quibus uerbis ſignificat modeſtiores populi Rom.magiſtratus non eſſe ſolitos cum faſcibus inſignibúſque magiſtratuum quaſi imperiosè uerſari inter ſocios & fœderatos.quod Proculeius hoc in loco ſignificat, cum inquit:Liber autẽ populus eſt is,qui nullius alterius populi poteſtati ſubiectus eſt:ſiue is fœderatus eſt,ſiue non fœderatus eſt. hoc enim membrum deeſſe hîc mihi uidetur,atque reſtituendum. Quidam enim liberi & fœderati erant : quidam liberi tantùm:ut ex dictis citatíſque locis liquet. Quoniam uerò non ſemper æquis conditionibus externæ gentes in populi Ro.amicitiam admittebãtur:

D ideo illa uerba adiiciebantur,quorum hîc meminit Proculeius, Vt is populus populi Ro. maieſtatem comiter conſeruaret. hoc eſt obſequium obſeruantiámque liberis non indignam,nec indecoram imperio Romano populóque benignè exhiberet: & ut comiter obſequioſum ſe ille populus populo Romano præberet, curarétque ut imperium ſemper penes Romanos eſſet.Hoc enim ferè ſignificant illa uerba, ut in ſuperioribus ex Ciceronis loco explicuimus,in illa oratione pro Cornelio,cum hoc uerbum Maieſtas enarraremus.Hic autem non conſeruaret, ſed conſeruet legendum. quod uerbũ in fœderibus imperandi modo cõcipiebatur,ſi Ciceroni credimus, ut ſigni-

E ficaretur imperium retineri ab eo populo qui obſeruandus erat. Imperandi enim modo lex uti ſolet:ut ſunt illa in XII tabu.Magiſtratus nec obedientẽ & * nocuum ciuem,mulcta,uinculis,uerberibúſue coërcento.Militiæ ab eo qui imperabit,prouocatio ne eſto. Comiter etiam non communiter,ut Accurſius adnotauit, legendum eſſe ex Cicerone patet. De imperandi modo quod diximus,ex Liuio etiam probatur libro octauo de bel. Maced.Diu iactati(inquit)Aetoli,tandem ut ad conditiones pacis conuenirent,effecerunt.

Externi non ſint Haloan.

Fœderati.

Liberi.

Stipendiarij. Cap.3.

Lib.3.cap.1.

Lib.4.ca.19.

Cap.44.

Cap.3.

Po.Romani maieſtatẽ comiter conſeruare.

Imperãdi modi uſus.

** noxium*

Apud Cic. lib 3.De legib.

Source : BIU Cujas

Fuerunt autem hæ: Imperium maieſtatémque populi Romani gens Aetolorum conſeruato ſine dolo malo. Nequem exercitum qui aduerſus ſocios amicóſque eorum ducetur, per fines ſuos tranſire ſinito: néue ulla ope iuuato. Eoſdem hoſtes habeto quos populus Romanus: armáque in eos ferto. F

Sequitur inferius, Et quemadmodum clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiam ſi neque auctoritate, neque dignitate, * neque uiri boni nobis præſunt. quod corruptum eſſe facile eſt intelligere, & Accurſius uidetur intellexiſſe: ſed quomodo ſit emendandum, non perinde eſt in promptu. Ego ſola coniectura adducor, ut ita locum legam: Etiam ſi neque auctoritate, neque dignitate, neque iure omni nobis pares ſunt. Clientes autem intelligo prouinciales uel Italicos populos, qui ſe in clientelam dabant proceribus Romanis: de quibus Cicero in Diuinatione, Clariſſimi uiri noſtræ ciuitatis, temporibus optimis, hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimúmque ducebãt, ab hoſpitibus clientibúſque ſuis, ab exteris nationibus, quæ * in amicitia populi Romani ditionéque eſſent, iniurias propulſare, eorúmque fortunas defendere, & reliqua quæ Cicero longius proſequitur. Ferebat autem eiuſmodi neceſſitudo, ut clientes patronorum auxiliis & ſuffragatione Romæ caput ac fortunas ſuas bonáque omnia ſua tuerentur & uindicarent: rurſúſque ut patroni à clientibus ſuis omni obſequio liberali obſeruantiáque colerentur. Quod ius non perſonale modò, ſed etiam hæreditarium erat atque gentilitium, ut auctor eſt Cicero ibidem, & lib. 13. epiſtol. Silio ſcribens, Quare ſi te (inquit) fautore uſus erit, ampliſſimas clientelas acceptas à maioribus cõfirmare poterit, & beneficiis ſuis obligare. Idem ad eundem, Præterea cum ſociis ſcripturæ mihi ſumma neceſſitudo eſt: non ſolùm ob eam cauſam, quòd ea ſocietas uniuerſa in mea fide eſt: ſed etiam quòd pleriſque ſociis familiariſſimè utor. In mea fide eſt: id eſt in meo patrocinio. Legimus apud Cæſarem in ſecundo de bello ciuili, magnas fuiſſe Pompeij clientelas in Hiſpania. Fuerũt & clientelæ priuatæ πελατεῖαι, à Romulo inſtitutæ, quarum meminit Plutarchus in eius hiſt. Sed de clientelis ſatis in ſuperioribus diximus. Clientes à Græcis πελάται & θεραποντῆρες: Patroni πεσσάται dicuntur, & πάτρωνες. Quod autem dicitur in fine huius capitis, At ſi fuerint apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus: ideo adiectũ eſt, quòd Romanis magiſtratibus in liberos populos ius dicere non licebat. Quare Cicero de L. Piſone loquens in oratione de prouinciis conſularibus, Omitto (inquit) iuriſdictionẽ in libera ciuitate contra leges ſenatúſque conſulta. Et paulo inferius, Emiſti grandi pecunia à fœdiſſimo tribuno pl. ut tibi de pecuniis creditis dicere liceret ius in liberos populos contra ſenatuſconſulta, & contra legem generi tui.

* *neque uiribus nobis pares ſunt.* Haloand.

Clientes.

* *in amicitiã populi* Romani ditionémque

Epiſt. 16 à fine.

Epiſt. 15. à fine.

In fide alicuius eſſe.

G H I K

IN eodem tract. De captiuis, cap. Quòd ſi filius. Ex quo pater hoſtiũ potitus eſt.) Lego, hoſtiũ poteſtati ſubditus eſt. Cui lectioni Accurſius aſtipulatur. Et in cap. ſequenti, Item in pace qui peruenerũt ad alteros, ſi bellũ ſubito exarſiſſet, eorũ ſerui efficiuntur, apud quos iam hoſtes ſuo facto deprehenduntur. Sic legit Accurſius, ſed abſurdè. Legendum igitur, ſuo fato.

Ex titulo, De captiuis & poſtliminio &c. IN

Source : BIU Cujas

A IN cap. Postliminium. §. Filius: Quia disciplina castrorum antiquior fuit parentibus Romanis, quàm charitas liberorum.) Accursius hic deceptus est homonymia: ideóque perperam intellexit liberorum charitatem posteriorē tempore fuisse disciplina militari. quod perinde absurdum est, elementísque iuris absonum, atque si ius naturale posterius esse & recentius iure gentium dixerit. Antiquius enim non modò uetustius, sed etiam potius ac uenerabilius significat. Fabius in quarto, Vt in armorum ratione antiquior cauendi, quàm ictum inferendi cura est. Antiquiorem curam dixit, quę prius animū occupat, id est potiorem. Sic Plinius ad Caluisium, Saturninus qui nos reliquit hæredes, quadrantem reipublicæ nostræ, deinde pro quadrante præceptionem quadringentorum millium dedit. hoc, si ius aspicias, irritum: si defuncti uoluntatem, ratum & firmum est. mihi autem defuncti uoluntas (uereor quam in partem Iurisconsulti quod dicturus sum, accipiant) antiquior iure est: utique in eo, quod ad communem patriam uoluit peruenire. id est, indulgere ego potius testatoris iudicio constitui, quàm iuris uti exceptione, uidelicet quòd respublica hæres institui iure nequeat. Cicero ad Atticum libro decimo, Itaque qui nūquam id egit, ut Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. id est potissima, & cordi in primis fuit. Hoc à Græcis sumptum est, apud quos ad uerbum dicitur, τούτου τὴν ἐπιμέλειαν τῶν πασῶν μάλιστα ἐπρέσβευε. ut Synesius, εἰ φιλοσοφία πρεσβεύειν οἶδεν ἀπάθειαν αὐτὴν, αἱ μέσαι δὲ ἕξεις εἰς μετριοπάθειαν ἵστανται, τὴν ἀπειροπάθειαν πῶς χώρας τάξομεν. id est primo loco ponere, & antiquissimum ducere. Trāquillus in Vespasiano, Per totum imperij tempus nihil antiquius habuit, quàm nutantem rempublicam stabilire. οὐδὲν προεργιαίτερον ἡγήσατο: uel οὐδὲν προτιμότερον: uel ad uerbum, οὐδὲν πρεσβύτερον ἔσχων. Herodotus in quinto, τὰ γὰρ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιοῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνθρῶν. res diuinas antiquiores humanis habuerunt: id est præuertēdas, & potiore cura prosequendas. Inde apud Homerum in Odyss. Νέστορος εὐρυδίκη πρέσβα κλυμένοιο θυγατρῶν. ἡ πρέσβεια καὶ ἐντιμοτάτη. Sic in libro de diuinis nominibus Dionysius, summos angelorum ordines πρεσβυτάτας δυνάμεις uocat. Et presbyteri non tam seniores quàm prudentia & grauitate uenerabiliores significantur Græco uocabulo, ab ipsis parum intellecto, qui ea appellatione censentur. Et eorum (si diuis placet) quosdam non pudet pro cōcione dicere atque uociferari, linguæ Græcæ ignorationē, quasi sanctissimæ atque innocentissimæ doctrinæ rudimentum & exordium, summopere amplectēdam ac profitendam: usqueadeò stomachum rusticitatis semper offendit non nitor modò atque elegantia, sed etiam germana rerum incorruptáque natura. Antiquior igitur fuit Romanis parentibus cura castrensis disciplinæ, quàm liberorum indulgentiæ: ut Manlio illi Torquato.

Antiquius. *De narratione. cap. 2.* *Lib. 5. epi. 7.* *Antiquissimum.* *Cap. 8.* *Presbyteri.*

IN cap. Desertorem, sub titulo De re militari, duæ sunt mendę minutulæ, nec tamen conniuentia prætermittendæ. Prior est in. §. Is qui exploratione emanet hostibus insistentibus: aut qui à fossato recedit, capite puniendus est. Addenda particula in: ut sit, in exploratione: & fossa legēdum, non fossato: ut sit, qui à fossatum recedit. Capitalem (inquit) animaduersionem mere-

tur,qui explorandi prætextu,cum hostes castris instarent,aut exercitum urgerent,à re gerēda & prælio abfuit:aut cuius culpa cum exploratum missus esset,hostes exercitum improuiso oppresserunt.Quod Accursius malè intellexit de eo qui ab hostibus exoratus emāsit:item qui pro uallo aut fossa collocatus,stationem & locum nō tenuit.Altera menda est unius literæ, sed responsi sententiam immutans,in.§.In bello.In bello qui rem à duce prohibitam fecit,aut mandata non seruauit, capite punitur, etiam si res bene gesserit.) Sic Bartolus post Accursium legit. Ego uerò non gesserit,sed cesserit lego.κἂν ἀπὸ τύχῃ:id est etiā si exitū rei fœlicē sors dederit. κἂν εἰ τυχεῖτο τοῦ πρᾶγμα. alioquin Iuriscōsultus dixisset.Etiam si rem bene gesserit, id est egregiè pugnauerit.Aliud est enim rem gerere,id est pugnare:& aliud res gerere:ut Plinius libro secundo, In Arabico sinu res gerente Cæsare Augusti filio, signa nauium ex Hispaniensibus naufragiis sunt agnita. id est belligerante. Idem in quinto,Scipione Aemyliano res in Africa gerente, Polybius annaliū conditor ab eo accepta classe,scrutandi orbis illius gratia circunuectus est.

Rem gerere, & res gerere. Cap 67.

Cap.1.

IN.§.proximo.Et cum multi milites in aliquod flagitium conspirēt,uel si legio deficiat,auocari militia solent.)Accursius hunc locum inscitè interpretatus est, ignorans interdum integras legiones exauctorari solere. Cuius instituti exemplū est apud Lampridiū in Alexandro,qui de exauctorata una legione loquens,ita inquit,Cum nihilominus post ista fremerent, exclamauit: Quirites discedite,atque arma deponite.mirando exemplo depositis armis,depositis etiam sagulis militaribus, non ad castra, sed ad diuersoria uaria discesserunt. Et paulo post, Eam tamen legionem quam exauctorauerat, rogatus, post dies triginta, priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit.Cui simile est illud Cæsaris apud Lucanum in quinto Pharsaliæ,

Legiones exauctoratæ.

I am certè mihi bella geram:discedite castris:
T radite nostra uiris ignaui signa quirites.

Quirites.

Quirites enim eos appellantes, significabant non esse milites,sed ciues tantum Romanos,& paganos iam esse. Olim autem cum exercitus uniuersus peccauerat capitaliter,legiones decimabantur.

IN cap.Qui cum uno. eodem sub titu.§.Non omnis.Non omnis qui litem habuit,& ideo militauerit, exauctorari iubetur: sed qui eo animo militiæ se dedit,ut sub obtentu militię,preciosiorem se aduersario faceret.)Lego præcisiorem,id est duriorem & intractabiliorem. Ex imitatione Græcorum id tractum est,ut pleraque Latinorum.ἀπότομον enim dicunt τὸ τραχὺ καὶ σκληρὸν καὶ ἀπόκρημνον. quod Latini & præfractum,& præcisum, & abruptum dicunt, atque etiam abscissum.Quintilianus in decimo, Qui præcisis,conclusionibus obscuri,Sallustium atque Thucydidem superāt.Et in septimo,præcisam uerborum comprehensionem,appellat definitionem dialecticam,quæ difficilior est tractatu oratoria finitione.Gellius,Obscurè hoc & præcisè dictum. Metaphora inde(ut opinor)tracta, quòd quæ præcisa sunt, ea sunt iusto concisiora & breuiora,indéque obscuriora.uel à saxis pręruptis,quæ ἀπόκρημνα dicuntur,

Præcisum, præfractum, abruptum. De imitatione cap 2. Cap 4. Lib.3.ca.16.

A cuntur, unde descensus durior est. Valerius libro secundo, Aspero enim & abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget. Idem libro sexto, Sed aliquanto Charondæ Tyrij præfractior & abscissior iustitia ad uim & cruorem usque. Liuius lib. 25. Nec fermè quicquam satis arduum aut abscissum erat, quod hosti aditum ascensúmue difficilem pręberet. Abscissum pro abrupto & prærupto dicit, cui contrarium est molle: ut, Sola uiri molles aditus & tempora noras. apud Virgilium. Et mollis cliuus, & mollire cliuum, & molle fastigium: quibus Cæsar utitur. Non absimile est refractariũ: quod nonnulli, quibus iusto maior incessit (mea quidem sententia) purè & incul-

Cap. 2. De Africano posteriore.
Cap. 5. ad finem.
Deca. 3. lib. 5.
Abscissum.
Molle.
Aeneid. 4.
Refractariũ.

B patè loquendi religio, eximere Latinæ linguæ, ut multa alia, uolũt. Est enim & ipsum à Græcorum imitatione tractum. nam quo modo illi ἀντίτυπον, uel ut alij, ἀντιτυπὲς, ἐς στεῤῥὸν καὶ ἀνένδοτον dicunt: sic Latini refractarium, quasi repercutiens ad tactum, & reluctans. Cicero ad Atticum libro secundo, Fuit enim mihi commodũ, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes: & quòd se ab hoc refractariolo dicendi iudiciali genere abiunxerit, ut σεμνότερος καὶ πολιτικώτερος uideretur, curare ut meæ quoque essent orationes quæ consulares nominarentur. Non pauca & alia sunt, quibus ille auctor in epistolis usus est & libris philosophicis: ut Pẽ-

Epistola 1.

C deo animi expectatione Corfiniẽsi, ad Atticum. & alibi, ut decussare, rotundare, & sesquitertium, sesquialterum, sesquiquartum, & ulteriora: quæ Latina esse negãtur à uiris alioqui de lingua Latina egregiè meritis: fortasse quia uno in opere Ciceronis leguntur. Quòd si una & altera eius auctoris charta intercidisset, ut multa opera interciderunt: tantum iacturæ Romana lingua fortunæ iniuria fecisset. Nam quòd illud eiusdem in Oratore laudant in sententiæ suæ testimoniũ: Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria: ut necesse sit partem pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesquimaiorem: quasi sesqui semissem significet siue dimidium: ego eos falli

Lib. 8. epi. 5.
Sesqui.

D puto mendosa lectione, itáque esse legẽdum: Aut altero tanto maiorem, aut sesqui. id quod indicant ea uerba quæ sequuntur: Ita fit (inquit) æqualis dactylus, duplus iambus, sesqui pæan. Sesqui, ut opinor, ἡμιόλιον dixit, hoc sensu: ut pes duplus sit qui altero tanto maior est in secunda sui parte: qui autem non altero tãto, sed dimidio maior est, sit sesqui. Nam sesquimaiorem ut dixerit Cicero, mihi persuadere non possum. Abscissum igitur Callistratus Iurisconsultus pro fixo & certo posuit, in quo euariare nõ licet. Demonstratur (inquit) uariè, nec abscissè, numerum liberorum ad excusationem munerum municipalium prodesse. id est, qui numerus munerum immunitatem præ-

Abscissè.
L. Semper. ff. De iure immunita.

E bet, nec status nec fixus est. Hoc usitatius præcisè dicitur: & præcidere uerbũ in ea re commodius est. Cicero in Acad. Stoicis placet peccata omnia esse paria: at hoc Antiocho uehementissimè displicet. Liceat tandem mihi considerare utram sententiam sequar. Pręcide, inquit: statue aliquando quid libet. id est signanter & præcisè desume utrum magis probes. ἀφόρισον, προσδιόρισαι. Est enim, ut opinor, translatio à fabrili more ducta. nam fabri quod desecare serra uolunt, prius linea ducta signant & præcidunt. uel à more uestem li-

Præcisè.
Præcidere.
Lib. 4.

Source : BIU Cujas

neam sericámue uenditantium. quod enim emptori addixerunt, & admensi F
sunt, prius leuiter incidunt, quatenus mensura procedit, deinde abrumpunt:
quandò ita fert natura uestis, ut secundum præcisuram rectis lineis dirum-
Epistola 4. patur. Præcisè pro durè, & præcidere pro durè negare. Idem ad Atticũ lib. 8.
Quibus literis ita respõdit Dionysius tuus, ut ego nemini, cuius causam nõ
reciperem, nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti,
tam alieno, tam precisè negaui, quàm hic mihi. planè sine ulla exceptione
Epist. 3. à fine. præcidit. nihil cognoui ingratius. Et lib. 10. de eodem loquens, Quod quia
planè cum in Formianum uenisset præciderat, asperius ad te de eo scribere
solebam. ἀκρτόμως οὐκ ἔφη ποιήσειν: ἔξαρνος μὴ ποιεῖν ἀκρτόμως ἐγεγόνει. Vernaculo pro- G
uerbio dicimus, postulati uel expectationis epistomium abscindere, meta-
phora à uasis uinariis tracta: hoc est spem rei præcidere: ut Pręcidere defen-
sionẽ, pręcidere reditũ, & alia quibus Cicero ipse utitur: ut in Pisonẽ, Sed de
reditu Gabinij omittamus, quem ipse sibi præcidit. ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἐπετέμετο.

IN eodem cap. §. Grauius. Grauius autem delictum est detrectare munus
** ad delectũ Haloan.* militiæ, quàm appetere. Nam qui * ad edictum olim non respondebant, ut
proditores libertatis in seruitutem redigebantur. Sed mutato statu militiæ,
recessum à capitis pœna est: quia plerunque uoluntario militi numeri sup-
plentur.) Legẽdum milite in ablatiuo. Sed quoniam huius dicti sensum Ac- H
cursius non intellexit, silentio prætereundam tam minutam mendam non
censuimus. In superiore responso dictum est, in eos uindicandum, qui ad de-
sertionis pœnam uitandam in aliam centuriam legionémue allegi se passi
sunt. Hic autem dicit maiori olim crimini datum esse militiam detrectare,
hoc est fugitare, ut superius explanauimus: quàm militiam contra ius affe-
ctare. nam qui uel in tumultu, uel in alio genere belli suscipiendi nomina-
tim in tribu sua citati ab eo qui delectus potestatem habebat, non respondis-
sent: ij libertate mulctabantur, ut libertatis proditores, id est status popularis,
qualis erat Romæ ante Cæsarem Dictatorem. Postea auctis militiæ commo- I
dis, ratio delectus habendi immutata. Plerunque enim non nisi uoluntarij
milites centuriatim allegebantur, id est οἱ ἐθελοντηδὸν στρατευόμενοι. Est autem
Respõdere ad edictum, & ad nomen. respondere ad edictũ, ἀπαντᾶν πρὸς τὸν κατάλογον, πρὸς τὸ παράγγελμα ἀπαντᾶν. quod
respondere ad nomen dicitur. Liuius libro septimo, Acerbitas in delectu, nõ
Deca. 1. li. 7. damno modò ciuium, sed etiam laceratione corporum lata, (partim uirgis
cæsis qui ad nomina non respondissent, partim in uincula ductis) inuisa erat.
Dare nomen militiæ. Inde dare nomẽ militiæ, est ad delectum sese exhibere. Cicero in Philip. Mi-
Philipp. 7. lites sine ulla recusatione summo etiam cum stadio nomina dant. ἑαυτοῦ ἐνδι-
Numeri militares. δόασιν ἀκρογράφεσθαι. Numeri militares uocari cœperunt, quæ cohortes legionés- K
que prius uocabãtur, propterea quòd Græci καταλόγους uocabant τὰ τάγματα:
& qui supra numeros aut extra numeros essent, ἔκτακτοι appellãtur, quasi ex-
tra uel supra numerum accenturiati: uel ut Polybius uocat, ἐπίλεκτοι. Tran-
Cap. 25. quillus in Claud. Equestres militias ita ordinauit, ut post cohortem, alam:
Imaginaria militia. post alam, tribunatum legionis daret: stipendiáque instituit, & imaginariæ
militiæ genus, quod uocatur super numerum: quo absentes & titulo tenus
Ex titulo, De re militari. fungerentur.

Source : BIU Cujas

A fungerentur. Maior est Latinitatis ignorantia illa Accursij in cap. sequenti. §. Qui captus, in his uerbis interpretandis: Item qui in pręsidio captus est, in eadem conditione esse certum est. Ignorauit enim pręsidium significare numerum & stationem militum ad urbis uel arcis custodiā destinatorum: licet etiam in uniuersum ὠθικούρημα & ἀσφάλισμα significet, & φυλακτήριον, atque πρόβλημα: in plurali uerò partes & castra: ut Cicero pro Ligario, Dic te Cæsar de facto Ligarij iudicem esse: quibus in præsidiis fuerit, quære. Idem, Lāguidiore, credo, studio in causa fuistis: tantūmodò in præsidiis eratis: animi uerò à causa abhorrebant. μόνον ἐν τῇ μερίδι ἐτυγχάνετε ὄντες, οὐ μέντοι τὰ τῆς μερίδος ἐφρο-

Præsidiū & Præsidia.

B νεῖτε. Verùm hæc & huiuscemodi alia animaduertere, uel cuiusuis est hodie, qui modò literas meliores aliquātum attigerit: ut illud in capite Officium, infrà hoc eodem sub titulo, Officium Tribunorum est milites in castris cōtinere, principiis frequenter interesse, querelas commilitonum audire, quod Accursius pro cætera sua Latinitatis peritia interpretatus est: ignorans militaria principia Latinè, ut Græcè ἀρχεῖα, esse dicta à principibus, qui in secūda acie erant. Nam cum in acie prima essent hastati, in secunda erant principes, in tertia triarij, ut auctor est Liuius libro octauo. Hi principes etiam Antepilani dicebantur, & robur exercitus. Inde illud Terentianum,

Principia militaria & castrensia.

Eunuch. Act. 4. scen. 7.

C Tu hosce instrue, hîc ego ero post principia:
Inde omnibus signum dabo.

Tranquillus in Othone, Ibi omissa mora succollatus, & à præsente comitatu Imperator consalutatus, inter faustas acclamationes strictósque gladios ad principia deuenit. Liuius, Vbi triarij consurrexerunt integri, refulgentibus armis, noua ex improuiso exorta acies, receptis in interualla ordinum antepilanis, clamore sublato principia Latinorum perturbant. Principia pro ordinibus principum posuit: ut Sallustius in Iugurtha, Aciem sicut instruxerat, transuersis principiis in planum deducit. Principia etiam erant in castris,

Cap. 6.

Lib. 8. ab Vrbe.

De Metello aduersus Iugurtham cōflicturo.

D ubi ius reddebatur. Cicero ad Brutum, Spes libertatis nusquā nisi in uestrorum castrorum * principiis est. Liuius libro octauo secūdi belli Pun. Forma tamen castrorum Ro. constabat una ea spe, quòd milites tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionísque rati fore, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes ac uigilias ordine ibant. Iustinus, Ordines quoque nemo in exercitu Alexandri nisi sexagenarius duxit: ut si principia castrorū cerneres, senatum te alicuius reipublicæ cernere diceres. Plutarchus in Galba, de Ouinio loquens, τὴν γυναῖκα τοῦ ἦγε μόνος παρεισήγαγε νύκτωρ εἰς τὸ στρατόπεδον ἐν ἐσθῆτι στρατιωτικῇ, καὶ διέφθειρεν ἐν τοῖς ἀρχείοις,

Epistola 10.

** præsidiis*

Lib. 11.

E ἃ πριγκίπια καλοῦσι ῥωμαῖοι. De ratione & modo institutísq; castrorum Romanorum Polybius ἐν τῷ περὶ πολιτείας τῶν ῥωμαίων luculēter scripsit. Sic autem accipienda sunt principia in cap. Iubemus, De erogatione militaris annonæ, lib. 12. Codicis Augustalis. quod Accursius identidem repetitum, nusquam intellexit. Inter alia autem hoc quoque Castrensis erat moris, iurísque militaris, ut milites à Centurionibus uite cæderentur: id quod adnotatum ad id pertinet, quod in cap. Milites, dicitur inferius: Miles si uitem tenuit, militiā

Source : BIU Cujas

Cap. 1. ad finem. Vitis Centurionum. mutat. Plinius libro decimoquarto, Centurionũ in manu uitis, opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas: atque etiam in delictis pœnam ipſam honorat. Iuuenalis de Mario, F

Satyr. 8.

N odoſam poſt hæc frangebat uertice uitem,
S i lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Plutarchus in Gal. κλῆμα ἑκατοντάρχου uocat, id eſt uitem centurialem, ut Macrobius. Inde factum ut Spartianus uitem pro centurionatu acceperit in Hadriani uita. Inde ſub uitem præliari dicuntur milites, auctore Feſto.

IN cap. penultimo eiuſdem tract. De re milit. Ex cauſa deſertionis notatus ac reſtitutus, temporis quo in deſertionis cauſa fuerit, impendiis expungitur.) Stipendiis legendum eſt omnino: etiamſi nullam huius lectionis fidem, nec indicium ullum in exemplaribus inueni. In cap. Qui excubias, ſuprà eodem hoc titu. Sed ex cauſa deſertionis reſtitutus in militiam, non aliter medij temporis ſtipendia & donaria accipit, niſi ei hoc ſpecialiter liberalitas principalis indulſerit.) Hîc cum in omnibus exemplaribus donaria legatur, ſimili tamen temeritate uel caſus uel emendatoris hanc mendam irrepſiſſe in libros qui extant, atq; illam ſuperiorẽ, facile eſt iudicare. non enim G

Act. 4. Scen. ult. donaria, ſed donatiua. Plautus in Curg. Miles pulchrè centuriatus eſt expuncto in manipulo. Cicero ære dirui uocat, ut alibi diximus. Donatiuũ autem largitio eſt imperatoris in milites: id eſt λαμπρὰ ἐπίδοσις. quæ eadem in populum facta, congiarium dicitur. Donarium autem eſt ἀνάθημα, qualia uidẽtur in fanis. Tranquillus in Calig. Pronunciatóque militi donatiuo centenis uiritim denariis, quaſi omne liberalitatis exemplum ſupergreſſus: Abite (inquit) læti, abite locupletes. Primus autem Claud. Auguſtus inſtituiſſe ab eodem dicitur, ut Imperatores Ro. in auſpicatu imperandi donatiuum militibus pronunciarent. Quod autem ſequitur, Quòd ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe apparuerit, omnia ſtipendia circa temporis finem redduntur: hunc habet ſenſum, Quòd ſi ille qui deſertionis ſuſpectus eſt, rationem aliquam cauſamque iuſtam fuiſſe docuerit, quamobrem abeſſe ſibi contigerit. hoc enim ſignificat rationem conſtare. Plinius iunior ad Minutium, Mirum eſt quàm ſingulis diebus in urbe ratio aut conſtet, aut conſtare uideatur. id eſt, mirum eſt, quàm officio quiſq; in urbe præclarè fungi uidemur, benéque operas collocare, ſingulíſque horis ciuiliter ſeruire: id eſt nihil temporis hominibus deperire. eo modo quo dicitur, rationem alicui conſtare, quando acceptorum ratio non ſuperat impenſorum rationẽ & reliquorum. H

Donatiuum, & Congiarium. *Cap. 46.* *Cap. 10. in fine.* *Lib. 1. epi. 9.* *Ratio cõſtat.*

IN cap. Hæreditate, De caſtrenſi peculio, circa principium, commilitonum pro commilitium legitur. quod Accurſius ſuſpicatus eſt. Eſt autẽ commilitium, ſocietas militaris, & contubernalis amicitia. I K

Commilitium.

EST caput Municeps, ſub titulo, Ad municipalem, ut ſubintelligas legẽ, ut Politianus pridem dixit. In eo capite ita legitur, Miles ibi domicilium habere uidetur, ubi inhæret: etſi nihil in patria poſſideat.) Merere uerbũ eſt ad milites pertinens. quare in promptu eſt iudicare, nec inhæret, nec haberet, ut Accurſius, ſed meret legendum eſſe. Merere militare eſt, quod Græci στρατεύειν

Merere.

Source : BIU Cujas

A στρατεύειν dicunt. Lucanus, Aere merent paruo. Vnde equo merere Ciceroni in Philip. pri. cum alioqui merere, quæstum facere significet, id est ἐργάζεσθαι, μισθαρνεῖν. & milites merentes τεταγμένοι dicuntur, & μισθοφορούντες: & qui nõ merent, ἀστράτευτοι, ἄτακτοι: & extraordinarij ἔκτακτοι. Inde emerere uerbum, ut elugere: & emeriti milites, & stipẽdia emerita Ciceroni. Liuius libro nono belli Maced. Consules cum Tribunis egerunt, uti ad plebẽ primo quoque tempore ferrent, uti Ebutio emerita stipendia essent: ne inuitus militaret. Modestinus suprà, De re militari, emerita pro commodis ueteranorum accepit. Et ut ueteranus (inquit) * accipietur, & emerita accipiet. Tranquillus, Eorũ B duces quadragena M. sester. merebant, ἐμισθοφόρουν. Cicero pro Roscio, Nam illa membra merere per se non amplius poterant xij æris. εὑρίσκεσθαι. Emeriti milites. Lucanus,

Lib. 10.
Emerere.
In l. Desertorem.
Emerita.
* restituetur,
In Nerone cap. 20.
Lib. 1.

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noster ueteranus aret? quæ mœnia fessis?

τοῖς τεταγμένας στρατείας τετελεκόσι: uel πάσας τὰς νενομισμένας στρατείας ἐστρατευμένοις: τοῦ στρατεύειν πεπαυμένοις καὶ μισθοφορεῖν.

IN cap sequenti, Humanum est, reliquorum usuras neque ab ipso qui ex administratione honoris relinquitur.) Sic habent omnia exemplaria, & Ac- C cursius probat: uerùm sensu exposcente, ego reliquatur lego. Est autem reliquari, æs alienum ex reliquis rationum contrahere. quo uerbo usus est Paulus suprà De administratione tutorum, in cap. Lucius. Paulus respondit, Nõ ex eo quòd adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorẽ habere uoluit: debitum quod ex conductione reliquatus est, agnouisse eum uideri. Obiter autem emendandus locus corruptissimus in cap. * Licitatio, suprà De publicanis uectigalibus, ubi idẽ Paulus in exemplaribus peruagatis ita loquitur, Et ideo impleto tempore conductionis licitatores alloquendi sunt. Licitatores uectigalium ad iterandam conductionem antequã superiori con- D ductioni satisfaciant, admittendi non sunt. Nos ex uetustorum obseruatione legimus. Et ideò impleto tempore cõductionis ea locanda sunt. Reliquatores uectigalium, &c. Sícque legebat Petrus Crinitus. In quodam tamen uetusto libro relinquantes legimus. Cicero ad Atticum, Maximè uerò me angit ratio reliquorum meorum: quæ quãquam explicata sunt, tamen quòd & Dolobellæ nomen in iis est, * & attributione mihi nomina ignota, conturbor. Plinius in epist. Priore lustro, quanquam post magnas remissiones, reliqua creuerunt. λοιπάδες & λοιπάζεσθαι uerbum apud Græcos leguntur.

Reliquari.
Reliquatus est. Haloan.
* Locatio,
Lib. 16. epi. 3.
* & attributio est mihi nominũ ignota, &c.
Li. 9. epi. 37.

IN cap. Eius, eodem sub titulo, Ad municipalem. Si quis negocia sua nõ E in colonia, sed in municipio semper agit.) Colonia hîc nõ uillam significat, ut Accursius existimauit: sed pro oppido quod coloniæ iure utitur. Colonię interdum agricolationis locum, aratorísque officinam & domiciliũ significant. Paulus in tract. Locati, Seruus qui coloniæ ascriptus est, ad periculum coloni pertinebit. Sic Cicero in Frumẽtaria Siculos colonos & aratores pop. Romani uocauit γεωργούς. Inde leges colonicæ Varroni lib. pri. de re rustica, Atque etiã leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro sur-

Colonia.
In l. Quæro.
Verr. 5. Cap. 2.

Source : BIU Cujas

*ne capro natum &c. Cap.7.

*culario ne capras cõpaſcat. Columella lib.pri.Comiter agat dominus cum F
colonis,facilémque ſe præbeat:auarius opus exigat quàm penſiones.Colonia
etiam ciuitas eſt à matrice ciuitate deducta, id eſt metropoli, quo modo A-
thenis Ionicæ ciuitates deductæ erant & propagatæ : ut ex Herodoto noui-
mus libro ſeptimo.Colonia in hoc ſignificatu Græcè ἀποικία dicitur: & colo-
ni ἄποικοι.Thucydides,ἀποικία δὲ μὲν πάσχειν, τιμᾶν τὴν μητρόπολιν: ἀδικεμένη δὲ ἀλλοτριοῦται.

Locus libri Sapientiæ.

Terra ſancta colonia uocatur cap.duodecimo libri Sapientiæ. Sed cum
totus ille liber inſcitè & abſurdè è Græco uerſus eſt ab homine quodam lin
guæ Græcæ Latinæque imperito : tum uerò caput illud abſurdiſſimè. Nam
ubi nunc legitur, Vt dignam perciperent peregrinationem puerorum dei, G
quæ tibi omnium charior eſt terra:ita Græcè legitur, Vt dignã dei filiorum
coloniam ſuſciperet terra omnium apud te honoratiſſima. ἵνα ἀξίαν ἀποικίαν δέξηται θεοῦ παίδων ἡ παρά σοι πασῶν τιμιωτάτη γῆ. Colonia igitur interdum ab incolẽ-
tibus terram inhabitãtibúſque dicitur,interdum à cultoribus terræ.id quod

Cap.1.

oſtendit diuus Auguſtinus libro decimo de Ciuitate dei,his uerbis, Nam ex
hoc uerbo colo,agricolæ & coloni & incolæ uocantur:& ipſos deos non ob
aliud appellant cœlicolas, niſi quòd cœlum colant, non utique uenerando,
ſed inhabitando,tanquam cœli quoſdam colonos:non ſicut appellantur co-
loni,qui conditionem debent genitali ſolo propter agriculturam ſub domi- H
nio poſſeſſorum:ſed, ut ait quidam Latini eloquij magnus auctor, Vrbs an-

Aeneid.1.

tiqua fuit,Tyrij tenuere coloni.ab incolendo enim colonos uocauit,non ab
agricultura. Hinc & ciuitates à maioribus ciuitatibus uelut populorũ exa-
minibus conditæ,coloniæ nuncupãtur.His uerbis Auguſtini utraque ſigni-
ficatio enarratur. Cicero de lege agr.contra Rullum, Hoc in genere (inquit)
ſicut in cæteris reip.partibus,eſt operæprecium diligẽtiam maiorum recor-
dari,qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocа-
runt,ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperij eſſe uiderentur. Et pro
Fonteio de Gallia prouincia loquens, Eſt in eadem prouincia Narbo Mar- I
tius,colonia noſtrorum ciuium, ſpecula populi Romani, ac propugnaculũ
iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum.Cæſar libro ſexto belli Gallici,
Fuit antea tempus, cum Germanos Galli ſuperarent uirtute, ut ultro bella
inferrent,ac propter hominum multitudinem agríque inopiam,trans Rhe-

Cap.46.

num colonias mitterent. ὡς καὶ πέρην τῆ ῥήνη κληρουχίας ἀπεστείλαντο. Tranquillus in
Auguſto, Ad hunc modum urbe urbaníſque rebus adminiſtratis, Italiam
duodetriginta coloniarum numero deductarum ab ſe frequentauit. Ἰταλίαν τὴν πλείστην ἀποικιῶν ἀριθμῷ δυοῖν δεούσαν τετρακοσίων κατεκεκληρούχησε. De municipij & coloniæ

Cap.13.

diſcrimine Gellius libro decimoſexto ſcripſit.Coloniæ in titulo De cẽſibus, K
& alibi in iuris libris fit mẽtio:ſed nuſquam(ut opinor)ab Accurſio hoc uo-
cabulum intellectum eſt. Adde hîc corollarij nomine,quòd qui urbes euer-

ἔποικοι.

ſas & reſtitutas incolere incipiunt,ij non ἄποικοι,id eſt coloni, ſed ἔποικοι dicũ-
tur,quaſi incolæ immigrantes.quanquam & hoc uerbum interdum pro co-
lonis accipitur,& pro iis qui indigenis ſuperinducũtur.Ariſtoteles, οἱ δὲ ἀποικοι ἐπὶ ταραχὴν ἔποικοι ἐπαγόμενοι ἐστασίασαν.

Ex titulo,Ad Municipalem.

IN

Source : BIU Cujas

A IN cap.Generaliter,De decurionibus: Vt qui clementiorem ſententiam paſſus eſt,ob id quòd ad tempus relegatur,bonis conſulere debeat humanitatis ſententiæ,nec decurionatum accipiat.)Legendum,boni cõſulere:quod quid ſit,docet Quintilianus libro primo his uerbis,Sítne Conſul à cõſulendo,an à iudicando: nam & hoc conſulere ueteres uocauerunt: unde adhuc remanet illud:Rogat boni conſulas,id eſt bonum iudices.Idem in præfatione ſexti libri,Boni autem cõſulere noſtrum laborem, uel propter hoc certũ eſt,quòd in nullum iam proprium uſum perſeueramus. id eſt bonam ſpem de labore ſuo concipere,hilaritérque operam in eo nauare.δ' ἡμᾶς ἂ χειν φιλοσο- *Boni conſulere.*

B γοῦντα.Plinius lib.33. Quærebat argentum auaritia: boni conſuluit interim inueniſſe minium.id eſt bene ſecũ actum eſſe iudicauit, & interim acquieuit inuento. ἢ δ' ἀγαπητῶς οἱ μὲν μιξεῖν τὸ μίλτον οὔφι. utitur & Plinius Iunior. Hoc ferè Cicero,Terentius,& Liuius,Aequi boni facio dicunt.Cicero ad Atticũ, Tranquilliſſimus autem animus meus, qui totũ iſtud æqui boni facit. id eſt bonam in partem interpretatur,ὁ τοῦτο δι' ὅλου εὐδιαγωμονῶν, ὁ πρὸς ἕκαστα εὐλογιστῶν. Sic Vlpianus boni conſulere humanitatis ſententiæ,per genitiuum quaſi Græco more dixit: id eſt exiſtimare clementer ſecum à iudicibus actum eſſe in animaduerſione criminis. *In proœmio. Aequi boni facere. Lib.7.epi.7.* κέρδαι ὧδε τῇ ὠθνακείᾳ τ' γνώμης. τὸ ἀποφαίνειν τ' ὠθνακέας

C ἀφορίζεσθαι.ἐαυτῷ σωτήριον,τῇ γνώμῃ χρησαμένῳ ὠθνακεῖ καὶ φιλανθρώπῳ.

IN capite,Honores, eodem ſub titulo, Honores & munera non ordinationibus,ſed potioribus quibuſque iniungenda ſunt.)In uetuſtioribus ordinationis legitur,idque Accurſius teſtatur:ſed utrũque mendoſum eſt,ut opinor.quare uel ordinatioribus,uel ordinatis omnibus legendum eſſe cenſeo. Eſt autem ordinare,aliquem ad honorem & magiſtratum promouere: hoc eſt(ut Cicero loquitur)ornare,honoribúſque augere: κοσμεῖν, εἰς τιμὴν ἀναβιβάζειν,εἰς ἀξίωμα παρεγειν.Tranquillus in Veſpaſiano, Quendam è caris miniſtris diſpenſationem cuidam quaſi fratri petentem cum diſtuliſſet,ipſum candi- *Non ordinatione. Haloã. Ordinare. Cap.23.*

D datum ad ſe uocauit: exactáque pecunia quantam is cum ſuffragatore ſuo pepigerat, ſine mora ordinauit. Eſt enim ordinare, quaſi in ordines adoptare,uel in ordinẽ municipalem prouehere.Cicero in Prætura urba.M. Octauium hominem ornatiſſimum loco,nomine,ordine,uirtute. Alibi,Inferiores loco,ordine,auctoritate.Secundum hoc honores deferendi ſunt optimo cuique,non in orbem honores municipales conferendi: nec ut quiſque in ordinem allectus eſt, ita ei munera iniungenda. Ordinatum etiam dicitur τεταγμένον, id eſt rectè atque ordine conſtitutũ.ut idem Tranquillus in Aug. Partitis poſt uictoriam officiis, cum Antonius orientem ordinandum, ipſe *Verr.3. Ibidem, ſed paulò antè. Cap.13.*

E ueteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepiſſet:neque ueteranorum,neque poſſeſſorum gratiam tenuit. Curtius,Forſitan ita dij fata ordinauerũt. Sic Cicero in Orat.ordinare litem dixit, σωτάττειν, ἀτάττειν,ἐπανορθοῦσθαι, βραβεύειν, ἀκοσμεῖν. *Lib.4.in Darij ad ſuos oratione. De Oratore lib.2.*

IN cap.Herennius. Modeſtinus reſpondit,ſola ſalarij præſcriptione minimè decurionem factum, qui ſecundum legem decurio creatus non ſit.) Vel perceptione uel perſcriptione legendum: præſertim cum Accurſius te- *Sola albi præſcriptione Haloan.*

Source : BIU Cujas

Perscribere. stetur in aliquibus legi albi præscriptione. Est autem perscribere, in tabulas F
publicas, in actáque referre: quod in registro scribere uulgò dicunt, uocabu-
Regesta. lo à regestis corrupto. Sunt enim regesta quæ à Græcis ὑπομνήματα & ὑπομνη-
Cap.12. ματισμοὶ dicuntur. Quintilianus in secũdo, Vnde fit ut dissoluta & ex diuer-
sis congesta oratio cohærere non possit: similísque sit commentariis puero-
**redigunt.* rum, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata sunt, *regerũt. Et in tertio,
Regerere. *Cap.8.* Sunt enim uelut res regestæ in hos commentarios, quos adolescens deduxe-
rat schola. οἱονεὶ ἀγρεσημειωμένα τινά. Registrum ergo quasi regestarium lingua
uulgaris uocat. Hæ à Cicerone perscriptiones dicuntur. ut in Verrem act.
Verr.6. quinta, Primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas ha- G
bebant, proferunt, in quibus ostendunt omnia quæ dixi ablata, esse perscri-
Ibidem. pta. Idem, Vt quisque eis rebus tuendis conseruandísque præfuerat, ita per-
**tradere* scriptum erat: cum rationẽ ex lege redderet, & quæ acceperat, deberet *red-
dere. Et Philip. quinta, Illa uerò dissipatio pecuniæ publicæ ferẽda nullo mo-
do est, per quam septies millies falsis perscriptionibus donationibúsq; auer-
Li.10.epi.13. tit. Perscriptionibus, id est ἀναγραφαῖς. Et ad Plancium, Id ex ipso senatusconsulto poteris cognoscere: ita est enim perscriptum, ut à me de scripto dicta sentẽtia est. ἀναγεγραμμένον. Idem pro L. Flacco, perscriptiones pro syngraphis
Perscriptiones. accepit: Perscriptiones cum mulierculis aperta circunscriptione fecisti: tu- H
Verr.5. tor his rebus Græcorũ legibus ascribendus fuit. Et in Verrem, perscriptorem
Perscriptor. pro cautore posuit, qui formulas concipit. Dicũtur & διαγράμματα ea quæ in acta referũtur, ut fit in delectibus militum. Est igitur Modestini responsum huiusmodi, albi sola perscriptione decurionem non fieri. hoc est, Non satis est in album esse relatum, nisi recta allectio præcesserit perscriptionem.

Haloã. ut nõdũ decuriones creari possint. IN capite, Imperatores, eodem sub titulo De decur. Nisi eius ætatis fuerint, ut decuriones creari possent: & dignitas certam spem eius honoris id faceret, ut princeps indulgere possit.) Hic locus ita mihi legendus uidetur, Et
Dignitas. dignitas certam spem eius honoris iis fecerit. Dignitas autem hîc mea sen- I
tentia non pro decurionatu accipienda est, ut Accursius existimauit: sed pro oris probitate, morúmque præstantia in facie eminente. Pulchritudinis genera duo (inquit Cicero libro primo Officiorum) Vnum uirile, quam digni-
Venustas. tatem dicimus: alterum muliebre, quam uenustatem appellamus. In Oratore autem perfecto utrũque coniunxit, Vultus uerò (inquit) qui secũdum uocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem, tum uenustatem? In quo cum effeceris ne quid ineptũ aut uultuosum sit: tum oculorum est magna moderatio. Plinius in Panegyr. Iam firmitas, iã proceritas corporis, iam
honor capitis, & dignitas oris, nónne longè latéque principem ostentant? K
ἡ σεμνοπρέπεια καὶ τὸ ἀξιωματικὸν, τὸ ἀξιάγαστον τῆς ὄψεως. Sensus igitur huius dicti hic est meo quidem iudicio, ita demum relegatum post relegationis tempus exactum in ordinẽ eligi posse, si damnationis tempore necdũ ætatis decurionalis fuisset, & indoles morũ in ore cõspicua polliceri ei uideatur indulgẽtiam principis, id est principẽ cum allectũ eum resciuerit, gratũ id ratúmq; habiturũ: hoc est diploma indulgentiæ restitutionísque haud grauatè daturum.

Ex titulo, De decurionibus. IN

Source : BIU Cujas

A IN cap. Rescripto. De muneribus & honoribus, circa principium, nõ alligatus, sed allectus legendum est, ut Accursius suspicatus est, etiam si non probauit. Allegere est in cœtum adiungere & adoptare: ut sublegere in locũ demortui legendo substituere. quibus uerbis Iurisconsulti usi sunt, ut Vlpianus suprà De decurionibus. Tranquillus in Tyb. Instanti sæpius ut ciuitate donatum in decurias allegeret: negauit se allecturum. οὐκ ἔφη προσκαταλέξειν, uel προσαιρήσεσθαι, ἐνδικαταστήσειν. Varro de lingua Latina, Collegę, qui unà lecti sunt: & qui in eorum locũ suppositi, sublecti, ὑποκαθεστηκότες. Alioquin allecti dicti sunt peculiariter, qui propter inopiam Senatorum, in Senatum ex equestri B ordine assumebantur, ut esset differentia inter patres conscriptos & allectos: ut auctor est Festus. Huiusmodi uiginti allectos aut conscriptos nuper curia amplissima hîc accepit. προσγεγραμμένοι dicuntur.

Allegere. Sublegere. Lege. 2. Cap. 51.

Allecti.

IN cap. tertio huius tractatus. §. Quòd pater, deest negatio omnino: quod suspicatus est Accursius, qui tamen sensum non percepit. Quòd pater non cõsensit honoribus siue muneribus filij, ne illius patrimonium oneri subiiciatur, præstat defensionem: nam ciuem patriæ utilitatibus, quatenus potest, aufert. Legendum, non præstat defensionem. Latinitas autem purior exigit, ut illius, non ad patrẽ, ut Accursius censuit, referatur, sed ad filium. Alioquin C Vlpianus non illius, sed suum dixisset, si patrem intelligi uoluisset. Sensus est igitur, Pater qui filium suum quantum potest, patriæ commodis aufert & auertit, facere nequit quo minus filij patrimonium aduentitium aut castrense honorum administrationi, munerúmque functioni obstringatur.

IN cap. Ad remp. eodem tract. Minores denique nec decuriones creãtur: uel creati suffragium in curia ferunt.) Minutula menda sensum huius dicti conuertit. Illa autem particula nec, in priore membro posita, iterationem sui in posteriore poscit. Igitur ita legendum, Nec creati suffragium in curia ferunt. hoc est, ex eorum genere sunt, quos Græci ἀκουστικοὺς & ἐχωμύθους uocant, D quasi auscultatores & censendi immunitatem habentes.

Echemythi & auscultatores.

IN cap. ulti. eodem sub titulo De muneribus: Nam harum specierum curatores, quos Græci appellant, creari moris est.) Lego, quos σιτώνας καὶ ἐλαιεμπόρους Græci appellant. Sitonæ apud Athenienses curatores erant coemẽdo frumento condendóque præfecti: qui Latinè frumentatores dicuntur. οἱ τὸν σῖτον ἀγοράζοντες καὶ ἀποτιθέμενοι. erant etiam qui σιτοφύλακες dicebãtur, quasi frumenti asseruandi curam gerentes: ut Demosthenes ἐν ᾧ πρὸς λεπτίνην, de Leucone rege Bosphori loquens: Ab eo (inquit) quotannis frumẽti ad millia quadringenta medimnûm: id quod ex tabulis & scriptura sitophylacum uidere qui- E uis potest. καὶ οὗτος ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄντις ἴδοι. Idem munus ab aliis σιτολογία dicitur: & curatores ipsi σιτολόγοι: Latinè frumenti coactores. Dispensatores autem ipsi annonæ publicæ σιτομέτραι uocantur. Hæc munera instituta erant in iis ciuitatibus quæ frumento importato utebantur, ut Athenis. Vnde Demosthenes ibidem, πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. Sic autem σιτῶναι dicuntur, ut ὀπωρῶναι, τελῶναι. Inde σιτωνία in cap. secundo infrà tract. proximè sequenti, Sextumdecimum ætatis annũ agentem ad mu-

Sitonæ. Frumentatores.

Sitophylaces.

Sitometræ.

Sitonia. ff. De uacatione & excusatione munerum.

Source : BIU Cujas

nus ſitoniæ uocari non oportet, id eſt frumentationis publicæ. In cap. ultimo infrà De adminiſtratione rerum ad ciuitatem perti. Item reſcripſerunt, Sitonas indemnes eſſe oportere. Sic enim legendum eſt, non ſicomas. Hæc autem ſunt munera, ex quibus publicè debitores fiunt ij quorum fit mentio in cap. tertio Cod. De compenſationibus. Verùm quod paulò ſuperius in hoc capite dicitur, Tyronum ſiue equorum productio, id eſt, ut opinor, quod Græci ἱππάσιν καὶ συντάξιν appellant, quaſi recenſionē & concenturiationem. de quo munere Ariſtoteles in ſexto Politicôn ita inquit, Opus & bello & pace portarum & mœnium curatores eſſe, & recenſionis ciuium deſcriptioníſque in claſſes. δεῖ γὰρ οὐ ἀρχὴν καὶ πολέμῳ πυλῶν τε καὶ τειχῶν φυλακὴς ὁμοίως ἐπιμελητὰς εἶναι, ἱππάσεως καὶ συντάξεως τῶν πολιτῶν. Hæc autem munera Ariſtoteles ἀναγκαίας ἀρχὰς appellat συντελουμένας πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας: ob id ſcilicet quòd neceſſariam functionem habeant ad res bellicas expediendas cum uſus uenit. Equorum productio eſt hipparchia.

Equorũ productio.

Ad quotidianũ uictũ uſui ſunt. Haloan. Epiſcopus. Epiſtola 10.

Sequitur, Item epiſcopi qui præſunt pani & cæteris uænalibus rebus, quę ciuitatum populis quotidianum uictum uſui iungunt, perſonalibus muneribus fungũtur.) Pro uſui iungunt, ſuggerunt legendum puto. Epiſcopus eſt qui ſummum arbitratum rerum habet. Cicero ad Atticum lib. 7. Ego negocio præſum non turbulento. uult enim me Pompeius eſſe, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quē delectus & negocij ſumma referatur. Eſt autem ἐπισκοπεῖν idem quod ἐφορᾶν. Xenoph. de copiis regis Perſarum, & earum recenſione loquens, καὶ τοὺς μὲν ἀμφὶ τὰ αὐτῶν οἴκησιν αὐτὸς ἐφορᾷ, τοὺς δὲ πέρᾳ ἀφικομένους, πέμπει ἐπισκοπῶν. Epiſcopi autem & ephori ſunt, quibus non ſolum oculis luſtrandi poteſtas, ſed etiam prouidentia & cognitio mandata eſt: à qua ſignificatione epiſcopi antiſtites dicuntur. quod uocabulum ſi Latinè transferre quis uelit, non uerius ſpeculatorem, ut cenſeo, quàm inſpectorem uocarit. eſt enim id uerbum ei rei ſignificandæ accommodatum. Cicero, Nos enim augures * obnunciationem ſolùm habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam * inſpectionem. ἐπισκοπῶ. Liuius, Placuit mitti legatos in Hiſpaniam ad res ſociorum inſpiciendas: quibus ſi uideretur digna cauſa, Annibali denunciarent, ut à Saguntinis ſociis populi Romani abſtineret. Inſpicere etiam eſt rem penitus conſiderare. Vnde inſpicere hominem * penitus Plinio in epiſtolis, id eſt pernoſcere: & inſpicere agrum quem uelis mercari: & inſpectio, libro pri. Ciceronis ad Varronem, Illud enim adhuc prædium ſuum non inſpexit. Sic hoc uerbo uſus eſt Caius Iuriſconſ. in cap. Si poſt inſpectum, De periculo & commodo rei uenditæ. & inſpector quaſi ἐπιγνώμων, nomē eſt artificij, ut ſunt ij quibus res inſpiciendæ mandantur & æſtimandæ antequam emantur. Hîc autem epiſcopos ſignificare eos inſpectores puto, qui de panificiis & reliquis uænalibus pro poteſtate cognoſcunt: quales ſunt apud nos, quos magiſtros opificiorum uocant, quibus opifices opificia ſua ut approbent neceſſe eſt inſtituto municipali, aut in mulctam incidant, niſi (quod plerunque fit) prolato ære ſe tueantur, ut utar uerbo priſco. His autem uerbis quæ ſequuntur,

Philipp. 2.
** nunciationē*
** ſpectionem*
Inſpectio.
Deca. 3. lib. 1.
Inſpicere.
** propius*
Lib. 10 epiſt. 99.
Columel. lib. 1. cap. 3.
Epiſtol. famil. lib. 9.
Inſpectores.

Ex titulo, De muneribus. Qui

Source : BIU Cujas

A Qui annonã ſuſcipit,uel exigit,uel erogat:ij magiſtratus ſignificantur, quos ἀρχιδέκτας & ταμίας σιτολόγους & σιτομέτρας uocant.

Sequitur:Ii quoque qui cuſtodes ædium uel archeotæ.)Cuſtodes ædium ſacrarum intelligo, quos Ariſtoteles ναοφύλακας uocat, qui iidem non ſunt cum ædituis,quos νεωκόρους Græci uocant. Archeotæ ἀρχειῶται παρὰ τὸ ἀρχεῖον,ab archiuo,uel archio potius dicti ſunt,de quo antè diximus.Logographi à rationibus publicis conficiendis perſcribendíſque dicti ſunt:quanquam apud Oratores hæc dictio aliter accipiatur.Iidem fermè qui tabularij:qui in tabulas publicas referunt, quæ ad rempublicam pertinent. Xenoparochi(ut opi- *Logographi.* *Xenoparochi.*

B nor)iidẽ ſunt qui parochi:qui peregrinis ſalem & ligna præbebãt,inquit Acron.de quibus Horatius in primo Sermonum, Et parochi quæ debẽt ligna ſalémque.quos Porphyrio copiarios à Latinis uocatos eſſe tradit: qui ſalem & ligna iis præſtabant,qui reipublicæ cauſa peregrè ibant. Sub nomine autem harum ſpecierum omnia hoſpitibus neceſſaria intelligimus, ut idem Acron alibi ſentire uidetur libro ſecundo Sermo. ubi Horatius parochum pro conuiuatore poſuit. - uertere pallor *Satyr.5.* *Satyr.8.* *Parochus.*

T um parochi faciem nil ſic metuentis,ut acres

P otores. Cicero in priore ſignificatione uſus eſt ad Atticum

C libro.13. Ariobarzanis filius Romam uenit: uult opinor regnum aliquod à Cæſare emere. omnino cum Seſtius noſter* parochis publicis occupauit, quod quidem facilè patior: uerũtamẽ inuito eum per literas,ur apud me diuerſetur.Sunt qui parochias inde appellatas cenſeant, quibus ſingulis ſacerdotes ſui deſtinati ſunt:ab exhibitione ſcilicet ſanctifici cruſtuli,id eſt ſacroſancti panificij.Ego uerò nõ parochias primùm, ſed parœcias appellatas eſſe cenſeo.παρόικοι ſunt accolæ:quare qui fanum aliquod accolunt,parœci dicti ſunt,eiuſdem ſcilicet fani conſortes:& parœcia accolarum conuentus & accolatus,ſacráque uicinia.Nam πάροικοι etiam οἱ πρόσοικοι dicuntur, id eſt uici- *Epiſtola 1.* ** Sunt qui legãt parochus publicus. alij rectius putãt parochiis publicis.i. præbitionibus.* *Corradus nõ definit.* *Parœcia.*

D ni:legíque ipſe hoc uerbũ apud Græcos in ea ſignificatione, niſi falſus ſum opinione. Quòd ſi Latinè loqui magis placet Latinè ſcientibus, curiæ dici poſſunt:unde curiones olim dicti:& παρόικοι ipſi curiales.Liuius,Inter maiorum rerum curas comitia maximi curionis uetus excitauerunt certamẽ.Patriciis negantibus,M.Manilij,qui unus fuit è plebe potens,rationem eſſe habendam:quia nemo ante eum niſi è Patribus id ſacerdotium habuiſſet. Curio autem maximus eſt,cuius auctoritate curia omnéſque curiones regebãtur,inquit Feſtus.Inde curionatus dici debet,quæ uulgò cura dicitur.& ædes ipſæ ſacræ,curiatæ, quæ ſodalitia non habent, ſed quæ curialibus deſtinatæ *Curiales.* *Deca.3.li.7.* *Curiones.* *Curionatus.*

E ſunt,& accolas ſuos uendicant.Iſocrates,ἀρχὴ δὲ Κνίδου μέχρι Σινώπης ἕλληνες τὴν ἀσίαν παροικοῦσι.Interdum παρόικοι ἀντὶ τῶν μετοίκων accipiũtur:ut illud ad Hebræos undecimo,πίστει παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν.Fide incola aduenit in terram pollicitationis ut alienam.ſic enim ad uerbum uerti potuiſſet.Quod ſequitur liminarchæ:limenarchæ legi debet, id eſt portuum præfecti.& limenarchia ipſum munus,quæ etiam limenophylacia ab Ariſtotele dicitur.Cęterùm quod hîc de manſionum curatoribus dicitur, de iis manſionibus in- *Limenarchæ.* *Limenophylacia.*

Source : BIU Cujas

telligendum, quæ à Græcis σταθμοὶ dicuntur, & στρατιωτικαὶ καταλύσεις, & καταγώγια τῶν ἀγγελιαφόρων. Erant enim ordinata per mansiones, demensaque militum itinera, eorum qui diplomatibus utebantur, & cursu uehiculari, qui cursus publicus appellatur libro duodecimo Codicis. Apud nos hodie celeres cursores cursum publicum non uehiculis, sed equis conficiunt: qui prout locorum ratio diuersoriorúmque tulit, sua habent curricula maiora uel minora: eáque ratione mansiones distinguuntur: quos postas uocamus, ut in Italia cursores appellantur. Nunc eò euasit licentia & luxus, ut passim commeanteis uideas multos equis celerum, etiam quibus nullum est negocium, nisi animi causa: cum interim plerique temporis compendium nullum aut certè aspernandum faciant. Sed tanti dudum esse cœpit, nihil more maiorum facere: & pulchrum esse censetur, & sericatis dignum, uiatorium comitatum uno aut altero die anteuertere. Hic quid agas? Sic uiuitur. Hoc in mores receptum est. adeò qui eo more utuntur, cupiunt & in acta referri, ut inquit Satyrographus. Sed solenne fatis & Prouidentiæ semper fuisse historia testatur, hominúmque memoria, pro luxu improbiore Sybariticísque deliciis, expiamenta poscere paria atque consentanea, aut ultro sibi sumere. Immodicam enim fœlicitatem mortalibus superi nunquam non fœnerato indulgent. Verùm Plinius libro sexto, de itinere Indiæ ab Alexandria loquens, A Copto (inquit) camelis itur aquationum ratione mansionibus dispositis. Herodotus in quinto, centum & undecim mansiones esse tradit Sardibus ad regiam Persarum, quæ Susa uocabantur. καταγωγαὶ μὲν νῦν σταθμῶν τοσαῦταί εἰσιν ἐκ Σαρδίων εἰς Σοῦσα ἀναβαίνοντι. Mansionis autem, id est stathmi spatium, centum & quinquaginta stadia facit. Qui autem huiuscemodi mansionibus præfecti erant, ἐπίσταθμοι uocabantur: ut apud Isocratem in Panegyrico, ἑκατόμνως ὁ τῆς Καρίας ἐπίσταθμος πολὺν ἤδη χρόνον ἀφέστηκε. Sed eo loco Satrapam intelligo. Aliquando ἐπίσταθμοι appellantur ij qui super hospitia sunt in comitatu principis, aut legati ducísue exercitus: & Epistathmia hoc munus appellatur. Hodie Mareschalli hospitiorum lingua nostra uocitantur: qui eorum ministerio utũtur quos designatores mansionarios Latinè appellare possumus, & cretarios designatores, à creta qua utuntur. Cicero ad Atticum in grandi illa epistola libri decimitertij in fine, Hospitium siue ὑπισταθμείαν odiosam mihi duxi, non molestam. ἐπισταθμείαν cum diphthongo in penultima dixit, quod uerbum necessitatem hospitis recipiendi significat, à uerbo ἐπισταθμεύειν, quod diuersari Latinè dicitur. Plutarchus in Sertorio, τῶν ἐπισταθμειῶν ἀπαλλάξας: cuius rei qui immunitatem beneficio principali consecuti sunt, ij ἀστάθμευτοι dicuntur. Hoc autem in loco significari puto inferioris muneris officium, operum reficiendorum curatoris, qui ἐργεπιστάτης dicitur, καὶ τῶν ἔργων ἐπιμελητής. De mansionibus militaribus exemplũ est apud Lampridiũ in Alexãdro his uerbis. Tacebantur secreta bellorum: itinerum dies publicè proponebantur, ita ut edictũ pendêret ante menses duos, in quo scriptum esset: illa die, illa hora ab Vrbe sum exiturus: & si dij uoluerint, in prima mansione mãsurus. deinde per ordinem mansiones, deinde statiua, deinde ubi annona esset accipienda: & id

Mansiones. *Cursus publicus.* *Iuuenal. satyr. 2.* *Cap. 23.* *Epistathmi.* *Mansionarij designatores.*

F G H I K

Ex titulo, De muneribus.

quidem

A quidem quouſque ad fines Barbaricos deueniretur. Idem alibi, Milites expeditionis tempore ſic diſpoſuit, ut in manſionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria decem & ſeptem (ut ſolent) dierum, niſi in Barbarico.

IN.§. ſequenti, Camelaſia quoque ſimiliter perſonale munus eſt.) Lego camelelaſia, id eſt camelorum productio. Eſt enim καμηληλάτης camelorum agitator & ductor: ut ὀνηλάτης, ἱππηλάτης, στρατηλάτης, id eſt dux exercitus. Huiuſmodi munus inſtitutum erat impedimentis exercitus agendis & comportandis in expeditionibus publicis. Camelarij etiam à Græcis καμηλῖται dicuntur, quos Herodotus inſidere camelis in acie facit. Camelis enim Armeni inter equites utebantur, ut legimus apud Herodianum in quarto. Nicoſtrategi uocabulum corruptum eſt. *Camelelates.*

B

IN.§. Defenſores, Defenſores quoque ciuitatum, quos Græci ſyndicos appellant, & qui ad certam cauſam agēdam uel defendendam eliguntur. & reliqua.) Syndici dicuntur aduocati, qui ut patroni ad communem cauſam defendendam mittuntur. Sunt autem cauſidici plures uel oratores ad communis cauſæ patrocinium miſſi, ut apud Demoſthenem in oratione pro Cteſiph. Ariſtides dicitur eſſe creatus ſyndicus ab Atheniēſibus, ut communi cauſæ Græciæ Athenienſium nomine patrocinaretur. & συνδικᾶν uerbum, idem quod συνηγορεῖν: ac ſi ſyndicari uerbum fingas pro defendere, & patrocinium præſtare. Sunt etiam ſyndici ciuitatum aduocati, & defenſores iuris publici: quaſi in cauſam publicam communiter incumbētes. Idem Demoſthenes πρὸς Λεπτίνην refert lege ſancitum Athenis, ne cui iterum ſyndicū fieri liceret, creariq; à populo: idque ideo ne ſyndicia, id eſt ſyndici munus ob publicam utilitatem inuentum, uerteretur in quæſtum compendiúmq; priuatum. Hoc nomine uocari poſſunt, quos hodie Deputatos noſtri uocant. *Syndici.* *Syndicia.*

C

Sequitur. §. Iudicandi quoque neceſſitas: qui locus ita à iuriſperitis intelligitur, quaſi iudex iudicare cogatur: ex quo ducunt argumentum in tabularios atque ſyngrapharios, ut id quod ſuæ functionis eſt, conficere ipſi cogantur: cum reuera Arcadius Iuriſconſultus hoc ſignificare uoluerit, hominem politicum, ac ciuili more uiuentem, ut cætera munera ciuilia, ita iudicandi quoque munus agnoſcere obiréque debere, ad ídque cogi poſſe. Id autem ut planum faciamus, latius rem hanc totam de iudiciis Romanis explicare conabimur: id quod maiorem utilitatem latiúſque patentem allaturum eſt, quàm quantum eſt id unum quod ſpectat ad huius loci ſentētiam percipiendam. Iam primùm igitur hoc dictum Iuriſconſulti ſub titulo De muneribus poſitum, ſatis hoc quod dico indicare uidetur. deinde Tranquilli lo-

D

E

cus in Auguſto id ipſum planè oſtendit, Ad tres (inquit) iudicum decurias quartam addidit ex inferiore cenſu, quæ ducenariorum uocaretur, iudicarétque de leuioribus ſummis. Iudices à trigeſimo ætatis anno allegit: id eſt quinquennio maturius quàm ſolebant. Ac pleriſque iudicandi munus detrectantibus, uix conceſſit ut ſingulis decuriis per uices uacatio eſſet. Idem, Splendidum (inquit) uirum, Græciaéque prouinciæ principem, uerùm Latini ſermonis ignarum, non ſolùm albo iudicum eraſit, ſed etiam in peregrini- *Cap. 32.* *In Claudio cap. 16.*

Source : BIU Cujas

Albũ iudicũ. tatem redegit. Album iudicum appellat, in quo eorum nomina deſcripta F
erant,qui earum erant decuriarum, quæ unoquoque tempore iudicabant.
λιξιαρχικὸν γραμματεῖον dicitur, & λεύκωμα à Græcis. Vnde illud Plinianum in
præfatione per metaphoram dictum, Cum hanc operam condicerem, non
eras in hoc albo. Alluſit enim ad morem eorum qui cauſas acturi in foro aut
declamaturi,auditores corrogabant, quaſi futuros iudices eloquentiæ aut fa
Iudicãdi mu nus graue & incommodũ. Verr. 3. cundiæ. Graue autem detrectandúmque fuiſſe iudicandi munus, ex uerbis
Ciceronis intelligere licet in Prætura urbana: Vos(inquit) quod ad ueſtram
famam,exiſtimationem,ſalutémque communem pertinet, iudices, proſpi-
cite atque conſulite. Splendor ueſter facit, ut peccare ſine ſummo reip. detri- G
mento ac periculo nõ poſſitis. Non enim poteſt ſperare populus Ro. eſſe alios
in ſenatu,qui rectè poſſint iudicare. Vos ſi nõ potueritis, neceſſe eſt cum de
toto ordine deſperarit,aliud genus hominum,atq; aliam rationem iudicio-
rum requirat. Hoc ſi uobis ideo leuius uidetur, quòd putatis onus eſſe gra-
ue & incommodum,iudicare: intelligere debetis, primum intereſſe,utrum
id onus uoſmet ipſi reieceritis: an quòd probare populo Ro. fidem ueſtrã &
religionem non potueritis,ideo uobis iudicandi poteſtas erepta ſit. Deinde
etiam illud cogitate,quãto periculo uenturi ſimus ad eos iudices, quos pro-
pter odium ueſtri populus Rom. de uobis uoluerit iudicare. Homines ſcito- H
te eſſe quoſdam,quos tãtum odium ueſtri ordinis teneat, ut hoc palàm iam
dictitent,ſe iſtum,quem ſciant eſſe hominem improbiſſimum,hoc uno no-
mine abſolui uelle, ut ab ſenatu iudicia per ignominiam turpitudinémque
auferantur. Pro quorum uerborum intelligentia ſciendum id quod Plutar-
chus de Caio Graccho inquit, leges ſcilicet eum tuliſſe populares aduerſus
ſenatus potentiam: inter quas unam tulit de iudicibus. Nam cum ſoli antea
ſenatores iudicarent, ob eámque cauſam à plebe timerentur: trecentos ex
equeſtri ordine adiecit,quos totidem ſenatoribus miſcuit,ut unà iudicarẽt.
Hæc lex potentiam ſenatus magna ex parte infregit. Sylla autem ex equeſtri I
ordine iterum tranſtulit ad ſenatum, cum etiam tribunitiam poteſtatem
De legibus iudiciariis. ſuſtuliſſet,quæ robur erat & columẽ populi. At Pompeius poſtea iudicia ad
equeſtrem ordinem lege tranſlata, in populi gratiam ſenatui non reſtituit,
cum tribunitiam poteſtatem populo reddidiſſet,ut inquit idem Plutarchus
in Pompeio,etiamſi in Plutarcho Latinè cõuerſo aliter locus ille legitur. Ci-
cero in Diuinatione, Populus Rom. tametſi multis incommodis difficulta-
tibúſque affectus eſt: tamen nihil æquè in rep. atque illam ueterem iudicio-
rum uim grauitatémque requirit. Iudiciorum deſiderio tribunitia poteſtas
efflagitata eſt: iudiciorum leuitate ordo alius ad res iudicandas poſtulatur. K
Iudicum culpa atque dedecore etiam Cenſorium nomen,quod aſperius an-
tea populo uideri ſolebat,id nunc poſcitur,id iam populare ac plauſibile fa-
ctum eſt. Quo in loco Aſconius eius interpres, quaſi ex perſona Ciceronis
ita inquit,Gracchus legem tulerat,ut equites Romani iudicarent: iudicaue-
xl runt per annos xxx. ſine infamia: pòſt uictor Sylla legem tulerat,ut ſenato-
rius ordo iudicaret: & iudicauit per annos decem turpiter. nũc Aurel. Cotta

Source : BIU Cujas

A legem fert,ut ſenatores & equites Ro.ac tribuni ærarij ſimul iudicẽt. Et hoc eſt(inquit)quod Cicero dicit alium quoque ordinem ad iudicandum poſtulari. Cicero pro Milone orationem habuit ſequenti tempore. nam Diuinationem aliáſque in Verrem actiones ſcripſit,cum ædilitatem peteret. Milonem autem poſt conſulatum defendit. In ea oratione pro Milone Aſconius de M.Saufeio loquens,qui poſt iudiciũ Milonianum eadem lege Pompeiana accuſatus eſt.Eum(inquit)condemnauerunt ſenatores decem,abſoluerunt ſeptem:condemnauerunt equites Ro.nouem, abſoluerũt ſeptem:ſed ex Trib. ærariis undecim abſoluerunt, ſex condemnauerũt. Idem Aſconius
B in enarratione orationis in Piſonẽ,Legem(inquit)iudiciariam ante aliquot annos, quibus temporibus Verres accuſatus eſt à Cicerone, tulit Aurelius Cotta prætor:qua communicata ſunt iudicia ſenatui & equitibus Ro.& tribunis ærariis.Rurſus deinde Pompeius in conſulatu ſecundo, quo tempore oratio in Piſonem dicta eſt, promulgauit,ut ampliſſimo ex cenſu ex centuriis aliter quàm antea lecti iudices, æquè tamen ex illis tribus ordinibus res iudicarent.De hac lege Pompeia loquens Cicero in Piſonem ita inquit, Ecquid uides, ecquid ſentis,lege iudiciaria lata,quos poſthac iudices ſimus habituri? non æquè legetur quiſquis uoluerit:nec quiſquis noluerit; non lege-
C tur.Idem ad Quintum fratrem de Sexto Cælio,Senatorum eum urna copioſè abſoluit, equitum adæquauit, tribuni ærarij condemnauerunt.Ex quo loco patet trium ordinum ſingulas ac diſcretas urnas fuiſſe, in quas ſuffragia coniicerẽtur tabellaria.Vrna eſt κάλπη & ὑσπία,id eſt ſitella Latinè:In eam autem non tantùm ſuffragia iudicum,ſed & nomina coniiciebãtur, cum Prætor iudices ſortiretur.Rurſus Plinius libro 33.de iudicibus ita inquit, Sed annuli planè medium ordinem tertiúmq; plebi & patribus inſeruere: ac quod antea militares equi nomen dederant,hoc nunc pecuniæ iudices tribuunt. Nec pridem id factum.Diuo Auguſto decurias ordinante, maior pars iudi-
D cum in ferreo annulo fuit:iíque non equites, ſed iudices uocabantur. equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum publicorum. Iudicum quoque non niſi quatuor decuriæ fuere primò, uixque millia ſingula in decuriis inuenta ſunt,nondum prouinciis ad hoc munus admiſſis:ſeruatúmque eſt ad hodiernum diem,ne quis ex nouis ciuibus in iis iudicaret.Decuriæ quoque ipſæ diſcretæ pluribus nominibus fuere, tribunorum æris, & ſelectorum,& iudicum.Præter hos etiamnum nongenti uocabantur ex omnibus ſelecti ad * cuſtodienda ſuffragiorum ſcita in comitiis.Et diuiſus hic quoq; ordo erat ſuperba uſurpatione nominum, cum alius ſe nongentum, alius ſelectum,
E alius tribunum appellaret. Tyberij demum principatus anno nono in unitatem uenit equeſter ordo,annulorúmque auctoritati * fama conſtituta eſt. Plinius his uerbis pecunias iudices appellat propter quadringenta ſeſter. qui cenſus erat equeſtris.Propter quod ipſe in præfatione libri xiiij.queribundè ita inquit,Poſteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit, poſtquã ſenator cenſu legi cœptus,iudex fieri cẽſu:magiſtratum ducémque nil magis exornare quàm cenſus.Poſtquam cœpere orbitas in auctoritate ſumma

Lib.2. cpi.6.

Vrna iudicialis.

Cap.1.

Equites & iudices.

Selecti iudices.

Nongenti.

** cuſtodiẽdas ſuffragiorum ciſtas*

** forma*

Source : BIU Cujas

& potentia eſſe,captatio in quæſtu fertiliſſimo, ac ſola gaudia in poſſidẽdo: F
peſſum iere uitæ precia, omnéſque à maximo bono liberales dictæ artes,in
contrarium cecidere,ac ſeruitute ſola profici cœptum. Hactenus ille. Iudi-
cum igitur appellatione equites intelligebantur: licet ſcrupuloſa quadã dif-
ferentia equites & iudices & ſelecti diſcernerentur poſt illam Auguſti con-
Equites. decuriationem:equitéſque propriè dicerentur, qui equo publico merebant.
Poſtea equites omnes dici cœpti ſunt,quibus uti annulo aureo liceret:ut ſe-
Selecti iudices. natores dicebantur,qui latoclauo uterentur. De ſelectis iudicibus Seneca li-
Cap. 7. in fine. bro iij.de beneficiis,Vbi uerò id de quo ſola ſapientia decernit,in controuer-
ſiam incidit: non poteſt ad hoc ſumi iudex ex turba ſelectorum, quem cen- G
ſus in album & equeſtris hæreditas miſit.Cicero pro Aulo Cluentio, Deinde
Prætores tantum urbani,qui iurati debẽt optimum quẽque in ſelectos iudi-
ces referre,nunquam ſibi ad rem eam cenſoriam ignominiam impedimen-
Satyr. 4. to eſſe oportere duxerunt. Horatius in primo Sermonum,

- & ſiue iubebat
V t facerem quid:habes auctorem quo facias hoc,
V num ex iudicibus ſelectis obiiciebat.

Id eſt,ex equeſtri ordine. Cicero in Verrem act.4. Cæterarum rerum ſelecti
iudices ex ciuium Ro.conuẽtu proponi ſolent.id eſt equitibus qui illuc cõ- H
Verr. 5. ueniũt.Idem alibi,Hîc tu recuperatorem dabis illum ipſum, quem tu in co-
horte tua Caſſianum iudicem habebas,ſiqua res maior eſſet, Papyrium Po-
tumonem hominem ſeuerũ ex ueteri illa equeſtri diſciplina? quæ uerba per
ironiam dicta ſunt.Selecti iudices ſunt præcipui,ἔκκριτοι,uel ad uerbum ἀπό-
Selectæ ſententiæ. λεκτοι.Vnde ſelectę ſententiæ Ciceroni de Natura deorum κύριαι δόξαι.Inde dij
Lib. 1. Cap. 2. ſelecti & pręcipui diuo Auguſtino ex Varrone,libro ſexto & ſeptimo De ci-
uitate.De iudiciorum tranſlatione Plinius rurſus libro eodem xxxiij. Iudi-
cum autem(inquit)appellatione ſeparari eum ordinem primi omnium in-
ſtituêre Gracchi,diſcordi popularitate in contumeliam ſenatus.Mox ea de- I
bellata,auctoritas nominis uario ſeditionum euentu circa publicanos ſub-
ſtitit,& aliquãdiu tertiæ uires publicani fuere. M. Cicero demum ſtabiliuit
**profectum* equeſtre nomen in conſulatu ſuo,ei ſenatũ concilians,ex eo ſe ordine * pro-
uectum eſſe celebrans,& ei uires peculiari popularitate quærens.Ab eo tem-
pore planè hoc tertium corpus in rep.factum eſt,cœpítq; adiici ſenatui po-
pulóque Romano equeſter ordo. Qua de cauſa etiam nunc poſt populum
ſcribitur, quia nouiſſimè cœptus eſt adiici. Quod de publicanis dicit Pli-
nius,hoc Cicero pro Plãcio declarat his uerbis: Adiungam,ſi uis, id quod tu
etiam huic obeſſe putas, patrem publicanum. Qui ordo quanto adiumen- K
to ſit in honorem,quis neſcit? Flos enim equitum Romanorum, ornamen-
tum ciuitatis,firmamentum reip.publicanorum ordine cõtinetur.Ex iis ue-
rò quæ diximus de Senatu,non eſt id intelligendum & ſentiendum,quaſi ſe-
natus in curiam coactus uel controuerſias uel crimina iudicaret: ſed quòd
uiri Senatores in decurias diſtinctas diſtributi,iudicare cogerentur: uel uiri
equites in decurias etiam ipſi diſtributi,eo tempore quo iudicia ad eum or-

Source : BIU Cujas

A dinem tranſlata ſunt, iudicādi munere neceſſario fungerētur,ad ídque Prætoris imperio cogerētur:ita ut ſingulæ decuriæ iudicum uacationem iudicandi in orbem haberent Auguſti inſtituto. De cognitione autem ſenatus, & an reos iudicauerit,nos in ſuperiore editione copiosè diximus.Neque uerò uniuerſæ decuriæ ſigillatim ad iudicandum ſedebant: ſed ex ea decuria, cuius uices tum erant iudicandi, certus ac conſtitutus numerus aſſumebatur ſortibus ex urna ductis, cum res aliqua nata iudicium poſcebat: eáque erat Prætoris poteſtas, qui ob id iudex quæſtionis in criminalibus iudiciis uocabatur,ut in ſuperioribus explicatum eſt.Inde illud Satyrici, *Decuriæ iudicum.* *Iuuenal ſatyr.13.*

B - improba quanuis
G ratia fallacis Prætoris uicerit urnam.

Prætor enim ſummam poteſtatem iudiciorum habebat, præerátque iudicū ſortitioni reiectioníque,& rurſus ſubſortitioni in locum reiectorū: ipſe pro tribunali ſedens,cum interim iudices in ſubſelliis eſſent: ex quo factum eſt, ut ſubſellia pro foro Ro. accipiantur, in quo publica iudicia exercebantur, ut in ſuperiore editione dictum eſt. Martialis etiam pro iudicibus libro primo, Sextiliane bibis quantum ſubſellia quinque. Ab ea autem conſuetudine antiqua ſortiendi iudices, remanſit apud noſtros uocabulum iudi- *Prætor iudiciis præerat & iudicibus.* *Subſellia.* *In Sextilianum.*

C ciale. Iuriſdictionem enim reſortitum uocant, & reſortiri apud curiam dicunt,uel apud aliud forum, eos quibus conſtituta eſt diſceptatio in curia, uel alibi: hoc eſt qui huic aut illi iuriſdictioni attributi ſunt antiquitus. Numerus uerò plenus ac legitimus in iudiciis publicis quæſtionibúſque rerum capitalium exercēdis & iudicandis,quinque erant & ſeptuaginta uiri,ut ex Cicerone in Piſonem intelligendum datur,cum ita inquit, An ergo expectem dum de te quinque & ſeptuaginta tabellę diripiātur? de quo iam omnes mortales omnium generum,ætatum,ordinum,iudicauerunt. In cauſa tamen Miloniana, ut tradit Aſconius, Cn. Domitius, qui quæſtor, id eſt *Reſortiri.* *Numerus iudicantium.*

D quæſtionis iudex,ſuffragio populi creatus erat:legem quādam iudiciariam exercuit,qua lege cauebatur,ut priuſquam cauſa ageretur, teſtes per triduū audirentur:dicta eorū iudices cōſignarent quarta die adeſſe omnes in diem poſterum iuberentur, corámque accuſatore ac reo pilæ in quibus nomina iudicum inſcripta erant,æquarentur. Dein rurſus poſtera die ſortitio iudicū fieret unius & ſeptuaginta:qui numerus cum ſorte obtigiſſet,ij protinus ſeſſum irent:tum ad dicendum accuſator duas horas,reus tres haberet,eodémque illo die reus iudicaretur. prius autem quàm ſententiæ ferrentur, quinos ex ſingulis ordinibus accuſator, totidem reus reiiceret: ita ut numerus iudi-

E cum relinqueretur qui ſententias ferrent,unus & quinquaginta. Apud Græcos longè maior erat numerus, & interdum ſupra mille. Reiicere iudices eſt recuſare,ut nunc loquuntur. dicitur à Græcis ἐξαλίγειν δικαστὰς. Cicero in Ver. act.pri.Vt primum è prouincia rediit,redemptio eſt huius iudicij facta grādi pecunia:manſit in conditione atque pacto uſque ad eum finem,dum iudices reiecti ſunt.Poſteaquam reiectio iudicum facta eſt: quòd in ſortitione,iſtius ſpem fortuna populi Ro. & in reiiciendis iudicibus mea diligentia *Verr.2.*

Source : BIU Cujas

iſtorum impudentiã uicerat:renunciata eſt tota conductio. Idem Aſconius F
in Diuinationem,moris fuiſſe ſcribit,celebrata iudicum reiectione, haberi
Selecti iudices. in officio Prætoris,& in arca reponi nomina iudicum ſelectorum : reiectio-
De reiectione & ſubſortitione iudicum. némque ideo dictam,quia cum multi iudices à Prętore ad conſilium aduocandi eſſent,qui Quæſtor erat in publica aliqua cauſa, ut ambitus, repetundarum, maieſtatis: neceſſe erat eos primùm de curia conſcribi ſenatoria : eo ſcilicet tempore cum ſenatus iudicaret.Deinde in urnam ſortitò mitti, ut de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet. Tertiò permitti accuſatori ac reo,ut ex illo numero reiicerent quos putarent ſibi iniquos : aut aliqua ratione incommodos fore.Reiectione autem facta,in eorum locum qui reiecti fuerant,Prætor alios ſubſortiebatur,quoad numerus legitimus impleretur: quæ ſubſortitio dicebatur. Nam prima delectio ſortitio erat: hæc autem ſubſortitio. His peractis, iudices in leges iurabant, ut obſtricti religione iudicarent. cum iuraſſent omnes præter Prætorem,nomina eorum libellis (ut
* *conſignabãtur.* ſuprà dictum eſt) * continebantur,& ubique habebantur,ne pro ſelectis iudicibus(ut fit in multitudine)aliqui ſuppoſiti corruptíque iudicarẽt.Hactenus ille.Propterea in ſuperiore loco nõ pilæ,ſed libelli legendum puto apud eundem. Ipſe in Præturam urbanam, de Oppianico iudicio loquens,cuius
Sub finem. multa mentio apud Ciceronem pro Cluentio, Putauit (inquit) Verres eodẽ H
loco ſupponi potuiſſe iudices qui ſe corrupti abſoluerent, quemadmodum ſuppoſiti erant qui Oppianicum condemnarant. Nam Q. Curtius, ſodalis eius,iudex quæſtionis, ſubſortiebatur in locum reiectorum, quos iſte redemerat improbos iudices, quibus ad uænales ſententias proferendas ultimo die ſubiectis uteretur.Facilè autem pro ueris iudicibus improbi ſupponi poterant uolente hoc iudice quæſtionis, & illis patientibus qui ueri iudices erant:quia niſi citati non conſidebant, & graue onus erat & incommodum iudicare.Ex antè dictis intelligi clarius uerba Ciceronis illa poſſunt ad Atti-
Epiſtola 11. cum libro primo de iudicio Clodiano, Nam ut reiectio facta eſt clamori- I
bus maximis,cum accuſator tanquam cenſor bonus homines nequiſſimos reiiceret,reus tanquam clemens laniſta frugaliſſimum quẽque ſecerneret: ut primum iudices conſederunt,ualde diffidere boni cœperunt.Non enim unquam turpior in ludo talario cõſeſſus fuit.Maculoſi ſenatores, nudi equites, tribuni non tam ærarij,quàm,ut appellantur,ærati : pauci tamẽ boni inerãt, quos reiectione fugare ille non potuerat. Aeratos appellat uel obæratos, uel nummatos,& corruptione locupletatos.Et inferius,Ita ſummo diſceſſu bonorum,pleno foro ſeruorum,X X V iudices ita fortes tum fuerũt, ut ſummo propoſito periculo uel perire maluerint, quàm perdere omnia.X X X I K
fuerunt.quos fames magis quàm fama commouerit.Secundum hæc uerba,
Li.3.epi.20. iudices ſex & quinquaginta fuerunt. Ipſe ad Q.fratrem de iudicio Gabiniano loquens,ſeptuaginta iudices fuiſſe dicit: à duobus & uiginti damnatum Gabinium,ab aliis in gratiam Pompeij abſolutum.Plinius Iunior ad Vrſum
Lib.4. epi 9. ſcribens,quem ipſe in ſenatu defendit repetundarum reum: Actionem(inquit)meam,ut prælia ſolet, nox diremit.Egeram horis tribus & dimidia: ſu-

Source : BIU Cujas

A pererat ſeſquihora. Nam cum ex lege accuſator ſex horas, nouem reus accepiſſet: ita diuiſerat tempora reus inter me, & eum qui dicturus pòſt erat, ut ego quinque horis, ille reliquis uteretur. Idem inferius, Succeſſit mihi Lucerius Albinus tam apte, ut orationes noſtræ uarietatem duarum, contextum unius habuiſſe credantur. Reſpondit Herennius Pollio inſtanter & grauiter: deinde Theophanes rurſus dixit in noctem, atque etiam illatis lucernis. Poſtero die egerunt pro Baſſo Titius Homulus & Fronto mirificè. quartum diem probationes occupauerunt. Ex quibus uerbis facile eſt colligere, pluribus actionibus & accuſatores & reos uti ſolitos eſſe, quas replicationes ho-

B die duplicationéſq; uocát: nec pluribus modò actionibus, ſed pluribus quoque aduocatis & oratoribus. Idem Plinius, Cenſuit Bebius Macer Cõſul de- *Ibidem.* ſignatus, lege repetundarum Baſſum teneri: Cœpio ſalua dignitate iudices dandos. uterque rectè. Quî fieri poteſt, inquis, cum tam diuerſa cenſuerint? quia ſcilicet & Macro legem intuẽti, conſentaneum fuit damnare eum, qui contra legem munera acceperat: & Cœpio cum putaret licere ſenatui, ſicut licet, & mitigare leges, & intendere: non ſine ratione ueniam dedit facto, uetito quidem, non tamen inuſitato. Prævaluit ſententia Cœpionis. His uerbis intelligo ſenatum noluiſſe damnare reum lege repetundarũ (nondum enim

C iudicia publica extra ordinem exercebantur) ſed iudices dediſſe, qui reum non ex formula legis repetundarum iudicarent, ſed extra ordinem pro arbitrio in eum animaduerterent. Aſconius in eandem Præturam enarrans illa uerba, Vt cum horis noſtris nos eſſemus uſi, tu binis ludis interpoſitis quadrageſimo pòſt die reſponderes. Suas horas ait X X dies Ciceronem intelle- *Legitimi dies* xiſſe, qui accuſatori legitimi erant ad accuſandum, & totidem defenſori ad reſpondendum. Græci etiam non libera ſpatia ad agendum oratoribus, ſed ad aquæ ſtillicidium dabant, clepſydras appellantes: ut nunc horarum ſpatia nõ horoſcopis tantum, ſed etiam uaſculis arenariis diſtinguimus in me-

D dio ſtrigoſis ac pertuſis: in quibus arena ad pollinariam exilitatem ſuccreta, uaſculi conuerſionibus ultro citróque commeando, horas metitur. Cicero libro tertio de Oratore, de Pericle loquens, Ad hunc non clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat: ſed, ut accepimus, Clazomenius ille Anaxagoras, uir ſummus in maximarum rerum ſcientia. Idem Plinius de accuſatio- *Lib. 2. epi. 11.* ne Priſci & Martiani in ſenatu loquens, Dixi horis penè quinque: nam clepſydris, quas ſpatioſiſſimas acceperam, ſunt additæ quatuor. Reſpondit mihi pro Martiano Cl. Marcellinus. Miſſus deinde ſenatus, & reuocatus in poſterum. neque enim inchoari poterat actio, niſi ut noctis interuentu ſcinde-

E retur. Et inferius, Itáque in tertium diem probationes exierunt. Iam hoc ipſum pulchrum & antiquum: ſenatum nocte dimitti, triduo uocari, triduo *Iudicium in ſenatu factũ.* contineri. deinde ſubdit decretum ſenatus. Ex quo loco liquet reum peractũ damnatúmque Priſcum: de quo antè dixerat exceſſiſſe eum immanitate & ſæuitia crimina quibus dari iudices poſſent, cum ipſe ob homines innocentes damnandos interficiendóſque pecunias accepiſſet: eámque cauſam fuiſſe, quamobrem ſenatus ultra repetundarum legem quæſtionem de eo ha-

Source : BIU Cujas

buiſſet: qui ſenatus ut legum pœnas remittere, ſic etiam poterat intendere. F

Ad clepſydrã orare. Atque ita Romani Græcorum more ad clepſydram orabant. Qui mos (ut opinor) inualuit Ciceronis ætate: quanquam in cauſa Rabirij in ſemihoræ *Pro Rabir. Perduel. reo.* * circulum ab Labieno accuſatore coactum ſe eſſe Cicero ipſe conqueritur. ** curriculum* Neque uerò ſemper ad clepſydram dicere iubebantur, ſed ſæpe liberæ actiones erant: ut ex Plinio oſtenditur libro ſexto epiſtol. Iam illa periucunda unà *Epiſtola 2. Interdum libera dicendi tempora dabantur.* dicentibus, quòd Regulus libera tempora petebat, quòd adituros corrogabat. Quid denique iucundius, quàm ſub alterius inuidia, quãdiu uelis, & in alieno auditorio quaſi deprehenſum commodè dicere? His enim uerbis ſignificat eum qui libera dicendi ſpatia petebat, itidem aduerſario concedere: G ita ut is qui reſpondebat, poſſet uel longiorem uel breuiorem orationem habere citra inuidiæ aut pudoris periculum, cum ex tempore reſpondere uideretur, palámque ea corona quam ipſe Regulus inuitauerat. Et rurſus, Nam *Plures clepſydræ dabãtur actoribus cauſarum.* poſtquam obiit Regulus, illa increbruit paſſim & inualuit cõſuetudo, binas uel ſingulas clepſydras, interdum & dimidias, dandi & petendi. nam qui dicunt, egiſſe malunt quàm agere: & qui audiunt, finiri quàm iudicare. Et rurſus, An nos ſapiẽtiores maioribus noſtris? nos legibus ipſis iuſtiores? quæ tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur. nos paucioribus clepſy- ** quàm* dris præcipitamus cauſas, * quæ diebus explicari ſolebant. Quanta autẽ cle- H pſydræ menſura fuerit, mihi non conſtat. Et illud ipſius Plinij de xij. clepſydris, uariè in exemplaribus legitur: nec horæ illæ (ut opinor) æquinoctiales fuerunt, quales nunc obſeruamus, ſed temporales erant atque uulgares. hoc Græci πὲς ὕδωρ μεμετρημένον λέγειν dicunt. unde illud Demoſthenicum: ἀνασὰς ἐπ' ἐμῷ ὕδατι ἀπάτω, dicat (inquit) uel ad clepſydram meam. Apparitor autẽ qui aquam infundebat, & huic miniſterio præfectus erat, ἐφύδωρ appellabatur, & prouerbium inde natum, ὑπὲρ τὸ ὕδωρ ἐκχωρεῖν ἀπεῖν. Supra clepſydram dice- *Aquam perdere. Cap. 3.* re, & præter aquam: & aquam perdere apud Quintilianum in xj. aliáque nõ pauca. Ad iudiciorum etiam Romanorum morem intelligẽdum, unde co- I pia magna latinarum locutionum exiſtit, ea quoque pertinent, quæ nos pridem de ampliatione & comperendinatione diximus, aliiſque forẽſibus uocabulis: quæ hîc repetenda nequaquam aut perſtringenda duximus. De centumuiralibus etiam cauſis confeſſuque centumuirali ſatis explicatum eſt, quem idem Prætor in quatuor haſtas cogebat. Dictũ uerò Iuriſconſulti hoc *Iudicãdi neceſsitas inter munera perſonalia habebatur.* in loco de decuriis iudicum intelligẽdum cenſeo: hoc ſenſu, ut equites Ro. uel ſenatores aliique in decurias diſtributi, quorum ſcilicet nomina in albo decuriarum ſcripta, ad ærariúmque delata erant: parêre Prætori cõſilium cogenti ad iudicium publicum exercendum aſtringerentur. Inde illud Plinia- K *Epiſt. penult.* num libro quarto epiſt. Eia tu (inquit) cum proximè res agẽtur, quoquo modo ad iudicandum ueni. nihil eſt quòd in dextram aurem fiducia mei dormias: non impune ceſſatur. Ecce Licinius Nepos Prætor acer & fortis, mulctam etiam dixit ſenatori. egit ille in ſenatu cauſam ſuam: egit autem ſic, ut deprecaretur. remiſſa eſt mulcta: ſed timuit, ſed rogauit, ſed opus uenia fuit. Dices, Non omnes Prætores tam feueri? Falleris: nam uel inſtituere uel redu-

Source : BIU Cujas

A cere huiuſmodi exemplum,nõ niſi ſeueri poſſunt: inſtitutum reductúmue exercere,uel leniſſimi poſſunt.Idem ad Traianum,Cum citarem iudices do- *Lib.10.epiſt. 59.*
mine,conuentum inchoaturus, Flauius Archippus uacationem petere cœ-
pit ut philoſophus. Fuerunt qui dicerent non liberandum eum iudicandi
neceſſitate,ſed omnino tollendũ de iudicum numero.Hæc Plinius ad Tra-
ianum ſcripſit cum eſſet in Aſia.Cicero in quinta Philip.legem iudiciariam
ab Antonio latam irridens,tertiámque iudicum decuriam ex aleatoribus &
Græcis exulibus conſcriptam:Sunt item(inquit)lecti iudices,qui fortaſſe ex-
cuſabuntur.habent enim legitimam excuſationem: exilij cauſa ſolum uer-
B tiſſe,nec eſſe poſtea reſtitutos. Qui autem iudex de controuerſia aliqua co-
gnouiſſet,is ſententiam ferre cogebatur, niſi iuraret de cauſa ſibi non lique-
re.cuius rei exemplũ eſt apud Gellium lib.14. quod nos alibi adnotauimus, *Cap.2.*
cum de die diffundendo ſcriberemus. Eodem etiam pertinet id quod Cice-
ro in oratione pro Rabirio dixit, equeſtrem ordinem illo capite legis repe- *Pro Rabir. poſthu.*
tundarum non teneri,ſi quis ob rem iudicandam pecuniam accepiſſet: ſed
ſenatores tantum teneri.eámque eius differentiæ cauſam eſſe affirmat, quòd
poſt iudicia ab Senatu ad equites trãſlata,ſenatores iudicãdi neceſſitate non
obſtringerentur, equites aſtringerentur. cuius orationis locum tranſcribere
C quoniam longum eſſet:duos tantùm uerſus citabimus: Tu tamen es iudex,
ut ego ſenator,ita eſt:ſed tu iſtud petiſti,ego hoc cogor. quare aut iudici mi
hi non eſſe liceat, aut legem lege ſenatoria non timere. Apud Athenienſes
etiam hoc munus iudicandi neceſſarium fuiſſe ut militandi, ex Demoſthe-
ne intelligimus in tertio Olynthiacôn, ὅλως δ' ἔστ' ἀφελὼν ὅτι πεισθεὶς τοῖν μικρῶν,
τὴν ἀταξίαν ἀνελὼν, εἰς τάξιν ἄγαγον τὴν πόλιν τὴν αὑτῆς, τοῦ λαβεῖν, τοῦ στρατεύεσθαι, τοῦ δικάζειν, τοῦ
ποιεῖν τοῦθ' ὅ, τι καθ' ἡλικίαν ἕκαστος ἔχει. Ad ſummam nec addens nec demens præter
pauca,immunitatis tantum licentia ſublata, in eundem ordinem ciuitatem
redegi: æqua ut conditione capiant, militent,iudicent: id denique faciant,
D quod quiſque per ætatem facere poteſt. Iudicantes autem iudicandi merce-
dem τὸ δικαστικὸν accipiebant,hoc eſt ſportulas iudiciales, quod Ariſtophanes *Sportulæ iudiciales.*
τριώβολον appellat. Sícque in prouinciis factitabatur, quæ Romano imperio
regebantur, ut ex ea epiſtola Plinij ad Traianum oſtenditur: omniáque ad
iudicia publica priuatáq; pertinentia,in prouinciis ad Romanę urbis exem-
plum ordinata ſunt tandem,ut ex Cornelio Tacito nouimus: qui lib.12.ita *Non ita procul à fine.*
ſcribit,de Claudio principe loquens, Eodem anno ſæpius audita uox Prin-
cipis,parem uim rerum habendam à procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi
ipſe ſtatuiſſet.Ac ne fortuito prolapſus uideretur, ſenatus quoque conſulto
E cautum plenius quàm antea & uberius. Nam diuus Auguſtus apud eque-
ſtres,qui Aegypto præſiderent, lege agi, decretáque eorum perinde haberi
iuſſerat,ac ſi Romani magiſtratus conſtituiſſent. Mox alias per prouincias,
& in Vrbe pleraque conceſſa ſunt,quæ olim à Prætoribus noſcebãtur. Clau-
dius omne ius tradidit,de quo toties ſeditione aut armis certatũ, cum Sem-
proniis rogationibus equeſter ordo in poſſeſſione iudiciorum locaretur,aut
rurſum Seruiliæ leges ſenatui iudicia redderent,Mariúſque & Sylla olim de

Source : BIU Cujas

eo uel præcipuè bellarent. Per Sempronias rogationes, leges Gracchi significat: de quibus antè diximus. Non est autem intelligendum quòd omnes qui equites erant Roma. iudicarent: sed ij demum qui ex equestri ordine condecuriabantur. nam quatuor decuriis iudicum quintam Caius princeps addidit. Quum uerò etiam tum grauatè equites iudicarent, sextámque adiici decuriam à Galba precarentur: non modò Galba negauit, sed etiam concessum à Claudio beneficium, ne hyeme initióque anni ad iudicandum euocarentur, eripuit. Propterea sub Augusto, cum decuriæ uix essent millenariȩ, per paucitatem equitum Ro. equester ordo sub Tyberio ius annulorum aureorum obtinuit, constituto censu quadringentorum millium: de quo in libro de Asse diximus. Vnde factum est, ut in eum ordinem certatim trãsiretur: & (ut Plinij uerbis utamur) gregatim id insigne appeti cœptum. Propter quod Caius princeps quintam decuriam adiecit: tantúmque natum est fastus, ut quæ sub diuo Augusto impleri non potuerant decuriæ, non caperẽt postea eum ordinem. Cæterum animaduertendi in facinorosos ea erat ratio, ut primum ad triumuiros capitales crimina deferrentur: hi ut ad Prætorem delata referrent: Prætor iudicium consessumque cogeret, iudicésque in consilium mitteret: Triumuiri capitales rursus decretum consilij exequerentur. Valerius lib. 5. Tam admirabilis spectaculi nouitas ab ipso custode ad triũuirum, à triumuiro ad Prætorem, à Prætore ad consilium iudicum perlata. Idem alibi, Sanguinis ingenui mulierem Prætor apud tribunal suum capitali crimine damnatam, triumuiro in carcere necandam tradidit. Alibi, Vt suspectus (inquit) in parricidio, & ob id latens, per triumuirum conquireretur. Liuius, Triumuiris capitalibus mandatũ, ut uigilias disponerent per urbem. Cicero pro Cluentio, Liberti Asinij in Aiulium inuadunt, & hominem ante pedes Quinti Manilij, qui tum erat triumuir, constituunt. Atque ille continuò nullo teste, nullo indice, recentis maleficij conscientia perterritus, omnia ut paulò antè dicta sunt, exponit: Asiniúmque à se interfectum fatetur. Pomponius in cap. altero De origine iuris, ait eos fuisse constitutos qui carceris custodiam haberent: ut cum animaduerti in aliquem oporteret, interuentu eorum fieret. His similes erant Athenis undecim numero uiri, quos νομοφύλακας uocabant: alij ipsi νομοφύλακες ab iis de quibus in priore editione disseruimus. quorum undecimuirorum Aristoteles in sexto Politicôn meminit, ut custodiis præfectorum: similéque erat Romæ triumuiris permitti, ut Athenis undecimuiris. Xenophon in pri. τῶν ἑλληνικῶν, αἳ δὲ δόξωσιν ἀδικεῖν, θανάτῳ ζημιῶσαι, καὶ τοῖς ἕνδεκα παραδοῦναι. Et apud Demosthenem κατὰ τιμοκράτους. Eò autem temporis lapsu usus processit, ut prouinciarum præsides, quos ἐπάρχους Græci uocant, iudices appellati sint. Lampridius in Alexandro, Iudices cum promoueret, exemplo ueterum, ut & Cicero docet, argento & necessariis instruebat: ita ut præsides prouinciarum acciperent argenti pondo uicena, phialas senas, mulos equósque binos, uestes forenses binas, domesticas singulas, aureos centenos, coquos singulos. Sic accipitur iudex in. l. Quisquis, Si certum petatur, Codi. & in titulo De cursu publico, & aliis quibus-

Quinque iudicũ decuriæ.

Lib. 33. ca. 2.

Ratio animaduertendi olim in flagitiosos homines.

Triumuiri capitales.

Cap. 4. De amore filiæ erga matrẽ.

Ibidem.

Deca. 4. li. 9.

Vndecimuiri Athenis.

Iudices.

Ex titulo, De muneribus & honoribus.

dam

A dam in locis. Erant etiam dies certi iudiciales, id eſt χρήσιμοι: quorum memi- *Dies iudiciales.*
nit Capitolinus in M. Philoſopho his uerbis, Faſtis dies iudiciarios addidit,
ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis litibúſque diſceptandis
conſtitueret. Deos autem iudiciorum præſides Caſtorem & Pollucem anti- *Dij iudiciorũ præſides. Verr. 7.*
qui in foro conſtituebant. Quare Cicero in fine Verrinarum deos inuocãs,
Vóſque (inquit) omnium rerum forenſium, conſiliorum maximorum, legũ
iudiciorúmque arbitri & teſtes, celeberrimo in loco prætorij locati, Pollux
& Caſtor: cæteros item deos deásque omnes imploro atque obteſtor. & re- *Sententiæ interdũ palam*
liqua. Ex ipſo autem in oratione pro Cluentio, coniicimus ſententias inter- *ferebantur.*
B dum à iudicibus palàm ferri ſolitas eſſe, ut hodie fit, duntaxat ſi uel actor uel
reus hoc poſtulaſſet. quorum iudicum ut nomen primum cuiuſque ex ur-
na exierat, ita is primus ſententiam rogabatur. Conſurgunt (inquit ille) iu-
dices in conſilium: cum ſentẽtias Oppianicus (quæ tum erat poteſtas) palàm
ferri uelle dixiſſet, ut Stalenus ſcire poſſet, quid cuique deberetur. Varia iu-
dicum genera: nummarij pauci, ſed omnes irati. Vt enim qui accipere in
campo conſueuerunt, iis candidatis, quorum nummos ſuppreſſos eſſe pu-
tant, inimiciſſimi eſſe ſolent: ſic eiuſmodi iudices infeſti tum reo uenerant:
cæteri nocentiſſimum eſſe arbitrabantur: ſed * expectabant ſentẽtias eorum *ſpectabant*
C quos corruptos putabant, ut ex iis conſtituerẽt à quo iudicium corruptum
uideretur. Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, ut in primis Bulbo & Staleno & Gut-
tæ eſſet iudicãdum. Summa omnium expectatio, quidnam ſententiæ ferrent
leues ac nummarij iudices: atque illi omnes ſine ulla dubitatione condem-
nant. Hactenus Cicero. Cuius uerba ut intelligantur, ſcire oportet Oppiani-
cum fuiſſe reum: Stalenum autem unum ex iudicibus fuiſſe, qui iudices ipſe
aut magnam eorum partem corrumpendos redemerat. Sequitur in eodem
loco Ciceronis, Hîc tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus, & quædam du-
bitatio, quidnam eſſet actum. deinde homines ſapientes ex uetere illa iudi-
D ciorum diſciplina, qui neque abſoluere hominem nocentiſſimum poſſent,
neque eum de quo eſſet orta ſuſpicio pecunia oppugnatum, re illa incogni-
ta primò condemnare uellent, non liquere dixerunt. Ex quo loco id oſten- *Non liquere de cauſa interdum dicebant.*
ditur, quod alibi diximus, eos qui condemnare nollent, hoc modo defungi
poſſe iudicandi neceſſitate. Quòd uerò plerunque tabellæ clàm coniicerentur, ex eadem oratione patet: Itum eſt (inquit) in cõſilium: omnibus ſenten-
tiis præter unam, quam ſuam Stalenus eſſe dicebat. Scamander prima actio-
ne condemnatus eſt. Illud uerò memorabile, quòd in ſententiis ferendis non
reum crimen admiſiſſe pronunciabant, ſed admiſiſſe uideri. Id quod à Cice- *Videri crimen admißũ pronunciabant, quaſi coniectura utẽtes.*
E rone ſignificatur in Verrem actione ſexta, quo in loco Verri obiicit, quòd
fugitiuos bellum molientes in Italia comprehenſos, de conſiliíque ſenten-
tia damnatos. ipſe pòſt pœnæ exemerit: O præclarum (inquit) Imperatorem, *Verr. 7.*
comprehendi iuſſit: quis non pertimeſcat? cauſam dicere dominos, quid ſer
uis tam formidoloſum? feciſſe uideri pronũciauit: ortam uidetur flammam
paucorum dolore ac morte reſtinxiſſe. Quid deinde ſequitur? uerbera atq;
ignes: & ad metum cęterorũ, cruciatus & crux. hiſce omnibus ſuppliciis ſunt

Source : BIU Cujas

Cap.13. liberati.Sic Plinius lib.14.Cn. Domitius iudex pronunciauit mulierem ui- F
deri plus uini bibiſſe quàm ualetudinis cauſa,uiro inſciente:ac dote mulcta-
*Martianus uit.Cuius rei exemplum eſt in cap.pri.ſuprà Ad Turpil.Quęri(inquit * Mar-
cellus)poſſit:ſi ita fuerit interlocutus,Lucius Titius temere uidetur accuſaſ-
ſe:an calumniatorem pronunciaſſe uideatur. Idque non in iudicando mo-
dò priſci,ſed teſtificando etiam obſeruabant.Cuius inſtituti originē ex Aca-
demicorum opinione emanaſſe, Cicero docere uidetur circa finem Acade-
micarum quæſtionum.de Academicis enim loquens, qui ſcientiam ex cata-
Lib.4. lepſi ortam,è rebus humanis tollebant,ita inquit, Quam rationem, maiorū
etiam comprobat diligentia: qui primùm iurare ex ſui animi ſentētia quē- G
que uoluerunt:deinde teneri,ſi ſciens falleret, quòd inſcientia multa uerſa-
retur in uita.Tum qui teſtimonium diceret,ut arbitrari ſe diceret etiā quod
ipſe uidiſſet: quæque iurati iudices cognouiſſent, ea non ut eſſe facta,ſed ut
uideri,pronunciarent. Ex eo more eſt illud Vlpiani tract. De iure fiſci, Cum
In l. Cū qui- quidam capitis reus emancipaſſet filium,ut hæreditatem adiret: reſcriptum
dam. eſt,non uideri in fraudem fiſci factum,quod acquiſitū non eſt. De teſtimo-
nij dicendi more exemplum eſt in oratione Ciceronis pro Cecinna:Iſte ue-
ſter teſtis auſus eſt dicere,feciſſe uideri eum,de quo ne cuius rei quidem ar-
gueretur,ſcire potuiſſet.Poſtremò quod de decuriis iudicum,déque iudicā- H
di neceſſitate dictum eſt, ita intelligendum arbitror,ut tam rerum priuatarū
In Auguſto cap.32. iudices in decuriis quàm publicarum eſſent.Etenim Tranquillus in loco ſu-
perius citato,Ad tres iudicum decurias (inquit) quartam addidit,quæ duce-
nariorum uocaretur,iudicarétque de leuioribus ſummis.quam appellationē
non à cauſarum æſtimatione,ſed à cēſu potius ortam eſſe opinor: ut fuerint
Ducenarij iu dices. ducenarij iudices,qui dimidium cenſus equeſtris poſſidebant:licet procura-
Lib.1. epi. 4. tor ducenarius apud Cyprianum de Martiale aliter accipi uideatur. Gellius
Cap.2. etiam cauſarum priuatarum meminit his uerbis libro decimoquarto,Quo
*iudicem primùm tempore à Prætoribus lectus in * iudices ſum,ut iudicia quę appel- I
lantur priuata,ſuſciperē:libros utriuſque linguæ de officio iudicis ſcriptos
Cap.14. conquiſiui.Et rurſus Tranquillus in Claudio, Iis qui apud priuatos iudices
plus petendo formula excidiſſent,reſtituit actiones. His addēdum exiſtima-
ui,quod haud ſcio an perpaucis animaduerſum ſit, nos autē antea ſtrictim
In iure. adnotauimus, quòd cum in iure dicūt oratores, apud Prætorem intelligere
debemus:ut apud Ciceronem lib.pri.de Oratore,Nam uolitare in foro,hæ-
rere in iure ac Prætorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerū obi-
re,in quibus ſæpe non de facto, ſed de iure certetur: iactare ſe in cauſis cen-
tumuiralibus: inſignis eſt impudentiæ. Vnde locus ille Ciceronis in ſecun- K
De Inuentio- do Rhetoricorum clarioris erit intellectus. de tranſlationibus enim loquēs,
ne.lib.2. quas Iuriſconſulti exceptiones & præſcriptiones uocant,ita inquit,Atque in
noſtra quidem conſuetudine multis de cauſis fit, ut rarius incidant tranſla-
tiones.nam & Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones, & ita
ius ciuile habemus conſtitutum,ut cauſa cadat is,qui non quemadmodum
oportet, egerit. Quare in iure plerunque uerſantur. ibi enim & exceptiones

Source : BIU Cujas

A poſtulantur,& certo quodam modo agendi poteſtas datur: & omnis conceptio priuatorum iudiciorum cõſtituitur. Quæ autem in ipſis iudiciis rarius incidunt,eiuſmodi ſunt,ut per ſe minus firmitudinis habeant. Quibus uerbis ſignificat conſtitutionem cauſæ tranſlatiuam (quam finem tum declinatorium,tum non procedendi hodie pragmatici iudicéſque uocitant)rarò in iudiciis Romanis incidere & agitari ſolitam: propterea quòd & petitiones & exceptiones à Prætore ante iudicia ipſa conſtituebantur, & quodam uelut præſcripto formulam ſuam accipiebant:unde fiebat,ut ſicut agẽdi formulam actor,ita præſcribendi & excipiendi defenſor apud tribunal impe- *In iudicio.*

B trandam haberet:ſi quidem eiuſmodi eſſet cauſa nata,quæ exceptionem admitteret. Iudiciorum autem appellatione recuperatoriam iuriſdictionem Cicero intelligi uoluit. Prætor enim poſt conſtitutum iudicium recuperatores dabat:quibus iuriſdictionem mandabat priuatarum cauſarum,qui delegati iudices poſtea appellari cœpti ſunt à recentioribus. delegatæ enim iuriſdictionis uocabulo Papinianus uſus eſt in tractatu De officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. Recuperatorij iudicij exemplum eſt apud Ciceronem in oratione pro Cecinna, quam orationẽ ipſe apud recuperatores perorauit: ſponſione facta in interdicto Vnde ui. Recuperator tamen à iudice *Recuperatores.* *Recuperatoria iudicia.*

C diſtinguitur propriè loqui uolentibus. Idem Cic. in eadem. Non enim reperies quẽquam iudicem, aut recuperatorem,qui tanquam ſi arma militis inſpiciẽda ſint,ita probet armatum:ſed perinde ualebit quaſi armatiſſimi fuerint,ſi reperientur ita parati fuiſſe,ut uim uitæ aut corpori potuerint afferre. Si autem & Ni particulis Prætores utebantur in conceptionibus iudicij recuperatorij,ut apud Ciceronem in Frumenta. Iudicium erat:Si pateret iugera eiuſmodi fundi eſſe plura, quàm colonus eſſet profeſſus,tum Xenon damnaretur. Xenon recuperatores de cohorte latronum ſibi parari uidebat:tamen iudicium accepturum ſe eſſe dicebat. Et in Diuinatione. Vocari ad ſe *Verr. 5.*

D Agonidem iubet:iudicium dat ſtatim,ſi pateret eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe. iudicant recuperatores id quod neceſſe erat: neque enim erat dubium cuiquam quin illa dixiſſet. Iſte in poſſeſſionem bonorũ mulieris mittit:ipſam Veneri in ſeruitutem adiudicat. Ex quibus uerbis ſatis liquet quo modo Prætores & quatenus iuriſdictionem mandare ſoliti ſint. Et pro Cecinna, At hoc quidem iam uetus eſt,& maiorum exemplo uſitatum,cum ad uim faciendam ueniretur,ſi quos armatos quãuis procul conſpexiſſent,ut ſtatim teſtificati diſcederent:optimè ſponſionem facere poſſent, ni aduerſus edictũ Prætoris uis facta eſſet. Conſtitutionis uerò Prætoriæ, quod quidem ad for-

E mulas actionum & interdictorum pertinet,multa ſunt in libris Pandectarũ ueſtigia:ut in tractatu, Vti poſſidetis. De cloacis hoc interdictum nõ dabo: neque pluris quàm quanti ea res erit,intra annum quo primum experiundi poteſtas fuerit,agere permittam. De exceptionibus conſtituendis eſt locus in ſecundo Rhetoric. Agit is cui manus præciſa eſt, iniuriarum: poſtulat is quicum agitur,à Prætore exceptionem,extra quam ſi in reum capitis prę iudicium fiat:hic is qui agit,iudicium purum poſtulat: is quicum agitur, ex- *Lib. 1.* *De exceptionibus.* *De Inuentione lib. 2.*

Source : BIU Cujas

ceptionem addi ait oportere. Quæstio est, excipiendum sit, an non. ratio, nõ F
enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficij, de quo inter sicarios
quæritur, præiudicium fieri. Hactenus ille. Recuperatoribus similes erant a-
pud Græcos qui διαιτηταὶ uocabantur: non αἱρετοί, sed κληρωτοί. hodie huiusce-
modi iudiciorum constitutiones principalibus rescriptis fiunt, à nostróque
collegio postulantur, duntaxat nisi cancellarius adsit, cuius earum rerũ sum-
ma est cognitio. Iudicia igitur Cicero in loco superius prolato priuata & re-
cuperatoria intelligi uoluit: ut in primo de Oratore, Alterũ est, quòd remo-
to foro, concione, iudiciis, senatu, statuisti oratorem in omni genere sermo-
nis & humanitatis esse perfectũ. hoc loco iudicia publica intelligimus. pro G
Forum. quo paulò superius subsellia dixerat: Ne semper forum, subsellia, rostra, cu-
riámque meditere. Forum hîc priuata iudicia intelligo: ac si dixisset iudicia
Li. 2. epi. 14. priuata publicáque, conciones & sentẽtias in senatu dicendas. Plinius in epi-
stolis, Vt mihi Attilius noster expressè dixisse uideatur, sic in foro pueros à
centumuiralibus causis auspicari, ut ab Homero in scholis. Fori tamen ap-
Subsellia. pellatione, interdum subsellia intelliguntur: hoc est iudicia publica quæ in
Cap. 5. foro Romano exercebantur sub diuo, ut uidetur ex Fabio lib. 10. his uerbis,
Quod accidisse Porcio Latroni traditur, ut cum ei summam in scholis opi-
nionem obtinenti, causa in foro esset oranda, impensè petierit, uti subsellia H
in Basilicam transferrentur: ita illi cœlum nouũ fuit, ut omnis eius eloquẽ-
tia contineri tecto ac parietibus uideretur. Sic apud Athenienses ἡλιαία uo-
cabatur μέγιστον δικαστήριον, ex eo quòd subdialis esset consessus, διὰ τὸ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ
Iudicũ merces. καθέζεσθαι τοὺς δικαστάς. Iudicum autem merces erat τριώβολον siue ἡμίδραχμον, duo
sestertij Romani, quæ pecunia è publico dabatur. Aristophanes ἱππεῦσιν, ὦ γέ-
ροντες ἡλιασταὶ φράτορες τριωβόλου, οὓς ἐγὼ βόσκω κεκραγών. & plenius ἐν σφηξίν, Summa e-
nim uectigalium & tributorum collecta ad duo millia talentorum, ita sub-
dit, ἀπὸ τούτων νῦν μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς ἓξ χιλιάσιν: & sex millibus centum &
quinquaginta talenta attribuit. Vt autem τὸ δικαστικὸν dabatur τοῖς ἡλιασταῖς, & iu- I
dicantibus τὸ τριώβολον: sic τὸ συνηγορικὸν patronis & causidicis ἡ δραχμὴ stipendiũ
diurnum, qui decem erãt sorte lecti, & erat annuus magistratus. Aristopha-
nes ἐν σφηξίν de iudicibus loquens, ὡς ὅστις ἂν ὑμῶν ὕστερος ἔλθῃ τοῦ σημείου, τὸ τριώβολον οὐ
κομιεῖται, αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν δραχμὴν, κἂν ὕστερος ἔλθῃ. His addam, quòd ut Ro-
mæ Prætor iudiciis centumuiralibus & publicis præerat: sic Athenis Thes-
Thesmothetæ. mothetæ τοῖς ἡλιασταῖς, quod magnum erat δικαστήριον, & iudices è sua quisq; tri-
bu sortiebantur, & ita in eos imperium habebant, ut etiam eiicere è conses-
su possent, si ad horam non adfuissent. Aristophanes, κἂν ἔγρη μεσημβρινὸς, οὐδεὶς σ'
ἀπὸ κλήσει θεσμοθέτης τῇ κιγκλίδι. Idem alibi, εἴ τις θύραισιν ἡλιαστὴς εἰσίτω. ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν K
οὐκ εἰσφρήσομεν. Morem autem Atheniensium in exercẽdis iudiciis publicis Ci-
cero in primo de Orat. refert, de damnatione Socratis loquens, quod quidem
ad sententiam ferendam in reos iam conuictos pertinet. Moris enim fuisse,
ut reus ipse rogaretur, quam pœnæ æstimationem meruisse se confiteretur,
nisi res planè capitalis esset, cuius quæstio exerceretur.

Sequitur in eodem cap. Mastigophori quoque, qui anothetas in certami-

Ex titulo, De muneribus & honoribus. nibus

A nibus comitantur.) Legendum Agonothetas. Sunt autem ἀγωνοθέται οἱ τῶν ἀγώνων δὲ διατιθέμενοι, ut inquit Eustathius, certaminum præsides atque moderatores. Spartianus in Hadri. Multa in Athenienses contulit, & pro agonotheta resedit. & uerbũ ἀγωνοθετῶ, Demosthenes in Philip. 3. Et Thucydides, αἴτιοι δ' ὑμᾶς κακῶς ἀγωνοθετοῦντες. & munus ipsum agonothesia dicitur. Dicuntur & athlothetæ: ut alibi diximus. Decemuiri erant sacrorum certaminum præsides, singuli singulis è tribubus. Horum ergo lictores erant mastigophori, id est flagriferi, ad summouendam turbam, & cohibendas seditiones. *Agonothetes.* *Athlothetes.* *Mastigophoros.*

IN. §. sequẽti, Elemphoria & ospitatura apud Alexãdrinos.) Lego elæm- *Elæmporus.*
B poria, id est olei publicè coemendi cura, ut suprà dictum est: & osprionia. ὀψωνεῖσθαι enim sic dicuntur, ut ὀψοφαγεῖσθαι, σιτεῖσθαι. Osprionæ sunt, qui comparandis leguminibus creati sunt: & osprionia munus ipsum. nihil enim aliud cõgruentius huic loco in mentem mihi uenit. Quod autem inferius sequitur, Veluti agminales equi: ego ταγματικοὺς intelligo, qui agmen exercitus sequũtur ad conuehenda impedimenta. nam agminales τοὺς ἀγελαίους intelligere hîc non cõgruit. Quod sequitur inferius, Mixta munera decaproticos decaprotiæ: ex antiquorum obseruatione ita esse legendum tandem animaduerti, Decaprotiæ, icosaprotię, uel Græcè δεκαπρωτείας, εἰκοσαπρωτείας. Et inferius, Nam *Osprionæ.* *Agminales equi.*
C decaproticos à protis tributa exigentes, legendum, Nam decaproti & icosaproti, id est decemprimi & uigintiprimi. Hi decemprimi uocantur in titulo De domest. & protect. ut pentaproti quinqueprimi in cap. 2. De priuilegiis eorum qui in sacro pal. mili. Decaprotia igitur est decemprimatus. Sunt autem uerba municipalia. Cicero pro Roscio, Itaque decurionum decretum statim fit, ut decemprimi proficiscantur ad L. Syllam: doceántque eum, qui uir Sex. Roscius fuerit. Idem, Venit in decemprimis legatus in castra Capito. Et in Ver. Magistratus & quinqueprimi accitu istius euocantur. Eodem modo icosaprotia uigintiuiratus dicitur. Fortasse autem qui à nobis. xij Pares *Decemprimi, uigintiprimi.* *Quinqueprimi.* *Pro Roscio Amerino.* *Verr. 5.* *Vigintiuiratus.*
D Francię nunc dicuntur, Duodecimprimi ab initio uocati sunt. utcunque sit, duodecimprimatus ut decemuiratus & alia, non absurdè diceretur, etiamsi Patriciatus appellatio ad uerbum patriũ alludere uidetur, ut alibi diximus. Enimuero quandò munerum publicorum diuisio, quasi per syluam ab Arcadio tractata mihi esse uidetur, si quis post eum ab Aristotele huius tractatus rationem mutuari non grauetur, atque in summam redigere: expeditior erit explicatio, & doctrinæ propior. Is igitur τῶν ἀρχῶν, id est magistratuũ officiorúmue municipalium duo genera summa facit: unum necessarium, sine quo ciuitas consistere nõ potest, oppidúmque habitari: alterum sine quo *Duodecimprimi Fraciæ.* *Munerũ publicorũ summaria diuisio.*
E decorè habitari. quod genus ipse πρὸς εὐταξίαν καὶ κόσμον appellat, quasi ad ordines commodè distinguendos moréque componendos inuentum. Prius illud genus circa res diuinas bellicásque uersatur: circa uectigalia impendiáque publica: circa forum & urbem, portus & regionem uniuersam: circa iudicia, commercia, professiones, exactiones, custodias, ratiocinationes, recensiones: denique circa rationes referendas ab iis qui procurationes & magistratus gesserunt: & postremò circa id quod in commune consulit, quæ Cu-

Source : BIU Cujas

ria uocatur. At inter ea munera quæ maximè necessaria sunt, prima est Asty- F
Astynomia. nomia, quasi quædam lex urbica, quæ de rebus statuit, quo sub genere multæ formæ cõtinentur, plusculæque in iis ciuitatibus quæ populosiores sunt: in quibus singula munera peculiarem procurationem poscunt. τειχοποιΐα murorum extruendorum curam profitetur: κρηνοφυλακία fontium custodiam atque tutelam: λιμενοφυλακία portuum, quam Arcadius λιμεναρχίαν uocauit. Huius aliud est nõ absimile, nec minus necessarium, quod regionem suburbanam moderatur, agrúmque urbi uicinum, ἀγρονομία ideo dicta, ipsique ma-
Agronomi. gistratus Agronomi dicuntur, ut illi urbici astynomi. ἀπροδίκται pecunias publicas cogunt: quales sunt qui à Latinis quæstores & coactores uocati sunt, G
Susceptores. quos hîc Arcadius, uerbum è uerbo ductum, susceptores appellat. μνήμονες, quasi tabularij, uel à commentariis, atque actuarij, munere fungũtur in tabulas publicas referendi, quæ opus est memoriæ mandari. σιτομέτραι in quarto Politicôn uocantur, qui erogandæ annonæ publicæ munus habent: qui
Mensores frumenti. mensores frumenti appellantur in cap. His honoribus, infrà De uacatione & excu. mu. Sunt & alia non minus necessaria, sed notæ maioris, quæ τὰς ἐν μείζονι σχήματι τεταγμένας ἀρχὰς Aristoteles appellat, quasi maioris fastigij speciem præferentes: maioris enim experientiæ fideíque probationem poscũt: cuiusmodi sunt quæ ad custodiam ciuitatis spectant, aut quę inter ea munia cen- H
sentur, quæ ad res bellicas constituendas inuenta sunt. Conueniens enim est & belli & pacis tempore, portarum murorúmque custodes esse & curatores. Esse item alios necesse est, qui ciuium recensionem agant, in classesque concenturient: τοὺς ἐπιμελησομένους τῆς ἐξετάσεως τῶν πολιτῶν καὶ συντάξεως. Πολέμαρχοι
Polemarchi. sunt, ad quos summa rei militaris refertur, & Polemarchia munus ipsum &
Mareschalli. magistratus uocatur. hodie Mareschallos appellamus (quasi maiores, hoc est iudices in caballo sedentes) uno tantum magistro equitum inferiores. hi ue-
Tribuni militum. rò Tribuni militum Latinè possunt uocari, si quis Latinè loqui malit. Sic etiã uocantur in cap. Officium, De re militari. Hipparchia præfectura est & qua- I
si magisterium equitum, ut Nauarchia nauium. λογισταὶ & ἐξετασταὶ ratiociniis præerant, iísque magistratibus ius reddunt, qui rationes ad ærarium referre debent: ab iis enim rationem administratæ procurationis exigunt. Ναοφύλακες sunt, quibus tutela & sartatecta ædium sacrarum commissa sunt. Alterum uerò illud genus munerum quod ad decus & elegantiam ciuilis uitæ pertinet, ad morúmque formationem maiorem in modum humanitatis, institui ferè in iis ciuitatibus solet, quæ maiore ocio fruuntur, commodioréque uiuendi ratione sunt præditæ. Huius generis munia sunt γυναικονομία, νομοφυλακία, παιδονομία, γυμνασιαρχία, ἀγωνοθεσία. Hæc est ferè summa munerum ab Ari- K
stotele positorum, quibus quidem uocabula sint indita. Reliqua, quæ per-
Gynæconomia. multa sunt, uno procurationis nomine significantur: id est τῆς ἐπιμελείας. Γυναικόνομοι matronarũ decentiæ & modestiæ arbitri sunt: de iis pro potestate statuentes, ut ne muliebris mũdus aut cultus matronalis in luxum euadat, aut
Pædonomia. in habitum ab eo sexu dissentientem. Παιδόνομοι educandis pueris instituendísque curam impendunt, ut pueri ex more ritúque à maioribus instituto

Ex titulo, De muneribus & honoribus.

artes

A artes & ciuiles & bellicas edoceantur: ne cui ſit liberum contra morem patrium liberos inſtituere. γυμνασιαρχαι gymnaſiorum præſides ſunt, quæ primum ipſa exercendis inuenta corporibus, deinde ad ſcholas philoſophorũ tranſlata ſunt,& ad exercendos animos. περὶ δὲ τῆς νομοφυλάκων ſatis alibi diximus.Ariſtoteles autem in quarto Politicôn differentiam ſignare uolens inter magiſtratus,id eſt ἀρχὰς,& curationes munerum, ita inquit, Maximè autem(ut ſummatim loquar) magiſtratus appellare eos debemus, quibus de quibuſdam conſultare datum eſt & iudicare,ac pro poteſtate iubere: præcipuè uerò hoc ultimum. Iubere enim, pleniorem notã magiſtratus obtinet. *Gymnaſiarchia.* *Magiſtratus & curatores præpoſitiq;.*

B Quibus autem hoc non licet,hos ἐπιμελητὰς καὶ ἐπιστάτας uocat: quaſi dicat curatores & præpoſitos.

IN cap.Semper.§.Cõductores,De iure immunitatis: Quod proprius eſt defendere,niſi paria fiſco feciſſe dicantur.) Lego,quod propius: & paria cum fiſco.Propius uerò aliquid eſſe dicimus,pro ueriſimilius eſſe. Liuius libro ſecundo ab urbe,Id propius fidem eſt:id eſt magis credendum. Paria autẽ facere non eſt uerbum Hiſpanicum,ut Accurſius dixit: ſed uſitatũ Latinis auctoribus.Columella libro primo,Pecuniam domini uillicus neque in pecore,neque in rebus aliis promercalibus occupet. Hæc enim res auocat eius *Propius eſt.* *Paria facere.* *Cap.8.*

C curam,& eum negociatorem potius facit,quàm agricolam, nec ſinit unquã eum cum rationibus domini paria facere: ſed ubi numeratio exigitur,rem pro nummis oſtendit.Plinius in epiſtolis, Habuerunt officia mea in ſecundis,habuerunt in aduerſis:non feci tamen paria: atque eò magis hanc cupio ſeruari,ut mihi ſoluendi tempora ſuperſint.id eſt,nec tamen ſatisfeci,ac planè perſolui acceptum ab eis beneficium:nondum plenas uices repẽdi. Et in Panegyrico,Parens tibi imperium dedit:tu illi reddidiſti.Solus ergo adhuc es,qui pro munere tanto paria accipiendo feciſti: immò ultro dantem obligaſti.communicato enim imperio,ſollicitior tu,ille ſecurior factus eſt. Idẽ *Li.7. epi.19.*

D alio in loco,Quòd ſiquãdo cum influentibus negociis paria feciſti:inſtar refectionis exiſtimas mutationẽ laboris.id eſt cum tu fungendo officio principis,negociis explicandis & peragendis, parem te præſtitiſti non cedendo labori. Laurentius Vallenſis aliter hoc uerbum interpretatus eſt in quinto Elegantiarum: ſed exemplum ab eo citatum, cum iis quæ dixi non pugnabit,ſi quis animaduertat. Paria facere,ut Plinius Iunior uſus eſt, Græci dicũt τοῖς ὁμοίοις ἀμείβεσθαι, ut Demoſthenes ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. Ariſtoteles, τοῖς ἴσοις ἀμύνεσθαι,in bonam partem. quanquam hoc uerbum apud eos in utrãque partem ualet,ut apud Latinos quoque. Columella in loco ſuperius citato, & Calli- *Parem rationem facere.*

E ſtratus hoc in loco,pro eo quod eſt accepti & expenſi parem rationem facere,& reliquari nihil.Columella etiam parem rationem facere dixit. *In præfat. lib.12.*

IN cap.ulti.eo.tract.De iure immunitatis: Mẽſores,optio,ualetudinarij.) Qui ſint optiones hoc in loco,haud ſcio an facilè quis dixerit. Varro in pri. de lingua Latina, Primi (inquit) ſingularum decuriarum decuriones dicti. quos ij primos adminiſtros ſibi adoptabant, Optiones uocari cœpti, quos nunc propter ambitiones tribuni faciunt. Feſtus, Optio(inquit) eſt optatio: *Optiones.*

Source : BIU Cujas

ſed in re militari is appellatur, quem decurio aut centurio optat ſibi rerum priuatarum miniſtrum: quò facilius obeat officia publica. Idem, Optio (inquit) qui nunc appellatur, antea appellabatur accēſus. Is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum: qui quia cooptare quem uelint Centurionibus permiſſum eſt, ex facto nomen ſortitus eſt. Nonius, Optiones (inquit) in cohortibus dicūtur, qui ſunt honeſti gradus: ut optatos hoc eſt electos, & adoptatos, hoc eſt aſcitos, Varro de uita patrum lib. 2. exiſtimat appellatos, qui referentibus Centurionibus adoptati in cohortes ſubibant, ut ſemper plenæ eſſent legiones. à quo optiones Decurionū in turmis & in cohortibus Centurionum appellati. Ego potius hoc in loco optionem pro eo qui adiutor eſt Centurionis aut Decurionis, acceperim: ut Plautus uſus eſt, licet metaphoricè, in Aſinaria,

Accenſus. *Act. 1. Sce. 1.*

Tibi optionem ſumito Leonidam.
Fabricare quiduis, quiduis comminiſcere.
Perficito argentum hodie ut habeat filius,
Amicæ quod det.

Optionem pro adiutore & uicario quaſiſque collega adoptato poſuit: quo modo hoc eo. cap. Optio fabricæ uocatur. Vegetius de re militari, Optiones (inquit) ab optando appellati ſunt: quòd antecedentibus ægritudine præpeditis, ij tanquam adoptati eorum atque uicarij ſolent uniuerſa curare. Idem libro ſecundo, Habet legio fabros tignarios, lignarios, ſtructores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquarúmque rerum artifices, ad hybernorum ædificia fabricāda, ad machinas turréſque ligneas, cæteráque quibus oppugnantur aduerſariorum ciuitates, uel defenduntur propriæ, præparatos. Habent fabricas ſcutarias, loricarias, arcuarias. & omnibus enumeratis demum ſubdit, Horum iudex proprius erat præfectus fabrorū. Præfecti fabrorum multa eſt mentio apud auctores: optiones autē in cap. Diuus, ſuprà De bonis damnatorum, eos eſſe cenſeo, quos Commentarienſis qui dicitur, adiutores ſibi ſumpſit ad cuſtodias obſeruandas regēdáſque. Auguſtinus in Ioannis caput undecimum tractatu undequinquageſimo, Nam & receptiones in cuſtodiam, pro meritis cauſarum adhibentur. Alios iubentur cuſtodire lictores, humano atque ciuili officio mitíque: alij traduntur optionibus, alij mittuntur in carcerē. Menſores (inquit idem Vegetius) ſunt qui ad podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, uel qui hoſpitia in ciuitatibus præſtant. Podiſmos eſt dimēſio pedibus facta. Hi etiā metatores dicūtur. & metari uerbum, & metata in titulo De metatis, Cod. κεθμᾶσθαι Græcè dicitur. Cuius rei maximus erat uſus Romanis in caſtris, ut docet Polybius. Valetudinarij medici ſunt, qui ualetudine affectos curant: uel potius οἱ νοσηλευταί, qui in ualetudinario, miniſterio funguntur: quod Græcè νοσοκομεῖον dicitur. Columella lib. undecimo cap. 1. Siue quis fauciatus noxā ceperit, adhibeat fomenta: ſiue languidior eſt, in ualetudinarium deducat. Veterinarij ſunt κτηνιάτροι, hoc eſt iumentorum ueterinorúmq; curatores & medici: qui idē ipſi ſoleas equis affigūt. Naupegi fabricatores ſunt nauium. Aerarios uocat, quos Græci χαλκεῖς dicunt, quos Quinti-

Lib. 2. cap. 7. *Cap. 11.* *Præfectus fabrorum.* *Menſores. Lib. 2. cap. 7.* *Podiſmos.* *Metatores.* *Valetudinarij.* *Veterinarij.* *Naupegi.* *Aerarij ſeu excuſores.*

Source : BIU Cujas

A lianus excuſores appellat. Structores ſunt fabri cæmentarij. Cicero ad Quin- *Lib.2.ca.ult.*
tum fratrem, In aream tuam ueni:res agebatur multis ſtructoribus. Longi- *Structores.*
lium redemptorem cohortatus ſum:domus erit egregia. Et ars ſtructoria eſt *Lib.2.epi.4.*
οἰκοδομικὴ & πηκτικὴ. Structoriæ miniſtri ſunt λιθολκοί, λιθουργοὶ & λατύπι: uectia-
rij, lapicidæ, & ſcalptores. Scandularij ſunt qui ſcandulis hyberna contege- *Scandularij.*
bant. tabellæ ſunt prætenues, quæ tegularum uicem præſtant, è robore aptiſ-
ſimæ & glandiferis aliis, inquit Plinius libro decimoſexto. Cæterum cum in *Cap.10.*
hac nomẽclatura uerba ſatis multa ſunt corrupta, tum aquilices mendosè *Aquilex.*
pro aquileges legitur, niſi Calliſtratus errore ductus, aquilices ab aquis eli- *Aquilices.*
B ciendis dictos eſſe putauerit: ut aquælicium, quod antiquũ uerbum eſt. qua- *Haloan.*
ſi aquæ elicium, tum à priſcis uſurpatum, cum aqua pluuialis remediis qui- *Aquælicium.*
buſdam eliciebatur, quod fiebat in magnis ſiccitatibus: quale Pariſiis ſolenne
eſt fieri, cum fruges ſquallore enecantur, ferculis à colle Genouefæ ad diuæ
Mariæ in ſupplicationum pompa obſecrationúmque tranſportandis. Aqui-
leges autem ab aquis legẽdis dicti ſunt, ut auctor eſt Marcellus, artifices in-
ueniendorum fontium, aquarúmque colligendarum ad aquæductus: iidem
ferè cum iis qui libratores uocantur in tractatu De excuſa. artificum, lib. 10. *Libratores.*
Cod. ab aquis librandis dicti. Plinius ad Traianum, de aquæductu Nicome- *Li.10.epi.38.*
C denſium loquens, In primis neceſſarium eſt mitti à te uel aquilegem, uel ar-
chitectũ, ne rurſus eueniat quod accidit. Plinius auunculus libro uigeſimo- *Cap.6.*
ſexto de Bechio, Eius duo genera. ſylueſtris ubi naſcitur, ſubeſſe aquas cre-
dunt: & hoc habent ſignum aquileges. Idem libro trigeſimoprimo, qualis ſit *Cap.3.*
ars aquilegij, docet, quo loco de ſcrutandis aquis loquitur. Gladiatores hîc, *Gladiatores.*
ſi uerbum mendoſum non eſt, non μονομάχοι ſunt, qui ab laniſta inſtituebã-
tur: ſed μαχαιροποιοί, hoc eſt gladiarij, & telorũ artifices. Victimarij in comita- *Victimarij.*
tu caſtrenſi erant, ob hoſtias quę in ſacrificiis cædebantur. Librarij depoſito- *Librarij depoſitorum.*
rum ij erant, qui perſcribebant quid quiſque apud ſigna depoſuiſſet. Anti- *Lib.2.ca.20.*
D quitus enim (inquit Vegetius) inſtitutum eſt, ut ex donatiuo quod milites
conſequuntur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, ibidémque militibus
ſeruaretur, ne à contubernalibus per luxum abſumi poſſet, inaniúmque re-
rum *comparationem. Sepoſitio autem iſta pecuniæ primùm ipſis contu- *coëmptionem.*
bernalibus docetur accommodata. nam cum publica ſuſtententur annona,
ex omnibus donatiuis augetur eorum pro media caſtrenſe peculium. Miles
deinde qui ſumptus ſuos ſcit apud ſigna ſua depoſitos, de deſerẽdo nihil co-
gitat: magis diligit ſigna: pro illis in acie fortius dimicat, more humani inge-
nij, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus ſuam uidet eſſe poſitam
E ſubſtantiam. Denique decem folles, hoc eſt decem ſacci, per cohortes ſingu-
las exponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam ſaccus
undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, ſepulturæ
ſcilicet cauſa. Et ideo ſigniferi non ſolùm fideles, ſed etiam literati homines
eligebantur, qui & ſeruarent depoſita, & ſcirent ſingulis reddere rationem.
Hactenus ille. Fuit cum ego primipilum hunc uocatum eſſe exiſtimarem
in lege, Satis, Cod. Quibus modis pignus uel hypotheca tacitè contrahatur.

Source : BIU Cujas

Et in lege ulti. De primipilo, libro duodecimo. nunc id dicere non ausim. F
Cap. 7. Tranquillus in Domitiano, Geminari legionum castra prohibuit: nec plus quàm mille nummos à quoquam ad signa deponi passus est: quòd Lucius Antonius apud duarum legionum hyberna res nouas moliens, fiduciã cœpisse etiam ex depositorum summa uidebatur. Pelliones à pellibus conficiendis dicti, sub quibus milites hyemabant. Cicero in Acad. In quo magna rei militaris esse occupatio solet, ut non multum Imperatori sub ipsis pellibus ocij relinquatur, id est in statiuis.

Pelliones. Lib. 4.

IN cap. Qui liber à legatione abest, in tractatu De legationibus, sic legit Accursius: & in omnibus sic legitur exemplaribus, ut opinor, post Accursiũ: G sed tamen corruptè. Libera enim ablatiuus est, errore & ignorantia librariorum in duas uoces solutus. Legationes liberæ olim ornamenti tantùm causa ab senatu impetrabantur: quemadmodum honorarij magistratus à principibus honestamenti causa conceduntur, titulóque tenus obeuntur & gerũtur. Hæ autem ab iis Senatoribus impetrabantur, quibus negocia futura erãt in prouinciis: ut qui hæreditates persequi aut legata, aut qui nomina exigere uolebant in prouinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controuersias haberent, atque fauorabiliores. quamobrem lege duodecim tabul. id uetitum erat, his uerbis, Rei suæ ergô ne quis legatus esto. Quæ uer- H ba Cicero enarrans libro de Legibus, ita inquit, Omitto quemadmodum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hæreditates aut syngraphas suas persequũtur: quod est fortasse uitium. Sed quæro, quid possit esse turpius, quàm sine procuratione senator, Legatus sine mãdatis, sine ullo reipublicæ munere? Quod quidem genus legationis ego Consul, quanquam ad commodum senatus pertinere uideatur, tamen approbante senatu frequẽtissimo, nisi mihi leuissimus Trib. pl. intercessisset, sustulissem. minui tamẽ tempus: & quod erat infinitum, annuum feci. ita turpitudo manet, diuturnitate sublata. Idem de lege Agraria, Hæreditatum obeũdarum causa, quibus uos legationes de- I distis, qui & priuati & priuatum ad negocium exierunt, non maximis opibus, neque summa auctoritate prẽditi: tamen auditis profectò quàm graues eorum aduentus sociis nostris esse soleãt. Et contra Rullum, Legatos uestros auctoritate tenui, qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre uix possunt. graue est enim nomẽ imperij: ídque etiam in leui persona pertimescitur: propterea quòd uestro non suo nomine abutuntur. Idem ad Atti. lib. 15. Habent (ut opinor) liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi potest. Bella est autem huius iuris quinquennij licentia. Quibus uerbis coniicio interdum quinquennales da- K ri solere legationes. Huiuscemodi dantur hodie à Pont. Ro. Huiuscemodi etiam commentis nonnulli in Francia principum literis in aulam ex urbibus euocantur, ut speciosas causas absentiæ habeant: & uiceuersa à comitatu interdum in hanc urbem legatorum personæ impetrantur, nesciis regibus quid iis literis impetratis agatur. Libera etiam mandata legatis dari solebãt: ut est illud apud Liuium libro septimo de bello Maced. Auditæ & aliæ le-

Epistola 6.

Libera mandata.

Source : BIU Cujas

A gationes ex Asia sunt: quibus omnibus datum est responsum, decem legatos senatum more maiorum missurum ad res Asię discęptandas componendásque: summam tamen hanc fore, ut cis Taurum montem, quæ intra regni fines Antiochi fuissent, Eumeni attribuerentur, præter Lyciam Cariámque, usque ad Mæandrum amnem: eæ ciuitates Rhodiorum essent. Deinde enumeratis decem legatis quos senatus decreuit: His (inquit) legatis quæ præsentis discęptationis essent, libera mandata de summa rerum senatus cõstituit. Hactenus Liuius. Huiusmodi igitur legatis libera mandata dabantur de iis rebus quæ aliter decerni ac constitui quàm in re præsenti non poterant. Alij *Legati duorũ generum.*

B autem legati qui cum ea potestate non mittebantur, omnia regum, prouinciarum, exterarúmue gentium postulata, integra ad senatum uel referebant, uel postulantes ad eundem reiiciebãt, ut Cicero docet in xij. Antoniana. De libero exilio nos iam diximus. Libera iurisdictio dicitur, cum is qui eam habet, non impeditur maiore aliqua potestate, quo minus agat pro imperio, & lege agi iubeat. Tranquillus in Calig. Magistratibus liberam iurisdictionem & sine sui appellatione concessit. Sic libera discęptatio rerum causarúmque: de qua alibi dictum est. *Liberũ exilium.* *Libera iurisdictio.* *Cap. 16.* *Libera discęptatio.*

IN cap. Eundem, eodem tract. Eundem plures legationes susćipere pro-

C hibitum non est: * præterea si & sumptus, & etiam itineris compendium subeat.) Sic legit Accursius, licet aliàs suadeat legi adnotauerit. Ego uerò omnino suadeat restituendum censeo, atque eadem fiducia non præterea, sed præsertim legendum: hoc sensu (quem Accursius ideo non percepit, quia cõpendij significationem ubique ignorauit) ut Iuriscõsultus censuerit, tum demum aut tum maximè eundẽ hominẽ plures simul legationes obire cõcessum esse, cum uiatici ratio & itineris compendium hoc fieri suaserit: hoc est cùm minore dispendio plures simul obiri legationes, quàm separatim & sigillatim possunt. Præsertim igitur legendum est, καὶ τοῦτο, uel præterea pro ** si præterea & sumptus & itineris cõpendiũ suadeat. Haloã.*

D eodem intelligendum more Græcorum, ἄλλως, quod utrunque significat. Compendium lucrum est temporis, pecuniæ, & operæ. Plin. lib. 17. Subtilitas parsimonię compendia inuenit, cum uinea in pastinato seratur, obiter seminarium faciendi. Idem, Arbusta pampinari non est moris, & hoc compendium operæ. Papinianus in cap. Męuius. §. Diuorum, De legatis secũdo. Hominis enim legatum, orationis compendio singulos homines continet. ἢ συντόμῳ τῷ λόγῳ. Inde compendiosa substitutio dicta. Pro breuitate & contractione uiæ, μιᾷ ὁδῷ Græci dicunt, & Latini compendium: ut hoc in loco accipi debet. Augustinus libro 9. de Ciuitate eleganter usus est sententia me- *Compendiũ. Cap. 22.* *Cap. 23.* *Cap. 15.*

E morabili. De seruatore enim loquens, ut inter diuinam humanámque naturam interprete atque interuentore, summíque & beatifici commercij proxeneta, ita inquit, Beatus enim & beatificus deus, factus particeps humanitatis nostræ, compendium præbuit participandæ diuinitatis suæ. δι' μιᾶς ὁδοῦ παρέχων κοινωνῆσαι τὴν ἀθανασίας αὐτῷ. id est, breui uia, & uno tantum gradu ut scanderemus ad immortalitatis participium, nobis facultatem dedit. non enim per naturam angelicam, sed per seipsum hunc gradum nobis fecit. Dispendium uiæ *Dispendium.*

Source : BIU Cujas

compendio opponitur,quibus uerbis Innocentius tertius appositè uſus eſt F
in cap.Qualiter,tract.De accuſa.quæ uerba Bernardus non intellecta tranſmiſit. Quoniam uerò in cap. ſequenti fit mentio Hoſtilij Mancini, & quæſtionem non ſatis explicauit Iuriſconſultus: ſicui uacet hoc inquirere,adeat Ciceronem lib.2.de Orat. quo in loco Craſſus probare inſtitit ſcientiam iuris oratoribus eſſe neceſſariam.Et in oratione pro Cecinna,Quid? quem Pater patratus dedidit, aut ſuus pater populúſue uēdidit:quo is iure amittit ciuitatem? Vt religione ciuitas ſoluatur,ciuis Romanus traditur. qui cum eſt acceptus,eſt eorum quibus eſt deditus. ſi non accipiunt,ut Mancinum Numantini:retinet integram cauſam,& ius ciuitatis. G

IN cap.altero,tract.De nundinis,non modò uerba Græca deſunt,ſed etiã in Latinis uerbis,quæ ex Platonicis ducta ſunt,ſententia mutilata eſt. Quare ut digna aliqua ſententia ex hoc loco elici poſſit,rem paulò altius repetendam duximus, ne locus fruſtra reſtitutus ſit ſtudioſis. Plato igitur libro ſecundo ciuilis uel uitæ uel adminiſtrationis,uel,ut Calliſtratus uertit,cõuerſationis, id eſt πολιτείας, uel etiam reip. oſtendere uolens ciuitates humanæ conuerſationis gratia communioníſque inſtitutas,cõmunionémque ipſam commodioris uitæ cauſa neceſſario conſtitutam , inducit Socratem cum Adimanto diſſerentem de republica, dicentémque cogendarum in unum H
ciuitatum ex ſparſa quondam uagáque hominum uita neceſſitatem, auxilij inuicem præſtãdi initium attuliſſe:quippe quòd nemo unus ſecum ipſe agens uiuénſque,ſupereſſe ſibi poſſet, ſed multiplici egeret ope.Proinde cũ uita humana & ciuilis uiciſſitudines adminiculationum expoſcat: neceſſe eſt ut homines ferre opem & poſtulare mutuò aſſueſcant. Id quod poeta Satyrographus his uerſibus expreſſit,de brutis animantibus loquens,

Iuuenal ſatyr.15.

Principio indulſit communis conditor illis
Tantum animas,nobis animum quoque:mutuus ut nos
Affectus petere auxilium & præſtare iuberet: I
Diſperſos trahere in populum,& migrare uetuſto
De nemore,& proauis habitatas linquere ſyluas:
Communi dare ſigna tuba,defendier iiſdem
Turribus,atque una portarum claue teneri. & reliqua.

Huius communitatis ſocietatíſque ciuilis coeundæ cauſas Cicero lib.1 de Legibus copioſè explicuit. Plato uerò ad conſociationem hanc conſtituendam,ciuitatéſque ordinandas atque tuendas, artifices uarios aſcitos eſſe neceſſariò multis uerbis diſſeruit lib.antedicto. Apud quem Socrates cum confeſſionem(ut ſolet) diſputando ab Adimanto expreſſiſſet, artifices ad ciuita- K
tem conficiundam tuendámque eſſe neceſſarios: ad negociatores deinde hunc propè in modum tranſitum facit. Multis igitur nobis agricolis aliiſque opificibus opus eſt in ciuitate? Adim. Vtique multis.Soc.Nimirum aliis quoque miniſtris qui importent exporténtque ſingula: & hi ſunt negociatores. nónne? Adim. Etiam. Socr. Et negociatoribus igitur egebimus? Ad. Prorſus iis quidem.Socr.Quòd ſi mari negociandum ſit, permultis inſuper

Source : BIU Cujas

A aliis ciuitas indigebit, utique qui norint operam nauare maritimam. Adim. Sanè quidem permultis. Socr. Age uerò, in ipsa urbe quonam tandem pacto impertient unus quiuis alteri suæ artis opificia? siquidem harum rerum gratia communitatem ineuntes, ciuitatem habitandam instituimus. Adim. Videlicet uenditandis & emptitandis rebus. Socr. Et forum igitur & munus in notam commercij eam ob rem instituentur. Adim. Admodum id quidem. Socr. Nempe igitur agricolæ aut cuiuis aliorum opificum, cum aliquid uænale in forum attulerit, interim cessandum inerter erit, inibíque desidendũ: nisi fortè fortuna incurrerit in eorum ipse aduentum, queis eius artificio o-
B pus est. Adim. Minimè uerò. Sunt enim qui cùm hoc uiderint, in hoc sese ministerium protinus daturi sint. siquidem id in rectè cõstitutis ciuitatibus debilissimo quique corpore factitant, nullíque alij operi accommodati: quibus in ipsis homines illic immorantes partim emptitare ab iis oportet qui res uænales habent: partim rursus iis, quibus emptis rebus opus est, easdem res pecunia indicare & addicere. Socr. Nimirum hæc utilitas cauponum nationem nobis in ciuitate peperit: nisi non caupones uocamus id genus hominum quod foro operam nauans, coëmundis uendendísque rebus occupatum est. Illud uerò genus erraticum quod per urbes peruagatur, negocia-
C tores utique appellamus. Adim. Prorsus id quidem. Hactenus Plato. Hunc uerò tractatum, Pandectarum conditores, uel coagmentatores potius, ut alios fortasse tractatus nonnullos, perfunctoriè atque oscitanter transmisisse mihi uidentur. Primùm, ecquod ieiunum est adeò argumentum, quod non latius tractari potuerit? Deinde quid minus cohæret, quàm caput hoc cum superiore, aut etiam cum titulo ipso: ut ad iuris quidem studiosos pertinere uideatur, aut precium aliquod operæ iis allaturum? Mitto quòd uerba à Callistrato citata, duntaxat ut ex eorum interpretatione tum absurda tum mendosa coniiciendum nobis relinquitur, ita concisè transcripta sunt ex Plato-
D ne, ut sensus integer & cõgruus esse nequeat. Ipse uerò uerba Græca ita ut mihi restituenda uisa sunt, subiiciam: nec totum loci contextum transcribam.

ΣΩ. Πλειόνων δὴ γεωργῶν τε καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν δεῖ ἡμῖν τῇ πόλει. Ἀδ. πλειόνων γάρ. Σω. καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων διακόνων που, τῶν τε εἰσαξόντων καὶ ἐξαξόντων ἕκαστα. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἔμποροι. ἦ γὰρ; Α. ναί. Σω. τί δαὶ δὴ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, πῶς ἀλλήλοις μεταδώσουσιν, ὧν ἂν ἕκαστοι ἐργάζωνται, ὧν δὴ ἕνεκα κοινωνίαν ποιησάμενοι πόλιν ᾠκίσαμεν; Α. δῆλον δὴ ὅτι πωλοῦντες καὶ ὠνούμενοι. Σω. ἆρ' οὖν κομίσας ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγορὰν τι ὧν ποιεῖ, ἤ τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκων τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; Α. οὐδαμῶς, ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὁρῶντες, ἑαυτοῦ ὑπὲρ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην. αὐτοῦ γὰρ δεῖ μένοντας
E αὐτοῦ περὶ τὴν ἀγορὰν, τὰ μὲν ἀντ' ἀργυρίου ἀλλάξασθαι, τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι, τοῖς δὲ ἀντὶ αὖ ἀργυρίου διαλλάττειν ὅσοι τι δέονται πρίασθαι. SO. Multis igitur nobis agricolis aliísque opificibus opus est in ciuitate? Ad. multis utique. Soc. Nimirum aliis quoque ministris importaturis exportaturísque singula. & hi sunt negociatores, nónne? Ad. Etiam. Soc. Age iam: ipsa in urbe quonam tandem pacto inter se communicabunt sua quisque opificia: quarum rerum gratia communionem ineuntes, ciuitatem collocandam duximus? Ad. Rebus uænun-

Source : BIU Cujas

dandis(ut clarum eſt) emendíſque. Soc. Agricolæ igitur, cum in forum res F
ſui artificij attulerit,aut ſi quis eſt alius opificum,ſuo ipſi ab opificio ceſſandum erit,in foróque ſedendum?Ad.Minimè uerò.ſunt enim qui hoc uidentes,ſeſe ad hoc ſtatim munus conferant: quos illic manenteis, circáque forum agenteis,partim nummis liceri ab iis oportet, quibus rebus iis uenditis opus eſt: partim rurſus nummis addicere, ſi quibus emptis opus eſt. Ad
Cap.3. hoc autem dictum Platonis,illud Plinij dictum pertinet libro duodeuiceſimo,Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eorum qui rura haberent: urbanæ uerò,in quas transferri ignominiæ eſſet, deſidiæ probro.Itaque quatuor ſolæ erant à partibus urbis,in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Eſquilina. G
Nundinæ. Nundinis urbem reuiſitabant:& ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur. Nundinis (inquit Feſtus) ruſtici conueniebant mercandi & uendendi cauſa: túmque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores . Hermolaus Barbarus animaduertit in antiquis
Plinij locus. exemplaribus Plinij legi, Et ideo comitia niſi nundinis haberi non licebat. quæ lectio huic dicto Calliſtrati conuenire uidetur: etiam ſi Feſtus refragatur. Et quanquam Hermolaus de ea lectione ſtatuere nihil auſus ſit: nos ta-
Cap.16. men eam confirmare ex Macrobio non magnopere uerebimur, qui lib.pri. Saturn. ſic inquit, Rutilius ſcribit Romanos inſtituiſſe nundinas: ut octo H
diebus in agris ruſtici opus facerent, nono autem die, intermiſſo rure, ad mercatum,legéſque accipiendas Romam uenirent:& ut ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur,quæ trinundino die propoſita, à ſingulis atque uniuerſis facilè noſcebantur.Ea re etiam candidatis uſus fuit in comitium nundinis uenire,& in colle conſiſtere,unde coràm poſſent ab uniuerſis uideri.ſed hæc omnia negligentius haberi cœpta,& pòſt abolita. Hactenus ille. Rem dubiam facit,quòd comitium longè aliud fuit,quàm comitia.Columella in præfatione operis, Nundinarum etiam conuentus manifeſtum eſt propterea uſurpatos,ut nonis tãtummodo diebus urbanæ res age- I
rentur,reliquis adminiſtrarentur ruſticæ. illis enim temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur: & cum conſilium publicum deſiderabatur,à uillis accerſebantur in ſenatum : ex quo qui eos uocabant, Viatores nominati ſunt. Cæterum quoniam hîc dicitur, Si quis ipſos cultores agrorum
Vtenſilia. uel piſcatores deferre utenſilia in ciuitatem iuſſerit: uidendum quid utenſilium appellatione intelligi debeat. Idem Calliſtratus, De decurionibus, ſuprà, Eos qui utenſilia negociantur & uendunt, licet ab ædilibus cædantur, non oportet quaſi uiles perſonas negligi.Ego utenſilia χρησίεια, σκεύη καὶ οἰκητίεια intelligo.ad officium enim ædiliũ ſpectat iniqua uaſa frãgere.Iuuenalis, K
Satyr.10.

Et de menſura ius dicere? uaſa minora
Frangere pannoſus uacuis Aedilis Vlubris?

Hic uerò utenſilia edulia annonáque intelliguntur.nam & ædiles inſpectores erant annonæ.Inde iocus ille Plautinus,
In Rudente. Act.2. Sce.3.

Neptunus ita ſolet,quanuis faſtidioſus
Aedilis eſt:ſi quæ improbæ ſunt merces,iactat omneis.

Ex titulo,De nundinis.

Quare

Source : BIU Cujas

A Quare à Græcis ἀγρανόμοι dicuntur. Intrabant etiam balnea locáque publicè recipientia, munditiámque exigebant, ut ex Seneca nouimus. *Epistolarũ famil. li. 13. epistola prima ad Lucilium.*

IN cap. Si quis, De pollici. Si decimam quis bonorum uouit: decima non prius esse in bonis desiit, quàm fuerit separata.) Ad intelligentiam huius loci sciendum est, moris fuisse apud antiquos, ut multi decimam suarum facultatum Herculi uouerent. propter quod Plautus decimam partem appellat Herculaneam in Truculento. Iam de hoc obsonio deminui modò quinque nummos partem Herculaneam. ídque pollucere dicebatur, ut alibi in enarratione eius uerbi diximus. Idem Plautus in Sticho, Hæc uenisse iam o- *Decimã bonorũ Herculi dicabant. Act. 2. Scen. penult. Pars Herculanea. Act. 2. Sce. 1. Pollucere.*

B pus est quantum potest, ut decimam partem Herculi polluceam. ἵνα τὴν δεκάτην ἀπρθύσω ᾧ ἡρακλεῖ ἑστιῶν τὸν δῆμον. Hoc apud Rom. Syllam & Crassum fecisse auctor est Plutarchus: qui in Probl. δεκατεύειν τὰς οὐσίας appellat. aitque hac potissimùm causa locupletes olim id facere instituisse, quòd longè excedentes opes, ciuibúsque prægraues, homines locupletissimi imminuere uolentes, quasique immodicè exuberantem extenuare plenioris corporis habitudinem, honorem se quàm maximum Herculi habere hoc modo existimarũt, illúmque deum huiuscemodi redundantium opum consumptione atque contractione magnopere lætari, ut qui uictu nec lauto nec copioso nec im-

C modico uitam egisset. Id à Græcis ad Delphicũ templum esse factum, apud Xenophontem legitur. Accursius & Bartolus hîc decimam intellexerunt, qualis à nobis hodie agnoscitur, quàm Vlpianus religionis ueræ expers nũquam nouit: sicut nec sacerdotium orthodoxæ religionis Modest. in cap. Si quis ob honorem. infrà eo. hoc tract.

IN cap. Charidemus, eodẽ tract. Charidemus respondit ex epistola quam muneris edendi gratia absens quis emisit, compelli eum ad editionem non posse.) Accursius & Bartolus huius dicti absonum sensum commenti sunt Latinæ dictionis ignorantia. Munus præter notas significationes spectacu- *Munus.*

D lum etiam significat: cuiusmodi olim à magistratibus Ro. populo edebãtur, quasi remunerationes publicè offerentibus honorum sibi collatorum à populo. Cicero lib. 2. de Offic. Itaque & P. Crassus tum cognomine diues, tum etiam copiis, functus est ædilitio maximo munere: magnificentissima uerò nostri Pompeij munera secundo consulatu. nam Mamerco homini ditissimo prætermissio ædilitatis, consulatus repulsam attulit. Lactantius lib. sexto, *Cap. 20. sub finem.* Et primitus quidem uenationes, quæ uocantur munera, Saturno attributæ sunt: ludi autem scenici Libero, circenses uerò Neptuno. De uenationibus nos in anterioribus diximus. Frequẽtius tamen apud auctores muneris ap-

E pellatione gladiatores significãtur: ut apud Tranquillum in Cæs. Edidit spectacula uarij generis, munus gladiatorium: ludos etiam regionatim urbe tota. Idem paulò pòst, Munere in foro depugnauit Furius Leptinus stirpe prætoria. Et in Aug. Quodam autem muneris die, Parthorum obsides, tunc primum missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit. Plinius Iunior, Rectè fecisti, qui gladiatorum munus Veronensibus nostris promisisti: à quibus olim amaris, suspiceris, ornaris. Sic Plinius usus est, ut Vlpianus *Cap. 39. Cap. 43. Li. 6. epi. ult.*

Source : BIU Cujas

Munerarius. Cap.10. hoc in loco. Inde Munerarius dictus muneris gladiatorij exhibitor. Tran- F
quillus in Domiti. Patremfa.quòd Thracem Mirmiloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è ſpectaculis in arenam,canibus obiecit.Quibus uerbis munerarius Domitianus dicitur, ut ludorum exhibitor: à quo Thrax coactus fuerat depugnare.hoc enim ſignificat imparem ei fuiſſe.quæ
Cap.3. figura ſermonis exitialis homini intempeſtiuè faceto fuit. Plinius lib.33.ſine adiectione dixit ut Tranquillus, ſed pro ferarũ ſpectaculo: Cæſar(inquit)qui poſtea dictator fuit,primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argenteo uſus eſt:feráſque argenteis uaſis inceſſiuere tum primũ.

IN cap.Ex pollicitatione:Si bona liberalitati ſoluendo non fuerint.) Le- G
Deca 3.li.8 go ſoluendæ.Sic enim Liuius locutus eſt non ſemel nec iterum,ut illud,Talia querentes æqua orare, ſeque ea relaturos ad Scipionem Tribuni reſponderunt:& P.Scipionem deũm benignitate, & rempublicam eſſe gratiæ refe-
Decad.3 lib. 10. In Partitionibus. rendæ.Idem, Ea modò quæ reſtinguendo igni forent portantes. quo in loco ſubaudiri puto,accommodata uel idonea. Cicero, In coniectura igitur cum eſt inficiãdo reus:accuſatori hæc duo prima ſunt.ubi ſubaudio,crimini par,
Deca. 4 li 1. Soluendo ære alieno eſſe. uel opportunus, uel quid ſimile.Apud Liuium, Si reſpublica ſoluendo ære alieno eſſet.legitur pro æri in datiuo,ut quidem ego cenſeo.

IN cap. Septitia: quanquam parum eleganter Latina hoc loco facta ſunt H
uerba à Iuriſconſulto Græcè ſcripta: tamen quoquo modo reſtituenda pu-
Nonnihil uariat Haloan. to. Sic autem ea lego, Agonem tetraetericum ex triginta millibus ſortis (ἀφ' ἧς δίκα μυριάδων ἀρχαίς) ipſa pecuniam retinens, & ſatiſdans idoneè apud decemprimos ſoluturam me uſuras legitimas triginta millium: agonotheta exiſtente & præſidente uiro meo(ἀγωνοθετοῦντος καὶ προεδρεύοντος)liberíſque inſuper qui ex me naſcituri ſunt.procedent autem uſurę ad præmia Thymelicorum.& reliqua. πεντετηρικὸν dicitur, quod quarto quoque anno inſaura-
Tetraetericus tur,& agon tetraetericus ſic dicitur, ut trietericus à Virgilio in quarto, pro triennali.& πεντετηρικὸς, luſtralis. Tribus autem decem millibus abſurdè pro I
tribus myriadibus dicitur.Eſt autem myrias numerus decem millium.De-
Decemprimi. cemprimi ſunt decaproti:de quibus paulò antè dictum eſt, qui ſacris certaminibus erant præpoſiti.Qui etiam agonothetæ,quaſi & munerarij & munerum moderatores, dicuntur, καὶ βραβευταί. Huiuſcemodi uerò agones in honorem manium inſtituebantur, quaſi magnifica parentalia: quorum Decemprimi exactionem habebant.Quòd ſi quis uelit locum Gręcum ad uerbũ reſtituere,in promptu eſt ex uerbis Latinis id facere. uerum id curioſius quàm fructuoſius eſſe cenſeo. Verba ſunt enim cuiuſuis formularij Græci: quorum ſatis eſt ſententiam aſſequi: cuiuſmodi pleraque fuerunt Græcè K
ſcriptorum in Pandectis, quæ nunc deſiderantur. tametſi tractatus De excuſationibus tutorum, aliáque pauca loca ſparſim in iiſdem libris non minus poſci mihi,quàm deſiderari uidentur. Quæ ſi ad hunc diem extant integra in Florentinis exemplaribus,ut Politianus teſtatus eſt,mirum eſt adhuc non eſſe reſtituta, cum aliqui penes ſe habuiſſe dicantur,non pauci etiam ad ea aditum penè liberum habuiſſe. mihi unum & alterum locum in ipſis in-

Source : BIU Cujas

A ſpicere momento temporis indultum eſt: ita ut honorificè mecum actum eſſe dicerem & cenſerem.

IN cap.ſequenti, Si quis ob honorem uel ſacerdotium pecuniam promiſerit: & antequam honorem uel magiſtratum ineat, decedat: non oportere hæredes eius cõueniri in pecuniam.) Quoniam hîc Accurſius nos reiicit ad ea quæ ab ſe dicta ſunt in enarratione cap. Barbarius, ſuprà De offic. Prætoris. primùm ridiculum eſt quòd Accurſius ignorauit, Gentiles, quos uocant ἐθνικὸς, etiam ſua habuiſſe ſacerdotia,& pontificatus: de quibus hîc Modeſtinus locutus eſt. Deinde ne hic locus cum cap. unico collidi uidea-

B tur,ſuprà Ad legem Iuliam de ambitu,ut Accurſius cenſuit & Bartolus:quo in loco ſic idem Modeſtinus hæc uerba ſcripſiſſe dicitur, Quòd ſi in municipio contra hanc legem magiſtratum aut ſacerdotium quis petierit:per ſenatuſconſul. in centum aureos cum infamia punitur. Ne igitur pugnantia hæc duo loca uiderentur: ita hîc Iuriſconſulti uerba exaudire Accurſius debuit,Si quis cum ei à municipibus honor ultro aut ſacerdotium eſſent delata,pecuniam & ipſe ultro pollicitus eſſet.Prius enim deſignabantur magiſtratus,& poſt aliquot menſes magiſtratus inibant. Deſignantur enim magiſtratus tum,cum creati renunciantur: túncque ἀναδεικνύμενοι & μέλλοντες dicuntur. Ineunt autem magiſtratus demum, cum inſignia magiſtratus cum imperio aſſumunt: & εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσίναι dicuntur. Liuius, Conſules quo creati ſunt die(ſic enim placuerat Patribus)magiſtratum inierunt. Romæ autem Calendæ Ianuariæ ſolennes erant ineundis magiſtratibus. Herodianus in pri.de iis loquens,Cum hunc(inquit)diem feſtum ciuitas ageret,in quo Romani inuicem ſe ſalutant,& nomiſmata alter alteri cæteráque munera multiplicia miſſitant,ſummíque magiſtratus conſpicuam purpuram ſibi ſolennémque aſſumunt. & reliqua. Tranquillus in Cæſare, Pridie autem Calend. Ianu.repentina conſulis morte ceſſantem honorem, in paucas horas peten-

D ti dedit.Plinius libro undecimo, Defuit iecur Caio principi Calend. Ianuariis,cum iniret conſulatum: quo anno interfectus eſt. Comitia autem quibus deſignabantur magiſtratus, non ſemper eodem tempore ſtatutóque habebantur. Cicero ad Furnium,Comitia tamen, quandò ex iis pendes,quantum facere poſſumus (quod multis de cauſis reipublicæ arbitramur conducere) in Ianuarium menſem * protendimus. Nihil tamen fuiſſe perpetuum & ſemper obſeruatum, ex Liuio liquet:qui librum ſecundum belli Maced. ſic exorditur: Conſules Prætoréſque cum Idibus Martiis magiſtratum iniſſent,prouincias ſortiti ſunt.Idem lib.ſuperiore,Omnium primum eam rem

E Idibus Martiis(quo die tum conſulatus inibatur) P.Sulpitius Conſul retulit. Petere autem honorem uel ſacerdotium nunquam lege Ro. prohibitũ fuit: ſed contra leges de ambitu latas petere,id demum erat uetitum: hoc eſt pecunia tributim centuriatímue pronunciata.Moris enim fuit apud Ro.ut cãdidati, & magiſtratuum petitores, non modò publicè palámque, ſed etiam ſigillatim unumquenque orando, obſecrando, prehenſandóque peterent. Vnde Craſſus apud Ciceronem in primo de Oratore,Equidem(inquit)cum

Deſignati magiſtratus.

Decad.1.li.9.

Inire magiſtratum.

Cap.76.

Cap.37.

Lib.10.epiſt. 26.

** protrudimus.*

Petere magiſtratus non erat uetitũ legibus de ambitu latis.

Source : BIU Cujas

peterem magiſtratum,ſolebam in prehenſando dimittere à me Scæuolam, F
cum ei ita dicerem, me uelle eſſe ineptum.id erat petere blandius.quod niſi
ineptè fieret,bene non poſſet fieri.Hoc autem Græcè ἀξιῶσαι dicitur,à dextræ
prehendendæ more:qui habitus eſt orantis, ſuffragiíque promiſſionem ex-
Lib.1. epiſtola 1.in tpſo ſtatim initio. poſcentis,& penè exprimentis. Idem Cicero ad Atticum, Petitionis noſtræ,
quam tibi ſummæ curę eſſe ſcio,huiuſmodi ratio eſt,quòd adhuc coniectura prouideri poſſit. prehenſat unus P. Galba ſine fuco ac fallaciis,more ma-
Li.3. epi.20. iorum.Plinius in epiſtolis ad Metiũ ſcribens,Superſunt ſenes, ex quibus au-
De more candidatorum in ſenatu. dire ſoleo hunc fuiſſe comitiorum ordinem. Citato nomine candidati, ſi-
lentium ſummum : dicebat ipſe pro ſe,explicabat uitam ſuam: teſtes & lau- G
datores dabat, uel eum ſub quo legatus, uel eum cui quæſtor fuerat, uel
utrunque ſi poterat : addebat quoſdam ex ſuffragatoribus : illi grauiter &
parcè loquebantur. plus hæc quàm preces proderant. nonnunquam candidatus aut natales competitoris,aut annos,aut etiam mores arguebat.audiebat Senatus grauitate cenſoria. ita ſæpius digni quàm gratioſi præualebant.
quæ nunc immodico fauore corrupta, ad tacita ſuffragia quaſi ad remedia
decurrerunt. Quòd autem Plinius hæc dixerit eo tempore quo principes
Romani honores conferebant,uel ſenatui permittebant(quo tempore lex de
ambitu lata eſt,quæ ab Accurſio pro obice citatur in cap. Barbarius,ſupradi- H
cto)uerba Plinij in fine eius epiſtolę docent,Sunt quidem cuncta ſub unius
arbitrio,qui pro utilitate communi ſolus omnium curas laboréſque ſuſcepit.Quòd autem Senatus decreto magiſtratus tunc conferrentur, ex epiſtola alia ad eundem intelligimus : in qua rurſus de tabellaribus ſuffragiis lo-
Li.4.epi.25. quitur,de quibus in ſuperioribus nonnihil dictum eſt. Scripſeram (inquit)
tibi,uerendum eſſe,ne ex tacitis ſuffragiis uitium aliquod exiſteret. Factum
eſt. Proximis comitiis, in quibuſdam tabellis multa iocularia, atque etiam
fœda dictu, in una uerò pro candidatorum nominibus ſuffragatorum nomina inuenta ſunt. Excanduit ſenatus: magnóque clamore in eum qui ſcri- I
pſiſſet, iratum principem comprecatus eſt. Ille tamen fefellit, & latuit: fortaſſe etiam inter indignanteis fuit. Quid putamus eum domi facere, qui in
tanta re,tam ſerio tempore,tam ſcurriliter ludat? qui denique omnino in ſenatu dicax,& urbanus,& bellus eſt?Congruit hoc cum eo quod ſcriptum eſt
in lege,Tres,De epiſcopali audien.Cod. Quòd autem deſignatio magiſtratuum comitiali menſe fieret,& alio menſe conſulatum inirent,cum ex plurimis Liuij locis & Ciceronis liquet,tum ex eo quòd ipſe Cicero cum conſulatum gereret,Murænam Conſulem deſignatum ambitus reum defendit,
ut ex eius uerbis apparet circa principium defenſionis.Sunt autem hæc uer- K
ba, Quòd ſi in iis rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is periculum iudicij
præſtare debet,qui ſe nexu obligauit:profectò etiam rectius in iudicio conſulis deſignati,is potiſſimum conſul qui conſulem declarauit, auctor beneficij populi Romani defenſorque periculi eſſe debebit.id eſt, Quemadmodum uenditor qui mancipio dedit rem quæ eſt in humano cõmercio:quíque nexu ſe obſtrinxit,ut emptori rem habere liceret:pręſtare debet rei uen-

Source : BIU Cujas

A dicationis periculum, ne ab emptore res auferatur iudicio: ita Consul, quo comitia habente consul alius designatus est in annum futurum, debet beneficium populi suúmque tueri. Magistratus designatus in iudicium uocari poterat: inito autem magistratu non poterat ex edicto De in ius uocando: nec accusari, ut est auctor Venuleius in tracta. De accu. Proinde pecunia promissa ob honorem uel sacerdotium, hîc liberalitatem significat spontaneam, ad spectaculum edendum ob magistratum ultro delatum: id quod ambitus crimine uacabat. Quam ad sententiam astruendam nullo alio utar auctore potius quàm Marcello in cap. Publius, suprà De conditionibus &
B demonstr. Publius Mæuius testamento ita cauit, Quisquis mihi hæres hæredésue erunt, fidei eorum committo, ut dent Caio Seio sororis meæ filio in honorem consulatus quadringenta. Viuo Mæuio Seius Consul designatus est, & munus edidit: deinde ex Calend. Ianu. consulatum ingressus est. & reliqua. Quo in loco Accursius harum rerum ignarus, munus edidit (inquit) id est professus est se suscepturum: cum munus edere (ut paulò antè diximus) sit spectaculum edere uel uenationis, uel gladiatorum. Cicero in eadem oratione, Quare nec plebi Romanæ eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conuiuiorum: quæ omnia maiores nostri comparaue-
C runt: nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat, quàm largitionem. Plutarchus in Bruto ait spectacula Romæ mercedes fuisse magistratuum collatorum.

IN cap. pri. De uariis & extraord. cognitionibus, lego ex antiquo exemplari, in quo tenuia extabant uestigia Græcorum uerborũ, ἐλευθέρια μαθήματα, Plinius lib. 14. Pessum iere uitæ precia: omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac seruitute sola profici cœptum. Augustinus libro sexto de Ciuitate seculares esse uocitatas à recentioribus ait. Cicero in primo de Orat. ingenuas appellat: Aristoteles ἐλευθερίους ἠθιστήμας: *Liberales artes.* *Cap. 2.*
D Galenus ἐλευθέρια μαθήματα, ut Vlpianus. Dicuntur etiam ἐλευθέριοι λόγοι: & προπαιδεύματα, quasi institutiones præuiæ ad primam philosophiam quæ omnia complectitur: & ad theologiam, cuius incunabula hodiernis moribus longè existimantur tenuiora quàm olim. Quanquam id quoquo modo tolerandum esset, nisi etiam disciplinarum elegantiæ, literarúmque nitori, & claritati inimicitias denunciasset theologia ipsa professione. Verùm ingenuæ & liberales uocatæ sunt, ut ab iis distinguerentur, quas Græci tum φαύλας ἠθιστήμας, id est uiles: tum ἀνελευθέρους, βαναύσους, ἀγοραίους appellant: id est illiberales, sordidas, circunforaneas.

E IN cap. secundo, De proxenetis, Sed & si quid philotrophi nomine accepit.) Lego philanthropiæ. Philanthropia enim non modò humanitatem, id est morum clementiam ac benignitatem significat: sed etiam liberalitatem. Demosthenes ἐν ᾧ περὶ παραπρεσβείας, καὶ φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτοὺς ὁ φίλιππος, ἄλλα τε πολλὰ, καὶ τελευτῶν ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔπινεν αὐτοῖς. Et φιλανθρωπία, φιλοδωρία. Sic Latini benignè facere dicunt. Cicero pro Plancio, Doceo gratiosum esse tribulibus Plancium, quòd multis benignè fecerit, pro multis spo- *Haloan. Philanthropij.* *Benignè facere.*

Source : BIU Cujas

ponderit. Hic ergo philanthropiæ nomine aliquid accipere, est munusculũ accipere uel mercedulam, quæ benignitatis magis quàm obligationis sit. F

IN cap. sequenti, Facilius quod Græci appellant peti possit.) Puto legendum, Quod Græci προξενητικὸν appellant: cum hoc uerbum in Græco compendio legerim. nisi φιλανθρώπευμα magis placet: quod benignè datum significat. Hæc tamen coniecturæ sunt, non fiduciæ, ut in cap. Rei, De uerborum significatione, quod legitur, Id opus quod Græci uocãt, id est ex opere facto corpus aliquod perfectum, τὸ ἀπειργασμένον.

Haloã. Quod Græci ἑρμηνευτικὸν appellant. i. honorarium interpretis.

Munifices.

IN cap. Munus, De uerborum significatione: Et quosdam milites munificos uocari.) Lego munifices. Munifices enim dicebantur, auctore Festo, qui non uacabant, sed munus principi faciebant. Contrà beneficiarij dicebantur qui uacabant muneris officio. & munifices à Vegetio dicuntur milites qui * munera faciunt: quibus immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per metaphoram dictum lib. 11. Vno uerò sue ex omni turba relicto, sola munifex mamma quæ genito fuerat attributa, descendit. Munificem mammam Plinius pro lactenti dixit, qua scilicet fœtus lactatur. Libro tamen. 11. Cod. in cap. secundo De prædiis nauiculariorum, munificum prædium dicitur τὸ λειτουργοῦν καὶ συντελές. G H

Lib. 2. cap. 7. & cap. 19.
** Munia*
Cap. 40.

IN cap. sequenti lego, Contractum autem ultrò citróque obligationem esse, quod Græci συνάλλαγμα uocant. quod uerbũ apud Aristotelem idẽtidem legitur in v. Ethicôn. Contrahere & distrahere ut Latinè opponuntur: sic Græcè συναλλάττειν καὶ διαλύεσθαι. Aristoteles οὐχ ὁμοίως δὲ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος, ἐγκαλέσει. ac si diceret: nisi ita res distrahatur ut contracta est, continuò expostulabit. id autem fit cum conuenta dissolutione implentur, hoc est debiti depensione. Vnde soluere uerbum dictum τὸ ἐκτίσαι, τὸ ἀποτίσαι, τὸ καταβάλλειν. Plautus, Soluta res erit, si mihi dederis.

Contrahere, & distrahere.

Solutio debiti unde dicta sit.

IN cap. Sylua, Noualis est terra præcisa. & reliqua.) Lego obseruatione antiqui exemplaris, Noualis est terra proscissa: quam Græci νέατον uocant. νέατος enim sic dicitur, ut ἄροτος, ἄμητος, & similia. hoc est ἡ γῆ νεωστὶ ἠροτριαμένη. Ξενοφῶν, καὶ γὰρ νεατὸς καὶ σπόρος καὶ φυτεία καὶ νομὴ, ὑπαίθρια ταῦτα πάντα ἔργα ἐστί. Sed apud Xenophontem tempus potius significat quàm ueruactum uel segetem, cum accentu in ultima. νεᾶν, nouare, est noualia facere: τὸ μεταβάλλειν τὴν γῆν πρότερον εἰργασμένην. Theophrastus, ἡ δὲ κατεργασία ἐν ᾧ νεᾶν κατ' ἀμφοτέρας τὰς ὥρας καὶ θέρους καὶ χειμῶνος. Cicero in secundo de Orato. Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato, quò meliores fœtus possit & grandiores edere. Nouatum agrum appellat, diu ante sementem cultum, ut interim fermentaretur, & sub sementem iteraretur. Proscindi autem ager dicitur, nõ præcidi, ut in illo Catonis oraculo, Lutosam terram ne tangito: ui omni arato: priusquam ares, proscindito. hoc utilitatem habet, quòd inuerso cespite herbarum radices necantur. Plinius lib. 18. Quidam utique ab æquinoctio uerno proscindi uolunt. quódque uere semel aratum est, à temporis argumento ueruactum dicitur. Hoc in nouali atque requieto necessarium est. I K

νέακιν. Hal. i. noualem agrum.

Nouare agrum.
Proscissus ager.
Apud Plin. lib. 18. ca. 19.
Ibidem.
Veruactum.

Ex titulo, De uerborum significatione. Nouale

Source : BIU Cujas

A Nouale eſt quod alternis annis ſeritur. Ex quibus uerbis planum fit, nouale Paulum eodem modo ut Plinium accepiſſe. Idem, Iuſtum eſt proſcindi ſulco dodrantali iugerum uno die, iteraríque ſeſquiiugerum, ſi ſit * facultas ſoli: ſi minus, proſcindi ſemiſſem, iterari aſſem. Proſcindere eſt primum terram uertere grandioribus glebis relictis. Vt autem noualis alternis annis ſeritur, ita reſtibilis quotānis: qui παλιμφυὴς uocatur, & παλίμβλαστος. Veruactum autem & nouale interdum pro eodem accipiuntur. Columella enim ueruactum appellat agrum uere primo proſciſſum, qui anno ceſſauit: ut lib. 2. Fabæ modij quatuor uel ſex in ueruacto duas operas bubulcorum detinent: at B in reſtibili unam. Idem, Faſellus terræ mandatur uel in ueruacto, uel melius pingui & reſtibili agro. Ego uerò noualem tum dici ſentio & nouale, cum poſt meſſem ager tōſus quieſcit: quod culmetum lingua patria uocat. Tum autem ueruactum dicitur, cum uere terra proſciſſa eſt: Græcè νάξος, ut diximus, & νὸς & νᾶμα. Latinè etiam interdum ſeges dicitur, cum iterata & exculta eſt ad ſementem. Id cum ex loco Plinij ſupradicto, tum ex Columella declaratur in præfatione ſexti, his uerbis, Neque inficior id eos aliqua ratione feciſſe, quaſi ſit agricolæ contrarium paſtoris propoſitum: cum ille ſubacto & puro ſolo gaudeat, hic nouali graminoſoque: ille fructum è terra C ſperet, hic è pecore. Idem in ſeptimo. Sequêris autem noualia nō ſolum herbida, ſed quæ plerūque uidua ſunt ſpinis. Varro, Seges (inquit) dicitur, quod aratum ſatum eſt: aruum, quod aratum necdum ſatum eſt: noualis ubi ſatum fuit antequam ſecūda aratione renouetur. Idem, Multū intereſt, in rudi terra, an in ea ſeras, quæ quotannis obſita ſit, quæ uocatur reſtibilis: an in ueruacto, quæ interim requieuit. Inde tonſæ nouales Virgilio, & culta noualia. Eſt & aliud genus noualis, terra tūc primùm ad culturam proſciſſa: quo modo Plinius uſus eſt in decimoſeptimo, de odorata terra loquens, Talis eſt ferè (inquit) in noualibus cæſa uetere ſylua: quæ conſenſu laudatur.

Noualis: & nouale. *Ibidem.* **facilitas* *Reſtibilis.* *Cap. 13.* *Lib. 2. ca. 10.* *Seges.* *Cap. 3.* *Lib. 1. ca. 29.* *Lib. 1. ca. 44.* *Cap. 5.*

D IN cap. Oſtentum, reſtituenda hæc duo uerba, φᾶσμα, πρατῶδες.

IN cap. Inſtratum: lego ex antiquo exemplari, Neque enim dubium eſt quin ſtragula ueſtis ſit omne pallium, quod Græci περίστρωμα uocant.) Quo uerbo Latini etiam uti ſolent, ut Cicero in ſecunda Antoniana, Conchiliatis Cn. Pompeij periſtromatis ſeruorum in cellis lectos ſtratos uideres. Dicuntur etiam peripetaſmata, ex eo quòd tricliniis obtendi ſoleant: & παραπετάσματα, & aulæa, & Attalica, ab aulis regum in quibus expanduntur. Virgilius, Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Curtius, Lectos circundederant aulæa purpurea, auróque fulgentia. Et in ſingulari aulæa: quo modo Græci E utuntur. Curtius lib. 8. Cum poſt aulæam quæ lectos obduceret, ſtaret rex. Cicero in Ver. act. quinta, Quid illa Attalica tota Sicilia nominata ab eodem Heio peripetaſmata emere oblitus es? Plinius libro. 8. Aurum intexere in eadem Aſia inuenit Attalus rex: unde nomen Attalicis. Dicuntur & Babylonica. Idem, Colores diuerſos picturæ ueſtibus intexere Babylon maximè celebrauit, & nomen impoſuit. Et rurſus idem, Metellus Scipio triclinaria Babylonica ſeſtert. octingentis millibus uæniſſe, iam tunc poſuit in Capitonis cri-

Periſtroma. *Peripetaſmata.* *Attalica.* *Georg. 3.* *Lib. 9.* *Aulæa.* *Verr. 6.* *Cap. 48.* *Babylonica.* *Ibidem.*

Source : BIU Cujas

Tapetes. minibus. Vocantur etiam tapetes uerbo & ipso Græco, & tapetia. nostri uno F
Stragula, & plagæ. uerbo stragula & plagas appellant, ut Liuius lib. 9. de bello Macedo. Luxurię enim peregrinæ origo ab exercitu Asiatico inuecta in urbem est. Inde primùm lectos æratos, uestem stragulam preciosam, plagulas, & alia textilia
** aduexerũt.* Romam * adduxerunt. Hæc cum animalia habent intexta, ut hodie passim
Belluata stragula. habentur, ζωωτὰ à Græcis, id est belluata uocantur. Plautus in Pseud. Neque
Act 1. Sce 2. Alexandrina belluata consuta tapetia. Pallia à quibusdam uocantur, ut nunc
Pallia. ab Vlpiano: cum pallium alioqui sit uestis Græcorum propria: unde palliatæ fabulæ dictæ: ἱμάτιον ab illis dictum.

Cõparatum. IN cap. Sæpe ita computatum est) lego ex antiquis, comparatum: id est G
Phorm. Act. 1. Scen. 1. constitutum, & loquendi consuetudine receptum. Terentius in Phor.

Quàm iniquè comparatum est, ij qui minus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus!

Cicero in Lælio, Quoniam ita comparata est ratio uitæ naturæque nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. οὕτω καθέστηκε τοῦ τῆς φύσεως καὶ τοῦ βίου τοῦ ἡμετέρου.

IN eodem cap. Nam cum dicitur apud ueteres AGNATORVM GENTILIVMQVE, que pro separatione accipitur.) Accursius non rectè gentiles cognatos interpretatus est: quia utroque uocabulo agnati intelliguntur.
Agnati, & gentiles. Verùm gentilitas agnatorum erat clarioris familiæ. Morem autẽ eum fuisse H
antiquorum, ut hæc duo in sermone iungerent, ex illo prouerbio apparet, quo Varro & Columella usi sunt, Ad agnatos & gentiles est deducendus. de quo satis est à nobis alibi dictum, atque etiam de iure gentilitatis. & alioquin
Tusculan. 1. gentiles nõ tam agnati sunt, quàm cognomines. Vnde Cicero Seruium Tullium, qui Romanorum rex fuit, gentilem suum uocat. Inde illud Plinianum
Cap. 1. lib. 33. Singuli Marcipores Luciporésue dominorum gẽtiles, uictum in promiscuo habebant. quibus uerbis significat priscos Romanos singulis seruis
Marcipores. contentos fuisse. quare Marcipores quasi Marci pueri uel Lucij uocabantur, quasi ministri & asseclæ, ut Græci παῖδας uocant seruos. quod in numero- I
Cap. 4. Aliis cap. 7. sa familia postea fieri non potuit. Fabius in primo, In seruis (inquit) iam intercidit genus illud nominis quod ducebatur à domino: unde Marcipores, Publipores. Qui ergo dicebat agnatos gentilésque, & eiusdem gentis, & cognomines significabat. Falsus est etiam in eo Accursius, quòd separatum & disiunctum pro eodem accepit: cum Paulus hoc intelligi uoluerit, gentiles separatos ab agnatis esse. Aliud est enim disiunctiua particula, διαζευτικὸν μόριον: & aliud separatiua, ἀπὸ χωριστικόν. Cicero in Top. Gentiles sunt qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit, qui capite non sunt diminuti. Nihil enim uideo K
Scæuolam pontificem ad hanc definitionem addidisse. Secundum hoc non ut quisque agnatus est alicui, ita etiam gentilis est: nec quisquis alicui gentilis est genere, non etiam agnatus est. Quare longè abfuit Accursius à mente Iurisconsulti, cum ait hîc gentiles cognatos significari. Verum est tamen (ut diximus) gentiles interdum esse, qui non ex eadem familia sint: ut M. Tullius Seruio Tullio regi.

Ex titulo, De uerborum significatione.

Idem

Source : BIU Cujas

A IDEM Accurſius in cap. Impenſæ, non intellexit quid ſit loricatio. non eſt enim cælatura in modum loricæ facta: ſed cum lorica ſit in uniuerſum cuiuſque rei tutela & protectio & munimentum, id eſt πέβλημα, σκέπασμα, καὶ σκέπη τι: tum uerò lorica pars murorum eſt & ſtructurarum. Vitruuius lib. 2. de lateritiis parietibus loquens, Cum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à uentis deiectæ, qua poſſit ex imbribus aqua perpluere: non patietur lorica teſtacea lædi laterem, ſed proiectura coronarum reiiciet extra perpendiculum ſtillas. Loricam appellat coronarum proiecturam, quæ fit in parietibus eiuſcemodi. Curtius libro nono, Anguſta muri corona erat. non B pinnæ, ſicut alibi, faſtigium eius diſtinxerant: ſed perpetua lorica obducta tranſitum ſepſerat. Itaque rex hærebat magis quàm ſtabat in margine, clypeo undique incidentia tela propulſans. Loricam appellat ſtructuram faſtigiatam, quæ aquam pluuiam utrinque diſpellit extra perpendiculum ueluti ſuggrundulis prominentibus. Capiſtratæ huiuſcemodi ſtructuræ à ſtructoribus noſtris appellantur. In pauimentis etiam ruderatis lorica appellatur corium è marmore tuſo cum calce & arena, Vitruuio libro ſeptimo: Itaque ſi neceſſitas urgeat, ut minimè uitioſa fiant, ſic erit faciendum. Cum coaxatum fuerit, inſuper altera coaxatio tranſuerſa ſternatur, clauíſque præ- C fixa duplicem præbeat contignationi loricationem: deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur. Varro lib. pri. de re ruſtica, Parietes & ſolum opere tectorio marmorato loricandi. Hoc in loco Paulus huiuſcemodi loricationem ſignificauit, quę nonnihil ſimile uel operis tectorij habeat ad picturam admittendam: uel in ſummis ſtructuris aliquid elegantius, cohoneſtamenti gratia factum potius, quàm ſtructuræ protegendæ. à Græcis θελγμῶσις dicitur. Homerus in Odyſſ. χάλκεοι μὲν τοῖχοι, θοὴ δὲ θριγκὸς, κυανοῖο. id eſt, ὁ περὶ τεῖχον κύκλος οἱονεὶ στέφανος. A lorica loricare uerbum dictum. Plinius de ichneu- Loricare. mone loquens in octauo, Mergit ſe limo ſæpius, ſiccátque ſole: mox ubi Cap. 24. D pluribus eodem modo ſe coriis loricauit, in dimicationem pergit. Quem loquendi modum ab Ariſtotele ipſe mutuatus eſt libro ſexto de hiſto. ani- Cap. 18. m lium. de apris enim loquens ita inquit, Mirabilia inter ſe prælia conſerunt, ſeſe ad ea loricantes, tergoráque ſua in ſummam craſſitudinem artificio comparantes, ea ad arbores affricantes, & cœno oblita ſubinde aſſiccantes. Sed hęc ſignificatio ab lorica militari ducta eſt. θωρακίζοντες ἑαυτὸν, καὶ ποιοῦντες σῶμα παχύτατον ἐκ παρασκευῆς.

Lorica. Cap. 8. Cap. 1. Cap. 57. Loricatio.

IN cap. Cum biſextus. Cato putat menſem intercalarem adtitium eſſe: omnéſque dies eius pro momento temporis obſeruat: extremóque diei mē- E ſis Februarij attribuit. Quintus Mutius. Menſis autem intercalaris conſtat ex diebus *xxix.) Accurſius exiſtimauit Catonem & Mutium à Celſo reprehendi ut abſurda dicentes: quare ad huius dicti ſenſum percipiendum, adnotandum hîc eſſe duxi id quod Macrobius libro primo Satur. his uerbis dixit, Cum Romani ex diſtributione Pompilij, ad lunæ curſum, ſicut Græci, annum proprium computarent: neceſſario etiam intercalarem menſem

Haloand. *XXVIII. Cap. 13.

Source : BIU Cujas

instituerunt more Græcorum: & reliqua,quæ de intercalatione auctor ille F
prosecutus est. Hoc autem intercalandorum mensium institutum Cæsaris
ætatem præcessit. Quare hîc Quintus Mutius P. filius & Cato,à Celso nomi-
nati sunt Iurisconsulti antiquiores Cæsare, ut auctor est Pomponius in cap.
In Iulio. cap. 40. altero De origine iuris. De quo Cæsare Tranquillus ita scribit, Conuersus
hinc ad ordinandum reipublicæ statum, fastos correxit, iampridem uitio
pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, ut neque messium fe-
riæ æstati,neque uindemiarum autumno competerent: annúmque ad cur-
sum solis accommodauit,ut CCCLXV dierum esset: & intercalario men
se sublato,unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quò autem magis G
in posterum è Calendis Ianuariis nobis temporum ratio congrueret: inter
Nouembrem & Decembrem mensem interiecit duos alios. Fuítque is an-
nus quo hæc constituebantur, quindecim mensium cum intercalario, qui
ex consuetudine in eum annum incideret. Ex his satis declaratur,non absur-
da esse quæ Cato & Mutius dixerunt de mense qui intercalabatur eo tempo-
re,quo annum Lunæ cursus non solis moderabatur. Id demum scrupulum
facit,quod de mense intercalari dicitur, esse eum dierum undetriginta. Ma-
crobius enim in loco suprà citato: Sed nondum errore(inquit)comperto,per
octo annos,nonaginta quasi superfundendos Græcorum exemplo compu- H
tabant dies: alternísque annis binos uicenos,alternis ternos uicenos intercа-
lantes,expensabant intercalationibus quatuor. Et rursus,Hoc autem(inquit)
errore iam cognito,.hæc species emendationis inducta est. Tertio quoque
octennio ita intercalandos dispensabant dies,ut non nonaginta,sed LXVI.
intercalarent. Secundum hoc dictum Macrobij, mensis qui intercalatur,
Mẽsis intercalaris. XXIX.dierum esse non potuit. Quare scire nos oportet,mensem intercа-
larem dici non modò eum qui intercalatur, sed etiam in quo intercalatur.
Prior intercalatitius dici potest, id est παρεμβεβλημένος: quo modo Cato cen-
suit mensem intercalarem addititium esse, qui in usu post Cæsarem nõ fuit. I
Posterior ἐμβολιμαῖος Græcè dicitur: cuiusmodi est Februarius hodie, quem
Celsus undetriginta dierum esse dixit,non ex Catonis ille quidem aut Mu-
tij,sed ex sua persona loquens. Græcè autem ἔμβολιμος utranque significatio-
Li. 2. ca. 47. Annus intercalaris. nem habet. Plinius annum intercalarem pro bisextili dixit. Liuius mensem
intercalarium,ut Macrobius uocauit,de Lucio Scipione loquẽs,Triumpha-
Deca. 4. li. 7. Mẽsis intercalarius. uit mense intercalario, pridie Cal. Martias. Cicero ad Ligarium, Ego tamen
cum ad III. Cal. intercalares rogatu fratrum tuorum ueniissem mane ad Cæ-
Li. 6. epi. 14. sarem.& reliqua. Calendas ut opinor Martias significauit. Omni enim inter-
calationi(inquit Macrobius)mensis Februarius deputatus est. Quod autem K
Cato de intercalari addititio dixit, hunc ferme sensum habet: Mensis inter-
calatus ad spatia temporum ætatúmque metienda dinumerandáque non
procedit: cum id reliquis annis defuerit quod intercalari additur: qui anni
nihilo secius in numerum processerunt ætatum & temporum,licet nec ple-
ni essent anni,nec iusti. Itaque hic annus licet diebus mensibúsue redundet,

Source : BIU Cujas

A non tamen longior maiórue eſſe cæteris, Iuriſperitorum interpretatione cen
ſetur. Neque uerò magnopere mirum eſt intercalandi uarietate antiquiſſi- *Intercalatio Cæſariana.*
mos eſſe uſos: cum etiam illa Cæſariana, qua nunc utimur, cum curſu ſolis
anni moderatoris non ſatis quadrare uideatur. Ephemerides aſtronomorũ
hodierno tempore æquinoctium uernum ad quintumdecimum Cal. Apri-
les, qui dies eſt duodeuiceſimus Martij, peractum eſſe ſignificant. Nam cum
omnes cardines temporum in octaua ſignorum parte conficiantur, ſi Plinio *Li. 18. ca. 25.*
credimus auctori earum rerum grauiſſimo, & aſtronomi introitum ſolis in
Cancrum ad undecimum menſis Martij ſignent, qui quintus Iduum appel-
B latur: octauo utique inde die æquinoctium peragi ea ratione exiſtimãdum
eſt: qui duodeuiceſimus eſt menſis eius. At Columella & Plinius, qui Cæſa- *Plin. lib. 18.*
ris ſecuti ſunt rationem, æquinoctium uernũ octauo Calendas Apriles fieri *cap. 26. Columel. lib.*
dicunt, qui quartus eſt & uiceſimus menſis. Quare facile eſt iudicare, tan- *11. cap. 2.*
tam eſſe temporis intercapedinem inter æquinoctium noſtrum, & id quod
à Cæſare ſignatum eſt, quanta eſt inter quintumdecimum Calend. & octa-
uum. tot enim diebus æquinoctium quod ſequimur, Cæſarianum æquino-
ctium anteuertit. Quæ ratio Cæſariana ſi mille ac quingentis annis tot die-
rum ſpatio aberrauit à ſolis ueſtigiis, quò tandem euaſura eſt, niſi à mathe-
C maticis aliquando corrigatur? quod niſi fiat, quid cauſæ eſt, quin æquino-
ctium uernum in Februarium tandem retroactum iri exiſtimemus? De dif-
ficultate autem aſſignandi eius æquinoctij, aliarúmque temporis dimenſio-
num Plinius loquens, ita inquit, Addidere difficultatem & auctores diuerſis *Li. 18. ca. 25.*
in locis obſeruando, mox etiam in iiſdem diuerſa prodẽdo. Tres autem fue-
re ſectæ, Chaldæa, Aegyptia, Græca. His addit apud nos quartam Cęſar dicta-
tor, annos ad ſolis curſum redigens ſingulos, Soſigene perito ſcientiæ eius
adhibito: & ea ipſa ratio poſtea comperto errore correcta eſt, ita ut duode-
cim annis continuis non intercalaretur: quia cœperat ſydera annus morari,
D qui prius antecedebat: & Soſigenes ipſe tribus commentationibus, quan-
quam diligentior eſſet cæteris, non ceſſauit tamẽ addubitare ipſe ſemet cor-
rigendo. Ex his uerbis Plinij intelligimus iam tum Cæſaris tempore intelli-
gi cœptum, intercalandi quadrantis rationem nõ planè eſſe exactam ad ob-
ſeruationem temporum. Accedit auctor Columella, qui libro nono, Bruma *Cap. 14.*
(inquit) conficitur circa octauum Calend. Ianuarij, in octaua parte Capricor-
ni. Nec me fallit Hipparchi ratio, quæ docet ſolſtitia & æquinoctia nõ octa-
uis, ſed primis partibus ſignorum confici. Verùm in hac ruris diſciplina ſe-
quor nunc Eudoxi & Metonis antiquorúmque faſtos aſtrologorũ, qui ſunt
E aptati publicis ſacrificiis: quia & notior eſt iſta uetus agricolis concepta opi-
nio: nec tamen Hipparchi ſubtilitas pinguioribus (ut aiunt) ruſticorum li-
teris neceſſaria eſt. Hactenus Columella. Cum igitur (ut coniectura colligo)
prima illa ſiue prior Soſigenis intercalatio, multo maior quadrãte diei fuiſ-
ſet, ſolis utique curſum quaſi morari ac retardare cœperat: quippe cum an-
nus uertens, qui ſolis ipſe eadem in ueſtigia reditu conficitur, minor eſſet eo

Source : BIU Cujas

anno quo Romani utebantur,id eſt anno ciuili,intercalationis uitio.Poſtea F
errore comperto,cum aliam rationem Romani inſtituiſſent: intercalādi(ut
ita dicam)compendio,in errorem diuerſum mortales adduxerūt, ut iam Cę-
ſaris rationem ſequentes,non morari ſolem, ut antea, ſed urgere acceleraré-
que uideamur,annúmque uertentem anno ciuili ſeptem dierum interuallo
anteuertamus:& ueluti ſolem currētem præproperè incitemus. Eodem por-
rò errore reliquos etiam temporum cardines retroagentes, ſolem ipſum eo-
rum moderatorem ſolſtitio & bruma alteróque æquinoctio itidem adur-
gere uidemur.Siquidem omnes temporum cardines in octaua parte ſigno-
rum peragūtur,ut antea ex Plinio docuimus,& Columella libro xj. Plinius, G
Cap.25. Omnes(inquit)hæ differētiæ fiunt in octauis partibus ſignorum. Bruma ca-
pricorni,ab octa. Calend. Ianua. ferè. æquinoctium uernum arietis, ſolſti-
tium Cancri,alterúmque æquinoctium Libræ. Cui congruit quod alibi eo-
Cap.28. dem libro dixit,Solſtitium peragi in octaua parte Cancri & octauo Cal.Iu-
lij diximus. magnus hic anni cardo.Idémque ipſe antea dixerat libro ſecun-
do,capite duodetriceſimo. Apud Columellam autem libro II.legitur,V III.
Cap.2. Cal.Iulias ſol introitum in Cancrum facit.quæ uerba eſſe corrupta argumē-
to ſunt uerba quæ ſubſequuntur poſt unum & alterum uerſum, Viij. & vij.
& vj.Cal.Iulias ſolſtitium.Et rurſus inferius, Octauo Calend.Octobris & vij. H
& vj.æquinoctium autumnale.Aliud eſt enim ſolſtitium,& aliud introitus
in Cancrum:cum introitus in prima parte,& ſolſtitium in octaua fiat.Quā-
re apud Columellam ita legēdum uidetur in loco ſuprà citato,X V.uel xiij.
Calend.Iul.ſol introitum in Cancrum facit. facile enim fuit notas numero-
rum corrumpi. Proinde cum Columellæ ætate, qui circa Cæſaris tempora
fuit,ſolſtitium peragi non modò octauo,ſed etiam ſexto Calend. Iulias cen-
ſeretur:qui dies feſtus eſt diuo Baptiſtæ: ſi retrorſus inde dies numeres octo,
in diem ſeptimumdecimum menſis incurres, id eſt in quintumdecimum
Cal.Iulias, quo die ſolis eſt ingreſſus in Cancrum. noſtri autem Mathema- I
tici eum tertiodecimo attribuūt,qui tertius eſt Iduum. Quòd ſi à ſexto Ca-
lend.quo peragitur ſolſtitium ſecundum Columellam, retro numeres: ad
undeuiceſimum peruenies, & maius erit interſtitium. Iam æquinoctium
autumnale hodie ſtatuere aſtronomi uidentur ad decimum diem Calend.
Octobris,qui uiceſimus eſt Septembris:cum introitum ſolis in Libram xiij.
Lib.II.cap.2. die ſignent Idibus eiuſdem menſis. At Columella,X III. (inquit) Calendas
Octobres ſol in Libram tranſitum facit. Et paulò pòſt, V III.(inquit)Calen.
Octobres,& vij.& vj.æquinoctium autumnale.Denique introitum ſolis in
Capricornum hodie ephemeridum editores xij die Decembris obſeruant, K
Lib.II.ca.2. id eſt pridie Iduum.De quo Columella,X V I.(inquit) Calend. Ianuarij ſol
non ita procul à fine. in Capricornum tranſitum facit, Brumale ſolſtitium, ut Hipparcho placet.
Et inferius.I X.Calen.Ianuarij Brumale ſolſtitium,ſicut Chaldæi obſeruant.
hactenus ille.Nos igitur hodie pridie Idus Septembris introitū ſolis in Ca-
pricornum ſtatuimus: ideóque Brumam in octaua parte, id eſt decimo-

Source : BIU Cujas

A quarto Calend.Ianuarias, id eſt undeuiceſimo die Decembris. Traditio autem Columellæ quarto & uiceſimo die ſtatuit,id eſt nono Calen.quod eſt peruigilium natalis ſaluatoris noſtri.Plinius autem octauo Calẽd. attribuit, id eſt natali dominico. Ex quibus manifeſtum eſt nos ab antiquorum obſeruatione quinque dierum interſtitio ut minimum abſceſſiſſe. quanquam & apud priſcos parum eiuſmodi obſeruationis computationíſque ratio cõſtitit,utpote quum Hipparcho cum Chaldæis non conuenerit: niſi quòd Hipparchus obſeruaſſe uidetur ſolſtitium cum oriretur, Chaldæi cum perageretur,ut & Plinius fecit. Quòd ſi hodie faſtos conſtituere in mentem iis
B ueniret, quibus id licet pro poteſtate facere: ut quarto quoque anno diem unum intercalarem habemus, ita trecẽteſimo ferè anno exemptilem unum in poſterum haberemus, ita ut primo anno biſextili dies illi aut quinq; aut pluſculi,qui hactenus excreuerunt & nunc redundant, ſemel eximerentur. Huiuſcemodi autem diebus olim Græci utebantur, ἐξαιρετάμυς uocantes. Id quod Cicero in tertia Verrina refert.Difficultas autem rei exactè conſtituẽdæ inde oritur,quòd orbis ſigniferi circuli in trecentoſſexaginta gradus tribuitur,quæ partes maximi circuli à ſphæricis auctoribus appellantur: quarum unaquæque pars in ſexaginta particulas diuiditur, quæ minuta uocan-
C tur:& rurſus minuta hæc ſingula primaria in ſexagena minuta ſecundaria. At diligentiſſimi mathematicorum tradiderunt ſolem orbe ſuo eccentrico ita ferri,ut ex aduerſo motionis cæleſtis, quæ orbes omnes ſecum rapit, in ſingulos dies minuta undeſexagena & octona circiter ſecundaria quotidie retrocedat, quarum computatio,& in aſſes in horáſque collectio, rem inexplicabilem reddit: cum eo quidem, quòd ut collectæ fuerint quantumuis exquiſitè, tamen partitio in annos aliquot diſtribui ita exactè nequit, intercalationéque adæquari, ut non aliquid aut excurrat aut deſit. Hoc autem non ambigetur (ut opinor)ſi quis intẽtius animaduerterit, intercalationem
D quadrantis paulo maiuſculam eſſe,quàm ut cum fine anni uertẽtis competeret.indéque factum, ut ceſſim ſemper eamus à tempore Cæſaris, ab eiúſque obſeruatione temporum.His etiam cauſis accedere forſitan illud poteſt quod Columella lib.pri.his uerbis inquit, Multos enim iam memorabiles auctores comperi perſuaſum habere,longo æui ſitu qualitatem cęli ſtatúmque mutari:eorúmque conſultiſſimum aſtrologiæ profeſſorem Hipparchũ prodidiſſe,tempus fore,quo cardines mundi loco mouerentur. Cui conuenit Plinij dictum lib.36.qui de gnomonis cuiuſdam mutatione loquens ita inquit,Hæc dierum obſeruatio xxx. iam ferè annis non congruit: ſiue ſolis
E ipſius diſſono curſu & cæli aliqua ratione mutato: ſiue uniuerſa tellure aliquid à centro ſuo dimota, ut deprehendi & in aliis locis accipio: ſiue urbis tremoribus ibi tantùm gnomone intorto.

Exemptiles dies.

Cap. 1.

Cap. 10.

IN cap. Spadonum,Thilibiæ & Talaſiæ.) Thlibiæ & Thlaſiæ hîc legendum Ioannes Craſtonus iandiu adnotauit. apud quoſdam tamen Thladiæ dicuntur:θλαδίαι.Paulus Aegineta lib.6.de eunuchiſmo loquens,Duplex(in-

Source : BIU Cujas

Eunuchi quo modo fiant. quit) eunuchos faciendi ratio. Partim enim collisione, partim exectione F
fiunt. Prius illud genus hoc modo fit, Pueros adhuc infantes in peluim insidere faciunt aquę calidæ: deinde cum corpuscula flaccuerint, in ipsa pelui digitis testiculos collidunt, quoadusque euanidi abeant, nec iam cõcreto coa-
Spadones. gmento contrectationem subeant. ὁ μὴ ἔχῃ θλᾶσαι, ὁ δὲ κατ' ἐκβολήν. Spadones sunt quibus cremasteres sunt euulsi: id est nerui quibus colei suspensi sunt.

IN cap. Anniculus, Ante diem decimum Calendarum, & post diem de-
Haloan. nec utroque sermone. cimum Calendarum, utroque sermone undecima dies significatur.) Hoc loco (ut opinor) Paulus lectorem morari hoc gripho uoluit, potius quàm docere. Quare non immeritò hoc dictum Accursius malam literam uocat. G
Laurentius libro iiij Elegantiarum meminit, nec tamen interpretandũ censuit. Ipse quidem duobus modis intelligi hoc posse arbitror. uno modo, ut undecimam diem præcedentis mensis intelligamus: altero subsequentis, à quo Calendæ nomen sortiuntur: ut uerbi gratia, Ante diem decimum Calendarum Martij facturum te aliquid cum spoponderis, certum est te uicesimum diem Februarij significasse: qui decimus est à Calendis Martij, & quo die Romani decimo Calendas dicere ac scribere solebant. Et rursus cum dixeris te facturum post diem decimum Calẽdarum, intelligere potero diem undecimum Martij, inter quem & Calendas nouem dies intercedunt. Est e- H
nim undecimus dies non Calendarum, ut ille prior, sed dierum mẽsis à quo Calendæ denominantur. Priorem interpretationem uix probare iis poterimus, qui censent eundem diem significari cum dicimus decimo Calendas Martij uel Aprilis, & ante diem decimum Calend. id est decimo die ante Calendas, quod loquendi compendio, decimo Calendas dici institutum est. In qua sententia ego sum, Ciceronis auctoritate ductus, apud quem in Philippica ultima sic legitur, Memoria tenent me ante diem xiiij Calend. Ianuarij principem reuocandæ libertatis fuisse. quibus uerbis eum diem significauit, quo die xiiij Calend. Ianuar. dicitur: ut ex Philippica quinta liquet. quam o- I
Non procul ab initio. rationem cum Cicero in Senatu haberet Calendis Ianuariis, Recordamini (inquit) qui dies nudiustertiusdecimus fuerit: quantus consensus uestrum, quanta uirtus. Dies enim tertiusdecimus à Calendis Ianuariis retrò numerum agendo, est dies quo dicitur xiij Calend. Ianua. qui est uicesimus Decembris. quare in Philippica ultima non diem xiiij. sed xiij Calen. legendum esse censeo. Nam si numeri nota uno puncto non redũdaret, Cicero nudius-
Nudiusquartusdecimus. quartusdecimus in quinta Philippica dixisset, cum nudiustertiusdecimus non semel ibi legatur. etiam si Laurentius mendosè legi censet. in quo ei minimè assensus sum: sicut nec de eo quod apud Plautum legitur. De xiij enim K
die Ciceronem intellexisse, uerba quæ alibi in eadem oratione sequuntur, satis declarant: Hoc dies (inquit) xij profecerunt, ut quem nemo præter Cotylam unum inuentus sit qui defenderet, is habeat iam patronos etiam consulares. Cæterùm mos hic loquendi, de quo nunc agitur, creber apud anti-
Lib. 3. epi. 17. quos fuit. Idem Cicero ad Atticũ, de Quinto fratre, Nuncij nobis tristes nec

Source : BIU Cujas

A uarij uenerant ex ante diem Nonarum Iun. uſque ad pridie Calẽd. Septemb. Et in Catil. Dixi in Senatu cædem te optimatũ contuliſſe in ante diem quintum Calend. Nouemb. Liuius, Conſules Prętoréſque uſque ante diem quintum Calend. Maias Romæ Latinæ tenuerũt. Eſt autem loquendi modus per uerborum tranſpoſitionem receptus, ut exaudire hæc uerba ita debeamus, uſque diem quintũ ante Calend. Sic Græci, πρὸ πέμπτης καλανδῶν ἰανουαρίων. Lactantius libro quarto Diui. inſtitu. Tyberij Cæſaris anno quintodecimo, duobus geminis conſulibus ante diem * decimum Calend. April. Iudæi Chriſtum cruci affixerunt. quibus uerbis dies tertius & uiceſimus Martij ſignificatur.

Oratione. 1.

Ante diem quintũ Calẽ. & ſimilia.

Deca. 3. li. 5.

Cap. 10 ſub finem.

** ſeptimum*

B id quod ſi admittamus, uerum nõ eſſe uidebitur quod Paulus dixit, ante decimum diem Calend. undecimum diem ſignificare. Vtcunque ſit, uel ænigmate uel oxymoro Paulus detinere lectorem uoluiſſe mihi uidetur: ut nũc mittam quòd hallucinari potuit. Fortaſſe autem aliud eſt ante diem decimũ Calendas, qui ſermo per tranſpoſitionem receptus eſt, ut diximus, hoc modo, decimo ante Calendas, & ante diem decimum Calendarum, qui ita ut illud reſolui non poteſt: ut ſit decimus Calend. Aprilium tertius & uiceſimus Martij: & ante diem decimum Calendarum undecimus, id eſt ſecundus & uiceſimus eiuſdem: poſt diem autem decimum Calen. Aprilium, ſit dies un-

C decimus Aprilis. Cum ergo dicit Paulus, Vtroque enim ſermone undecima dies ſignificatur: id ſubintelligendum reliquit, ſi alterum ſermonem retrò, alterum porrò agas: ut alter ſit menſis ſequentis, & alter præcedentis. Quòd ſi de iis menſibus intelligatur qui undeuiginti Calendas habent: ut uerbi gratia ſi dicas, Decimo Calend. Decemb. pridie & poſtridie eius diei erit undecima dies, ſiue porrouerſus numeres, ſiue retrorſus. nam uiceſimuſſecundus dies erit undecimo Calend. & uiceſimuſquartus erit undecimus Calẽd. id eſt undecimus à decimonono Calend. Secundum quam interpretationẽ cùm eodem nomine uocetur, tamen non idem erit dies. Huiuſcemodi fermè eſt

D apud Gellium lib. 7. Quoad uiuet, & quoad morietur. Conuenire hîc etiam uidetur illa quæſtio apud eundem agitata lib. 12. quid ſit intra Calendas.

Cap. penult.

Lib. 12 ca. 13.

IN cap. Maſurius, uerbum Græcum reſtituendum. Quoſdam eam quæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit: quam Græci παλλακὴν uocant.

IN cap. Carbonum, Sed & de balariis idem eſt.) Legendum Balanis. Et inferius, non ſtoboli ſed ſtrobili legendum. Strobili prima breui nuces ſunt pineæ, & uenti procelloſi, qui conuolutim graſſantur. Balani ſunt glandes, & id quod glandis forma ad ſubducendam aluum in podicem manu inditur, apud auctores medicinæ.

Strobili.

Balani.

E IN cap. In lege cenſoria. Lex cenſoria non à cenſu, ut Accurſius dixit, ſed à cenſoribus: quorum erat munus, portoria uectigaliáq; locare. Liuius lib. 4. de cenſura loquens, Sub ditione eius magiſtratus, publicorum ius priuatorúmque locorum, uectigalia populi Ro. ſub nutu atque arbitrio ſunt. Quod autem ſequitur, Conſtitutum eſt eam domum unicuique noſtrum debere exiſtimari, ubi quis ſedes & tabulas haberet, ſuarúmque rerum conſtitutio-

Source : BIU Cujas

nem feciſſet: interpretatione egeret, niſi in priore editione huiuſmodi ani- F
Tabulæ domeſticæ, id eſt ephemerides. maduerſionum docuiſſemus eas tabulas his uerbis ſignificari, quas inſtituti priſci fuit unumquemque ſibi de domeſtica ratione facere, à Græcis ephemeridas dictas. Cornelius nepos de Pomponio Attico, Cum in primis lautus eſſet eques Ro. & non parum liberaliter domum ſuam omnium ordinũ homines inuitaret: ſcimus non amplius quàm terna millia æris in ſingulos menſes ex ephemeride eum expẽſum ſumptui ferre ſolitũ. Ibidem. Ex quibus agris paterfamiliâs fructus caperet, quibus ſe toleraret. Tolerare hoc in loco eſt quod Græci δέχεσθαι dicũt, καὶ ἀνέχεσθαι: id eſt modicè & ſumma parſimonia uiuere. ἐλευθερίως ζῆν. Plato, νομῇ δ' ἐλέγετο πορθεῖσαν. Thucyd. μεμίμηνται τὰ αὐτὰ G
Tolerare. ἕκαστα ὥστε ἀνέχεσθαι. quibus opponitur ὑπομένειν καὶ κατατλῆναι, ἢ τὸ ἐσπαθᾶν ζῆν. Cæſar lib. 3. belli ciuilis, Libenter etiã ex perfugis agnoſcebamus equos eorum tolerari: reliqua uerò iumẽta interiſſe. id eſt quoquo modo ſuſtentari. Idem,
* *arundinum* Erat ſumma inopia pabuli, adeò ut foliis ex arboribus ſtrictis, & teneris* arborum radicibus contuſis equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare. ἀ ἱππικὴν ἀνέχεσθαι. Tolerare uitam. Tacitus, Multos militia,
Lib. undecimo non ita procul ab initio. quoſdam exercendo agros, tolerare uitam. A Græcis ſermo tractus, à quibus καὶ αὐτὸ ἀνέχεσθαι uocãtur ſeſe tolerãtes: hac ratione, quòd qui facere non ſuſtinent, ἀνέχεσθαι dicuntur, & inedia uitam finire. H

IN cap. Qui fundum: deeſt unum uerbum Græcum. Nuces & ficus & uuas duntaxat duracinas & purpureas, & quæ eiuſdem generis eſſent, quas non uini cauſa haberemus: quas Græci φωξίμους appellant.) Sic in antiquo le-
Vua edulis & cibaria. Cap. 3. gimus, & Politianus in epiſtolis animaduertiſſe ſe ſcripſit. φώξιμος edulis & cibaria eſcariáque Latinè dicitur. Plinius lib. 14. In pergulis uerò (inquit) ſe-
Ibidem. runtur uuæ eſcariæ appellatæ: è duracinis albæ nigræque. Idem, Conſeminia nigra: uino minimè durante: uua maximè poſt quindecim dies quàm ulla
Duracina uua. Lib. 14. ca. 1. alia: minus fertilis, ſed cibaria. Duracinas autem à duritia acinorũ dictas, ex eodem auctore nouimus: qui de Italia loquens, Vua (inquit) nõ alibi gratior I
Cap. 76. callo: unde poſſit inueniſſe nomen duracinæ durus acinus. Idem etiam purpurearum meminit. Tranquillus ex epiſtola Auguſti, Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uuæ duracinæ comedi. Sic autem duracina uua, ut ficus duricoria dicitur.

IN cap. Liberorũ, Totiẽs enim leges neceſſariã dicunt cognationẽ ſingulorũ nominibus uti.) Sic in antiquis legitur, & apud Accurſiũ: ſed tamẽ planum eſt animaduertẽtibus mẽdoſam eſſe lectionẽ, ſicq; reconcinnandã, Toties enim leges neceſſarium ducunt cognationũ ſingularum nominibus uti.

Haloand. Si caluitur. IN cap. Si calumnietur. §. Telum, deſunt tria uerba Grẽca, quæ ſic in meo K
libro reſtituenda duxi, antiqui exemplaris obſeruatione nonnihil in hoc lo
Haloan. mittatur, figuratũ ἀπὸ τῶν τηλόθεν. id eſt ab eo quod eſt longè. co adiutus. In. §. Telum, Dictum ab eo quòd in longinquũ mittitur, à Græca uoce τηλόθεν figuratum. Et paulò pòſt, Nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant. Et rurſus inferius, Et id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine πτέρυμα uocatur.

Ex titulo, De uerborum ſignificatione. IN

Source : BIU Cujas

A IN cap. Qui uenenum, legẽdum, Cum id quod nos uenenum dicimus, Græci φαρμακον dicunt.) Pharmacon apud Græcos in utranque partem significationem habet. Vnde Pharmacopolæ medicamentarij dicti: quorum ministri Pharmacotribæ dicuntur, medicamenta pilo pinsentes, in mortarióque terentes. & antipharmaca antidota, & quasi uenenorũ uenena. Dioscorides de iuglandibus, Contra uenena (inquit) exitialia uim habent antipharmaci: siue à ueneno hausto esitentur, siue antè edantur. Dicuntur etiam ἀλεξιφάρμακα, quasi uenenum amolientia, & uim ueneni expultricẽ habentia: quæ cum ante uenenum sumuntur, προφυλακτικὰ etiam appellantur. Inferius autem area Homericis uersibus ex Odysseæ libro quarto replenda.

Pharmacopolæ.
Pharmacotribæ.
Antipharmaca.
Alexipharmaca.
Prophylactica.

B

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχω φάρμακα μητιόεντα,
Ἐσθλὰ, τὰ ἡ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις,
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata uenena,
Quæ Polydamna dedit coniunx Aegyptia Thonis,
Commoda, consultè medica composta sub arte:
Multa legens Pharia solers tellure uenena,
C Noxia permixtim carpens quoque commoda multa.

Hæc medicamenta data esse Helenæ ab uxore Thonis Thebis in Aegypto, auctor est Diodorus in secundo. Locus autem ille Homeri celebratus est à Græcis ob Nepenthes illud quod Helena cum Telemachum cum Pisistrato hospitio suscepisset, in cõuiuium attulit, in uinúmque iniecit, cuius medicamenti erat ea uis & facultas, ut omnium malorum obliuionem ingeneraret. Siquidem usque adeo lætificum erat, atque exhilarãs potores, ut qui uinum eo temperatum hausisset, nullam ille lachrymã eo die emittere posset: non si ambo eius parentes mortem eo die obiuissent: non si liberi eius in

Nepenthes.

D ipsius conspectu contrucidati fuissent. Propterea eiusmodi pharmaca μητιόεντα uocat Homerus, id est κατὰ τὴν θεωρητικὴν τέχνην ἐσκευασμένα, ut inquit Plutarchus. Plinius libro quinto & uicesimo de inuentione herbarum loquẽs: Homerus (inquit) primus doctrinarum & antiquitatis parens, multus aliâs in admiratione Circes, gloriam herbarum Aegypto tribuit, tum etiam cum rigaretur Aegyptus illa, non autem esset postea fluminis limo inuecta. herbas certè Aegyptias à regis uxore traditas suæ Helenæ plurimas narrat, ac nobile illud nepenthes obliuionem tristitiæ ueniámque afferens, & ab Helena utique omnibus mortalibus propinandum. Quod dictum Plinius ex Theo-

Cap. 2.
Cap. 15.

E phrasto accepit libro nono de hist. plantarum, qui quod Plinius obliuionem tristitiæ ueniámque afferre dixit, quasi ἄδειαν πένθους immunitatẽ uacationémque, ipse λήθην ποιεῖν καὶ ἀπάθειαν τῶν κακῶν dixerat. Fortasse autẽ Plinius apud Theophrastum non ἀπάθειαν, quasi indolentiam & impatibilitatem malorum, sed ἀπένθειαν legit, quasi luctus ueniã. quod uerbum alludit ad νηπενθὲς: ut suspicari subeat Plinium scripsisse, Obliuionem tristitiæ ueniámq; luctus afferre. Me-

Source : BIU Cujas

minit etiam nepenthus libro uno & uicesimo idem Plinius. Macrobius se- F
Cap.21. Cap 1. ptimo Satur. Non minus autem quàm dulcedo uini hilarant uerba conui-
uium. Nam si Homeri latentem prudentiam inscruteris altius, delenimentũ
illud quod Helena uino miscuit, non herba fuit, nõ ex India succus: sed nar-
randi opportunitas, quæ hospitem mœroris oblitum flexit ad gaudiũ. Me-
minit & Philostratus in uita Apollonij libro septimo. Νηπενθὲς autem (ut in-
quit Eustathius) dicitur οὐ μόνον ἐστερημένον πένθους, ἀλλὰ καὶ στερίσκον, ὅ ἐστιν ἄλυσον.

Νηπενθὲς ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Locus autem integer apud Homerum sic legitur,

Ἐνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε Ἑλένη Διὸς ἐκγεγαυῖα. G
Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον ἔνθεν ἔπινον,
Νηπενθὲς τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.
Ὃς δ' καταβρέξειεν, ἐπὴν κρατῆρι μιγείη,
Οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
Οὐδ' εἰ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πάτηρ τε,
Οὐδ' εἰ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν, ἢ φίλον υἱὸν
Χαλκῷ δηιόωεν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶτο.
Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχω φάρμακα μητιόεντα,
Ἐσθλά, τὰ ἡ Πολύδαμνα πόρε Θῶνος παράκοιτις H
Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Hic Helenæ subiit uino miscere uenenum,
Soluere quod luctus, iras sopire minaces,
Quod memori fertur resides abstergere sensus
Sortis acerbæ animo: atque obliuia ferre malorum.
Qui semel id patera mixtum nepenthes Iaccho
Hauserit, inde diem totum non fuderit ullam
Ille oculis lachrymam: non si suauissima proles, I
Si germanus ei charus matérue patérue
Oppetat ante oculos ferro confossus atroci.
Tyndaris hæc habuit summo Ioue nata uenena,
Quæ Polydamna dedit coniunx Aegyptia Thonis
Commoda, consulte medica composta sub arte:
Ipsa etenim Pharia solers tellure uenena
Noxia multa legit, mixtímque salubria multa.

Sequitur in eodem capite, Glandis appellatione omnis fructus continetur,
ut Iabolenus ait, exemplo Græci sermonis, δρυὸς: apud quos omnes arborum K
species appellãtur.) Quem locum ex antiquo exemplari sic lego, Apud quos
omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur. Species autem hîc sic accipitur,
ut in cap. ulti. suprà De muneribus. Nam harum specierum curatores, quos
σιτῶνας & ἐλαιεμπόρους Græci appellant, creari moris est. Et species horreariæ in
titulo De conditis in publicis horreis, libro decimo Codicis. Prisci autem

Ex titulo, De uerborum significatione. Græci

A Græci omne genus arboris δρυὸς appellatione intellexerunt. Eſt autem δρῦς à δρύω. propriè robur : unde Dryidæ Gallorum ſacerdotes appellati, ut auctor eſt Plinius libro ſextodecimo. Ab hoc uocabulo δρύφακτος & δρυοπτικὸς deriuata: in quibus dictionibus ueſtigia primigeniæ illius ſignificationis apparent. δρυοπεῖς enim dicũtur fructus adulti & maturi, quaſi iam ex arbore caſuri: unde drupæ oliuæ. Plinius lib. 15. de oleo loquens, Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatémq; incipiente bacca nigreſcere : noſtri uocant drupas: Græci uerò drypeteis. παρὰ τὸ δρύω igitur fit dictio ἀκρόδρυα : quo uerbo Caius omnem fructum ſignificari dixit. Propriè tamen ἀκρόδρυα à Grę- Cap. ult. Drupæ oliuæ Cap. 1. ad fin. ἀκρόδρυα.

B cis appellantur, quæ in ambitu lignoſum putamen habent : id eſt τὰ ἐν ξυλώδεις ἔχοντα κελύφη περὶ τὰ ἄκρα, καὶ ἐν ῥᾴξιμον αὐτός. quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur: id eſt τὰ καρυηρά. Contrà autem quæ poma dicimus, ut ſunt cydonia, maláque reliqua, pruna, ceraſa, & ſimilia : à Græcis ὀπώρα. ὀπώρα dicuntur ſingulari numero. Iulianus in epiſtolis, ἡ λίνδρα παντοίαν ὀπώραν φέροντα. unde ὀπωρῶναι eorũ fructuũ negociatores apud Demoſthenẽ, ut σιτῶναι & πλῶναι. Quæ autem glandis appellatione apud ſcriptores intelligũtur, à Græcis βαλανηρὰ uocantur. Latior eſt autem Iuriſperitorum ex edicto interpretatio, ut hic Caius tradidit.

C IN capite, Pupillus, lego, Incola eſt, qui in aliquam regionem domiciliũ ſuum contulit : quem Græci πάροικον uocant. Sic enim antiquum exemplar legendum eſſe, non leuem fidem facere mihi uiſum eſt literatũ ueſtigia obſeruanti, fugiẽtia illa quidem & obſcura, ſed aliquam imaginẽ lectionis ueriſimilis retinentia : cum frequentius incola μέτοικος appelletur, ut alibi diximus. Cicero in Officiis, Peregrini autem & incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negocium agere: nihil de alieno inquirere : miniméq; in aliena repu. curioſum eſſe. Huiuſcemodi incola fuit Abrahamus ille inclytus in terra pollicitationis. πίστει παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Quare ad Epheſios ſecundo Incola. Lib. 1.

D cap. Ergo iam (inquit Apoſtolus) non eſtis hoſpites & incolæ : ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici dei. οὐκέτι ἐστὲ ξένοι καὶ πάροικοι, uel ad uerbum, Iam non eſtis peregrini & incolæ, ſed municipes eſtis ſanctorum, & in familia domini. Apoſtolus enim Græcarum etiam rerum gnarus perinde ut linguæ fuit: quamobrem in epiſtolis, tranſlationibus non paucis uſus eſt ad Græcorum ritus inſtitutáque alludentibus. Sequitur in eodem cap. Aduena eſt quem Græci appellant. Lego, quem Græci ἔποικον appellant, eiuſdem exemplaris fide adductus. ἔποικοι, id eſt aduenę & coloni, duorum ſunt generum. Quidã enim Diuus Paulus.

E indigenis exactis ad incolendum ciuitatem quampiam ueniunt : ut apud Thucydidẽ, ἐποίκους ἑαυτῶν ἔπεμψαν ἀθηναῖοι. E corpore ſuo miſerũt Atheniẽſes, qui in urbe exhauſta habitarent. Quidam autem ideo mittuntur, ut tanquã ſupplementum ſint ſemiplenæ ciuitatis : ut apud Ariſtotelem in Politicis, ἀπολλωνιᾶται ὠθοίκους ἐπαγαγόμενοι ἐστάσιασαν : Apolloniatæ cum aduenas in ſuam urbem aſciuiſſent, ſeditione agitati ſunt. συνοίκοι autem ſunt conuenæ diuerſis è locis eodem coeuntes ad urbem coniunctis ædificiis condendam : qui Aduenæ & coloni.

Source : BIU Cujas

alio nomine σύγκλυδες appellātur. quare συνοικίαν Plato ciuitatem appellat, propter domiciliorum coniunctionem. Aduena alioquin à Græcis ἔπηλυς dicitur. Isocrates in Γανηγυρικῷ, οὐδέπου πάτριόν ἐστι ἡγεῖσθαι τοὺς ἐπήλυδας τῶν αὐτοχθόνων. id est, Lacedæmonios Athenienſibus imperitare, qui aduenæ ſunt: cum Athenienſes ſint indigenæ Atticæ. F

IN capite, Malum. §. Plumbum, Plumbum autem quod pro tegulis poneretur, ædificij eſſe Labeo ait: ſed id quod in ripa ypatheij tegendi cauſſa poneretur, contrà eſſe.) Lego ex antiqui obſeruatione hypæthrij: ut in priore editione animaduertiſſe nos iampridem ſcripſimus, cum de hoc uocabulo diſſereremus. G

Hal. ſed id quod ὑπαιθρίου tegendi cauſa ὑπαίθριον poneretur, contra eſſe.

IN capite, Statuæ, Statuæ affixæ baſibus ſtructilibus.) Siquis id legerit quod alibi de ſtructili opere ſtructuráque ſcripſimus, facilè percipiet Accurſium huius dicti ſententiam non eſſe aſſecutum. Baſes ſtructiles ſunt ueluti ſedimenta columnarum, non ſolido lapide cæſa, ſed opere cæmentitio lateritióue coagmētata: quibus columnæ βεβήκασιν, id eſt nituntur, ipſæ quidem ſolido lapide conſtantes. Quas ideo (ut opinor) partem ædiū non eſſe reſpondit Pomponius, quòd ſolidi lapidis ſcapus uideri non poteſt cohærere cum baſi quæ ſtructili opere conſtat: quare pars eius corporis eſſe non poteſt, quod diſſimili opere compoſitum eſt. In eodem cap. Prothyrum quod in ædibus interdum fieri ſolet, ædium eſt. Prothyrum eſt ueſtibulū domus, ita de priuatis ædibus dictum, ut Propylæum de ueſtibulo urbis, uel templi, uel regiæ: quanquam Ariſtoteles de regia Perſarū loquens in libro de Mundo, τὸ πρόθυρον iunxit ᾧ πυλῶνι. Plinius lib. 36. Non poſtferuntur & Charites in propylæis Athenienſium, quas Socrates fecit alius ille quàm pictor. Prothyrum tamen aliter à Græcis, aliter à Latinis accipi, auctor eſt Vitruuius libro ſexto de uocabulis Græcis loquens, quę apud Græcos Latinóſque nō eodem ſignificatu accipiuntur: Prothyra (inquit) Græcè dicuntur, quæ ſunt ante ianuam ueſtibula: nos autem appellamus Prothyra, quæ Græcè dicuntur Diathyra. Nec addidit quid hoc uocabulo intelligere debeamus. Ego autē exiſtimo διάθυρον eſſe obicem tranſuerſarium ductilem aut uerſatilem: id eſt repagulum è materia compactum, quod & uehicula & equos à ueſtibulo ædium arcet: qualia multa Lutetiæ uidentur. In quo ſignificatu hoc in loco Prothyrum accipiendum cenſeo. Prothyrum dictum, quaſi ianuæ obiectū: uel porrò à ianua ſitum, obicis uicem præbens. Nam alioqui ſi Prothyron τὸν θυρῶνα, id eſt ueſtibulum intelligamus: fieri nequit ut pars ædium non ſit, cū Prothyrum inter exemptilia numeretur ſine ædium fractura. Nec obſtabit dictum Gellij, qui Cæcilium Gallum in libro de ſignificatione uerborum quæ ad ius ciuile pertinent, ita tradidiſſe affirmat: Veſtibulum non in ipſis ædibus eſſe dicit, nec partem ædium, ſed locū ante ianuam domus uacuum, areámque per quam à uia publica acceſſus eſt ad ædeis. Siquidem olim quibus ampliores domos habere licebat, ij ante ianuam locum relinquebant, qui medius inter uiam & fores domus eſſet: qui locus ſtatio erat ſalutatorū.

Baſis ſtructilis.

Prothyrum.

Propylæum.

Cap. 5.

Cap. 10.

Diathyron.

Lib. 16. cap. 5

Veſtibulum.

H

I

K

Ex titulo, De uerborum ſignificatione. Apud

A Apud nos autem huiuſcemodi ueſtibula in uiam procurrentia longiuſculè nõ fiunt duntaxat in priuatis ædibus: niſi quatenus ea quæ diximus prothyra proferre eorum uenia licet, quorum de uia publica ſtatuere munus eſt: quos ob id uiatores (ut opinor) appellare poſſumus. ὁδοποιοὺς appellabant Athenienſes. *Viatores.*

SVB titul. De regul. iuris, Omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa eſt. parum eſt enim, ut non ſubuerti poſſit.) Lego, Rarum eſt enim. Accurſius diffinitionem duobus modis intelligi poſſe ait. Vno modo, ut diffinitio ſit propria & breuiter comprehenſa rerum ſubſtantiæ enunciatio: quæ conſtat B genere, ſpecie, differentibus & propriis, ut inquit Quintilianus. Alio modo, ut ſit plurium rerum ſummatim facta traditio, quaſiq́ue ad regulam exacta rerum doctrina. Quod ſi uerum eſt, non diffinitio, ſed definitio legi debet, ut uerbo Græco reſpõdeat. Huiuſcemodi enim definitio Aphoriſmos Græcè dicitur. Eſt enim ἀφορίζειν καὶ τὸ ἀφορισμοὺς φθέγγεσθαι: ut Συνέσιος de Hippocrate loquẽs, ὃς ἀφορίζειν ἤτοι βραχυλογῶν, ἔφη τὴν ἔνδειαν ὑγιείας εἶναι μητέρα. Sic enim dicitur ut ἀποφθέγγομαι, ἀντὶ τοῦ συνεσταλμένως λέγω. Vnde apophthegmata quaſi pręciſæ ſententiæ, & breuiter circunſcriptæ, καὶ γνωμικοὶ ἀφορισμοὶ iidem ſunt cum apophthegmatis: dicta ſcilicet ſententioſa, quæ dicteria quidam appellauerunt. Plutar- C chus in Lycurgo, καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Λυκοῦργος βραχυλόγος τις ἔοικε γενέσθαι καὶ ἀποφθεγματικός. Definire autem uerbum in ea ſignificatione legere me non memini. Ex quo fit ut mirer unde id aut Accurſius acceperit, aut ij unde Accurſius didicit. Vtro autem modo potius hîc accipi debeat definitio, non temerè inuenias qui affirmare auſit, ut opinor. utrunq; enim defendi æquè poteſt. De finitione enim loquens Quintilianus in ſeptimo, Rariſſima enim apud oratores reperietur illa ex cõſuetudine Philoſophorum ducta ſeruitus (eſt enim certè ſeruitus) ad certa ſe uerba adſtringendi: ídque faciendum in libris Ciceronis de Oratore uetat M. Antonius. Nam eſt etiam periculoſum: cum ſi uno D uerbo ſit erratum, tota cauſſa cecidiſſe uideamur: optimáque eſt illa uia, qua utitur Cicero pro Cecinna: ut res proponatur, uerba nõ periclitẽtur: Etenim Recuperatores, non ea ſola uis eſt, quæ ad corpus noſtrum uitámque peruenit: ſed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum, loco ſæpe & ſtatu dimouet. Difficultas autem finiẽdi oritur ex ſubtilitate quæ circa propria ac differentia uerſatur: ut ipſe alibi dixit. Eodem pertinent ea quæ à Cicerone de definitione in Topicis dicuntur.

Definitio. Aphoriſmi.

Apophthegmata.

Cap. 4.

FINIS.

Source : BIU Cujas

EXCVDEBAT MICHAEL VASCOSANVS

LVTETIAE PARISIORVM, ANNO

M. D. LVI. NON. MARTIIS.

Source : BIU Cujas

INDEX COPIOSISSIMVS EORVM OMNIVM,

quæ in prioribus atque posterioribus Budæi Annotationibus explicata reperiuntur: in quo sciendum, B, literam numero præpositam, barbaram dictionem significare.

A

Absoluēdi nota. 32.H
A, salutaris litera. 33.G
Abacus in triclinii. 138.F
abacus logistarum. ibidem.
abalienationis genera. 26.C
abannatio. 247.C
abdicare se magistratu. 21.K
abecedariæ literæ. 190.C
abiudicare. 22.I
abiurare. ibid.K
abnoctare non licet consiliariis Parlamenti. 78.D
abortio. 118.H
abrogare. 65.B
abruptum. 256.K
abscisse. 257.D
abscissum. 257.A
absoluere creditorem. 196.A
abstinere publico. 105.G
Academia. 95.F
accedere ad causam. 37.A
accensus. 271.F
acceptilatio. 178.H
acceptæ tabulæ. 203.B
accepto ferre. 234.G
acceptū & expensum. 178.G.179.A
acceptum referre. 203.K.178.F G
acceptum referre peculio aut hæreditatibus. 203.C
accerso. 51.I
accipere nomen. 74.D
accipitrarium aucupium. 162.C
accipitrum differentiæ. ibid.D
accursiana ignorantia. 23.B
accursiana errata. 174.C
accursiani. 76.A
accursius idolum. ibid.D
accursii audacia. 227.K
accusationem exarmare. 135.G
accusationes reorum in senatu. 62.G
acere uinum. 156.F
achilleum uotum. 145.G
achylos. 183.D
acidum uinum. 156.F
ἀκόλουθοι. 232.K
ἀκονιτὶ. 95.G
ἀκουσικοὶ. 261.C
ἀκρέμων. 112.A
ἀκριβὴς. 143.G
acribodicæi. 2.A
ἀκριβοδίκαιον. 1.K
ἀκριβοδίκαιος. 2.H
ἀκρίτως. 30.C
ἀκρίτως καὶ ἄκριτον ἀποκτίννειν. 216.H
acrochiristæ. 96.C
ἀκρόδρυα. 283.K.284.A.B
acta. 32.K.104.F
actio ex sponso. 25.C
actio ex testamento. 51.F
actio in bonum & æquum concepta. 1.D
actio legis. 26.E.51.C.E
actione prima. 35.K
actionem dare. 35.B
actionem dictare. 30.A.209.C
actio receptitia. 116.B
actuariæ naues. 135.B
actuarii. 66.E
Ad incitos redactus. 93.K
adærare 244.A
adæratæ species. ibid.B
addicere. 157.K.158.A
addicere nummo. 158.K
addicti. 158.A
addictorum lex dura. ibidem.G
ἄδηλα. 218.E
ἄδηλον διδόναι, ψηφίσασθαι. 218.I.K
adiicio. 200.E
adigere in uerba. 129.H
adigere sacramento. ibidem.
adigi in uerba principis. 78.A
adminiculum. 112.H
admissarius. 210.F.I
admissura. ibidem.
admittere. ibidem.
admittere equum. 210.I
admitti ad causam dicendam. 36.G
admouere. 238.E
admotum. ibidem.
adolescentum institutio. 64.B
adoptare. 50.H
adoptio. 228.A.B
οἱ ἀδοξοῦντες. 198.K
adrianus imperator. 215.C
aducnæ. 284.D.E.F
aduentitium munus. 84.G
aduentitii accipitres. 162.H
aduersaria. 203.F
adultera. 151.E
adulterorum liberi. 169.E
aduocare. 242.C.F
aduocatio. 209.G.242.C.E
aduocationes uænire. 113.I
aduocatus. 101.I.242.A.D
aduocatus ueterator. 190.E
Aedicula. 235.D
aediles curules. 40.C
ædilium cura. 21.F
ædilium curulium ordo. 40.D
ægilops. 168.H
ægyptiorum opibus suffarcinati, uelut legulei. 9.F
ægrotatio. 179.I
æquus animus. 3.K
æquum bonum. 2.I
æquum bonum impetrare. ibidem.K
æqui boni facio. 2.I.260.B
æqui boni responsores. 8.H
æqui tractatio. 73.I
ex æquo & bono statuere. 1.K
æquitas. 1.C
æquitas animi. 3.I
æs circunforaneum. 140.G.H
æs militare. 82.I
ære diruti. 93.H
æra. 168.G
ærarium. 80.K.81.I
ærarium Athenienſium. 81.D
ærarium in ædeSaturni. 81.C
ærarium sanctius. 7.C
ærarij. 272.K
ærarii homines. 80.I
ærarii quæstores. ibidem.
in ærarios relati. 56.E
ex ærariis eximere. ibidem.
ærarius. 56.A
ærati. 83.A
æstimare litem. 233.G
æstimare litem capitis. 234.C
æstimatio. 198.I
æstimatio litis. 233.K
æstimationem inire. 119.E
æstimator. 119.A
æterna lex. 47.G
æther. 49.H
Affectus non mouebantur ab oratoribus coram Areopagitis. 68.A
afferre manus. 59.C
Agamemnonis dolor. 79.K
ἀγκυλόγλωσσον. 184.C
agendi & loquendi præcepta coniungenda sunt. 11.A.B
ager nouatus, proscissus. 277.K
agere cum patribus. 235.H
agere cum populo. ibidem.
agere summo iure. 2.D
agere suo iure. 114.A
ἀγεάρχιον ῥόμμα. 231.F
agitatores. 97.D

Source : BIU Cujas

agminales equi. 270.B
agnati & gentiles. 278.G.H
ad Agnatos & gentiles deducendus. 37.C.90.D
agones ſtephanitæ. 97.I
agonothetæ. 98.F
agonothetes. 270.A
ἀγωνοθετεῖν. *ibidem.*
ἀγωνοθεσία. 270.K
ἀγοραῖον. 160.H
ἀγορανόμοι. 138.I.275.A
ἀγοράζοντες τὸν οἶνον. 261.D
ἄγραφον. 17.A
ἀγρονομία. 270.F
ἀγρονόμοι. *ibidem.*
agrum nouare. 227.K
Ahenatria. 143.D
Αἱτήματα. 12.C
αἰτία τῶ λαίμου. 170.D
αἰχμάλωτον. 27.C
Alaudæ. 112.D
alaudium. 192.G
ἀλαζών. 194.I
alba linea. 125.G
album iudicum. 92.G.263.F
album prætoris. 92.G
in Albo proponere. 51.E
albarium. 138.E
albarium opus. 138.B
albatus. 252.D
alcumiſtæ dicti Logiſtæ. 138.F
Alexander imperator Chriſtum & Abrahamum coluit. 7.B
Alexandri imperatoris conſilium. 69.I
ἀλεξιφάρμακα. 283.A
ἅλαι. 232.A
ἁλμυκόν. 15.K
allacticon. 150.K
allecti. 53.D.245.A.261.A
allegare. 100.B
allegatio. *ibidem.*F
allegere. 261.A
ἀλοσία. 184.K
altercari. 35.D
altercatio. *ibidem.*
ἀμάχει. 95.H
ambigere. 109.B
ambire. 83.D.195.F
ambitio. 195.B
ambitio duplex. *ibidem.*G
ambitioſum. 195 H
ambitioſus. 195.A
ambitus. *ibidem.*B
de Ambitu lex. 276.G
ἀμελύνας. 199.K
ἀμίβιας τῆς ὁμοίοις. 271.D
ἀμυρίμνεια. 218.E
amethodi. 21.B
ἄμνητος. 277.I
amittere. 37.H
amittere è manibus. 37.G
ἀμοιβαῖ. 232.A
amphictyon. 73.H
amphictyones. 14.D.73.G
ἀμφιτυοι. 97.F
amphoteroplum. 196.F
ampliare. 32.E
ampliati qui ſint. 33.C
ampliatio. 32.H.92.D
amplificatio oratoria. 68.D
ampliſſimus ordo. 54.F.69.C
amplius pronunciare. 32.E.92.D.
amuſſis. 125.G
amymones. 198.C
ἀμύμων. *ibidem.*
ἀμωλοῦσθαι τοῖς ἴσοις. 271.D
ἀμωτήρια. 135.C
ἀναγορεύειν. 157.I
ἀναγραφή. 260.G
ἀναδεδειγμένοι. 98.K
ἀναδεικνύμενοι. 276.B
ἀναδίκεσθαι. 44.I.116.B
ἀναδίκεσθαι δίκην. 29.F
ἀνακρίνειν. 199.A.217.C.E
ἀνάκρισις. 217.A.D
analogia. 16.A
analogia geometrica. 14.I
κατ' ἀναλογίαν. 16.C
analogum ius. 15.B
analphabeti. 15.E.190.C
anancophagia. 97.A
antapodoton. 41.H
ἀναπόδεικτον ἀξίωμα. 12.A
ἀνασκευάζειν καὶ κατασκευάζεσθαι τὴν πρᾶξιν. 141.D
ἀνάσασοι. 219.D
ἀνασατῶσαι τὴν πρᾶξιν. 141.E
anatarij accipitres. 162.I
anathema. 239.B
ἀναπδίνα. 178.H
anatocismus. 196.G
ancones. 125.F
ancylotomon. 184.C
ancyloglossum. *ibidem.*
ἀνεράπλον. 27.C
andria. 215.B
androlepsia. 248.G
ἀνεύθυνος. 65.I
angariæ. 231.F
ἀνιατρολόγητος. 127.G
anima quibuſdam pro ſale. 46.B
animaduertere. 88.F
animaduerſum in milites ſortitò. 93.H
animaduerſio uiri in uxorem. 228.D
animaduertendi ratio in facinoroſos. 267.I
animaduertendus locus. 221.F
animi dotes. 79.D.
animæ principatus. 13.D
animus æquus. 3.K
anni prætextæ. 60.G
annis cedens. 156.K
annonæ curatores. 262.A
annua, bima, trima die. 131.F
anniculi accipitres. 162.H
annulus, equeſtris ordinis interſigne. 53.I.
annulorum ius. 54.D
annulorum ius donare. 55.E
annulus aureus. 53.K
annus intercalaris. 128.K.279.I
ἀνώγεων. 113.I
anquirere. 36.F
anquirere capitis. 234.D
anteambulones atrati. 137.C
ante diem quintum. 281.A
ἀντίκλημα. 63.G
ἀντισφίρειν. 22.A
antepilani. 258.B
anteſtari. 214.F
ἀνδυπόσατον. 102.E
antiades. 185.A
ἀντικαθίσαμενοι. 245.A
anticategoria. 63.F
ἀντικατηγορία. *ibidem.*
anticipatio. 13.B
antidoron. 126.G
antigraphariÿ. 81.G
antigraphei ratio. *ibidem.*
ἀντιγραφῆς. 81.F
antigraphum. *ibidem.*G
antinomiæ. 221.G
antinomiæ in Pandectis. 189.A
antinomiæ ſolutio. 23.C
ἀντιπαραγραφή. 32.A
ἀντιπελαργεῖν. 12.H
ἀντιπεπνθὸς ius. 16.B
antipharmaca. 283.A
ἀνδυπογράφειας. 32.B
ἀντιπολιτίευσθαι. 102.B
ἀντιπράττειν. *ibidem.*
antiquariÿ. 44.A.B
antiquari ſenatuſconſultum. 65.B
antiquiſsimum. 256.B
antiquitatis effigies in libris iuris. 4.H.
antiquius. 256.A
antiſtites. 6.H
antiſtites Parlamenti. 71.C
ἀντίτυπον. 257.B
antoninus, qui & M. Philoſophus. 63.G.
antoninus pius imperator. 7.A
anypeuthyni. 65.I
ἀπαγγέλειαν. 199.C
apalæſtri. 95.A
ἀπαλάπειας. 159.K
ἀπαλάπειν. *ibidem.*
ἀπαντᾶν ἐπὶ τῷ δίκην. 29.H
ἀπαντᾶν πρὸς τὸν κατάλογον, παραγγέλμα. 257.I
ἀπαρτίζειν. 143.A
ἀπαρτλοσία. *ibidem.*
apatores. 50.H
ἀπειξωσμλίοι. 93.E
τὸ ἀπειργασμλίον. 277.F
ἀπινιάυτησις. 247.C
ἀπειναυτησμός. *ibidem.*
aphe. 95.G
ἀφετῖοι. 196.D
ἀφειμένος τῶν τόκων. 196.D
ἀφειμλίοι.

Source : BIU Cujas

ἀφειμένοι. 93.E
ἄφη. 95.H
ἀφίημί σε τῆς χρείας. 196.D
ἀφοπλίζω. 135.B
ἀφορίζειν. 36.I.285.B
aphorismi. 73.G.285.B
ἀφορισμὸς. 285.B
aphorme. 141.C
ἀφοσιώσεως ἢ ὁσίας ἕνεκα. 160.F
ἀφοσιῶσαι. ibidem.
τὰ ἀφροδίσια. 224.F
ἀφρονιπτῶν. 200.I
ἀπραβεάζειν. 186.B
ἄπραξιν. 101.B.282.G
ἀπρικαρτερᾶν. 282.H
apocarteros. 101.D
ἀπρχωρίστικὸν μορίον. 278.I
ἀπόκρυμνα. 256.K
ἀπρυτίσαι. 277.H
ἀπρυκρύπτειν. 158.A
ἀπρδιδεγμένοι. 98.K
ἀποδικύειν. 98.I
ἀπρδίκως. 81.F. 243. I. 262.A. 270.F
ἀπρδυσιτᾶν. 229.H
ἀπογράφεσθαι. 196.K
ἀπργραφὴ. 197.A
ἀποικία. 259.F
ἀπόλεκτοι. 264.H
apolecti. 78.H
ἀποδίκειν δικασὴν. 265.E
ἀπολογεῖσθαι. 216.E
ἀπομισθᾶν. 136.C
apophthegmata. 285.B
ἀποφυρὸν ἱμάτιον. 251.B
aposynagogi. 239.B
ἀποτιθέμενοι. 61.D
ἀπότομον. 256.I
apparitores. 244.H
appellare. 191.K
appellare de defectu iuris. 70.C
appellationes à iudicibus ad Senatum. 62.I
appetere. 101.B
apponere sibi prævaricatorem. 37.A
approbare opus. 234.I
approbatum opus. 234.F
ἄπρακτος. 200.I
ἀπροσδοκήτως, necopinatò. 210.C
apud acta. 32.K
Aqua & igni interdicere. 205.E. 238.F
aqua & igni sanciebantur nuptiarum fœdera. 205.D.238.G
aquam perdere. 266.H
de Aquæductibus. 115.G
aquælicium. 272.B
aquila anataria. 177.F
aquilex. 272.A
aquileges. ibidem.
C. Aquilij laus. 3.G
aquulam in uinum fundere. 118.F
Arbitrari ex æquo & bono. 1.K
arbitrium. 9.I
arbustiua uitis. 111.K
arca camerata. 173.I
arcæ. 165.F
in Arcam relati. 56.D
arcessio. 51.I
ἀρχαιρεσιάζειν. 195.F.237.K
ἀρχαιρεσία. 237.C
ἀρχεῖον. 245.C
ἀρχεῖα. 258.B
archeotæ. 262.A
archigrammateus. 78.C
archimimi. 94.C
archippocomus. 232.A
architectari. 128.E
architectonicæ quædam artes. 127.K
architectonicus. 127.I
architectus. 127.B.128.E
architectura. 127.D
archiuum. 245.B
ardearij accipitres. 162.I
areopagita subticentior. 68.I
areopagitæ. 67.H
areopagitæ noctu iudicabant. 68.D
areopagitarum consilium. 46.I
areopagitarum integritas. 68.F
areopagitarum iudicia memoratu digna. 68.A
areopagus, curia Martis. 67.E
areopagus sicariorum uindex. 248.C
arenatum. 138.C
aresta, uno R. 73.E.F
argentaria coactio. 81.F
argentarij. 141.B
argentarij in foro tabernas habebant 140.D
argumenta firmissima. 34.H
ἀργυράμοιβοι. 141.B
argyritæ agones. 97.I
ἀργυρολόγοι. 243.K
argyrognomones. 141.B
argyropractæ. 141.D
aristocratici. 14.H
Aristoteles Alexandri præceptor. 11.A
Aristotelis laus. 48.I
arithmetica proportio. 15.I
ἀριθμὸς πληθὸς. 143.A
arma, pro insignibus. 39.C
armilla. 52.B
ἄροτος. 277.I
arrectaria. 164.F
arrectarij parietes. 149.H
arrenogona. 228.I
aresta. barb. 73.E
artes. 5.D
artes liberales. 277.C
ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. 224.F
articuli Græci uis. 41.G
artis omnis duæ partes. 127.I
Ascriptitij. 39.G.53.D
ascriptitij dij. 53.B.E
ἀσελγεία. 229.G
asinus ad lyram. 122.H
asoti. 141.B
asotia. ibidem.
aspendius citharistes. 145.A
ἀσφάλεια. 218.E
ἀσφάλειαν διδόναι. ibidem.I
ἀσφάλισμα. 258.A
assa uox. 106.A
assamenta. 164.E
ex assectis excedere. 190.K
assectari prætextatum. 60.I
asseres. 164.F
asses. 164.E
assiduus. 153.F
assidui fideiussores. 133.E
assignatio. 82.H
ἀσάδμευτοι. 262.I
ἀστρολῆπται. 171.I
astrobletæ. 171.H
astroboliſmos. ibidem.I
astynomia. 270.F
asylius. 7.G
asylia. 186.F
asylos. ibidem.
asylon simulachrum. ibidem.
asylum iuris. 87.F
Ate. 45.H
ἀτελώνητοι. 197.A
ἄτη. 45.H
athei 180.G
athenienses undecimuiri. 267.I
athenienſium consilium. 67.F
athletæ. 95.D
athletarum uictus. 96.I
athletica ars. 95.K
athletica habitudo. 97.B
athlotetæ. 97.F.270.A
atocia. 118.G.228.K
atratus. 252.D
attalica. 278.D
attributa pecunia. 82.H
atypus. 184.B
Aucupium accipitrarium. 162.C
auctor. 192.C
auctor laudatur. 191.G
auctoramentum. 93.C
auctorare. ibidem.
auctorati. ibidem.
auctores in incertum euentum. 53.G
auctoritas. 192.C
auctoritas imminuta. 53.H
auctoritas poëtica quantum ualeat. 151.B
auctoritas pro usucapione. 192.D
auctoritas Senatus. 53.G.H. 60.A. 69.D
auena. 168.H
auerta. 231.K
de Auguratus iure. 108.B
augusta legibus tenentur. 49.G
augusti duo primùm facti. 225.D
augustius. 199.C
auitium. 82.E
aula interior. 46.E

Source : BIU Cujas

aulæa. 278.D
aulicum & interius consilium. 37.A
aulicum instrumentum. 82.E
in Aulicos qui indignos promouent. 91.F
aulœdi. 9.A
auocamentum. 131.I.200.C.D
aurelia lex. 82.H
aurum. 150.A
auscultatores. 261.D
auspicari. 101.A
auspicia magistratibus data. 108.B
aut certe. 43.C
autolyci. 45.F
autophoros. 209.I
ἀξιάγασον τ' ὄψεως. 260.K
ἀξίωμα. 220.G
Axioma. 12.A
axiomata. 76.G.220.G
τὸ ἀξιωματικὸν. 260.K
ἀξιωματικότερον. 199.C
ἀξιοπρεπέστερον. *ibid.*
Axes. 164.E
αὐτοσχέδιον. 139.D
αὐτόπωλοι. 13.C

B

Babylonica aulæa. 278.E
Balani. 282.D
βαλανήρα. 284.B.
βαλαντιοτόμοι. 176.H
balbi. 184.B
banniti. b. 9.I
bannum. b. 9.I.139.H
barbara uerba in tribus libris Codicis. 231.K.242.K
barbara uerba à leguleis recepta. 9.I
basis structilis. 284.G
bastardelli b. 165.F
Belluata stragula. 278.F
bellum. 9.I
bellum commissum. 117.I
beneficiarij. 277.G
beneficium clientelæ abnegare. 193.F
beneficium & pœna dij Democriti. 46.A
benignè facere. 277.E
berones. 175.B
bessario. 50.I
ad Bestias damnari. 240.I
βιβάζειν, *admittere.* 210.G
bigæ. 166.I
bigena uitanda. 124.I
bilis atra & frigida. 182.C
Blæsi. 184.A
βλαισός. 112.B
Bolos. 161.H
bona ex edicto possidere. 29.H
bona fide. 1.D.161.A
bona prædia. 30.F
boni consulere. 102.D.260.A
ex Bono & æquo arbitrari. 1.K
bonum & æquum. 1.D
βόλαι. 67.F
βολιτῶν. 84.K
βολὴ. 84.K
borderelli. b. 82.H
bos. 150.G
βραβεῖον. 98.F
βραβεύειν. 260.E
βραβευταὶ. 98.G.275.I
brabeutæ. 98.D
bractearij. 177.G
brauium. 98.F
breues. 82.H
breuia. *ibidem.*
breuiare. 101.F.
breuiarium. 135.G.175.H
breuiarium principale. 82.D
breuis & breue. 135.G
britanniæ comes. 72.A
Budæus literis sibi soli operam dedit. 77.B
Budæus cur sæpè diuagetur à proposito 148.E.F
Budæi in castigandis pandectis consilium. 10.B
Budæum ab aliis mutuasse sententias. 76.B
quid Budæum ad scribendum impulit. 10.B
bulæ athenienſium. 67.B
buleutæ. 84.K
bulla 60.G
bupreſtis. 228.G

C

C. *nota condemnationis.* 32.H
C. *triſtis litera.* 33.G.
Cacoëthe. 46.I
κακουργεῖν. 102.D
cadere causa. 31.A
cadere formula. *ibid.*B
cadmea uictoria. 71.H
caduceum. 52.C
caduceator. 52.B
cælatura. 177.G
cæli cum terra societas. 171.C
cæli filij. 38 I
cæmentum. 116.I.148.I.176.D
cæremoniarum magistri. 99.A
cæsa & ruta recipere. 164.A
cæsar. 43.G
cæsaris dictatoris tempus. 237.C
cæterum. 103.D
καινοτομεῖν. 98.I
calamitas. 166.K.168.D
calamitosus. 168.C
calamitosa tempestas. 170.D
calamitosum ordeum. 166.K
calcar aureum. 54.B
calceus lunatus. 54.A
calcularij. 213.F
calculus. 103.E
calculum porrigere & proponere. 34.B
calculum permittere. 34.A
caldariæ cellæ. 143.D
calendæ Martiæ. 204.K
calendarium. 203.E
calices diatreti. 118.I
camara. 173.I
camarota *ibidem.*
camelarij. 263.A
camelelates. *ibidem.*
camelitæ. *ibidem.*
camera. 173.I
camerarium cucurbitæ genus. 173.K. 174.A
camerata arca. 173.I
cameratum opus. *ibid.*K
campe. 228.G
campestres accipitres. 162.H
canabis. 134.K
canales. 164.H
cancellarius. 72.E.78.E
cancellarius in Francia. 75.D
cancellarius qualis esse debeat. 78.G
cancellarij appellatio. 78.B
cancellarij domus. *ibid.*K
cancellarij eruditio. 78.H
cancellarij partes. 77.F
cancellariatus interregnum. 78.D
candidus. 102.B
candidati 235.E
candidati Cæsaris, 237.E
candidati principis. 83.B
candidati quæstores. *ibidem.*
candida toga. 252.B.C
candidatorum mos in senatu. 276.F
canonarij. 82.G
canonibus soluere. 50.C
cantharides. 229.A
canticum palmarium. 210.E
capere magistratum. 86.D
capere pignora. 58.D
capillamentum. 182.F
caput 29.G.34.F
capitalis iudex, prætor. 67.B
capitalium rerum mos priscus. 231.A
capite censi. 133.I
capitis anquirere. 224.D
capitis iudicium primùm apud Areopagitas. 68.A
capitis litem æstimare. 234.C
capitis triumuiri. 67.B.267.G
carbunculus. 170.K
carbunculatio. 170.A.K
cardo. 164.F.235.B
cardinem causæ ponere. 34.I
carruca. 166.F
castellum. 164 F
in Castoris templo pecuniæ deponebantur. 140.F
castrensis ordo. 39.K
castrensis seueritas. 93.G
castrensia principia. 258.B
castrensia uerba. 191.E
casus legis. b. 9.K

καταβάλλειν.

Source : BIU Cujas

καταβάλλειν. 277.H
κατάγειν τῶν ἀγγειαφόρων. 262.F
καταδιδικασμένος. 158.B
κατάδικοι. 56.E
catadromus. 165.H
καταλείψειν τὴν δίκην. 29.I
κατάλογοι. 257.K
κατακλύειν. 199.D
κατάκλυμα. 113.K
κατακλίσεις στρατιωτικαὶ. 262.F
catamidiare. 141.I
κατάπλους. 83.F
κατάρχειν. 101.B
κατασκευαὶ. 111.E
κατασκήπτειν. 245.F
κατάθεωρεῖν. 199.A
κατενεχυράζειν. 248.H
κατεσθιασμένον. 195.H
καθάπτειν πνὸς. 99.K
catharmata. 239.F
κάθιτος. 125.D
καθίζειν δικαστάς. 34.B
catonis dictum. 145.E
catonis filij. 43.A
catonis eloquium. ibidem.
cauere. 230.B
cauere ab aliquo. 229.K
cauere obsidibus, capite. 230.A.B
causa. 114.F
causa indicta damnari. 216.H
causæ maiores. 66.F
causæ subscribere. 209.G
causam constituere. 34.G
causam dicere. 65.H.216.C
in causam descendere. 209.G
causam subscribere. ibidem.
in causidicos. 3.A
causificationes iudiciales. 19.G
cautelæ. 3.E
καυθμὸς. 170.I
cautio. 230.C
cautores. ibidem.
cautum esse prædibus prædiisque. 30.F
Cedens annis. 156.I
cedere foro. 140.C.H
cedere honori, oneri. 142.E
cedere intercessioni. 37.C
cedere legibus. 142.D
cedere patria, urbe. 142.C
cedere uita. ibidem.
cedo iudicem. 25.C
κειμήλια. 243.F
celetizontes. 97.H
celeres. ibidem.
celeuma calcantium apud Hieremiam. 106.B
celeusma. 106.A
celeustes. ibidem.
cellæ caldariæ. 143.D
cellula studiaria. 119.K
cenotaphium. 51.I
censendi breuitas. 60.A
censendi potestatem facere. 34.B
censere. 34.A.57.G
censeri. 12.E
censores. 54.H.56.A
censores senatu mouebant senatores. 55.I
censorum animaduersio. 56.F
censoria iudicia. 56.B
censoria subscriptio. ibidem.C
census equestris. 53.K
census senatorius. 54.K
centenariæ curiæ. 69.F
centenariæ curiæ summum tribunal. 70.H
centesimæ usuræ. 196.E.I
centesimæ usuræ duplices. 196.F
centum senatores Romanorum. 52.G
centumuiralis curia. 67.D
centumuiralis hasta. 40.F.66.H
centumuirale iudicium. 52.E
centumuirales causæ. 66.G
centumuiralia iudicia. 66.C.I
centumuiri. 40.F
centumuiri aucti numero. 66.H
centumuiris prætor præsidebat. 66.I
centuriæ primæ classis. 236.A
centuriæ prærogatiuæ. 235.G 236.A
centuriata lex. 19.H.22.C
centuriata comitia. 235.F
centurio. 39.K
centurionum uitis. 258.F
κεραμέως πωλητὸς. 9.F
cernere hæreditatem. 37.K
ceroma. 95.G
ceromatistæ. ibidem.
certamina sacra. 97.K
ceryx, cerycia. 52.B
cespitium. 107.A
cessio quomodo fiebat. 26.D
Chærephontis pallor. 191.D
χαλκῆς. 271.K
charitas humana. 13.G
chartophylacium. 245.C
chartophylax. 87.H
chartopratæ. 243.E
chasma. 68.K
chasmatiæ. 69.A
chasmaticus terræmotus. 68.K
χαυνον. 132.D
χείρωσις. 27.C
chelonium. 173.D
chiliarchi. 39.I
chiliastæ. 132.A
chirographum imitari. 231.B
chironia ulcera. 46.H
chironomi. 94.G
chironomia. ibidem.
chomata. 213.C
choragium. 130.I
choragia, choragus. 130.H
χρεοκοπία. 243.K
χρεοκοπεῖν. 141.E.243.H
χρεωνάποκοποι. 243.I
χρηματίζειν. 22.B
χρῆσις. 27.B
chrysomalli. 55.H
χρυσήρια. 274.I
χρῆναι τῷ νόμῳ. 51.G
Cicero iuris peritissimus. 4.K
ciceronis laus. 5.C
ciceronis locus. 111.C.113.D
ciceronis locus emendatus. 30.B 41.K
ciceronis propositum de iure ciuili in artem redigendo. 5.B
ciconiariæ leges. 12.H
ciconia. ibidem.
ciconiæ pietas. ibidem.
cimeliarchus. 243.F
cimeliarchion. ibidem.
L. Cincinnati dictatura. 144.F
cintia lex. 233.E
κίονες. 116.D
cippi. ibidem.F
circenses ludi. 275.D
circuli geometrici. 12.B
circunducere edictum. 37.H 65.C
circunforaneum æs. 140.G.H
circunforanea uerba. 191.E
circunuenire. 226.B
circunuenire iudicio. 226.A
cisium. 166.E
citare leges. 100.D
citare personaliter. b. 30.E
citharista. 94.F
citharœdi. 9.A.94.F
ciuis. 48.I
ciuium inter se æqualitas. 49.B
κλάδος. 112.A
clandestina commercia. 14.H
clarigatio. 248.H
infra classem. 133.H
classes. 69.F.107.F.235.I
classiarij. 106.D
classicus. 133.G
classici. ibidem.
classici authores. 133.H
classici testes. ibidem.
clauus. 54.C
clementia in quibus cognitionibus iuris sit. 63.F
κλεῖμμα. 232.D
cleopatræ sponsio. 25.D
ad clepsydram orare. 266.F
clepsydræ plures actoribus dabantur, ibidem.G
κλέπτης, 195.E.209.I
κλέπτειν. 232.D
κληρωτοὶ. 269.F
κλητεύειν. 214.F
clientelæ. 193.A.F

Source : BIU Cujas

clientes. 192.H.255.G
Coactio argentaria. 81.F
coactores. 81.F.243.K
coassatio. 164.D
coaxatio. 149.F.164.D
cochlea. 172.G
cochlides scalæ. *ibid.*H
cocus. 187.C
codex. 203.H
codicillaris potestas. 231.D
codicilli. *ibid.*
codicis libri à Græcis. 81.A
codicis libri tres postremi. 231.I
codonophori. 137.C
cœna recta, & sportulæ. 88.E.204. C.D.I
cœnaculum. 120.A
cœnacula. 113.G
cœnacularius. *ibid.*H
cœnacularium facere. 113.I
cœnationes. 113.G
cœnobiarchæ ius. 228.C
coemptione in manum mariti uenire. 27.F
coepulones. 81.H
cogere in ordinem. 90.D
cogere senatum. 58.B
cogitatio spuria. 50.I.51.A
cognitio summa. 67.D
cognitor. 101.I.241.K.242.A.G
cohors prætoria. 74.K
cohortales. 244.E
coire. 213.G.230.I
coire societatem. 113.I
coitio. *ibid.*K
coliphium. 97.A
collatinus. 23.I
collatæ nuptiæ. 201.F
collatio. 82.C
collecta. *ibidem.*
collegium. 35.G
collybus. 134.E
collybistæ. 134.G.141.B
coloni. 259.E.284.D
colonia. 259.E
colophonem imponere & addere. 72. H.I
colossica onera. 173.D
colossicotera. *ibidem.*
columella. 185.C
columnæ. 116.D
columnæ partes. *ibid.*G
comessari. 187.C
comessator. *ibidem.*
comitatus. 108.B.193.G
comites iudicum. 232.G
comites quasi ex cohorte prætoria. 233.A
comitia centuriata. 22.C.48.E.235 F
comitia curiata centuriatáque. 235.F
comitia magna. 48.E
comitiorum summa. 335.G
comitium. 274.H
commata. 213.C
commentarienses. 104.K
commentarij legum multiplices. 71.F
commentarij recentiorum Iurisconsultorum. 154.C
commentarioli. 104.G
commentarium. *ibid.*I
commentarius. 104.F
commentitium. 249.B
commercia. 14.G
commercia uoluntaria. *ibid.*H
commerciarium ius. 15.K
commercium & cognatio linguæ Latinæ cum Græca. 217.H
commilitium. 258.K
commiseratio oratoria. 68.D
committere. 117.H.193.I
committere mulctam. 107.D
committere se publico. 105.G
commissum bellum. 117.I
commissiones. 117.H
communis prudentia. 13.E
communis sensus. *ibid.*
communia inter amicos omnia. 14.B
commutatio armorum Glauci & Diomedis. 150.D
commutatio Græcorum. 149.K
comopolis. 243.B
comparatio à lance ad animi iudicium. 77.D
cõparatio Lesbiæ structuræ & decreti. 1.H
comparatum. 278.F
compendium. 273.D
compendium scribendi iuris. 147.D.E
compendiosa substitutio. 273.D
comperendinare. 32.E.92.D
comperendinata lis & res. 32.K
comperendinatus reus. 33 A
comperendinatus Verres. *ibid.*E
comperendinati unde dicti sint. 33.B
comperendinatio. 32.G.H
comperta. 137.G
compertus stupri, criminis, &c. 188.B
complices.. *b.* 215.G
concameratio. 149.C.173.K
conceptis uerbis iurare, peierare. 129. D.F
conceptiuæ feriæ. 42.G
concertata res. 34.D
conchyliarij. 135.F
conchytæ. *ibidem.*
conciergus. *b.* 174.D
concio legitima & conuocata. 56.I
concipere. 129.D
concipere iusiurandum. 129.B
concratitius paries. 148.D
conditio. 114.F
conditio arbitraria. 9.K
conducere. 135.I.136.A
conductor. *ibidem.*
confarreatio. 27.F
confecta res. 34.D
conferre. 201.F
conferre pedem. 36.G
confessus æris. 188.B
confiscare. 81.I
confisio. 103.G
conformicatum opus. 174.B
confratriæ. *b.* 81.H
confusa testimonia & suffragia. 56.I
congiarium. 258.H
κονίαμα. 138.H
coniurationis crimen. 221.D
conniuentes. 146.F
conscripti patres. 53.D
consentes. 53.B
consessus. 243.H
consilia. 3.E
consilium aulicum & interius. 73.A
consilium magnum. *ibid.*B
consilium sanctius. 78.G
consilium strictum. 73.B
consistens uinum. 156.I
constat ratio. 258.I
de constituenda ratione iuris ciuilis. 5.K
constituere causam. 34.G
constituere disceptationem. 34.D
constituere iudicium. 35.A
constituere iudicium & quæstionem. 34.C
constituere statum causæ. 34.G
constituere summam totius litis. 34.K
constituta quæstio. 226.K
constitutio iudicij. 209.K
constitutio Philippi regis. 73.C
constitutio Philippina. 72.F
constitutio Philippi pulchri. 70.I
constuprata iudicia. 195.F
consuetudo. 50.D
consuetudo laudabilis. 17.F
consuetudines. 75.K
consul. 85.A.39.K.105.H
consul iussu Tribuni plebis in carcerem duci poterat. 86.A B
consulis imperium. 85.I
pro consule esse. 86.E
de consulum relatione. 61.C
consules uidebant ne quid respublica detrimenti caperet. 85.D
consulum munera. 67.C
consulibus permissa respublica & cõmissa. 85.E
consularis. 105.H
consularis cognitio. 67.C
consulares qui sint. 52.E
consulares leges. 22.F
consulatus quo die inibatur. 276.F
consulere boni. 102.D.260.A
consumare. 102.B
contabulatio. 164.F
in contemptores latinitatis digressio. 122.G.& dein.
contentiosa res. 35.A
contignatio. 149.B
continens causæ. 34.H

Source : BIU Cujas

continentia. b. 94.I
contrahere. 277.H
contrarotulatores. b. 81.F
controuersa res. 35.A
controuersia declamatoria. 73.H
controuersiam sui facere. 193.I
conturbare. 137.E
conturbare fortunas. ibidem.F
conturbare rationes. 137.E
conuadari. 29.E
conuasare. 214.G
conuenire. 69.H.225.G
conuenire in manum. 27.F
conuenticula. 215.G
conuentus. 225.F.G
conuentus Amphictyonum duodecim. 73.G.H
conuentus trium ordinum. 78.E
cordax. 95.C
coria. 149.A.B
corinthum nauigare. 94.G
cornicum oculos configere. 20.C.51.D
cornicarij accipitres. 162.I
coronæ. 26.H.120.F
corona à D. Paulo promissa. 97.C
sub corona uænire. 26.H
corpora medicorum. 12.B
corpora physicorum unde. ibidem.
κόρρη. 246.C
corybantes. 180.A
κοσμεῖν. 260.C
L. Crassus. 43.A
crater. 163.G
cratitij parietes. 148.C.176.E
κραῦρον. 132.D
creditorem soluere. 196.B
creta. 75.E
creui hæreditatem. 134.D
cridæ. b. 29.C
crimen maiestatis. 221.A.D
criminis admissi pronunciatio. 268.D
crimina certa. 229.D
criminales causæ non differendæ. 63.C
κρηνοφυλακία. 270.F
κρίνειν. 65.H.216.D
τὸ κρινόμενον. 35.A
κρίσιμοι dies. 268.A
κρίσιν ἰδίαν ποιεῖν. 189.K
critæ. 98.D
critici. ibidem.
critolai libra. 10.G
κρουνοὶ. 163.H
κρουνίζειν. ibidem.I
crumenisecа. 176.H
κρύβδιν ψηφίζεσθαι. 68.G
κρύσαλλος. 17.K
κτῆμα. 27.C
κτηνίατροι. 271.K
κτῆσις. 27.C
Cubitum. 126.D.G
cubitus. 126.K.127.A
cucuma. 227.I
cucumella. ibidem.
culinaris ratio. 187.D.E
culpare. 103.B
cunctatores. 146.F
cupedinarium forum. 80.A
cupedipetæ. 126.H
cuppæ. 175.D
curatores. 271.A
curia amplissima. 69.C
curia non stataria, sed indictiua. 71.H
curia Parisiensis. 63.A
curia, pro tribu. 236.G
curia quingenaria. 67.F
curiæ. 40.F
curiæ centenariæ. 69.F
curiæ ingrediendæ ius. 88.H
curiæ iudicum quinque. 267.F
curiæ magistri. 236.G
curiæ princeps. 78.E
curiæ seminarium. 112.F
curiales. 262.D
curiata comitia. 235.F 236.G
curiata lex. 19.H 22.C
curio. 262.D
curionatus. ibidem.
curiositas. 201.A
curiosus. 194.K
cursus publicus. 262.F
cursus uehicularis. 231.G
curules. 40.D
custodes. 81.G
custodia. 193.F
cybele. 180.A 209.F
cybisteteres. 135.D
cybistema saltationis genus. ibid.E
cynomyia. 145.D
cynosarges. 95.F.G
κυρίαι δόξαι. 264.H

D

Dæmonistici. 180.E
damnari indicta causa. 216.H
damnum. 15.H
dare actionem. 35.B
dare in mancipatum. 26.C
dare iudicium. 35.B
dare nomen. 74.B
dare nomen militiæ. 233.E.257.I
dare per scriptum. b. 37.G
dasypodes. 110.B
De præpositio. 187.H
decaprotia. 270.B.C
δεκατεύειν. 275.B
decedere. 218.K.219.B
decedere de officio & more. 219.B
decedere suo iure. 114.C
decempeda. 126.A
decempedator. ibidem.B
decemprimi. 270.C.275.I
decemprimatus. ibidem.
decemuiri. 21.H.40.G
decernere quæstionem. 36.B.G.227.E
decernere ut legibus quæratur. 36.B
deceßio populi. 22.K
decessores ex prouinciis. 84.A
dechetum. b. 132.C
decima bonorum Herculi sacra. 275.A
decimare. 136.K
decimatæ legiones. 93.H
decoctiones. 243.I
decoctores. 141.E.243.I
decoctum argentum. 142.B
decollare. 38.C
decoquere. 141.E.G.142.A.243.I
decretum. 73.F
decumanus. 235.B
decuriæ & classes. 72.C
decuriæ iudicum. 60.C.66.I.85.A 265.A
decurrere. 165.I
decursorium. ibidem.
deducere ad agnatos & gētiles. 38.C. 278.H
defensores ciuitatum. 243.K
deferre in ærarium. 105.B
deferuescere. 185.K
definire. 285.C
definitio. 285.B
deflagrare. 186.A
defuncti absolute. 160.B
defuncti fato. 159.I
defunctoriè agere. 160.D
defunctoriè suscipere. ibid.F
defunctus pro cadauere. 160.B
defungi. 160.C.159.H
deglubere. 211.A
δείνωσις. 245.D
dei prouidentia mundum regi. 67.K
δεισιδαιμονία. 180.H
delatores. 201.A
deliberare cum re præsenti. 29.D
delio natatore opus habere. 120.D
demagogi. 116.C
demarati filius. 19.H
demensum. 18.H.I
demetrius. 96.H
democratici, 14.H
democriti dij. 46.A
demosthenes. 7.I
demosthenis orationes. 44.K
demosthenis synanche. 150.F
denunciare testibus. 37.I
denunciare testimonium. 114.A
denunciatio. ibidem.B
deos esse Epicurus inuenit. 13.A.B
deponere in pœnam. 25.E
deportatio. 249.H
deprecatio. 63.E.F
deprehendi. 102.H
deprehensus. 102.H.224.C
deprehensus orator. 224.D
desæsire. b. 37.G
desæuire. 186.A
descendere in causam. 37.A.209.G
describere. 9.K
deserere uadimonium. 29.I
desidæmones. 180.H

Source : BIU Cujas

deſignare. 98.G
deſignati conſules. ibidem.K
deſignati magiſtratus. 276.B
deſignatores. 98.G
deſignatores manſionarij. 262.I
deſpondere animum. 101.K
δεσποτεία. 27.C
deſpoticon ius. 16.F
deſultores. 97.F
deſultoria leuitas. ibidem.G
detineri. 199.F
detrectare. 223.K
detrimentum à tritura. 132.F
deueſtire. b. 27.D
deuorata uerba. 131.A.B
deus quîſias. 167.I
διξιόμηνοι. 235.F
δικάζειν. 195.F.237.K.276.F
dextræ prehenſio. 276.F
δεύτερον. 92.H
Diabolus, eiúſque lapſus. 45.H
διακαρτερῶν. 101.C
diacatoche. 243.G
diaconi non diacones. 135.H
diaconi dicæ. 6.I
diacopi. 213.C
διακόπτειν. 92.G
διακοσμῶν. 260.E
διαδικασία. 35.D
διαγορεύσεις. 230.C
διαγράμματα. 260.H
διαγράφειν. 179.D
διαιτηταὶ. 269.F
διαλαμβάνειν. 92.G
dialecticæ laus. 43.E
δίαλμα. 117.G
διάλογοι. 103.H
διαλύειν. 92.G
διαλύεσθαι. 277.H
διανεμητικὸν. 15.K
diapaſmata. 174.H
διαπορία. 37.C
διαφθεῖραι. 196.C
διαφθορὰ. 223.C
diarium. 89.A.104.F.203.E
διατάπην. 260.E
διάδυρον. 284.I
διαπτρῶν. 118.I
diatretum. ibidem.
diaulodromi. 96.B.126.D
diaulus. ibidem.
διαζῶν. 282.F
διαζευκτικὸν μορίον. 278.I
dica. 29.K
dicæodotes. 82.A
δικαιολογεῖσθαι. 100.D
δικαιολογικὸς ſtatus. 34.H
δίκαιον. 15.I.143.K
Τὸ δίκαιον. 1.G
Τὸ δίκαιον ἔχειν. 37.E
δίκαιον ἐπίπλασον. 249.C
δίκαιον κατ' ἀξίαν. 14.H
δίκαιος. 144.K
δίκη. 6.I.18.D
dicam impingere. 30.A
dicam ſcribere. 51.F
dicarum mucrones. 45.G
δικασπόλοι. 6.I
δικασταὶ. ibidem.
dicaſtes. 15.I
δικαστικὸν. 249.K.267.D
dicere, pro deſtinare. 217.K
dicere cauſam. 216.C.D
dicere dictatorem. 74.G.218.B
dicere doti. 217.K
dicere mulctam. 217.F
dicere pro teſtimonio. 38.B
dicere ſacramento. 217.I
dicendi peritia. 43.E
dicta dies. 218.A.B
dicta, ſperata, ſponſa & pacta puella. 218.A
dictare actionem. 30.A
dictare iudicium, act. 209.B
dictator. 39.K.62.F.74.E.218.B 235.H
dictatura. 74.E.85.C
dictio cauſæ, pro apologia. 216.G
diduco. 199.G
diecula. 131.H
diem diffundere. 92.D
diem eximi. 60.D
diem tolli. ibidem.
dies. 121.F.131.G
dies conſtituta. 37.G
dies dicta. 218.A.B
dies iudiciales. 268.A
dies legitimi. 37.E.132.C.266.C
dies magni. 69.H
dies ſtatus. 144.C
dies ſtati pro ordinariis. 37.G
dies tollenda. 60.C
differre uadimonium. 29.I
diffinire. 5.G
diffinitio. 5.E
diffuſus dies. 92.B
diffundere diem. ibidem.D
digitus. 115.G
dignatio. 103.E
dignitas. 260.I
digreſsio, qua in præſentes mores inuehit. 144.K.& dein.
digreſsio in latinitatis cõceptores. 122.G
dij maiorum gentium. 53.A
dij minorum gentium. ibidem.B
δίζάνειν. 92.G
diiudicata res. 34.D
dimidium plus toto. 42.D
dimittere creditorem. 196.B
dimittere debitorem. ibidem.D
dimittere reos. ibidem.
dinoſis. 245.D
dimundinatio. 15.C
diobolares. 133.K
dionyſiaci artifices. 94.B
διορύκτου. 214.H
dionthoticon ius. 15.G
diplinthij parietes. 148.I
diplomata. 231.C.H
dipondius. 26.B
directarij. 213.F
diribitores. 236.G
dirimere tempus. 92.F
dirimi auſpicia. ibidem.G
diruptus. 93.I
dirutus. ibidem.
diſcedere in diuerſa. 64.C
diſceptare. 69.H
diſceptationes liberæ & legitimæ. 69.A
diſceptationem conſtituere. 34.D
diſceſsionem facere. 57.B.F
diſcoboli. 95.D.96.B
δίσκος. 117.G
diſcutere. 185.E
diſcuſſoria. ibidem.
diſpendium. 273.E
diſpenſare. b. 9.K
diſpungere rationes. 179.C
diſpunctio. ibidem.
diſputationum fontes. 4.H
diſquiſitio. 36.F
diſsimilitudo nulla in genere. 13.F
diſſolutiones contradictorum. 35.I
diſtendere. 199.G
diſtentus. ibidem.
diſtinere. ibidem.
diſtrahere. 277.H
diſtributiuum ius. 14.H.15.K
diui fratres, de geminis Auguſtis. 225.E
de diuidendis ſententiis. 64.F
diuiduum. 8.C
diuidere ſententiam. 65.A
diuiſores. 236.E
diurnum. 203.I
dixi. 33.H
Δοκεῖν. 12.F
δοκιμασία. 251.D
δοκιμασθῆναι εἰς ἄνδρας. 190.I
δοκιμάζειν. 251.E
δόκιμον. 144.A
οἱ Δοκοῦντες. 198.K
dodrans. 126.K
δόγμα. 37.F
dolichodromi. 96.C
dolichos. 126.D
dolichus. 96.C
de dolo actio. 211.E
dolones. 119.F
domanium. b. 81.I
domi ſe continere exilij loco. 141.A
domus Tribunorum aperta. 59.G
dominij præfatio. 20.F
donatiuum. 258.H
dorodoci. 126.H
δωροδόκος. 195.E
dorodocia. 126.H
δωροδοκία. 195.E
doron. 126.G
dorophagi. ibidem.H

Source : BIU Cujas

dorsualia. 164.C
dotes animi. 79.D
doti dicere. 217.K
δοξασικός. 199.A
δοξαστής. 198.K
δόλεία. 193.G
δρόμος. 117.G
drupæ oliuæ. 284.A
druſus tribunus plebis. 213.B
δρυπετής. 284.A
δρύφακτος. *ibidem.*
δρύς. *ibidem.*
Ducenarij iudices. 268.H
dulciarij piſtores. 130.C
duo Auguſti primùm facti. 225.D
duodecim. 43.K
duodecim primi Franciæ. 270.D
duodecim tabul. laus. 4.I
duracina uua. 282.H
Δύ' ὀβόλω 249.K
Δυσνομία. 45.H
in Dyſnomiam Franciæ. 45.D
dyſtoca. 228.K
Δυσοκεῖν. *ibidem.*

E

Ἐκ καιροῦ. 198.F
ἐκ παραλλήλου. 179.G
Ὁ Ἐκβιβαστικόν. 250.A
ἐκβολάς. 118.F
ἐκβολία. *ibidem.*
in Eccleſiaſtico locus reſtitutus. 169.B
ἔκκειτοι. 90.G.264.H
ἐκκρῦναι ὃ πρᾶγμα ὑφ' χρόνῳ. 60.E.
Ecdicus. 243.K
ἐκδίκησαι. *ibidem.*
ἔκδικοι. *ibidem.*
ἐκχίσγυον. 133.G
echemythi. 146.F
echemythi & auſcultatores. 261.D
echemythia. 146.G
echinus. 134.G
echinus parturiens cunctatur. 134.C
ecnephias. 170.E
ἐκφωνεῖν. 61.K
ἔκπληξις. 170.I
ἔκπληξις τῶν δένδρων. 169.I
Ecquis. 199.H
ἐκρύσεις. 118.H.
ἔκτικοι. 257.K.259.A
ἐκτίσαι. 277.H.
ἐκτρωσμοὶ. 118.H
Edere. 37.G.105.D
edere iudicium. 209.C
edere ludos. 130.F
edere nomina. 74.B
edere petitionem. 51.F
edere ſpecimen. 191.B
edictum Iuſtiniani contra enarratores. 76.F
edictum prætorium. 50.E
ad Edictum reſpondere. 257.I
ex Edicto poſsidere. 29.H
edictus ſenatus. 56.H
edulitas. 138.H
Efferueſcere. 185.I
effluxio. 118.H
effundo, pro offundo. 199.K
ἐκκατασκήπτειν. 245.F
ἐκκύκλιοι. 90.G
ἔγκειτοι. *ibidem.*
ἐγκύκλιον. 160.H
ἐγγεγραμμένοι. 53.E
ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει. 56.D
ἐγγράφειν εἰς ἄνδρας. 190.I
ἐγγυᾶσθαι. 29.G.44.I
ἐικαῖον, ὃ τυχόν. 160.H
εἰσάγειν τὰς δίκας. 25.F
εἰς ἄνδρας γράφεσθαι. 251.E
εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσιέναι. 276.C
εἰσφέρειν. 22.A
eiicere. 118.F
eiectitius. *ibidem.*
Eleemporus. 270.A
elephantis intelligentia. 12.F
eleuare. 35.G.I
eleuare teſtimonia. *ibidem.*
ἐλευθέρια μαθήματα. 277.D
ἐλευθέριοι λόγοι. *ibidem.*
elogium. 36.B
cum Elogio mittere. *ibidem.*
eloquentiæ munera. 123.I
eloquentia pulſa Lacedæmone. 68.D
eloquentiam requiri in Iuriſconſulto. II.A
Emancipare. 17.A.27.C
emancipatio. 26.A
ἐμβαίνειν. 135.A
ἐμβάλλειν. 99.I
embatæ. 135.A
ἔμβαται. *ibidem.*
emblema. 120.H
ἐμβόλιμος. 99.H
emboliſmos. *ibid.*
emerere. 259.A
emerita ſtipendia. *ibidem.*
emmeles. 241.C
emmelia. 95.C.241.C
emplaſtra. 174.G
emptio mancupi. 26.B
ἐνάρχεσθαι. 101.B
enargia. 200.B
encænia. 205.C
encyclios diſciplina. 4.D
encyclopædia. 127.F.151.C
encyclopædia quid. 4.C
ἐνδεικνύναι. 201.C
ἐνδείκνυσθαι. 199.C
ἐνδιδόναι. 142.E
energia. 200.B
ἐνεχυράζειν. 248.H
enhorcius. 84.F
enneacrunos fons. 163.H
ennææ. 13.C
ἐνοχλεῖν. 102.D
ἐνοχλῶ ἀξιῶν. 209.A
enoplia. 95.C
enopliæ ſaltationes. 241.C
ἐνυβρεῖν. 184.K
ἐντεθραμμένοι. 90.G
entheaſtici. 180.E
enthei. 179.K
ἐνθελικτέοι. 200.E
enunciatum. 12.A
ἐπακτὸς ὅρκος. 129.G
ἐπαγαγεῖν φῶφον. 34.A
ἐπαμφοτερίζειν. 109.C
ἐπανορθῶσαι. 260.E
ἔπαρχοι. 231.H.267.K
ἐπεξιέναι. 215.K
ἐπηρεάζειν. 102.D
Ὁ ἐφ' ἑαυτῷ δίκαιος. 116.B
ephebium. 96.F
ephelides. 184.F
ephemeris. 104.F.175.H.203.E.H
ephemerides. 282.F
ephippium. 115.F
ἐφορᾶν 261.H
ἐφύλαρ. 266.H
ἐφυσομάχων. 223.K
epibatæ. 106.C.135.A
ἐπιβατεύειν. 106.D
ἐπίβολαι. 13.D
ἐπὶ κεφαλῆς. 198.F
epicaia. b. 1.I
epicaizare. b. *ibidem.*
ἐπικρίσησιν. 261.A
ἐπικώρημα. 158.A
ἐπίσημεῖν. 105.G
ἐπισημία. 83.F
ἐπεικὴς οἰκέτης. 124.G
τὸ ἐπιεικὲς. 1.F.I
ἐπιεικίζω. 1.K
epiicia. 1.I.2.H
ἐπίλεκτοι. 257.K
epilogi. 68.C
ἐπιμελεῖσθαι. 271.B
ἐπινίκεια. 78.A
epinicia. 210.C
epinyctis. 203.I
ἐπίσκευαι. 111.E
ἐπισκοπεῖν. 261.H
epiſcopus. 261.F
ἐπίσατα. 271.B
ἐπισαθμεύειν. 262.I
epiſtathmi. *ibidem.*H
ἐπισάθμεια. *ibidem.*
epiſtomion. 164.K
epiſtomizo. 165.B
ἐπιτρέπειν τῷ φῶφον. 34.A
epitome. 135.G
epitoma. *ibidem.*H
ἔπριοι. 159.K.282.D
epulum funebre. 136.I
epulones. 81.H
Equa ſola grauida coitum patitur. 109.E
eques. 10.A.54.B
equeſtris cenſus. 53.K
equeſtris ordo annulo inſignitus. 53.I
ex Equeſtri ordine ad Senatum tranſitus. 54.A

Source : BIU Cujas

equi agminales. 270.B
equi desultorij. 97.H
equorum genera. 115.F
equorum productio. 261.G
equites. 53.I.264.F
equites & iudices. 264.D
equitium. 82.E.193.F
equum admittere. 210.I
ἔραν Θ. 82.C
erasi. ibidem F
ἐρήμη δίκη. 29.K
ἐρήμην καταδικασθῆναι. 30.B.216.I
ἐρημάζειν. 243.B
eremodicium. 29.K
ergastulum. 158.C
ergata. 173.A
ἐργάζεαϑ. 259.A
ἐργεπιστάτης. 262.K
ἐργολαβεῖν. 201.C
ἐργολαβωῖτης. 136.D
ἐρμηνεύειν. 199.C
erratum in sententia. 42.C
eruca. 226.G
erucæ. 171.G
erugo. 171.D
ἐρυσίβη. 171 C.D
Essedum. 266.F
ἐτυμολογία. 193.G.214.K
ethici statuarij. 94.E
ἐθνικοὶ. 246.A
ethologi. 94.C
ethopœi. 94.D
ethopœia. ibidem.
ethos. ibidem.
Euangelia. 77.I.210.D
euectiones. 231.I
euerriculare. 211.G
euerriculum. 211.D
eunomi. 45.C
eunomia. 18.G.45.C
eunomia duplex. 46.D
eunuchi. 281.F
euocare. 139.H
euocatio. 139.A.H
euocatio militaris. 139.A
euocatio sacrorum. 52.C
euthymia. 200.K
Ex bona fide. 1 D
ex iure manu consertum. 27.I
ex uinculis causam dicere. 216.D
ἐξαίρετος. 116.A
ἐξαιρεῖσθαι. 170.H
exæuire. 186.B
examinare computum. b. 179.C
ἐξαργυρῶσαι. 244.B
exarmare. 135.B
exarmare accusationem. ibid.C
exauctorare. 93.D
exauctorationis exemplum. 93.E
exauctoratæ legiones. 256.H
excedere ex assectis. 190.K
exceptionum formulæ. 222.G
de Exceptionibus. 269.E
exceptores. 105.C
excipere notis. ibidem.
excidere formula. 31.C
excurrere. 142.I
excurrens summa. ibidem.
excursio oratoria. ibidem.
excusores. 272.K
excutere. 176.G.I.
exempli referre. 37.F
exemplare. b. 9.K
exemplum collationatum. b. ibid.
exemplum. 102.I
exemplum memorabile. 237.I
exemplum recognitum. 9.K
exemptilis dies. 281.D
exercitatio artem iuuat. 127.I
exercitatio pancratiastica. 117.D
ἐξίστασις. 261.F
ἐξίστασαι. 270.I
exhedra. 96.F
exhedræ. 119.H
exhæresimi dies. 99.H
ἐξηγεῖαϑ. 130.A
ἐξηγευμένοι. 30.D
exilij causa solum uertere. 246.I
exilium. 140.K
exilium liberum. 273.B
exilium olim, non pœna legum. 246.H
exilium uoluntarium. 246.F
eximere actionem. 60.F
eximere de reis. 37.C
eximere ex ærarijs. 37.D.230.K
eximere notæ. 37.D.230.K
eximere noxæ. 37.D.230.I
eximere numero. 90.F
eximere supplicio, pœnæ. 230.K
existimatio. 198.I
existimator. 198.H
existimatus. ibidem.
ἐξισασθαι. 142.E
ἐξοκείλαι. 211.C
exoluere religione. 181.E
exorari de inuitis. 146.B
ἐξορκῶν. 129.H
exotica unguenta. 174.H
ἐξοσία. 114.F
expeculiatus. 93.I
expensa. 28.B
expensum ferre. 178.F.203.C
experiri intra parietes. 2.F
expiamentum homicidij. 247.E
expiator Iupiter. 247.H
expilator. 214.F
explorator Græcorum Romam missus. 23.B
expolitionum genera. 138.A
exprobrare. 100.I
expungere. 179.D
expungere rationes. ibidem.
exscribere. 9.I
extempore. 197.E.198.E
extorris. 239.B
extra lapidem primum. 85.C
extraordinarij. 53 E
extra quàm, in exceptionibus. 222.H
extricatus. 118.K
ἐξυβρίζειν. 170.H.172.C
εὐσέβεια. 49.D
εὐσεβωμοσίνη. 3.I
εὐλάβεια ὑπὲρ μετρος. 195.K
εὔδρυπτον. 132.D
εὐθυδικία. 32.B
εὐθύνας διδόναι. 65.I
εὐθύναι. 65 H
εὐθυνόμωνοι. 231.B
ἐξημιωμένοι. 56.E.80.I

F

Fabrica. 127.E
fabrorum præfectus. 271.H
facere ad stomachum. 101.A
facere æqui bonique. 2.I.260.B
facere gratiam canonis. 50.C
facere litem suam. 189.G.H
facere paria. 271.B
facere petitionem. b. 51.F
facere recte atque ordine. 83.I
facere sponsionem. 25.E
facere tyrocinium. 191.B
facessere. 102.A
famulitium. 193.F
fanatici. 179.K
farcturæ. 148.K
fas. 6 H
fasces. 89.E
fasces submittere. 89.H
fasces submittere populo. 17.C
fasti dies. 158.I
fastorum libri. 20.B
fatuus. 183.C
fauorabilis iudex. 10.A
Ferales præcones. 137.C
fercula. 166.H
feriæ conceptitiæ. 42.G
feriæ Latinæ. ibid.
feris obiecti. 240.K
ferramentum. 177.K
ferre accepto. 234.G
ferre ad populum. 22.A
ferre iudicem. 25.B
ferre quæstionem. 226.K
festuca. 149 F.200.E
feudum. b. 193.E
feudum clientelæ. 193.A
Fides. 121 H.193.G
fides labefactata. 133.B
fidem fallere. 93.A
fidem suam liberare. 133.C
fidem alicuius sequi. 133.D
fidem tueri. 133.B
in fidem se conferre. 193.A
in fidem recipere. 195.H
fide aliena sumere. 133.D
fide bona. 161.A
fide optima. ibidem.
fide publica uenire. 218.I
fide sua esse iubere. 133 D
in fide esse. 192.H.193.G
in fide alicuius esse. 255 H
fideicõmissarius.

Source : BIU Cujas

fideicommissarius. 24.D
fideicommissarius hæres. 143.G
fidentia. 103.G
fiducia. 25.E
fiduciæ actio. 25.H
fiduciæ exemplum. 25.E
fiduciam accipere. *ibidem.*
fiduciam committere. 25.G
fiduciarius hæres. 24.D
fiduciaria hæreditas. 25.I
fiduciaria mancipatio. 25.F
fiduciaria opera. 24.D
fiduciaria possessio. 24.C
fiduciaria tutela. 25.H
fiduciaria uenditio. *ibidem.*
figurare. 101.F
finantiarum generales. *b.* 81.E
finita lis quando dicatur. 32.B
firmamentum causæ. 34.H
firmissima argumenta. *ibidem.*
fiscella. 172.E
fiscellæ. 81.I
fiscinæ. *ibid.*
fiscus. 81.I.140.F.172.D
fisci. 81.I
fistuca. 149.E.200.E
fistucatio. 149.E
fistulæ applumbatæ. 165.B
Flagitare. 209.A
Gn. Flauius scriba. 20.B
florales agentem spectari à Catone. 171.G
floralia. 171.F
Fodico. 102.K
fœderati. 255.A
formula. 36.K
formula cadere. 31.B
formulæ exceptionum. 222.G
formulam intendere. 30.A
formularij. 36.K.242.I
fornacalia. 117.K
fornacarius. *ibidem.*
fornicarij. 194.F
fornices. 174.B.194.F
forum. 35.B.67.A.269.G
forum cupedinarium. 80.A
forum suarium. 79.K
foro cedere. 140.C.H
fortuna. 39.E
fortunæ. 29.G
Fragrare. 102.A
francia olim Gallia comata. 86.I
franciæ infœlicitas. 236.I
franciæ palladium. 236.H
franciæ pares. 70.A.C.F
fraterculus Gigantum. 38.I
friuola. 132.C
friuolarij. *ibidem.*E
frontati lapides. 149.B
frugi bonæ. 124.F
ad Frugem bonam se recipere, euadere, redire. 124.H.I
frumentariæ tesseræ. 108.D
frumentatores. 261.D
Fuga, pro exilio. 246.G
fugax pomum. 156.H
fugere. *ibidem.*
fugiens uinum. 156.H
fugientes literæ. 156.H
fugitiuarius. 177.E
fulcrarij. 177.I
fumosæ imagines. 38.F
funebria iusta. 91.A
funerum cæremoniæ. 39.A
fur unde. 209.I
furiosi. 38.D
furnire ad sententiam. *b.* 35.K
furor. 181.K
furtum nec manifestum. 210.B

G

Gabinetum. *b.* 243.F
galericulus. 182.F
galli olim elegantiæ studiosi. 121.K
galli senatoria dignitate donati. 63.K
gallorum mos improbandus. 104.H
gallia comata, nunc Francia. 86.I
galliæ ciuitates. 193.C
galli fratres Romanorum. 63.K
gallicus Hercules. 122.A.F
gallinaceus. 230.D
Γύισωμα. 120.E
gelu. 170.K
gemini. 109.H
gemini an uno concubitu concipiantur. 109.I
gemmæ fugientes. 156.K
generales finantiarum. *b.* 81.E
generositas quid sit. 49.D
genius regni. 15.E
gentiles. 5.H.38.A.39.G.55.D
gentiles & agnati. 278.G
ad Gentiles deducendus. 38.C
gentilitas. 38.A.B.E
gentilitia insignia. 39.C
gentilitatis ius. 38.B
gentium ius. 12.K
gentium ius primarium. *ibidem.*
genus. 5.F
geodetæ. 125.A
geometræ. *ibidem.*
geometrica analogia. 14.I
geranion. 173.E
gerere rem. 256.G
γέροντες. 65.D
γερσία. *ibidem.*
gerundia in dum. 149.H.I
gerusia, uirtutis præmium. 65.F
gestationes. 115.E
gestatorium. *ibidem.*
gestatoria pensilia. 166.I
Gigantum fraterculus. 38.I
gigantum theomachia. 146.H
γιγνόμωνον. 143.K
Gladiatores. 272.C
gladiatorum genera. 97.I
gladiatura. 240.H
glandem frugibus ueteres prætulisse. 11.G
glauci & Diomedis cõmutatio. 150.D
glisscere. 102.E
gloria in uirtute. 79.D.E
Gnomon. 125.C.I
gnomonice ars. *ibidem.*
gnossius urbs. 75.E
Graculus. 168.E
græca Latinis an liceat permiscere. 240.A.B
græca uerba Latina facta. 209.I
græcæ linguæ cum Latina commercium. 217.H
græcæ literæ, earumque laus. 153.I
grammatophylacium. 245.B
grando. 170.C
grandinum quatuor genera. 170.E
graphis. 127.B.128.C
grassari. 245.E
grassatores. 245.D
gratia. 41.D
gratiam canonis facere. 50.C
gratiæ. 79.D
grauari. 102.C
gressus. 126.G
grus. 173.E
γρυτάρεια. 132.E
grytopolæ. *ibidem.*
Gubernator. 105.K
guerra. *b.* 9.I
Gymnasia. 95.F
γυμνασιαρχία. 271.A
gymnici. 94.A.95.D
gymnici agones. 95.F.
gynæciarius. 243.C
gynæcocratia. 16.H
gynæcocratumeni. 16.K
gynæconomi. 270.K
γυναικονομία. *ibid.*

H

Habere rationem ab aliquo. *b.* 2.K
habitudo iusta. 143.H
hæreditas iusta. 144.E
hæreditatem cernere. 37.K.134.D
hæredium. 144.E
hæres. 144.E
hæresis. 180.K
hæsitantes. 184.B
αἱμοῤῥαγίαι. 185.G
halteres. 96.B
haltici. 95.E
ἅλφαξ τῶν κτημάτων. 58.D.178.D
harmostæ. 66.G
hasta. 6.K
Hedui Galli fratres Romanorum. 63.K
helciarij. 106.C
ἡλιάια. 269.H
heliocaminus. 115.C
ἡμίδραχμον. 269.H
hemisphærium. 174.B
herbarum fidei derogatum esse. 155.D

Source : BIU Cujas

herculanea pars. 136.K.275.A
hercules Gallicus. 122.A.F
hercules & Iphicles gemini. 109.H
herculi datæ decimæ. 275.A
hermodori legislatoris exilium. 19.I
hernioſus. 93.I
ἑταιρία. 215.D
hetærius Iupiter. 84.F.215.C
hetæriarcha. 215.C
heteroplum. 196.F
hexapeda. 126.C
ἱκνεμένη ἕξις. 143.H
ἱκνέμενος καιρός. 143.G
ἱκνέμενον μέσῳ. ibidem.
hieremiæ locus. 210.I
hieronicæ. 97.K
hieronymi non eſt noui teſtamenti tralatio. 40.1.41.C
ἱερώτερον. 199.C
ἱμάτιον. 251.C.278.F
ἱμάτιον ἀνδρεῖον. 251.C
hipparchia. 261.G.270.I
hippelates. 263.A
ἱππικὸν ἐξκαρτερεῖν. 282.G
hippocomi. 232.A
hippodromus. 165.I
ἱπποσυνώμων. 210.K
ἱππόπρῳρα. ibidem.
hippopotamus. 12.I
ἵππος. 210.K
hircientes. 184.H
hircoſi. ibidem.I
hircus. 184.G
hirudo non linquens cutem. 45.G
hiſtoricæ. 20.I
hiſtriones. 94.B
ὁδίτριοι. 285.A
hodie. 131.H
holoſericati. 49.B
homagium. b. 139.F
homeri auctoritas. 151.F
homeri poeſes. 152.A
homeri præſtantia. ibidem.B
de Homero doctiorum ſententiæ. 151.I
homicidæ ſceleratí & abominati olim. 247.D
homicidarum pœna. 238.H.I
homicidij expiamentum. 247.E
homines ærarij. 80.I
homines tres in omni arte conſiderandi. 128.C
homines præeſſe animãtibus omnibus. 12.G
hominum oppignerandorũ ius. 248.F
homo ſacer. 239.B
homognius. 84.F
homologare. 68.K
ὁμολογῶν. ibidem.
Honori cedere. 142.E
honorum gradus & captura. 146.E
honorarium. 84.G.H
honorarius tumulus. 51.K
honorarium decurionum. 84.I
hora pro die. 132.B
horæ. ibidem.
ὁρμᾶς. 101.B
hortator. 106.A
hortus. 144.F
ὅσιον. 7.C
ὅσια καὶ κακία. 91.B
hoſpitalia. 84.D.120.B
hoſpitalis deus. 84.F
hoſpitalis teſſera. 84.D.253.H
hoſpites. 192.I
hoſpitij ius. 253.I
hoſpitium publicum. 253.H
hoſpitium inter Myleſios & Sybaritas. 254.D
hoſpitia. 253.G.H
hoſpitia priuata. 84.D
Humanitas & humanæ literæ. 122.K
in Humanitatis oblocutores. 151.I
humipetæ accipitres. 162.F
Hydraulus. 243.C
ὕλη. 50.K
ὑλεμανῆν. 170.H
ὑπαγορεύειν. 62.A
ὑπάρχον. 143.I
hyparxis. 156.F
ὑπεῖκειν. 142.E
hypæthræ ambulationes. 96.E
hypæthrion. 113.B
hypæthron. ibidem.
ὑπανδρεματίζειν. 163.C
ὑπεικχωρῆν. 142.E
ὑπεκφύγειν. ibidem.
ὑπείρια. 30.I
ὑπερῷον. 113.I
ὑπερτραγίζειν. 184.I
ὑφίναι τῶν δικαίων τῶν ἑαυτῶ. 219.D
ὑπκαδισκάστες. 261.A
hypocauſtum. 143.C
hypocriſis. 94.B
hypocritæ. ibidem.
hypogea. 149.C
ὑπογραφὴ. 101.H
ὑπόλυμις. 199.A
ὑπομνήματα. 260.F
hypomnematographi. 243.B
ὑποπιάζειν. 91.I
ὑπώπιον. 91.E.100.G
hypopion. ibidem.
hypoſtaſis. 156.F
hypotheca. 178.A
hypotheſis. 12.C
ὑποθήκη. 178.D
ὑποπνίνω. ibidem.
ὑποτίθεσθαι. 178.D
ὕπαιον. 200.I

I

Iactus. 161.H
ianus biſrons. 89.B
iatronices. 21.B
Ichnographia. 127.B
iconicæ imagines. 94.E
iconici pictores. ibidem.
ἰδιοξενία. 253.H
igniculi ad naturam dati. 14.A
igni & aqua interdicere. 205.E. 238.F
igni & aqua ſanciebantur nuptiarum fœdera. 205.D.238.G
Ilias malorum. 8.D
illaudatus. 191.G.198.B
illotis manibus. 18.K
illotis pedibus. ibidem.
illuuies. 184.K
Imagines. 38.E
imagines fumoſæ. 38.F
imagines maiorum in funeribus. 39.A
imagines ſubitæ. ibidem.D
imaginaria militia. 257.K
imbricamentum. 120.E
imbricatum. 148.I
imbrices. ibidem.K
imitari chirographum. 231.B
imitatus. 231.C
immeiere. 184.K
imminuere magiſtratum. 220.K
imminuere imperium. 220.H
imminuta auctoritas. 53.H
immiſſaria. 164.H
immoderatio. 103.G
immunis. 277.G
impedata uitis. 112.H
imperandi modi uſus. 255.E
imperatores anniuerſarij. 6.B
imperij munera. 67.C
de Imperio legis & hominis. 107.I
imponere. 101.F
impoſtores. 182.E
impoſtura. 182.E.214.I
imputare. 101.D
In cœlo eſſe. 167.G
in eos qui uicem plebis calamitoſæ non dolent, digreſſio. 167.E.& dein.
in iudicio. 269.A
in iure. 268.I
in re præſenti conſtituere. 29.C
in rem præſentem perducere. 29.A
in rem præſentem uenire. 10.A.28.I
inauditus. 228.A
inceſſere. 100.H
incolæ metœci. 243.A
incruſtatio materiaria. 164.D
inculpatus. 198.B
inculpati heroes nouem. 198.C
incumbere in eandem cauſam. 37.A
indago. 161.B
indicare, indicatio. 163.B.199.C
indicatura. 163.E
indicere iuſtitium. 144.E
indicium. 210.C.222.E
indicium prodere. 238.B
indicium profiteri. 225.I
indicium ſibi poſtulare. ibid.K
indicia & auſpicia magiſtratibus data. 108.B

Source : BIU Cujas

indicta causa damnari. 30.B.216.H
indictio libera uel arbitraria. 194.E
indictionales. 82.C
indictus senatus. 56.H
indiuiduum. 8.C
inducere. 65.B
inducere sententiam aut decretum. 65.C.
inducię. 9.I
indulgere. 103.B
inexistimatus. 198.K
infantes Iurisconsulti taxantur. 11.C
infatuari. 183.C
inferior causa. 36.A
infestare. 102.D
infinitio. 103.G
informationes. 13.C
infra triduum. b. 10.A
infulæ. 147.I
ingenuæ artes. 277.D
ingenui. 55.C
iniicere manum. 59.A
iniectio manus. *ibidem.*
iniectionem manus recipere. 91.C
inire æstimationem. 119.E
inire magistratum. 276.C
inire nexum. 158.D
iniurius. 16.F.103.A
iniuria. 16.F
iniustus. 14.F
inquæstæ. 69.G
inquirere. 36.E.37.I.226.G
inquisitionum consilium. 72.C
inquisitor. 36.E
insæsinare. b. 192.G
insania. 182.A
insanitas. 103.G
insatiabilis. 103.H
inscientia. 103.G
insignia gentilitia. 39.C
insignitus. 53.I
insinuare. 196.I
insinuare donationem. 10.A
insolens exactor. 194.K
insolentia. 194.H
inspectio. 261.I
inspectores. *ibidem.*K
inspicere. 261.I
inspurcare. 118.E
instituere. 17.C
institutum antiquum. 89.A
institura. 17.B
institutum memorabile. 66.D
institutum quid. 17.C
institutio adolescentiæ. 64.B
instrumentum aulicum. 82.E
instrumentum litis. 36.H
insula. 174.D
insularius. *ibidem.*
intercalaris. 128.K
intercalaris annus. 128.K.179.I
intercalaris mensis. 99.H.179.H
intercalare. 99.H
intercalatio. 99.I
intercalatio Cæsariana. 280.A
intercedere Senatusconsultis Tribuni poterant. 59.D
intercessio. 59.F
intercessor. 37.B
interdicere aqua & igni. 205.A. 238.F.
interdictum unde ui. 24.I
intergerinus paries. 149.G
interim. 197.I
interpretis officium. 41.E
interpretatio legum. 46.K
interregnum Cancellariatus. 78.D
interrogari legibus. 51.G
interscalmium. 106.A
interstitia uersuum. 19.G
intertalliare. b. 132.H
intertrigo. *ibidem.*
intertrimentum. 132.F
intertritura. *ibidem.*
intestinum opus. 120.F.164.C
intolerans. 103.I
intolerantia. *ibidem.*
inualetudo. 103.G
inuidentia. *ibidem.*
Iohannis locus. 41.G
ioues humani. 49.D.146.I
Ire ad iudicem. 15.H
ire in consilium. 34.B
irrepere. 232.E
Isonomia. 15.C
isthmus. 115.H
Iucundus. 39.F
iudex quæstionis. 227.G
iudex quæstionis in tholo capitali. 226.C.
iudicare. 219.F
iudicare perduellionis. 219.E
iudicandi munus graue. 263.F
iudicandi necessitas inter munera personalia habebatur. 266.I
iudicantium numerus. 265.C
iudicatum facere. 35.K
iudex, ius animatum. 15.H
iudex æquus, iniquus. 10.A
iudicis descriptio ex Aristotele. 2.A
iudicis natura noscenda est. *ibidem.*I
iudicis persona. 18.C
iudicem tibi fero. 25.B
iudices. 53.I.67.A.267.K
iudices & equites. 264.C
iudices ex legis præscripto iudicare oportebat. 62.K
iudices à senatu petebantur. 62.I
iudices infensi. 6.D
iudices sex & quinquaginta. 265.K
iudicta publica. 68.G
iudicia publica quomodo & cur olim exercebantur. 227.D
iudicia romana. 263.D
iudicialis urna. 264.C
iudiciales dies. 268.A
iudicij constitutio. 209.K
iudicio circunuenire. 226.A
iudiciorum appellatio. 269.B
iudiciorum præsides dij. 268.A
iudiciorum præsides duæ. 18.G
iudicium & arbitrium. 31.C
iudicium dictare, edere. 209.B
iudicium in senatu factum. 260.E
iudicium prolusorium. 250.G
iudicium non præcipitandum. 77.C
iudicum decuriæ. 60.C.66.I.265.A
iudicum decuriæ quinque. 267.F
iudicum merces. 269.H
iudicum reiectio & subsortitio. 265.F
iugum. 130.D
iupiter expiator. 247.H
iupiter hospitalis. 254.A
iupiter sodalitius. 215.C
iupiter xenius. 84.F
iurare conceptis uerbis. 129.D.F
iurare in leges principis. 5.I
iure meo, tuo, suo. I.C.114.A
iure optimo prædia. 194.C
iuri non omnia tribuenda. 9.E
iura in quibus constituenda. 48.A
iuridiciales prouinciæ. 71.B
iuris ciuilis partes. 5.F
iuris definitio. 6.F
iuris dictio. 269.B
iurisdictio libera. 273.B
iuris diuisio. 9.B
iuris diuisio ex Aristotele. 14.F
iuris & iustitiæ imago. 3.F
iuris lauta supellex. 11.F
iuris non iustitiæ consulti. 3.C
iuris perdiscendi facilitas. 3.B 4.G.9.B
iurisconsulti omnibus sui copiam faciebant. 44.G
iurisconsulti XXXVII Pandectas consarcinarunt. 11.G
iurisconsulti respondentes de iure. 6.G
iurisconsultis opus est proprietate uerborum. 10.K
iurisperitus & orator Seruius. 43.D
iurisprudentia olim non fuit quæstuaria. 4.A
iurisprudentia quid. *ibid.*C
ius. I.C.114.E.F
ius annulorum. 54.B
ius bellicum. 14.C
ius ciuile. 6.E.14.D
ius ciuile opes figulinæ. 9.F
ius ciuile facile adulterari. 6.E
ius datum omnibus. 14.A
ius distributiuum. 14.H.15.K
ius gentium. 12.K
ius gentium & humanum. 14.C
ius gentium primarium. 12.K
ius inter uirum & uxorem. 16.F
ius moribus institutum. 1.H
ius moribus receptum & constitutum. 17.H.99.F
ius natura constitutum. 13.H

Source : BIU Cujas

ius naturale ex Cicerone. 12.I
ius pacis. 14.C
ius patriciale. 70.B
ius pignerandorum hominum. 248.F
ius postulare. 37.A
ius summum. 2.D
ius suum obtinere. 37.E.70.C
iusiurandum concipere. 129.B
iussum. 48.C
iusta. 91.B.143.I
iusta facere. 91.A
iusta funebria. *ibidem.*
iusta habitudo. 143.H
iusta hæreditas. 144.E
iusta magnitudo. 143.G
iusta peragere. 91.A
iusta uxor. 223.G.H
iusti dies. 144.A.B
iustitia. 13.H.17.H
iustitia duplex. 17.I
iustitia, finis legis. 49.I
iustitiæ imago. 18.C
iustitium. 144.C
iustitium indicere. 144.D
iustitium remittere. *ibidem.*
iustinianus quis fuerit. 190.C
iustus. 14.F.143.D
iustum exilium. 143.F
iustum, plenum. *ibidem.*
iustum munus. 143.K
iustum prælium. 143.F
iustus filius. 143.E
iuuenalis locus. 137.G

L

Labefactata fides. 133.B
labes. 168.K.169.G
labor præmio decoratur. 4.I
labra. 163.G
lacedæmoniorum politia. 16.I
lacedæmonij Lycurgi leges emendarunt. 9.D.
lacunarij accipitres. 162.I
lacunæ in Pandectis. 44.I
lacus. 119.D.164.H
lacustres accipitres. 162.I.
læsa maiestas. 53.H.220.B
λαγχάνειν δίκην. 30.A
λαγχάνειν δίκης. 225.G
laicum. 180.C
lamachus. 146.A
laniſtæ. 97.I
lapicidinæ. 104.B
extra Lapidem primum. 85.C
lapidicinæ. 104.B
lapis ordinarius. 116.K
lapis quadratus. 116.H
laſciuia. 172.A.211.D.229.F
laſciuire. 172.B
later. 148.I
laterculus coctilis. *ibidem.*
lateritij parietes. 148.H
laticlauium. 54.B.D
latinæ feriæ. 42.G
latinarum præfectus. 42.F
latomi. 104.B
latomiæ. *ibidem.*
latumiæ. 104.A.B
in Latumias mittere. 104.D
latuſclauus. 54.A.D.E
λατύπαι. 272.A
laudare. 191.G
laudare auctorem. *ibidem.*
laudatum. 47.G
laudatores redempti. 46.G
laudicœni. 42.K
laudimiæ. *b.* 192.G
laudum. 9.I
laurentius Valla. 9.G.40.K.41.C
laurentij error. 12.I
lautia. 82.F.84.B
λαύτεια. 82.F
lazari Baifii laus. 253.E
Leda. 94.H
legatus. 24.D.39.K
legati duorum generum. 273.A
legati principis. 86.H
legationes liberæ. 272.G
lege agere. 51.D.H
leges conſulares. 22.F
leges curiatæ. 236.G
leges de cœlo delapſæ. 9.B
leges quid doceant. 4.I
leges ſacratæ. 239.E
leges ſacroſanctæ. 7.E
leges Tribunitiæ. 22.F
de Legibus iudiciariis. 263.I
legibus quærere. 36.B
legibus ſoluere. 9.K.50.A
legiones decimatæ. 93.H
legiones exauctoratæ. 156.H
legis caput dicitur lex. 12.E
legis definitiones. 44.K.45.A
legis promulgatio. 7.I
legis actio. 51.C.E
legis uerba captare. 6.C
legis uirtus. 48.B
legiſlatio. 49.A
legitima cogitatio. 51.A
legitima iudicia. 69.B
legitimi dies. 37.E.132.C.266.C
legulei. 36.K.242.I
legulei carpuntur. 43.E
legulei taxantur à Plinio. 9.C
leguleorum authoritas. 8.E
legum ferendarum mos. 22.C
legum interpretatio. 46.K
legum præſtantia. 46.F
λειτουργεῖν καὶ συντελεῖν. 277.G
leporarij accipitres. 162.I
lepos. 121.K
lepus tute es, &c. 110.C
lepus ſuperfœtat. 109.F
lesbij fabri. 1.H
lesbia ſtructura. 1.G
leſſum, eiulatio funebris. 43.K
leucoma. 92.H
leuis, pro non arduo. 200.A
lex. 107.I.234.E
lex æterna. 47.G
lex Aurelia. 82.H
lex centuriata. 19.H.22.C
lex Cintia. 233.E
lex curiata. 19.H.22.C
lex de quibus ferenda. 48.A
lex de ſenatu habendo. 57.I
lex de ſodalitiis. 215.F
lex de uſuris. 222.A
lex Draconis memorabilis. 248.E
lex memorabilis. 80.G
lex, mens & ratio. 46.F
lex naturæ. 47.F.H
lex, officium principis. 49.I
lex, princeps eſt principi. 50.A
lex, pro pacto. 234.E
lex recta ratio. 14.A
lex ſocialis. 233.C
lex ſumma. 47.G
lex una eſſe debet. 8.A
lex unde dicta. 45.B
λεύκωμα. 263.F
Libella. 117.A
à Libellis miniſtri. 87.D
libellis præfectorum numerus. 88.H
libellorum magiſtri. 88.D
libellorum magiſtri octo. 88.I
libellorum præfecti. 87.F.
libellus. 87.C
libellus ferentarius. 126.I
libera dicendi tempora dabantur interdum. 266.F
libera diſceptatio. 273.B
libera iuriſdictio. *ibidem.*
liberæ legationes. 272.G
libera mandata. 272.K
liberales artes. 277.C
liberare creditorem. 196.B
liberare fidem. 133.C
liberata & liberationes. 88.E
liberi. 255.A
liberi tenentur parentes alere. 12.H
libertas. 42.C
libertas dicendi in Senatu. 58.H
libertini. 55.B
libertinorum allectio. 55.H
liberum exilium. 273.B
libitina. 137.B
libitinarij. *ibidem.*
libitinam exercere. 159.A
libra Critolai. 10.G
libra in emptionibus mancupi. 26.C
libralis. *ibidem.B*
librarij depoſitorum. 272.C
libratores. 272.B
libripens. 25.K.26.C
librorũ iuris multitudinẽ obeſſe. 47.A
licinia lex. 5.A
lictores. 89.G
ligna & ſal. 262.B
limenarchæ. 24.I.262.E

λιμεναρχία

Source : BIU Cujas

λιμενάρχια. 270.F
limenophylacia. 262.E
λιμενοφυλακία. 270.F
limes. 235.B
λιμήν. 124.K
limina imperij. ibidem.
limitanei. 125.A
λιταρῶ. 209.A
liquere, & non liquere. 32.G.H
non Liquere de causa, &c. 268.D
lis comperendinata. 32.K
literæ abecedariæ. 190.C
literæ græcæ. 153.I
literas humanas laudat. 122.K
litem in rem suam uertere. 189.K
litem suam facere. 189.G.H
lites æstimatæ. 233.H
lites, procuratorum pabulum. 77.E
λιθολκοὶ. 272.A
λιθοργοὶ. ibidem.
litium cardo. 34.K
litium materies. 71.F
litium miseriæ. 45.E
litium series. 66.D
Λωβὴ. 91.K.100.G
locare. 135.I
locare sepulturam faciendam. 136.B.C
locator. 135.I
locum tenens. b. 24.D
locupletes. 133.F
locus Apostoli enarratus. 97.C
locus Ciceronis restitutus. 81.B 142.C
locus epistolæ Curiæ ad Ciceronem. 27.B
locus ex quinquagesimo libro Digestorum restitutus. 113.B
locus in Prouerbiis. 118.G
λογισμὸς κοινὸς. 13.E
λογισαὶ. 270.I
logodædali uerborũ funditatores. 14.K
logographi. 262.A
loliescere. 170.H
lolium. 168.G
λωποδυτῶ. 214.H.245.D
λωποδυτῶ. 214.H
loquendi & agendi præcepta coniungenda sunt. 11.A.B
lorica & loricare. 279.A.C
loricatio. ibidem.
Lucæ locus. 40.H. 41.A. C. F.H. 42.C.D.114.F.186.I.
lucæ locus emendatus. 169.A
luciferi lapsus. 45.K
lucipores. 278.H
lucrum. 15.H
luctus publici forma. 54.F
ludi. 130.G
ludij. 94.B
ludicrorum genera. 94.A
ludiones. 94.B
ludos edere. 130.F
ludus. 240.H
ludus pro gladiatura. 16.F
ludus uenatorius. 240.F
lunatus calceus. 54.A
luscioſus. 183.E
luscitioſus. ibidem.
lustrare. 229.B
lustrum. 128.H
luxuria. 170.H.181.H
Lyceum. 95.F
lycurgi leges à Lacedæmoniis emendatæ. 9.D
λυμαίνεσθ. 102.D
lymphati. 182.D
lymphationes. ibidem.

M

Mactra. 130.B
macedonia, seminarium triumphorum. 112.D
macellus conturbator. 137.F
ex Macello uiuere. 137.G
μαχαιρόπριοι. 272.C
machærophori. 49.B
machætæ prouocatio à Philippo ad ipsum Philippum. 77.C
machinarij. 125.A
μαγκάνυμα. 214.I
magadium. 130.D
magas. 130.C
magis. 130.A
magister equitum. 39.K
magister populi. 235.H
magister militum. 78.F
magistri cæremoniarum. 99.A
magistri curiæ. 236.G
magistratus. 51.E.107.D
magistratus & curatores. 271.A
magistratus causam dicebant finito magistratu. 107.G.H
magistratus petere licebat. 276.E
magistratus prætextati. 252.H
magistratus sacrosancti. 7.E
magistratus uel ignominiam accipit, uel decus. 78.K
magistratu se abdicare. 21.K
magistratum imminuere. 220.K
magistratum inire. 276.C
magistratuum creãdorum mos priscus. 235.E
de Magistratibus. 107.D.146.A
magma. 130.B
magmata. ibidem.
magna comitia. 48.E
maiestas. 54.G.219.I
maiestas imminuta. 220.A
maiestas in populo. ibidem.
maiestas læsa. 53.H.220.B
maiestas populi. 53.H.69.D
maiestatis crimen. 221.A.D
maiestatem minuere. 220.H
maiestatem retinere, constituere, conseruare. 220.D.E
maiestatem soluere. ibidem.
maior uis. 170.B
maiorum gentium senatores. 52.G
malagmata. 174.G
mala mansio. 211.I
malleoli. 111.K
malorum ilias. 8.D
manceps. 136.A.175.G.K
mancipare. 25.F.K.27.D
in Mancipatum dare. 26.C
mancipatio. 25.I
mancipatio fiduciaria. 25.G
mancipi res. 26.D
mancipi emptio. 26.B
mancipium. 27.A
mancipij sui esse. 27.B
mancipij significata. 27.B
mancipio accipere. 27.A
mancipio dare. 26.G
mancipio fundum dare. 193.I
mancipio promittere. 26.I
mandata libera. 272.K
mandati iudicium & eius uiolatores. 92.K.
mania. 182.A
M. Manlius. 74.I
mansionarij designatores. 262.I
mansiones. 262.F
mansio mala. 211.I
ad Manticam res rediit. 93.K
manum afferre. 59.C
in Manum conuenire. 27.F
manum iniicere. 59.A
manus iniectionem recipere. 91.C
manu consertum. 27.I
in Manu mariti esse. 228.F
manibus illotis. 18.K
marci locus. 109.D.113.I
marcipores. 278.H
mareschalli. b. 270.H
maria claudi. 110.F
mariti mancipium. 27.E
marmoratum. 138.C
mars cum Venere illaqueatus. 16.I
massa. 130.B
mastigonomi. 98.D
mastigophori. 98.F
mastigophoros. 270.A
mastos. 165.B
mataeotechni. 8.I
materfamilias. 27.F
materia consequentiæ & importantiæ. b. 37.F.
μαθήματα. 277.C.D
mathematicum naturæ specimen. 79.B.C.
matreas. 182.H
matrix. 92.H
matrices urbes. 83.H.I
matrona. 27.H.I
Matthæi locus. 114.F.115.B.182.K. 183.C
maurica saltatio. 94.G
Medianus. 149.G
medianum. 120.A

Source : BIU Cujas

mediastinus. 105.I
medicamenta uenenata. 28.H
medicinæ finis. 127.K
medicinæ uocabula reposita. 150.I
mediurij. 15.I.
melancholici. 181.I
μελλοδιδάσκαλοι. 251.D
μέλλοντες. 276.B
μελλονύμφιος. 243.G
melloproximi. 243.G
μελλοθάνατος. *ibidem.*
melos. 241.C
memorabile factum. 63.K
menia columna. 90.C
mens mundi. 47.H
mensarij. 141.B
mensis intercalaris. 99.H.179.H
mensores. 270.F.271.I
mensularij. 141.B
mensurarum nomina. 126.C
menytra. 210.C
μήνυτρα. 77.K
meo iure. 114.A
ὅπη, μήπη. 202.D
merces professæ & improfessæ. 197.A
merere. 258.K
mergi. 111.K
μισόλικοι. 15.I
mesonauta. 105.I
μεταναστεύειν. 246.I
μεταστάτειν. 177.B
metatores. 271.I
μέτρον. 32.I
μεθίσασθαι. 142.E
μέθοδος. 21.D.273.D
μεθοδικὴ αἵρεσις. 21.B
methodus. 20.I
methodici medici. 21.A
μετοικίζεσθαι. 141.E
μέτοικοι. 53.F.243.A
μέτοικος. 284.C
metrocomia. 243.A
metropolis. 83.G
Μιχαήλ. 21.G
Michaël numen sodalitium. 55.H
miles. 10.A.39.K.54.B
miles expunctus. 179.D
militum improbitas. 167.A
militaris missio. 233.D
militaria & castrensia principia. 258.B
militia imaginaria. 257.K
militiæ genera tria. 139.H
milium. 126.D
miluarij accipitres. 162.I
mimi. 94.B
mimicum. 200.C
ministeriales hospitij. 70.D
ministerium. 193.F
ministri à libellis. 87.D
minorum gentium senatores. 52.G
minos. 75.D
minos à Ioue institutus. *ibidem.*
minuere maiestatem. 220.H
minutarij. 82.C
misanthropos. 124.B.C
misanthropia. 19.I
misocali. 4.E
missio militaris. 233.D
μισθαρνῆν. 259.A
μισθέμα. 136.D
μισθὸν. 136.C
μισθοφορῆντες. 259.A
mithrari. *b.* 141.I
mitte me in latumias. 104.D
mittere ad nomen. 74.C
mittere cum elogio. 36.B
mittere in consilium. 33.H.I
Μνᾶαι. 195.F
μνήμονες. 270.G
Modella fabrorum. 127.D
modulus aquarius. 115.G
molæ asinariæ & trusatiles. 118.A
moletrina. 118.C
molle. 257.A
monas Arithmeticorum insectilis. 12.D.
monarchia. 46.E
monarchiæ tempora. 22.I
μονάζειν. 243.B
μονομάχοι. 272.C
monstra. *b.* 91.A
μωραίνειν. 183.C
morari. 183.B
morbus. 179.I
mordesiæ. 164.E
mos. 17.D
mos Gallorum improbandus. 104.H
mos in testibus rogandis. 224.K
mos legum ferendarum. 22.C
morem gerere. 197.D
de More iudiciorum. 32.H
more maiorum. 17.D
mores. 17.B
secundum Mores bonos. 211.K
moribus agere. 17.H
moribus receptum ius. 99.F
morigerari. 197.D
morion. 183.A
mortarium. 138.D
μόσχευμα. 112.C
μοσχεύειν τὰ κλήματα. *ibidem.*
moses. 180.I
Mucidum uinum. 156.G
mulctam certare. 107.B
mulctam dicere. 107.B.111.I.
mulier sola grauida coitum patitur. 109.E
mulieres imperantes uiris. 16.I
muliebria senatusconsulta. 65.K
multiiugis. 103.E
mundus. 14.A
munerare. 103.C
munerarius. 275.F
munus. 275.C.D
munerum publicorum summa diuisio. 270.D.
munifices. 277.G
municipum prædium. *ibidem.*
muricati gressus. 115.B
murices. 115.A
mutatio. 232.A
mutinari. *b.* 139.G
mutuli. 165.D
Μύλων. 118.C
myoparo. 175.D
myopes. 183.H

N

N.L. ampliandi signum. 32.G.
Ναΐδιον. 235.D
Ναοφύλακες. 262.A.270.I
nauarchia. 270.I
natalibus restituere. 55.D
natalium restitutio. *ibidem.*
natura. 12.A
naturæ lex. 47.F.G
naturale ius. 14.F
naturale ius ex Cicerone. 12.I
naucleri. 106.D
nauicularij. *ibidem.*
nauicularium facere. *ibidem.*
nauiculatores. 106.E
nauigandi tempus. 110.F
naupegi. 271.K
Νεᾶν. 277.I
Νίατθ. 277.I.278.B
nec, pro non. 210.B
necessitas causatiua. *b.* 9.K
necessitas præcisa. *ibidem.*
necopinatus. 210.C
Νεκροφόροι. 137.C
necrophori. *ibidem.*
nefasti. 158.I
negationis usus. 201.H
Νεοσύλλογοι. 191.A
Νεὸς. 278.B
Νῆωμα. *ibidem.*
Νιώκοροι. 262.A
nepenthes. 283.C
nequam. 92.I.124.F.141.E
nequitia. 92.I
neruus. 158.E
nexus uel nexum. 26.D.158.F
nexi. 158.A
nexum, transferendi dominij genus. 158.F
nexum inire. 158.D
Nicon. 248.E
niceteria. 77.K
Νικητήρια. *ibidem.*
nidulari accipitres. 162.G.H
ad Nihilum ponere. *b.* 65.C
nilus. 213.C.D
Nobilis controuersia. 73.H
nobiles carpuntur. 49.C
nobilium uita. 91.H
nobilitas generis. 49.C
nocte iudicabant Areopagitæ. 68.D
Νόημα. 16.E
nomarchæ. 87.B
nomarchiæ.

Source : BIU Cujas

nomarchiæ. 87.A
Νομὴ. 244.D
nomen. 137.H
ad Nomen mittere. 74.C
ad Nomen respondere. 74.C.257.I
nomen accipere. 74.D
nomen dare. 74.B
nomen militiæ dare. 233.E.257.I
nomenculatores. 235.F
nomenclatura. *ibidem.* G
nomina. 82.G.178.I.203.B
nomina edere. 74.B
nomi. 87.A
nomi mutabiles, ut nomismata. 9.E
Νομικὸν. 17.A
Νομικὸς ἐκκλησία. 56.I
nomisma à nomo græcè. 16.D
nomophylax. 77.F
nomophylaces. 75.G.K.267.I
nomophylacia. 71.F
Νομοφυλακία. 270.I
nomothetica. 128.B
non credere se publico. 105.G
non ideo, quid significet. 128.K
non liquere. 33.D.268.D
nongenti. 264.D
non teneri legibus. 150.C
norma. 117.A.125.C
norma plumbea Lesbiorum. 1.H
normalis angulus. 125.D
Νοσοκομεῖον. 271.K
οἱ Νοσοκόμοι. *ibidem.*
Νόθος ἀπικισμὸς. 50.I
Νόθος λογισμὸς. 51.A
Νόθος. 50.I
nothus. *ibidem.*
notha cogitatio. *ibidem.*
notha ratiocinatio. 51.A
nothia. 50.I
notiones. 13.C
notis excipere. 105.C
notis scribere. 105.B
notoria. 238.A
noualis. 278.A
nouare agrum. 277.K
nouemuiri. 67.F
nouus homo. 38.F.H
noxa. 45.H
Nudius quartus decimus. 281.I
nuilla. b. 171.E
numerabantur sententiæ. 64.A
in Numerato habere. 204.A
numerus iudicantium. 265.C
numeri militares. 257.K
numus. 151.A
numus à nomo Græcè. 16.D
numus unde dictus. 16.D.151.A
numariæ tesseræ. 108.E
nummo addicere. 158.K
nummarij. 126.H
nunciare. 238.C
nuncupare, & nuncupatum testamentum. 61.K
nuncupata uoluntas. 62.B
nundinæ. 274.G
nuptiæ collatæ. 201.F.238.G
nuptiæ sanciebantur igni & aqua. 259.D.
nuscitiosus. 183.E
nutrix. 111.I
nutricia. 77.K
Nyctalopes. 183.H
Nyctleris. 191.D
obazi-tare 1170
Obærati. 83.A
ὀβελίζειν. 179.D
obire uadimonium. 29.G
obiici bestiis. 240.I
oblationales. 82.C
obligatus pecuniæ. 188.B
obliterare. 65.B
obnuntiatio. 238.D
obnuntiatio augurum. 59.I
de Obnuntiatione. 108.B
obrepere. 232.B
obrepere ad honores uel magistratus. 232.D
obryzum aurum. 174.I
obseruantia clientelaris. 193.E
obsidibus cauere. 230.A.B
obstringere religione. 181.C
obstruere. 113.F
obstruere luminibus. 113.D
obtendere. 100.F
obtendere ius suum. 37.E
Occidere. 64.D
ὀχεῖας διὰ ἀγορᾶς. 90.K
ὄχλων διακασμὸς. 115.H.237.K
Oeconomia. 49.E
oeconomicon. 16.G
Offundo. 199.K
officina æquitatis. 78.H
officium. 250.A
officium principis. 49.I
de Officio & more decedere. 219.B
ὀγκίτης. 124.G
ὀικητέρια. 274.I
ὀικία περιάμφοδος. 174.E
ὀικοδομικὴ. 272.A
ὀινοχόος. 70.D
Oleaster. 98.C
oligarchici. 14.H
olympias. 128.I
olympionicæ. 97.K
Omnis creatura. 109.D
ὀνηλάτης. 263.A
ὀνοματολόγοι. 235.F
ὀνοματολογία. *ibid.*
Operæ. 193.G
operæprecium. 147.G
ὄφλειν ἢ, ὀφλισκάνειν ἐνθύνας. 65.I
ὄφλοντες. 56.E.80.I
opificiorum magistri. 261.K
opinari. 34.A
opisthodomos. 81.D
ὀπώρα. 284.B
ὀπωρῶναι. 261.E.270.B.284.B
optiones. 271.E
optima fide. 161.A
opuleniia. 49.C
opus intestinum. 120.F.164.C
opus probatum. 234.F
Orandi potestas Athenis recisa. 68.D
orare ad clepsydram. 266.F
orari de iustis. 146.B
oratio pro Ligario. 43.G
orationis uis. 43.H
in Oratore quid requiratur. 9.A
oratores. 225.H
oratoribus non licuit affectus mouere in Areopago. 68.A
oratoriam artem non requiri in Iurisconsultis. 11.E
orchestodidascalos. 241.F
orchestra. 54.A.94.F
ordo. 90.B
ordo amplissimus. 54.F.69.C
ordo castrensis. 39.K
in Ordinem redigere. 90.D
ordines Romæ tres. 53.H.90.B
ordinum trium conuentus. 78.E
ordinarij dies. 37.G
ordinarij silices. 116.K
ordinare. 260.C.D
ordinatum. *ibidem.*
orgyia. 126.C.F
orthographia. 127.C
orthostatæ. 164.E
orti ex sese. 38.H
ortygometra. 83.I
Osculandi senatus consuetudo principibus suis. 63.I
ostrionæ. 270.B
ostracismos. 49.B
ὠστρακίσαι. 238.B.C
otiosum esse. 224.B
Oxytoca. 228.I
οὐσία. 102.E
οὐχ ὅπως. 202.D

P

Πάχνη. 170.I
pactum nudum. 8.D
pacta, dicta & sponsa. 218.A
παῖδισμὸς. 278.H
παιδονομία. 270.K
palæstæ. 95.D
palæstra. 94.H.95.A.I
palæstrici. 94.H.95.I
palæstritæ. 95.I
palatio. 149.D
πάλη. 117.D.G
παλίμβλασθος. 278.A
παλιμφυὴς. *ibidem.*
πάλιν. 92.I
pallacæ. 27.G
palladium Franciæ. 236.H
pallia. 278.F
palliatæ fabulæ. *ibidem.*
palmus. 26.G

Source : BIU Cujas

palmus duplex. 26.K
paludamentum. 52.B.140.A.B
palus. 112.H
paludatus. 140.A.B
pambasilia. 49.D
panceltion. 78.E
pancratiastæ. 96.C.117.B.F
παςκρατιάζειν. 117.D
pancration. 96.C.117.B
παςκράτιον, πένταθλον. 127.G
pandectæ. 11.I
pandectæ à quot & quibus compositæ. ibidem.
pandectæ Græcæ. 225.K
pandectæ Pisanæ. 47.K
pandectæ Tyronis Ciceronis liberti. 11.I.
pandectarum inscriptio. 11.I
pandectarum laus. 9 G
pandectarum lectio. 10.B
panætolion. 78.E
panionion. ibidem.
panis fragmento uendere. 158.K
pannicularia causa. 250.C
panthera. 161.K
pantomimi. 94.B
papinianus iuris asylum. 7.A.87.F
papiniani laus. 7.A
papiniani mors. ibid.
papyropolæ. 243.F.
paracatabole. 24.F
παρακαταβολὴ. 250.A
παράκλησις. 242.G
παράκλητοι. ibidem.
παραδειγματίζεσθαι. 141.K
pandromidæ. 96.E
παραγςέλλειν. 237.K
παραγραφῆς δίκη. 32.B
παράλουρςες. 252.I
παραπετάσματα. 278.D
parasanga. 126.E
παρασκευάζειν. 96.I
παρασπὰς. 112.A
παρατύχον. 139.D
paratitla. 7.H.76.G
παράτριμμα. 132.H
παρέκβασις. 142.K
παρεςγεςραμμένοι. 53.E
παρεισφέρειν. 22.A
parem rationem facere. 271.A
παρεμβάλλειν. 99.I
παρεμβολὴ. ibidem.
parentare. 91.B
parentatio. ibidem.
parentem necare. 48.A
παρέρχεσθαι εἰς τὰς ἀρχὰς. 232.D
παρερπύσαι. 232.B
pares Franciæ. 70.A.C.F
paria facere. 271.B
intra Parietes experiri. 2.F
parietum formæ. 148.A
parippus uel parrhippus. 231.H
parisiensis curia. 63.A
paristhmia. 115.I
παρίςαμαι. 156.I
parlamenti origo. 69.G
parlamentum. 69.F.72.D
parlamentum Tolosanum. 72.B
parlamentaris curiæ comparatio cum Areopago. 68.I
paro. 175.D
parochus. 262.B
parochia. 262.C
πάροικοι. ibidem.
parricida. 21.G
parricidarum supplicium. 230.E
parricidij lex. 48.A
parricidij quæstores. 21.F
partim. 40.A
partus immaturus. 118.H
partus uitalis. ibidem.
passus. 126.G
pastilli. 174.F
pastillatum argentum. 174.H
pastus. 244.D
pater patriæ. 85.H
inter Patrem & filium nullum est ius. 49.G
patres. 70.B
patres conscripti. 53 D
de Patria potestate. 228.A
patricij. 52.I.70.A
patriciatus. 52.I.K
patriciale ius. 70.B
πατρίκιος. 52.K
patricium siue paternum ius. 16.F
πατροκτόνος. 21.G
πάτρωνες. 192.I.255.I
patronus. 101.I.242.A
πατροφόνος. 21.G
pauli locus. 128.F.284.D
pauperum testimonio parum fidei adhiberi. 134.A
pax. 41 D
Pecunia attributa. 82.H
pedamen. 112.G
pedamentum. ibidem.
pedarij senatores. 57.B
pedata uitis. 112.H
pedibus illotis. 18.K
pedibus in sententiam ire. 64.C
pegasarij cursores. 126.F
peierare conceptis uerbis. 129.D.F
πείθειν. 121.K
pelargici nomi. 12 H
πέλαργος. ibidem.
πελάται. 192.H.255.I
πελατεία. 255.I
πελάτιδες. 192.H
pellex quid sit. 27.G
pelliones. 272.F
pendere dicuntur rei. 216.A
pendentes rei. ibidem.
πενεςεία. 193.G
pensilia gestatoria. 166.I
pensitare. 194.C
pensitationum genera tria. 82.B
pentadoros. 126.K
pentathli. 96.D.117.E
pentathlon. 96.D
πέπεισμαι. 121 F
peragere reum. 215.I
perdere. 161.I
perdicarij accipitres. 162.H
perductor. 200.F
perduellio. 221.A.B.C
perduellionis iudicare. 219 E
peregrini officium. 284.C
perfero. 197.H
perfungi. 160.E
perfunctoria Budæi opera, non plena. 10.F.
perfunctoriè. 160.D
peremptam obligationem non renasci. 31.I.
perendie. 32.I
perendinus dies. ibidem.
pergula. 120.G
periculum. 212.D
περίδειπνον. 136.I
periergia. 195 A.201.A
periergus. 194.K
περιςράφειν. 104.C
periodouictor. 98.A
peripatetici. 95.F
peripetasmata. 278.D
περιπόρφυρος. 252.I
peripsema. 239.H
periscelide donati. 55.H
περισσᾶσθαι. 199.F
perissochoregia. 130.I
peristeron. 174 A
peristroma. 278.D
περισυλᾶν. 214.H
permutatio Glauci & Diomedis. 150.D
perones. 175.C
peronatus arator. 175.D
peritheon. 173.D
perpendiculum. 117.A
perpendicularis. 125.E
perpetuum edictum. 50.G
persarum reges tyranni. 49.E
perscribere. 260.F
perscriptiones. 260 H
perscriptor. ibidem.
persecutor. 243.K
persona. 37.I
personam alienam ferre. ibidem.
personaliter citare. b. 30.E
perstringere. 199.K
persuadere. 121.G
persuasio. 121.H
pes. 126.G.127.A
petere. 83.D
petitiones. 12.C
petesso. 102.K
petorritum. 266.F
petrus Crinitus. 48.G

petri

petri locus. 42.B 131.K
πῆχυς. 127.A
Phalereus Demetrius. 96.H
φαρμακοὶ. 247.H
pharmacopolæ. 283.A
pharmacum. ibidem.
φενάκη. 182.F
φενακίζειν. ibidem.
φενακισμός. 182.F.214.I
φερέτριον. 133.G
φύσει. 216.D
φεύγων δεκτέας, φόνος. ibidem.
Phidutia. 215.A
φιλαλήθεια. 77.A
philaletia. 76.K
φιλανθρώπευμα. 277.F
φιλανθρωπία. 277.E
φιλαρχαῖοι. 44.A
φιλαρχία. 237.K
φιλετᾶιρικὴ. 2.I
philepiicia. 76.K
φιλετιείκια. 77.A
phyllinæ agones. 97.I
philippi pulchri constitut. 71.I
philippi regis iudicium. 77.C
philius. 84.F
philius Iupiter. 215.A
φιλοικεργέτης causidici. 4.D
φιλόδικοι causidici. 4.D
φιλοδωρία. 277.E
philosophari. 3.K
philosophi Iurisconsulti. ibid.
philosophi mercenariam operam spernunt. 3.B
philosophi professio. 4.B
philosophia. 4.A.151.C
φυλοφρονέστατος. 195.F
φιλοτιμεῖσθαι. ibidem.
φιλοτιμία. 237.K
φιλοτίμως. 195.I
philoxenus. 104.B
philtra. 228.I
phonasci. 95.B
phonascia. ibidem.
φράτορες. 81.H
phratriæ. ibidem.
phratrius. 84.F
φρέαρ. 81.H
phreneſis. 182.B
phrenitis. ibid.
phthoria. 118.G.228.K
φυγαδοδίκας. 177.F
φυγοδικεῖν ἐπὶ τῶν κυρίων. 29.I
φυλακτήριον. 158.A
φυτευτήριον. 111.G
Picarij accipitres. 162.I
pignero. 178.D
pignerandorum hominum ius. 248.F
pignerari. 178.C
pigneratio. 248.H
pignerator. 178.D
pignus. 178.A
pignoriscapio. 58.E
pignora capere & auferre. 58.D
pilæ. 116.D.165.D
pileus. 26.H
pileati serui. ibidem.
pilenta. 166.I
pilotium. b. 149.E
πιλίδιον. 182.F
pincerna. 204.I
pisanæ Pandectæ. 47.K
πίσις. 121.K
pistores dulciarij. 130.C
pistrinum. 218.B
pitho. 121.K
pityocampe. 171.G.228.G
Placere. 73.G
placitum. 73.F
plagæ. 278.F
plana area. 149.C
plani. 182.G
planta. 111.H
plantanimantes. 109.C
plantarium. 111.H
planus. 182.H
πλασματῶδες. 249.B
platea. 161.G
plato. 75.D
platonis locus. 274.D
πλατύσημοι ἵππους. 54.E
plauti locus. 161.H
plebis quisquiliæ. 134.A
plebiscitum. 20.G.22.B
plebiscita. 68.K
πλειωριάζειν. 163.D
πλεονέκτημα. 236.C
pleonexia. 42.C
plethrum. 126.D
plinius hallucinatus. 110.B
plinij locus. 118.G.136.G.163.F. 274.C.
plinij locus emendatus. 33.K.131.I
plinij Iunioris locus ex epistola, quæ uulgò non extat. 64.C
plinij sententia in leguleos. 9.C
plumbum. 113.B
plutarchi opus. 151.K
πλῆτος μεραμίως. 9.F
πλωοὶ. 163.H
Ποασμὸς. 168.I
pocœnium. 187.D
ποδισμὸς. 271.I
pœna & beneficium, dij Democriti. 46.A.
pœnales prouocationes ad Senatum factæ. 63.H
poëtica auctoritas. 151.B
poëticæ laudes. 152.G
πρίειν. 98.I
ποιεῖν κρίσιν ἰδέαν. 189.K
Polemarchi. 270.H
polemarchia. ibidem.
πολιτεία. 107.K
politianus. 151.K
polliceri. 147.F
pollicitatio. 147.E
pollictor. 136.F
pollictum. 136.H
pollincere. 136.F
politicon. 13.H
pollucere. 136.F.275.B
pollucere patrimonia. 275.H
pollucibilis cœna. 136.G
pollucibiliter. ibidem.
pollustor. ibidem.
pollustum. 136.H
polupoſus. 94.A
polygamorum pœnæ. 141.I
pomum fugax. 156.H
ponere ad nihilum. b. 65.C
ponere cardinem causæ. 34.I
pontifices. 7.B
pontificium ius. ibidem.
populus sciscere solebat. 69.D
populi est iubere. 60.A
populi maiestas. 53.H.69.D
populi potestas. 60.A
populi secessio. 22.K
in Populi locum succesit princeps. 63.D
populi Romani maiestatem comiter cõseruare. 255.D
porrigere calculum. 34.B
porthmus. 115.H
portus. 175.H
positio. 12.D
possidere bona ex edicto. 29.H
possessio fiduciaria. 24.C
postæ. b. 126.F.262.F
postulare quæstionem. 227.E
postulationibus uacare. 88.A
de Potestate patria. 228.A
potestatiua. b. 9.K
pothen. 130.H
Præceptum Catonis. 107.K
præcidere. 36.H.I.256.K
præcipere. 102.C
præcisè. 257.D
præcisum. 256.K
præconio citati. 9.I
prædes. 24.A.175.K
prædes hodie sponsores. 30.G.I
prædes pro bonis prædiis. ibidem.
prædestinata. 98.K
prædia bona. 30.F
prædia optimo iure. 194.C
prædibus & prædiis cautum esse. 30.F
prædiatores. 194.D
præfectorum libellis numerus. 88.H
præfecti. 86.I
præfecti ærarij. 81.E
præfecti fisci. 81.I
præfecti militum. 40.A
præfecti ratiociniorum. 53.E.80.G
præfecti scriniorum. 87.H
præfectus fabrorum. 271.H
præfectus Latinarum. 42.F
præfectus urbis. 42.G
præfectura prætorij. 74.I
præfecturæ. 86.I

Source : BIU Cujas

præfractum. 256.K
præfurnium. 143 D
præire. 129.K
præire de scripto. *ibidem.*
præire uerba iurisiurandi. 129.G
prælucere. 205.F
prænotiones. 13.C
præpositi. 271.A
prærogatiua. 236.B
prærogatiua tribus. 157.H
prærogatiuæ centuriæ. 235.G.236.A
præs. 30.H
præs litis. 24 B
præscribere. 222.K
præscriptio, à Cicerone auctoritas. 192.C
præsidium & præsidia. 258.A
præstare. προπαρέχειν 44.F
præstare fidem & culpam. 44.H
præster. 170.F
præstigiæ. 199.I
præstigiatores. *ibidem.*
præstitutum. 90.H
præstringere. 199.I
præsumere. 102.C
præsumptiones. 13.C.102.C
prætendere. 100.D
prætexere. 100.K
prætextæ anni. 60.G
prætexta. 250.K
prætexta à prætore ponebatur, quando &c. 253.B
prætexta puerilis. 190.I
prætexta pulla. 253.C
prætexta toga. 252.F
prætexta, pro honore & dignitate. 252.I.
prætexta triumphalis. 253.A
prætextatæ puellæ. 60.H
prætextati. 60.G
prætextati filij cum Senatoribus in Curiam ibant. 60.F
prætextati magistratus. 252.H
prætextati mores. 60.G
prætextati olim ludos spectabãt. 253.C
prætextatus sermo. 60.H
prætor. 75.A.130.D.226.D
prætor Centumuiris præsidebat. 66.I
prætor iudex capitalis. 67.B
prætor iudex quæstionis. 36.D 67.B
prætor iudiciis præerat & iudicibus. 265.B.
prætoris authoritas. 31.K
prætoris iurisdictio. 67.A
prætoris uerba, do, dico, addico. 158.I
prætorium. 75.A.80.E.166.B.211.H
prætorium edictum. 50.E
prætorij præfectura. 74.I
prætoriani. 224.A
prætoriani consilij acta. 89.A
præuaricatorem sibi apponere. 37.A
pragmatici. 241.H
pragmaticarius. 242.K
pragmaticorum impostura. 45.D
pragmaticis lites pabulum præbent, qui rationes suas in spolia cõiiciũt. 77.E
precarium. 194.B
πράττειν. 163 D
prehendere. 58.E
prehensare. 195.G
prehensio senatorum. 58.G
prelum. 172.F.G
premere testimonio. 35.H
πρίσβεια. 193.G.
presbyteri. 256.D
prima actione. 35.K
primores regiæ ministri. 70.D
princeps curiæ. 78.E
princeps Traianus æquitati se submisit. 75.C.
princeps in populi locum successit. 63 D
princeps legibus solutus. 48.I.49.F
princeps senatus. 53.F
princeps tanquam Deus. 49.I
principis officium. 49.I
in Principis uerba adigi. 78.A
principi princeps est lex. 50.A
principes dei ministri. 49.H
principatus animæ. 13.D
priscianomastigæ. 153.H
priuum. 48.C
priuata ratio. 82.A
priuilegium. 22.F.48.C.D
priuilegio præditi. 73.A
προάγειν. 200.F
προαγῶνες. 250.F.G
πρ. ἀγωνιστικὸν. 250.G
προβάλλειν. 100.D
probatum opus, uel approbatum. 234.F.I.
πρόβλημα. 158.A.279.A
πρόβουλοι. 75.H
probuli. *ibidem.*
probrum. 223.C
procellæ. 170.C
πρόκλησις. 224.I
proconsul. 85.A
proconsulare imperium & ius. 85 G
proconsulis status in prouincia. 86.F
πρόκριτοι. 90.G
procurator. 101.I.242.A
prodigi. 38.D
prodire in medium. 105.G
prodire in publicum. *ibidem.*
producere. 36.H
productor. 200.F
πρόνομοι. 75.I
Profani. 180.B
profari. 180.D
proferre. 36.G.100.C
professio liberorum. 197.A
profiteri. 196.I
profiteri donationem. 10.A
προγραφὴ. 245.A
prohedri. 75.I
proiecta. 120.F
proiectura. 120.F
prolepsis. 13.B
proletarij. 133.H
proloquium. 12.A
proludere. 250.D
prolusio. 250.E
prolusorium iudicium. 250.G
promittere uadimonium. 29.D
pronœa. 47.H
pronunciandi tria genera. 92.D
pronunciatum. 12.A
pronunciare. 61 H.I
pronunciare amplius. 32.E.92.D
pronunciare nummos. 236.F
προοδοποιεῖν. 130.A
προοιμίνα. 98.K
προσαναλίσκειν. 277.D
προσφάσεως ἕνεκα. 160.F
προφυλακτικὰ. 283.A
προσκλακισμὸς. 91.K.100.G
propius esse. 271.B
propola. 176 A
propolæ. 82.C
proponere calculum. 34.B
proportio. 14.I
propositum. 10.A
propylæum. 284.H
πρωράτης. 106.A
proreta. 105.K
πρωρεὺς. 106.A
proripere. 186 C
proruere. 186.D
πρὸς ἀφοσίωσιν. 160.F
προσαγιλεῖς. 238 B
προσαγωγεῖς. *ibidem.*
προσαίρησις. 245.A
προσαιρέσεις. 261.A
προσκεκλειγόμενοι. 245.A
προσκεκλείειν. 261.A
proscenium in scena. 94.F
proscissus ager. 277.K
proscriptorum bona quomodo uanibant. 26.G
proscripti. 9.I
proscriptio. *ibidem.*
προσδιοσισμοὶ. 230.C
προσγεγραμμένοι. 261.B
προσλιπαρῶ 209.A
προσλογίσασθαι. 178.H
πρόσοικοι. 262.C
προσάγει. 255.I
protecta. 120.F
protectum. 120.G
protegere. *ibidem.*
προτείνεσθαι. 100.D
προθύεσθαι ἱμᾶσθον. 34.A
prothyrum. 284 H
πρωτόπειροι. 191.A
prouerbium. 9.A.19.B.83.C.118.D. 122.H.123.I.124.A.C.150.G.
prouidentia. 47.H
prouinciæ consulares & proconsulares. 86.B.C

prouinciæ

Source : BIU Cujas

pro uinciæ iuridiciales. 71.B
prouinciarum præsides. 86.I
prouinciarum rectores. 86.H
prouincialium postulata cõsulibus edebantur. 61.D
prouinciolæ. 86.G
prouocare. 100.K
prouocare ad populum. 85.A
prouocatio à magistratibus ad populum. 63.H
prouocatio ad mille passus. 85.A
prouocatio Machætæ à Philippo ad ipsum Philippum. 77.C
prouocationi non cedebant magistratus. 85.C
prouocationes pœnales factæ. 63.H
prouocatores. 74.B
προξενητικὸν. 277.F
προξενία. 253.H
proxenia. 84.G
πρόσχυσ τι πρίαν. 147.H
prudentia. 45.B
prudentia communis. 13.E
prudentia indiserta potior loquace stultitia. 11.B
pruina. 170.A.I
πρυτανεῖα. 249.K
Psarus. 168.E
ψαθυρὸν. 132.D
pseudocatones. 147.B
pseudourbana ædificia. 166.D
ψηφίσασθαι ἄδηλον καὶ δικόνου. 218.I
ψήφισμα. 73.F
ψηφίζεσθαι κρύβδην. 68.G
ψηφίζεσθαι σφαιρίν. 139.G
ψηφολόγοι. 213.F
ψηφοφαίνεσθαι. *ibid.*
psychagogos. 124.E
Πτῦγμα. 231.D
publica fide uenire. 218.I
publica iudicia cur & quomodo olim exercebantur. 227.D
publicani. 105.F.264.I
publicè bona possidere. 178.I
publico abstinere. 105.G
publico se committere. *ibidem.*
publicola. 17.C
publicum. 105.F
publicus cursus. 262.F
pugilicè aut athleticè ualere. 97.B
pugillatus. 96.A
pulla prætexta. 253.C
pullatus. 102.G
pulpitum. 94.F
citra Pulueris tactum. 95.H
in Pulueren & solem. 96.G
punitus est, pro puniuit. 103.F
pupillum fraudare. 93.C
purgamentum urbis. 239.K
purpura. 252.K
purpurarij urinatores. 135.E
purus putus. 175.A
pura toga. 190.I
pustulæ. 174.K
pustulatum argentum. 174.I
putatus. 175.B
Pyctæ. 95.D
pyctaciæ. 82.H
pyctatium. 92.H
πυελοὶ. 163.H
πυγμὴ. 117.G
pylæ. 74.A
pylagoras. *ibidem.*
pyræ. 77.I
πυρικῶται. *ibidem.*
πυρομίτειον. 187.A
pyrricha. 24.D
pyrricha saltatio. 95.C
pyrricharij. 95.C.241.B
pyrrichistæ. 95.C
πυρρίχισαὶ. 241.B
pythagorica authoritas. 8.E

Q

Quadrans summa. 142.K.179.E
quadratus lapis. 116.H
quadringenta. 54.A
quadruplatores. 188.H.201.B
quærere. 36.C.E.62.K.226.G
quærere rem. 227.D
quæsitor. 33.G.36.D.83.E.226.D
quæsitor à quærendo. 67.B
quæstio. 34.D.36.D.226.C.227.F
quæstio constituta. 226.K
quæstio decreta. 36.D
quæstionis iudex. 227.G
quæstionis iudex in tholo capitali. 226.C.
quæstionem decernere. 36.B.G.227.E
quæstionem postulare. 227.E
quæstionem ferre. 226.K
quæstiones perpetuæ. 42.H
quæstor. 83.E.226.G
quæstoris prouincialis necessitudo cum prætore aut consule. 80.D
quæstores. 80.A.81.E
quæstores ærarij. 80.I
quæstores candidati. 83.B
quæstores parricidij. 21.F
quæstores urbani. 80.G
quæstorum uaria genera. 80.C
quæstorium. 80.E
quæstura. 80.C
qualitas procedendi. b. 37.I
qualisqualis, & similia. 179.F
quanti plurimo, non quanti plurimi. 159.D.
quanti minimo. 159.E
quantusquantus. 179.F
quassati milites. 93.H
quærela. 29.C
quiescere. 103.E
quinquallierij. b. 132.E
quinqueprimi. 270.C
quinquertium. 96.D
quinquertiones. *ibidem.*
quintæ classis homines. 236.A
quintij cuiusdam similitudo. 154.D
quintiliani locus de iure. 10.I
quiritare. 102.A
quiritari. *ibidem.*
quirites. 256.I
quisquis pro quicunque. 179.F
quoad. 186.B
quoad uiuet, quoad morietur. 282.D
quoaddum. 202.I
quotare. b. 36.H

R

Ramales accipitres. 162.H
ratiarius. 134.I
ratio. 13.I
ratio animata. 50.A
ratio constat. 258.I
ratio humana. 13.I
ratio priuata. 82.A
ratio recta. 14.A
rationem alicuius habere. 74.D.86.D
rationem inire. 119.E
rationem magistratus gesti reposcere. 65.H.
ratione præstamus belluis. 13.I
rationes dispungere. 179.C
rationes referre ad ærarium. 81.A. 179.B.
rationales. 53.E
ratiocinatio. 127.E
ratiocinatio notha. 51.A
ratiociniorum præfecti. 53.E.80.G
rama. 168.F
Reatus. 212.A.249.E
receptacula. 164.H
receptitius seruus. 116.A
receptitia actio. *ibidem.*B
receptum. 99.E
receptores. b. 30.I
receptores particulares. b. 81.F
recipere. 99.F.105.I
recipere inter reos. 231.A
recipere manus iniectionem. 91.C
recipere se ad frugem bonam. 124.H.I
rechamus. 173.C
recitare. 61.G
recitare ex scripto. 61.H
recitare sententiam. *ibidem.*
recognitum exemplum. 9.K
recredentia. b. 23.K
recta. 204.I
recta cœna. 88.E.204.D.I
recte atque ordine facere. 83.I
rectores prouinciarum. 86.H
recuperatores. 32.E.269.B
recuperatoria iudicia. 269.B
recusare. 35.C
redemptor. 136.A
redigere in ordinem. 90.D
redimere. 136.A
refellere testimonia. 35.E
referre. 179.B
referre ad Senatum. 22.B
referre in commentarium. 105.E

Source : BIU Cujas

referre in reos. 231.A
referre rationes ad ærariũ. 81.A.179.B
refractarium. 257.A.B
refractarius. 103.A
refragari. 102.B
refutare. 35.G
regalia. 77.H.78.A
regerere. 260.F
reges Galliæ. 49.D
regesta. 260.F
regestum. 104.F
regiæ ministri primores. 70.D
registrum. b. 104.F
regula. 172.F
regum sceptrum. 12.H
rei pendentes. 216.A
de Reiectione iudicum. 265.F
relati in ærarios. 56.E
relatio. 9.K
de Relatione consulum. 61.C
relatores. 72.C
relegare. 64.D
relegatio. 249.G
religio. 180.F.181.B
religio nimia. 195.K
in Religionem uerti. 181.E
religione obstringere. 181.C
religione exoluere. 181.E
religiosè. 181.C
reliquari. 259.C
rem uel res gerere. 256.G
remiges. 106.A
remittere cessationem sacrorum. 144.D
remittere debitum. 196.D
remittere iustitium. 144.D
remittere pœnam. 196.D
rentæ. b. 25.H
rentam constituere. b. 26.B
renuncio. 101.F.157.A
renunciare hospitium. 84.F
renunciare magistratum. 157.E
renunciatio. 157.B
renunciatores. 72.C
reorum accusatio in senatu. 62.G
reorum sordes. 212.A.B.& dein.
in Reos referre, recipere. 231.A
repedo. 102.K
repercussio. 9.K
repetere. 121.C
repetita consuetudo. 121.E
repetita die. 121.C
replicatio. 32.A
reprehendere. 35.G
repræsentatio rei imaginaria. 29.B
repræsentationes. b. 52.A
repressaliæ. 248.H
requæsta. b. 87.C
requæstæ. 69.G
requæstarum magistri. b. 87.F
res & causa ad exemplum pertinens. 37.F.
res comperendinata. 32.K
res concertata. 34.D
res mancipi. 26.D
res nec mancipi. 26.E
res quæsita. 226.G
rescribere. 177.B
resortiri. 30.B.69.H.225.G.265.B
respondere. 216.E
respondere ad edictum & ad nomen. 257.I.
respondere ad nomina. 74.C
respondere de iure. 44.D
restibilis ager. 278.A
restipulor. 24.H
retinere ius. 37.E
retinere maiestatem. 220.D
retorquitio. b. 9.K
retortio. ibidem.
retrobannum. b. 139.H
reum fieri. 231.A
reum peragere. 215.I
reuocare testes. 36.B
ῥαβδοῦχοι. 99.B
rhabduchi. 98.E
rhadamanthus. 75.F
ῥαίβοι. 184.E
rheda. 231.H.266.F
ῥοὰς. 170.I
Ridica. 112.H
rigor iuris seruatus. 1.D
riuularij accipitres. 162.I
Rogare. 22.B
de Rogandis sententiis. 57.H
roratio. 171.E.F
Rubigalia. ibidem.
rubigo. 171.D
ad Rubricas se transferre. 8.K
runcare. 168.H
runcatio. ibidem.
ruta & cæsa recipere. 164.A

S

Saccelli. 81.I
sacci. ibidem.
saccularij. 213.F
sacculi. 81.I
sacer homo. 239.B
sacerdotes & episcopi Curia electi. 72.E.
sacerdotes iuris. 6.F
sacerdotes sodales. 215.C
sacerdotes ueterum. 6.G
sacerdotalis auaritia. 137.D
in Sacerdotio indignos. 46.B
sacoma. 234.I
sacramentum. 28.E.G.139.A
sacramentum & sponsio, pœnales lites. 28.H
sacramento adigere. 129.H
sacramento dicere. 217.I
sacramento iusto contendere. 28.E.H
sacramento rogare. 78.A
sacrare caput cum bonis. 239.E
sacrarium sanctius. 7.D
sacristitium. 144.E
sacrosancta potestas. 7.G
sacrosanctæ ecclesiæ. 7.G
sacrosanctæ leges. 7.E
sacrosancti magistratus. ibidem.
sæsina. b. 27.D
sæsire feudum. b. 193.H
sæsire, pro mancipare. b. 27.D
sæsire sua sponte. b. 91.C
sagatus. 250.H
sagati. 139.I
sagmina. 52.A
sagum. 139.H
sal & lignum. 262.B
σαλαμάνδρα. 228.G
sales oratorij. 68.C
salientes. 163.H
saltabundum rete. b. 162.A
saltationis antiquæ species. 95.C
saltationes enopliæ. 241.C
saluationes. b. 35.I
saluo more maiorum. 17.G
salustius. 44.B
salutaris litera A. 33.G
sanctæ leges. 7.C.E
sanctum. 7.B.52.A
sanctius ærarium. 7.C
sanctius consilium. 78.G
sanctius sacrarium. 7.D
sanctissima ciuilis scientia. 7.E
sanctiones. 7.F
sandapilarij. 137.C
sane, cum superlatiuo. 43.F
sanequam. 103.C
σανιδώματα. 164.E
sannio. 183.A
sapientes septem. 42.I
sapientia ex ratione nata. 13.K
sapientia ciuilis res sanctissima est. 7.E
sapiẽtiæ liber latinè mẽdosus. 169.C.D
sapientiæ libri locus. 259.F
sarcire. 110.G
sarculatio. 168.I
sardonyx. 250.B
sarritio. 168.I
sarta tecta. 110.G.234.E
sarta tectáque. 111.A
sartè. 110.G
sartum & tectum. 111.A
satis non conuenit superlatiuo. 43.F
satrapia. 87.B
saturni ædes ærarium habebat. 81.C
satyrica saltatio. 95.C
saxa, proprium. 126.B
Q. Scæuola. 43.A
Scæuola quid in iure egerit. 5.I
Σκάλισις. 168.I
σκάπτειν. ibidem.
scalmus. 106.A
scandularij 272.A
scenæ inseruiendum. 79.F
scenica ars probrosa. 99.B
scenici. 94.A
scenici ludi. 275.D
scenographia. 127.C
σκήνωμα

Source : BIU Cujas

σκίπασμα. 279.A
sceptrum. 6.K
σκεύη. 234.I
schedia. 134.H.I
schedion. ibidem.
schœnus. 126.D
schola. 240.H
scholastica prælectio in ius ciuile. 6.A
sciamachia. 96.F
σκιαθήρας. 161.G
sciatheras. 161.F
sciathericon horologium. 161.G.H
sciatica. b. 150.I
sciographia. 127.C
scire. 22.B
σκιρτᾶν. 229.H
sciscere. 22.B
scitum. 48.C
σκολιὸς. 170.G
scomma. 152.K
scriba. 7.I
scribere. 177.C
scribere notis. 105.B
scrinia. 87.G
scrinia duorum generum fuerunt. 87.G
scriniorum magistri. 87.F
de Scripto & ex scripto recitare. 61.H
scriptura. 175.G.I
scripturarius. ibidem.
scripturientium ambitio. 6.B
scripturientium insania. 47.C
scripturientium culpa deleta iustitia. 3.D.
scripturientium libido. 7.E
scrupuli. 180.H
scrupulosi. ibidem.
scrutari crimina. 238.D
sculptura. 177.H
σύβασμιώτερον. 199.C
σύβασότερον, augustius. ibidem.
σήκωμα. 234.I
sectæ. 181.A
sectores. 201.D
sectio. ibidem.
sectiones. 26.G
secundaria breuiaria. 82.G
secundum bonos mores. 211.K
securiclæ. 165.G
securiclatus. ibidem.
securus. 200.I
securitas. 201.A.218.F
seges. 278.B
selectæ sententiæ. 264.H
selecti iudices. 264.D.F.H.265.F
sella curulis. 115.E
semina. 111.G
seminarium. 111.F
seminarium curiæ. 112.F
seminarium triumphorum. 112.D
semisses. 188.F
σημοσωρίτιδα. 260.K
σημότερον. 199.C
senaculum. 65.K
senatoris officium. 60.A
senatori quæ cognoscenda. ibidem.B
senatores censere quomodo cogebantur. 58.E
senatores maiorum minorúmque gentium. 52.G
senatores Romæ centum. ibidem.
senatores Romani. 254.C
senatorum lectio. 54.G
senatorum numerus. 58.A
de Senatorio iure. 64.B
senatus. 54.G
senatus est censere. 60.A
senatus est xij tabularum. ibidem.
senatus censere solebat. 69.D
senatus legitimus & indictus. 56.H
senatus muliebris. 65.K
senatus Parisiensis. 52.E
senatus, populus. 61.B.D
senatus per quos haberi poterat. 42.G
senatus aucta potestas. 86.F
senatus auctoritas. 53.G.H.60.A. 69.D.
senatus auctoritas in futurum accommodabatur. 53.G
senatus auctoritas quando primùm inclinari cœpit. 62.G
senatus coactio. 58.B
senatus cognitio legi certæ non fuit adstricta. 63.D
senatus conuocandi ratio. 56.G
senatus dimissio. 65.C
senatus legendi ratio. 54.G.55.A
senatus, ordinis nomen. 67.D
senatus prisci maiestas. 62.D
senatus Romani institutio. 52.G
de Senatus cognitione memorabile. 63.A.
senatui nõ licebat de ciue Romano statuere. 61.E
senatui quando adẽpta potestas. 62.G
senatum consulendi ius. 56.G
senatum non iudicasse reos. 62.B
ad Senatum à iudicibus appellationes. 62.I.
de Senatu. 59.K
in Senatu non omnibus data potestas dicendæ sententiæ. 57.C
senatusconsultum. 60.K
senatuscõsultum statim ad Aediles deferebatur. 60.K
senatusconsult. forma. 62.C
senatuscõs. antiquabãtur interdũ. 65.B
senatusconsult. per discessionem. 57.A
senatusconsulti legitimi locus & tempus. 56.K
senatusconsulta. 66.A
senatuscõs. ad ærariũ deferebãtur. 60.K
senatusconsult. duo uno die nõ fiebãt. 58.B
senatusconsulta tacita. 66.B
sensus communis. 13.E
sententia tabellaris. 244.I
sententiam diuidere. 65.A
in Sententiam ire. 57.D
in Sententiam ire pedibus. 64.C
sententiæ à quibus recitabantur. 61.F
sententiæ ex breuiculo recitandæ. 61.I
sententiæ interdum palam proferebantur. 268.A.B
sententiæ numerabantur. 64.A
sententiæ non numero, sed pondere ualebant. 70.K
sententiæ rogandæ mos. 57.H
sententiæ selectæ. 264.H
sententiæ tabellares. 67.C
sententiæ tabellariæ. 32.H
de Sententiis diuidendis. 64.F
septa aquaria. 165.F
septem sapientes. 42.I
septuaginta interpretes & discipuli. 40.H.
sequi fidem alicuius. 133.D
sequior. 92.I
serendi genera multa. 112.A
sermo interior & exterior. 76.I
sermocinor. 103.G
serui pileati. 26.H
seruimus legibus. 46.F
seruius Sulpitius. 6.G
seruij Sulpitij laus. 3.A
seruitium. 215.A
seruitus. 14.D
seruus ad limina. 124.K
seruus receptitius. 116.A
sesquiplum & sesquiplex. 200.A
sesqui. 257.C
sestertia dena. 233.F
seueritas castrensis. 93.G
sex uiri. 67.F
Sibyllina carmina. 8.C
sicarij. 67.H
sicinnis. 95.C
sidera horrida. 170.C
siderati. 171.I
sideratio. 169.K.170.I.171.H
sigilla. 165.B
simia fabrilis. b. 172.K
simplares. 188.H
simplariæ uenditiones. 188.G
sinus. 197.H
in Sinu habere. 197.F
in Sinu gaudere. ibidem.
in Sinu est. ibidem.
siphunculi. 163.H
syrij. 154.G
sistere. 92.A
σιτηρέσιά. 108.G
σιτήσεις. ibidem.
σιτολόγοι. 261.E
σιτολογία. ibidem.
σιτομέτραι. 261.E.262.A.270.G
σιτομέτριον. 186.I.187.A
sitonæ. 261.D
σιτῶναι. 261.D.E.270.B
σιτωνία. 261.E
sitophylaces. 261.D

Source : BIU Cujas

Socialis lex. 233.C
socium lædere. 93.B
societas humana. 13.F
sodales sacerdotes. 215.C
sodalitius Iupiter. ibidem.
sodalitium. 193.F.215.A
de Sodalitiis lex. 215.F
sodalitates. 215.A
solarium. 115.C
sola albi præscriptione. 260.E
in Solem & puluerem. 96.G
solers. 194.H
solidarij. 82.C
solidus. 188.F.243.D
solonis prudentia. 48.A
solonis respublica. 46.A
soluendo esse ære alieno. 275.G
soluere canonibus. 50.C
soluere legibus. 50.A
soluere creditorem. 196.B
soluere maiestatem. 220.C
solum uertere. 246.K
solutio debiti unde dicta. 277.H
sophi. 42.I
σόφισμα. 214.I
σοφοκλεῖς. 42.I
σοφὸς. 42.K
sordes. 212.A
sordes iudicum. 195.D
sordidus. 212.B
sordidi. 126.H
sordidatus. 212.C.213.B
sortes iudiciorum. 69.H.225.G
de Sortitione iudicum. 265.F
sortitò animaduersum in milites. 93.H
Spadones. 281.F
spartea. 81.I
specimen edere. 191.B
spectatio. 134.G
spectatores. ibidem.
specularia. 112.I
specus. 165.C
sperma. 112.A
sphacelismus. 171.H
σφακελίζειν. 171.I
σφακελισμὸς. 169.K
sphæristæ. 143.C
sphæristerium. 143.B
sphæristici. ibid.C
spithama. 126.K
στρογεῖς. 135.F
spongiatores. ibidem.
Sponsa & pacta. 218.A
ex Sponso actio. 25.C
sponsio. 24.F.I.25.C
sponsio Cleopatræ. 25.D
sportæ. 81.I.204.C
sportellæ. 204.C
sportula. ibidem.
sportulæ. 81.I.88.E
sportulæ iudiciales. 267.D
σπουδαῖα. 241.D
σπουδαρχεῖν. 195.F.237.K
σπουδαρχία. 237.K
spurcare. 118.C
spurcum uinum. ibidem.
spurius. 50.H
spurij uersus. 50.I
spuria cogitatio. 50.I.51.A
squallor. 212.C
Stabulari. 161.E
stabulatio. ibidem.
stadium. 126.C
stadiodromi. 96.B
στάθμη. 125.G
σταθμᾶσθαι. 199.A.271.I
σταθμοὶ. 262.F
stathmus. 126.F
staticulum. 266.F
statuere ex æquo & bono. 1.K
status. 144.C
status duplex. 34.F
stationarij milites. 125.A
statua necis rea, tandem damnata. 248.D.
statumen. 112.H
στέγαι. 149.C
stelæ. 116.E
στῆλαι. 116.E
στηλιτευτικοὶ λόγοι. 116.G
stellatura. 244.C
stemmata. 38.I.39.B
stephanitæ agones. 97.I
sterilitatum causæ. 170.G
stilus. 36.K
stipendiarij. 255.B
stipendiarij milites. 26.B
stipis ponderatores pensatores. ibidem.
stipulatio. 24.G
stipulatio disiunctiua. b. 9.K
stipulatio in diem concepta. 31.H
stipulationes alternatiuæ. 9.K
stitisse. 92.A
στοιχισμὸς. 161.E
stolatus Vlysses. 252.A
stolidi. 46.B
stolones. 111.I
stomachus. 185.B
stragula. 278.F
στρατεύειν στρατείας. 259.A
stricti iuris uocabulum. 2.C
strobili. 282.D
structilis. 116.G
structiles canales. 116.H
structores. 272.A
structoria ars. ibidem.
structura. 116.H
structuræ genera. 116.I.117.A
strumæ. 248.B
stuprum. 223.B
sturnus. 168.E
Suada. 121.K.124.D
suadæ medulla. 124.E
suadela. 121.K
suadere. 121.G
suarium forum. 79.K
subdialia. 113.C
subdiualia. ibidem.
subducere. 186.D
subeuocatio. 139.H
subitæ imagines. 39.A
subiici bestiis. 240.I
sublata intercessione. 37.B
sublegere. 261.A
sublecti. 245.A
subleuare. 35.I
subleuare testimonio. 35.G
sublimipetæ accipitres. 162.F
sublinere os. 20.D
submittere. 114.H
subrecta uitis. 112.H
subscribere. 36.K.101.G.K.209.B
subscribere causæ. 209.G
subscribere causam. ibidem.
subscriptor. 101.I
subscriptores. 209.F
subscriptio. 101.I.209.B
subsellia. 106.F.265.B.269.G
subsidiarij. 73.E
substantia. 102.E
substituere. 261.A
successorem mittere. 219.A.D
successores prouinciarum. 84.I
sucula. 172.I
sudor. 21.D
suffitio. 205.D.238.F
suffragia uocalia & tabellaria. 244.I
suggillare. 91.K.100.G
suggillare pudorem. 91.D
suggillata. ibidem.
suggillatio. 91.F.K.100.G
suggrundæ. 120.C
suggrundatio. ibidem.
suggrundia. ibidem.
suitas. b. 8.D
sullanus. 94.A
sullaturire. ibidem.
sulpitij laus. 43.F
summa cognitio. 67.D
summa excurrens. 142.G
summa lex. 47.G
summa quadrans. 142.K.179.E
summa quæstio. 34.E
summum ius. 2.D
summo iure agere. ibidem.
summum tribunal curiæ centenariæ. 70.H.
summittere fasces. 89.H
suo iure. 114.A
suo iure agere. 114.D
superfœtatio. 108.K
superior causa. 36.A
superstitio. 180.F
suppeditatus es, pro tasti. 103.G
suppilare. 214.H
supplicationes. 77.I.144.D
supplicationes amburbiæ. 171.E
supponere. 178.B
supprædes. 30.I

supprimere

suppremere. 229.D
surrepere. 232.C
suſceptor. 243.K.270.G
suſceptores. 81.F
suſcudes. 165.G
suſpectus index. b. 10.A
Sycomorus. 213.E
sycophantiæ pœna. 16.E
συγγκκερσικὸν. 250.G
συγκακόρκημα. 214.I
συγκαλετίον. 101.H
σύκλητος. 56.I
σύκλυδες. 284.F
συκροτεῖν. 230.I
συκρύσειν. 117.I
συλαγωγοὶ. 214.F
συλᾶν. 214.H
συλητὴς. 214.F
sylueſcere. 170.H
συμβολὴ. 82.C
symphoniaci ſerui. 106.B
σωάγαν δικασὰσ. 34.B
σωκλάπειν. 277.H
συνάλαγμα. *ibidem.*
synanche Demoſthenis. 150.I
syndici. 263.B
συνδικᾶν. *ibidem.*
syndicia. 263.C
σωίδικοσ. 73.H
σωίδριον. 243.H
σωίεχον. 34.I
σωηγορεῖν. 263.C
σωηγορικὸν. 269.I
σωίξησισ. 168.K
σωίσαξ. 130.I
σωίσικοι. 284.E
σωοικία. 284.F
σωτάπειν. 260.E
σωίταξισ. 261.F
σωθήματα. 231.I
συφέρτὸν. 134.A
συσκευάζειξ. 214.G
συσιτία. 115.A
συσάσεισ. 215.G

T

Tabellæ in urnã mittebantur clàm. 268.D.
tabellaris ſententia. 68.G.244.I
tabellares ſententiæ. 67.C
tabellariæ ſententiæ. 32.H
tabes. 169.H.172.A
tablina. 39.B
tablinum. 245.B
tabulæ domeſticæ. 282.F
tabulæ domeſticæ Romanis. 203.A
tabulæ duæ iudicibus dabãtur. 227.B
tabulæ iudicum. 32.H
tabulæ ternæ iudicum. 33.G
tabulas conficere. 203.D
tabularij. 262.A
tabularium. 245.B
tacita ſenatuſconſ. 66.B
tactio. 103.G
τάσμα. 90.D
talea. 112.A
talio per analogiam. 16.C
talionis ius. 16.B
talionis pœna, ex lege xij tabularum. 16.D.
talos. 75.G
ταμίας σιτολόγοι. 262.A
tapetes, tapetia. 278.F
Τεφεὺς. 136.E
τάπλην πλὼ ἀξίαν. 163.C
τάπλεξ εἰς ἄνδρας. 251.E
τάξις. 250.B
τάξεις. 53.I
taxis. 90.B
taxiarchi. 99.A
Τέκτονα. 251.H
τέκτων. *ibidem.*
τίχνασμα. 214.I
τεκτονικὴ. 272.A
tectorium. 138.B.E
tectorij induratio. 138.F
τειχοτριῖα. 270.F
τέλφον ἱμάτιον. 251.B
τελᾶν εἰς ἄνδρας. 190.K
τελῶνα. 261.E
τηλόθεν. 282.K
temere. 103.C
tempeſtates. 170.C
tempore plus petere. 31.H
tempora dicendi libera. 266.F
tenones. 164.E
torgemini. 108.H
terræ filij. 38.H
terræ pondus. 46.C
terræ progenies. 38.I
tertullianus de legiſperitis. 9.D
teſſera hoſpitalis. 84.D.253.H
teſseram confringere. 84.E
teſſeræ frumentariæ. 108.D
teſſeræ nummariæ. 108.E
teſta. 148.I
teſtaceus. *ibidem.*
teſtes aſsidui. 133.K
teſtes claſsici. 133.H
teſtes exceptione maiores. 133.K
teſtium rogandorum mos. 224.K
teſtibus denunciare. 37.I
teſtimonium denunciare. 114.A
teſtimonium denunciat reus. 37.H
teſtimonia eleuare. 35.G
pro Teſtimonio dicere. 36.B
teſtudo. 110.C.174.A
τέτγμένοι. 259.A
tetradoros. 126.K
tetraetericus. 275.H
tetragonum. 125.K
tettigometra. 83.I
Θ litera. 33.G
thelygona. 228.I
thema. 10.A
thematici. 97.I
themis. 6.H
themiſtes oracula. *ibidem.*
Θεμιστέων. 6.I
thenſæ. 166.H
theodorus Gazæ. 44.B
theomachi. 146.H
theophorumeni. 180.E
Θεοφορούμενοι. 179.K
Θεωρικὸν. 199.C
thera. 162.A
Θεραπεία. 193.G.214.K
θεραπευτῆρες. 255.I
θηκᾶξ. 170.G
thermopylæ. 74.B
theſaurarij. b. 81.I
theſis. 11.K
theſeis. 12.A
theſmophylaces. 6.I
theſmothetæ. 67.G.269.I
theſſalus medicus. 21.B
theta nigrum. 33.G
Θ δηκικὸν. 107.G
Θ θηκικὸν τίμημα. 133.K
Θλασία. 281.E
θορυβᾶν. 139.G
θραῦσον. 132.D
θρίγκωσις. 279.C
trochiſci. 174.F
thymelici. 94.F
θυννάζειν. 116.D
thynnarij. 116.C
thynni. 116.B
θυννίζειν. 116.D
thynnoſcopi. 116.B
θυννοσκοπᾶν. *ibidem.*C
thynnoſcopia. 116.D
Tibialia. 175.D
tigris. 12.F
τιμᾶν. 199.A
timanthis pictoris exemplum. 79.K
τιμᾶξ. 163.C.D
timemata. 107.F
τιμήματα. 133.G.235.I
timonion. 124.B
timotheus tibicen. 131.C
τίλεξ. 178.C
τιτρεῖν. 118.I
Toga. 60.G.139.K.250.G.251.F
toga candida, palmata, picta. 252.B.C
toga prætexta. 251.B.252.F
toga pura & uirilis. 190.I.250.K. 251.H.
togatus. 250.H
togatæ fœminæ. 251.K
τοιχωρύχοι. 214.H
tolerare. 101.B.282.F
toloſanum parlamentum. 72.B
tonſillæ. 115.I 185.C
torcularia. 173.G.H
toreumata. 118.I.120.K.177.H
tornata opera. 177.I
tornus. *ibidem.*
torquati. 35.G
torques. *ibidem.*
τόξευμα. 282.K
Tractare. 34.F
Tractatus. 34.F.35.A

Source : BIU Cujas

traducere. 141.I
traductio. 141.K
traductio utriusque testamẽti. 169.B.C
tragizontes pueri. 184.H
tragomaschali. 184.I
tragos. *ibidem.*
traiani memorabile uerbum. 75.C
in Tralatione noui testamenti errata. 40.K.
transcribere. 177.A.C
translatitius. 102.G
translatitium. 160.H
translatitium edictum. 57.D
translatiuè. 160.G
translatiuum. *ibidem.*
transuectio. 90.I
transuersaria. 164.F
transuersarij parietes. 149.H
trapetum. 172.E
τραπεζίζειν. 141.C
τραυλότης. 184.A
tremisses. 188.F
tretum. 118.I
treuga. *b.* 9.I
τρίβολος. 115.A
tribonianus. 41.F.190.A
tribuere ius suum unicuique. 13.G
tribulus. 114.K
tribunalia. 106.F
tribunalis forma. 106.H
tribunalia & centumuiralia. 66.K
tribunus. 39.K
tribunus sacrosanctus. 22.G.59.G
tribuni. 40.A
tribuni ærarij. 81.F.82.I
tribuni ærati. 83.A
tribuni ad patricios nihil referebant. 20.G.
tribuni militum. 39.H.270.I
tribuni plebis. 58.I.74.F
tribuni plebis sacrosancti. 7.E
tribuni plebis mulctã dicebant. 107.C
tribunorum domus apertæ. 59.G
tribunorum militum officium. 258.B
tribunitia potestas. 23.A.59.F
tribunitia potestas sacrosancta. 7.G
tribunitiæ leges. 22.F
tribunitium auxilium & prouocatio. 59.F.
tribus Romæ XXXV. 40.F
tributum. 82.H
tricari. 103.F
trinabola. 135.E
τριώβολον. 249.K.267.D.269.I
τρίστεγον. 149.C
triumuiri capitales. 67.B.267.G
trochlea. 173.D
τροχίλιον. 173.B
τροφία. 77.K
τρώξιμος. 282.H
trulla. 138.F
trussillatio. 138.E
Tubulus. 114.K
tubus. 114.K
tueri fidem. 133.B
tumulus honorarius. 51.K
tumultus. 138.K
tumultus insignia. 139.C
tumultus iustus Galliæ. 139.F
tumultuarium. 139.D
tumultuari. *ibidem.*G
tunica. 54.C.D
tunica laticlauis. *ibidem.*
tuo iure. 114.A
turba unde. 211.B
turbo. 170.F
Tyaneus. 131.C
τυγχάνειν τῶν δικαίων. 37.E
tympanum. 173.E
tympanum haustorium. 173.G
typhon. 170.F
tyrbe. 211.B
tyro. 190.H
tyrocinium. 190.H.251.C
tyrocinium facere. 191.B
tyrones fori. 251.C

V

Vacare postulationibus. 88.A
uacuare manus. *b.* 37.G
uadari. 29.D.30.E
uadari pro citare personaliter. 30.E
uadimonium. 29.D
uadimonium missum facere. 30.C
uadimonium promittere, obire, deserere. 29.D.F.G.I
uadimonio obstricti homines. 30.D
uadimonia Veneria. 29.E
uades. 30.D
uagi. 170.E
ualere. 103.B
ualerij locus. 251.I
ualetudinarij. 271.K
ualgi. 184.D
ualla. 9.G.40.K.41.C
uappa. 156.G
uari. 184.D.F
uarius homo. 184.F
uarri. 161.C
uas. 29.D.30.H
uasalli. *b.* 193.F
uascularius. 137.G
uatij. 184.F
Vbiubi. 179.F
Vectabula muliebria. 166.I
uectiarij. 172.I
uectes. *ibidem.*
uectigal publicè donare. 26.B
uectigalis fundus factus. *ibidem.*
uectigalia comparare. 25.G
uectores. 106.C
uehicula gestatoria. 166.F
uehicula oneraria. *ibid.*
uehicula sacra. 166.H
uelamentum. 147.I
uenatio. 240.G
uenatorius ludus. 240.F
uendicatio rei. 27.K
uenditare. 199.E
uenditatores. 82.C
uenditio sub redimẽdi lege facta. 25.H
uenenata medicamenta. 228.H
uenus cum Marte illaqueata. 16.I
ueneris usus. 182.B
uenire ad rationem. *b.* 3.A
uenire in rem præsentem. 10.A.28.I
uenustas. 260.I
uerba exoleta fugienda. 44.A
uerba post ætatem Ciceronis in usum frequentem recepta. 100.G
in Verba principis adigi. 78.A
uerbenaca. 52.B
ueredus. 231.H
ueritas. 144.I
uermiculari. 170.G.172.A
uermiculatum opus. 120.I
uermiculatio. 170.G
uersipellis. 191.E
uersuram facere. 132.I.134.B
uersuram soluere. 133.A
uersus xij tabularum. 43.I
uersus spurij. 50.I
uertex. 170.F
uertere solum. 140.I.246.K
uerti in religionem. 181.E
ueruactum. 277.K
uerum pro iusto. 144.G
uespertilio. 191.C
uespillones. 137.C
uestibulum. 284.K
ueterator seruus. 190.D
ueterator aduocatus. 190.E
ueteratorium. 190.F
ueterinarij. 271.K
ueutam facere. *b.* 10.A.29.A
Via. 20.I
uiatores. 285.A
uibex. 91.D
uicarius. 24.D
uictimarij. 272.C
uictus athletarum. 96.I
uideant Consules ne quid Resp. detrimenti capiat. 85.D
uideri feciſſe pronunciabant. 268.E
uiere. 119.C
uietor. *ibidem.*
uietores. *ibidem.*
uietus. *ibidem.*
uigintiprimi. 270.C
uigintiuiratus. *ibidem.*
uilis. 39.G
uilla. 144.F
uilla rustica. 166.C
uilla urbana. 166.A.D
uillæ partes. *ibidem.*
uillanus. 39.G
uindicare in gleba. 28.A
uindicari in posterum diem. 23.I
uindiciæ. 23.D.28.E
uindiciæ à uindicando. *ibidem.*

Source : BIU Cujas

uindiciæ pro recredentia. 23.K
uindiciæ ſecundum libertatem poſtulatæ datæque. 23.E
uindiciarum lis. 24.B
uindicias in ſeruitutem ab libertate dare. 25.B
uindicius. 23.F
uindicta liberatus. *ibidem.*
uindico. 211.K
uino aquam infundere. 118.F
uinum acidum. 156.G
uinum conſiſtens. 156.I
uinum doliare. 159.A.C
uinum fugiens. 156.H
uinum mucidum. 156.G
uinum pendens. 159.C
uiolenta commercia. 14.H
uirgilij locus. 226.F
uirginij filia. 23.D
uirilis animaduerſio olim in uxores. 228.D.
uirilis toga. 190.I
uirtus. 49.C
uis diuina. 170.D
uis maior. 170.B
uiſceratio. 126.I
uiſceratores. *ibidem.*
uiſere. 101.G
uiſendus. *ibidem.*
uitia hominũ quomodo mulctẽtur. 4.I
uitilia. 119.D
uitiorum tria genera. 184.A
uitis arbuſtiua. 111.K
uitis Centurionum. 258.F
uitis pedata. 112.H
uitis ſubrecta. *ibidem.*
uitruuij architectura. 120.C
uiuiradices. 111.F
Vlna. 126.G
ulpianus elegantiæ ſtudioſus. 163.H
ulpianus omnis antiquitatis peritiſſimus. 168.D
ulyſſes ſtolatus. 252.A
Vmbilicus terræ. 73.K
umbratilis pugna. 96.G.I
Vna lex eſſe debet. 8.A
undecimuiri Athenis. 267.I
unguenta. 174.G
uniones. 119.A
Vocationem & prehenſionem habentes magiſtratus. 58.I
uolumina iuris in perniciem ſimplicium. 45.H
uolumina legum multa. 47.A
uoluntarium exilium. 246.F
uoluntaria commercia. 14.H
uotum Achilleum. 145.F
uox aſſa. 106.A
Vredo. 169.K.172.A
urinari. 135.D
urinator inſignis. 135.F
urinatores. 135.D
urna iudicialis. 264.C
Vſia. 156.F
uſuræ centeſimæ. 196.E.I
uſurarum lex. 222.A
uſus negationis. 201.H
Vtenſilia. 274.I
utilitas à iuſtitia. 18.A
utilitas à natura ſeiuncta. 14.B
Vua. 185.B
uua edulis & cibaria. 282.H
Vxor iuſta. 223.E
uxor materfamilias. 27.F.I
uxor non materfamilias. *ibidem.*
uxor quibus modis habebatur. *ibid.*
uxor uulgaris. 223.G.H
uxorios carpit. 16.G

X

Xenia. 84.A.C
xenius Iupiter. 84.F
xenoparochi. 262.A.B
Ξύλον. 112.A
xyſtici. 96.D
xyſtos. *ibidem.*
xyſtum. 96.F

Z

Zona. 250.C
zonarius ſector. 176.H
zoophyta. 109.C
ζωωτὰ. 278.F
zygoſtatæ. 243.C

FINIS.

Source : BIU Cujas

So...r... IU Cujas



Budaeus
in Pandectas
3e Casier = 6e Tab.

275.

Digitized by Google

Source : BIU Cujas



Source : BIU Cujas